194

NAZIONALE
BIBLIOTECA VITT. EMANUELE
8 M
45 H
16
ROMA

V 6 57 2a

8.45-H.16.

8.45.H.16

PETRI AQVILANI
COGNOMENTO
SCOTELLI EX ORD. MIN.
IN DOCTRINA IOAN. DVNS
SCOTI SPECTATISSIMI.

Quæſtiones in quatuor Sententiarum libros, ad eiuſdem Doctrinam multum conferentes,

NVNC DENVO PRISTINO CANDORI reſtitutæ, Nouo Indice illuſtratę, Marginibus decoratæ, dictis, & propoſitionibus notabilibus auctæ.

Summa cura Reuerendi M. CONSTANTII à Sarnano, eiuſdem familiæ in Gymnaſio Patauino Regentis.

Pertinet ad



VENETIIS, MDLXXXIIII.

Apud Hieronymum Zenarium, & Fratres.

ILLVS.^MO. AC REVERENDIS.^M

D. D. FELICI PERETTO

A MONTE ALTO.

AMPLISS. S. R. E. CARDINALI.

FRATER CONSTANTIVS SARNANVS S. P. D.

TOT, ac tanta, & ea quidem haud mediocria, apud me
collocaſti beneficia, Cardinalis Ampliſſime, vt equidem
fateri debeam, me tibi adeò deuinctum eſſe, vt, ſi pro
tua dignitate vitam ipſe profunderem, ne minimam qui
dem tuorum erga me meritorum partem aſſequerer.
Quapropter, cum ſuperioribus diebus quædam eximij, eiuſdemq́; accu-
tiſſimi Doctoris Petri Scotelli Aquilani in quatuor ſententiarum li-
bros, Doctoris noſtri ſubtilis doctrinæ apprimè adhærentes, ſubtiliſſimæ
quæſtiones mihi in manus incidiſſent, cumq́; illas (ne præclara tanti viri
doctrina de medio fortè tolleretur) iterum impreſſu maximè dignas du
xiſſem, eas præclariſſimo tuo nomine exornatas imprimi curaui, cùm, vt
nonnullum (licet perexiguum, ac leue) ſingularis meæ erga te volunta.
tis, animiq́; propenſionis argumentum patefacerem, tùm, quia ſi cele-
berrimo tuo illuſtratæ fuerint nomine, tametſi modò ex ſe ſatis dignæ,
omnibusq́; charæ ſunt, eaſdẽ tamẽ longè digniores, omnibusq́; cariores fo
re exiſtimaui. Te proinde, Illuſtriſ. Heros, vt exilem hanc ſtudioſiſſimi
mei in te animi notam libenti, atq; hilari accipias animo, etiam atq; etiã
rogo, & obſecro. Velimq́; non rem, at magnam grati animi voluntatem
perpendas, atq; animaduertas. Quicquid enim valeo, id Amplitudini
tuæ ex intimis præcordijs offero, præſto, ac conſecro. Maiora fortaſſe in
poſterũ (ſi fortuna meis reſponderit optatis) à me tradẽtur. Me interim
ſeruulũ tuũ diù in tuis conſeruare pergas. Vale, nitidiſſimũ S.R.E. Lu
men, virtutis ſpecimẽ vnicũ, & noſtrũ deniq́; decus, atq́; ornamentũ æter
nũ. Pat. in ædib. D. Ant. Conf. Cal. Oct. M.D.L.XXXIII.

AD EVNDEM ILLVSTRISS. CARDINALEM

Fratris Valerij Setæ Veronenſis Epigramma.

Candida terricolis Virtus abſceſſerat olim,
Culmina & aſtriferi ſcanderat alta Poli.
Terrarum toto cum nullus adeſſet in orbe,
Vllo qui cultu proſequeretur eam.
Aſt, vbi tu, Fœlix, terras habitare iacentes.
Coeſpiti; exemplo liquit & ipſa Polum.
Elegitq́; tuo dignam ſibi pectore ſedem.
Illa vbi nunc radiat, ſplendida Sole magis.
Tu Fœlix igitur, Virtus quem repperit vnum.
Dignum, in quo ſedem poneret illam ſuam.

Valerij Setæ Veronenſis hexaſtichon.

Petri Lombardi quisq́; ſi fortè laborat,
Arguti & Scoti dogmata vera ſequi;
Petri Scotelli doctrina pectore toto
Is vacet, hoc libro quæ patefiet ei.
Hic etenim tenet vt Nomen Scotiq́, Petriq́;
Doctrinam planam ſic veriusq́; facit.

Eiuſdem ad Lectorem diſtichon.

Abdita vis Triadis ſanctæ myſteria noſſe?
En Scotellus adeſt, qui tibi pandit iter.

Ioannis Franchi Veronenſis de Petro Scotello.

Scotellus rapidè limina dum petit.
Cœlorum, ſpeculans numine Palladis
Oras ſidereas, concilia, & Deum;
Tela exin ſcopulus inclytus aſperos.
Effrangens, aperit ſic biuijs iter;

Lites

Lites vt dirimat, falſaq́ ſegreget,
Luſtrando tenebras lumine perſpicax,
Vllis non ſalebris territus, ò decus:
Scotiſtum celebre, ò gloria maxima.

Petri Pauli Venturini Veronenſis de Patre Conſtantio Sarnano.

Sarnanus celebris conſurgit fortè ſecundus.
Non ulli, & ſacrum numine Nomen habet.
Alter, & eſt Scotus diuinus, dogmata cuius.
Conſpicua excubijs edidit ille nouis:
Et minus eſt Scoto, Scotellum nanque tenebris
Extrahit; inde ſuum pectus vtrumquè refert.

Eiuſdem de eiuſdem Pátris Nomine.

Si quondam libuit ſubiſſe magnos
Auſus, nec pariter notas inurat
Res verbis malè contuliſſe blandis,
(Noſtris nam Phaton ſubeſt ocellis)
Anne ſidereo inſerent colendum
Nomen axe Patris; Catulliani.
Verſus quod lepidè tenent? ſupremis
Sic enim ſtudio rependit auſis.

FRATER GVIDVS BARTOLVCIVS ASSISIAS
Conu.Franciſcanus,& in Magna domo Venetiarum Artium
Lector. Candido Lectori. S. P. D.

NIHIL mehercle laudabilius vnquã dies,noctesq; mecum cogitaui,quàm alteri inſeruire. Idq; præclarũ in omni vita duxi,cũ non ſolum nobis nati ſimus,ſed patriæ,atq; amicis:quibus,ut meã(quamuis exiguã ſenſerim)operã darẽ, ita me addixi,ut niſi cumulatè ſatisfacerẽ,mihi vitã accerbã eſſe putarem.Omnia profectò ſum aſpernatus, præ cõmuni amicorũ ſeruitio,nihilq; antiquius iudicaui,quàm aliena negotia meis anteponere.Natura.n.ut alteri prodeſſe uelimus,impellimur,cũ meminerimus homines, hominũ cauſa eſſe generatos, quò ipſi inter ſe alij alijs plurimo ſint fructui,atq; emolumẽto.Quare cũ ſuperioribus diebus Patauium,viſendi Re. P.M.Saluatorẽ Bartoluciũ meũ auunculũ, alterumq; mihi patrẽ profectus eſſem, in Patauino gymnaſio diuinã philoſophiã publicè docẽtẽ,in omni virtutũ genere peritiſſimũ, inſignemq; theologũ; cõueni R.P.M.Conſtantiũ à Sarnano,vt obſeruantia mea, quæ in eum ſemper maxima fuit,reuererer,ac eũ alloquerer,cũ nihil mihi ſuauius in itinere poſſit accidere, quàm cum viris doctiſſimis, qualis eſt Conſtantius ſermonẽ habere,qui multis verbis vltrò,citròq; habitis animum ſuum indicauit,vehementer cupere nouum indicẽ è Petro Aquilano,cognomẽto Scotello extractum,atquè paucis diebus,imprimendum recognoſcerẽ. Cui rẽ gratã facere ꝑ optãs onus nõ grauatè ſuſcepi. Ex quo,cum illum Patauio ad me Venetias tranſmiſſum ſtatim legere cœpiſſem (cum fieri properat gratia grata magis) aliquid ob cõmunẽ ſtudioſorum utilitatẽ addẽdum eſſe putaui,ac indicẽ dictis notabilibus,& ꝓpoſitionibus ſcitu pulcherrimis augẽdum, atq; amplificãdum decreui;Vt omnes priuſquàm loca inueniãt breuiter in eo percurrant,quæ in proprijs locis diffusè,tractantur ac quæ uiciſſim uerborum ambitu captu difficilia uidentur,ad maximã breuitatẽ redacta,percipiant.Verum unum eſt, quod uehementer ingenioſiſſime lector animum tuum cõmouerit,vt putà paginularum adulterinus numerus,imprimentium culpa dimiſſus; cui è prelo iam ſublato opere,cum mederi non poſſit, uacuus curis, velim huic mendo conſulas,atq; prouideas. Reliqua uerò uitia properatione quadã haud(neſcio)notata,quæ grauiſſima uidebantur in calce afinxi.Interim Vale, & R.P.M.Conſtantio,huius operis auctori gratias, quàm maximas age. Venetijs,Cal.Nouembris. M. D. L. XXXIII.

INDEX QVAESTIONVM PETRI DE AQVILA, COGNOMENTO SCOTELLI ORD. MIN.

In Quatuor Libros Sententiarum.

IN PRIMVM LIBRVM

Queſtiones preambulæ.

VTRVM præter philoſophicas diſciplinas ſit ſimpliciter neceſſarium homni aliquam doctrinam ſuper naturaliter inſpirari. 1
Vtrum theologia ſit de deo vt de ſubiecto. 4
Quot modis dicat theologia
Quid eſt de ratione primi ſubiecti ſcientię.
Quòd deus non eſt ſubiectum in theologia ſub ratione infiniti ſicut ponit Henricus.
Quòd deus non eſt ſubiectum theologiæ ſub ratione attributali vt ponit Varro.
Quòd deus nõ eſt ſubiectum in theologia ſub ratione qua glorificator, & ſaluator vt dicit Egidius.
Vtrum theologia ſit ſcientia. 7
Quòd theologia, noſtra non eſt ſcientia ſub alternata vt ponit Thomas.
Quòd theologia noſtra non eſt ſcientia in lumine medio vt ponit Henricus.
Quid eſt de ratione ſcientiæ & quomodo theologia eſt ſcientia ſecundum Scotum.
Vtrum theologia ſit ſcientia practica vel ſpeculatiua. 9
Quid eſt praxis.
Quę eſt differentia inter habitum practicum & ſpeculatiuum.
Quòd habitus non eſt practicus ex fine vt ponit Henricus.
Vnde habitus practicus dicitur practicus ſecũdum Scotum.
Quòd theologia non eſt ſcientia ſpeculatiua vt ponit Henricus.
Quòd theologia non eſt affectiua vt ponit Egidius.
Quòd theologia nõ eſt ſcientia practica & ſpeculatiua ſimul vt ponit Thomas.
Nota per concluſiones quid ſit dicendum ad quæſtionem ſecundum Scotum.

DISTINCTIO PRIMA.

Vtrum fruitio ſit actus voluntatis qui eſt dilectio, an ſit paſſio recepta in voluntate puta delectatio. 8
Quòd dilectio & delectatio non ſunt idem vt ponit Thomas.
Quòd fruitio importat delectationem & dilectionem.
Quòd fruitio non ſpectat principaliter ad actum intellectus vt ponit Egidius.
Quòd fruitio eſt actus voluntatis.
Vtrum aliquid aliud a fine vltimo ſit per ſe obiectum fruitionis. 16
Quòd nihil à fine vltimo eſt obiectum fruitionis ordinate vt dicit Auicena.
Quid eſt obiectum fruitionis in communi ſumptum.
Vtrum fine vltimo clare viſo neceſſe ſit voluntatem frui eo. 18

DISTINCTIO SECVNDA.

Vtrum deum eſſe ſit per ſe notum. 18
Quid eſt de ratione propoſitionis per ſe notę
Quòd diſtinctio Thomæ de propoſitione per ſe nota eſt nulla.
Quòd deum eſſe non eſt per ſe notum.
Quòd eſt tantum vnus deus.
Quòd vnitas dei eſt demonſtrabilis.
Vtrum cum vnitate eſſentie diuinę ſtet trinitas perſonarum. 20
Si in diuinis eſt aliqua productio intrinſeca:

Quòd ſunt ibi productiones & ſi ſunt eiuſdem rationis.
Nota quòd ibi rationes Thomæ & Henrici non concludunt.
Quòd cum vnitate eſſentię ſtet trinitas perſonarum.

DISTINCTIO III.

Vtrum ens in ſua communitate acceptum dicatur vniuocè de deo & creatura. 24
Quòd ens habeat proprium conceptum.
Quòd ens non eſt æquiuocum ut ponunt quidam.
Quòd ens eſt vniuocum.
Quòd ens non eſt analogum ut ponit. d. Thomas.
Qualis eſt vniuocatio entis.
Quòd vniuocatio entis non excludit analogiam.
Vtrum quiditas rei materialis ſit primum obiectum intellectus ex natura potentiæ. 30
Quòd primum obiectum intellectus non eſt quiditas rei materialis vt ponit d. Thomas.
Quòd primum obiectum non eſt Deus, vt ponit Henricus.
Quòd primum obiectum intellectus non eſt ens ſub ratione veri vt dicunt quidam.
Quòd primum obiectum intellectus eſt ens inquantum ens vt ponit Scotus.
Vtrum deus ſit à nobis naturaliter cognoſcibilis, 32
Quòd non valet diſtinguere de cognitione aſſirmatiua & negatiua vt ponunt quidam.
Quòd primum cognitum primitate originis cognitione actuali confuſa eſt ſpecies ſpecialiſſima.
Quòd primum cognitum primitate originis cognitione actuali diſtincta eſt ens.
Quòd primò cognita virtualiter ſunt communiora.
Quòd primum cognitum primitate perfectionis ſimpliciter eſt deus.
Quòd primum cognitum primitate perfectionis ſecundum proportionem ſunt ſenſibilia.
Vtrum in parte intellectiua ſit memoria habēs ſpeciem intelligibilem. 35
Quòd oportet ponere ſpeciem in intellectu contra Henricum.
Qualiter intellectus conuertit ſe ad phantaſmata ex quo habet ſpeciem.
Vtrum in mente ſit imago trinitatis. 39
Quid eſt imago vel veſtigium.
Reſpectu cuius in deo eſt imago.
In quibus potentijs eſt imago.
Quòd iſte potentię ſint idem realiter quòd anima: contra Thomam.

DISTINCTIO IIII.

Vtrum iſta ſit vera: deus genuit alium deum. 40

DISTINCTIO V.

Vtrū eſſentia diuina generet vel generetur. 42
Quòd eſſentia diuina non generat nec generatur contra abbatem Ioachim.
Quòd unitas diuinarum perſonarum nō eſt collectiua contra Ioachim.
Nota ibi de multiplici abſtractione.
Vtrum filius generetur de ſubſtantia patris. 43
Quòd filius non eſt de ſubſtantia patris quaſi de materia vt ponit Henricus.
Quòd eſſentia diuina non generatur ſubiectiuè.
Quòd eſſentia eſt formaliter terminus generationis.

DISTINCTIO VI.

Vtrum deus pater genuerit deum filium voluntate. 46
Si productio filij eſt naturalis.
Si pater producit filium voluntate.
Si producit filium neceſſitate, & qua neceſſitate.

DISTINCTIO VII.

Vtrum potentia generandi in patre ſit aliquod abſolutum vel proprietas perſonarum. 48
Nota ibi falſitatem opinionis d. Thomæ & Henrici.
Vtrum generatio diuina ſit æquiuoca vel vniuoca. 52
Quòd potentia accipitur multipliciter.

DISTINCTIO VIII.

Vtrum veritas ſit principalius in re uel in intellectu. 52
Nota ibi circa hoc diuerſas opiniones.
Vtrum deus ſit immutabilis. 53
Quòd rationes ſeptimi & octaui phiſicorum de immutabilitate dei non concludunt.
Vtrum deus ſit ſimplex per carentiam omnis compoſitionis. 54
Quòd in deo non ſit compoſitio ex materia & forma.
Quòd in deo non eſt compoſitio ex ſubiecto & accidente.
Quòd in deo non eſt compoſitio ex genere & differentia.
Vtrum cum ſimplicitate diuina ſtet aliqua diſtinctio perfectionum attributalium ex natura rei. 56
Nota ibi diuerſas opiniones.

DI-

DISTINCTIO IX.

Vtrum generatio filij ſit eterna in diuinis. 60
Sub qua ratione ponitur generatio in diuinis.
Quòd generatio diuina eſt æterna.
Quòd eadem æternitas numero eſt patris & filij.
Si cum æternitate eſt aliqua prioritas patris ad filium.

DISTINCTIO X.

Vtrum ſpiritus ſanctus producatur per actum uoluntatis. 62
Quòd in deo eſt uoluntas ſub ratione princi pij productiui.
Quomodo uoluntas diuina eſt principium communicandi naturam.
Si in productione ſpiritus ſancti eſt neceſſitas & libertas ſimul.

DISTINCTIO XI.

Vtrum ſpiritus ſanctus procedat a filio. 64
Vtrum ſi ſpiritus ſanctus non procederet a filio diſtingueretur realiter a filio. 66

DISTINCTIO XII.

Vtrum pater & filius ſpirent ſpiritum ſcanctū inquantum unum uel inquantum diſtincti. 35
Si pater & filius ſunt unum principium ſpiritus ſancti.
Si pater & filius principiant uniformiter ſpiritum ſanctum.
Vtrum generatio filij præcedat productionem ſpiritus ſancti. 68
Si in diuinis eſt aliqua prioritas.
Suppoſito ſi pater non generaret an poſſet producere ſpiritum ſanctum.

DISTINCTIO XIII.

Vtrum generatio filij diſtinguatur a productione ſpiritus ſancti. 69
Nota diuerſas opiniones quomodo diſtinguatur generatio & ſpiratio.
Vtrum generare, & ſpirare in patre ſint idem realiter. 71

DISTINCTIO 14. 15. & 16.

Vtrum in diuinis ſit aliqua proceſſio. 72
Sub qua ratione ponitur in diuinis proceſſio.
Quare proceſſio appropriatur ſpiritui ſancto.
Si proceſſio paſſiua eſt idem realiter cum relatione conſtitutiua ſpiritus ſancti.
Vtrū aliqua perſona diuina mittat ſeipſam. 73
Si miſſio accipitur multipliciter.
Quòd in diuinis ſunt aliqua eſſentialia aliqua notionalia aliqua mixta ex eis.
Nota ibi contra magiſtrum ſententiarum.
Vtrum ſpiritus ſanctus aliquo tempore fuerit uiſibiliter miſſus. 74
Quòd ſpiritus ſanctus non debuit mitti uiſibiliter tempore legis ſcriptæ.
Quòd ſpiritus ſanctus debuit uiſibiliter mitti tempore quo eccleſia fuit fundata.
Sub quibus ſpeciebus ſpiritus ſanctus fuit miſſus uiſibiliter.

DISTINCTIO 17. & 18.

Vtrum charitas ſit aliquod creatū in anima. 75
Nota ibi opiniones aliorum, & magiſtri.
Vtrum charitas uel quicunque habitus ſit principium acti uum reſpectu actus. 77
Nota ibi quatuor diuerſas opiniones.
Vtrum charitas augeatur. 79
Qualiter charitas augetur.
Nota ibi contra Thomam & Gotfredum.
Si charitas poteſt augeri in infinitum.
Si charitas poteſt minui.

DISTINCTIO 19.

Vtrum perſonæ diuinæ ſint æquales ſecundum magnitudinem. 82
Quid eſt fundamentum æqualitatis.
Si æqualitas dicit relationem poſitiuam.
Si æqualitas plurificatur in diuinis.
Vtrum una perſona ſit in alia per circum inceſſionem. 84

DISTINCTIO 20.

Vtrum tres perſonæ ſint æquales in potētia. 86
Quot modis ſumatur potentia.
Si in deo eſt potentia actiua ad extra.
Vtrum potentia generandi cadat ſub omnipotentia. 87
Nota ibi contra Egidium de potentia generandi.

DISTINCTIO 21.

Vtrum iſta ſit uera. ſolus pater deus eſt. 89
Si relatiuum eſt de primario conceptu relatiui.
Si dictio excluſiua addita uni relatiuo excludat aliud.
Nota ibi tres regulas de actionibus excluſiuis.

DISTNCTIO 22.

Vtrum deus ſit nominabilis a nobis. 91

DISTINCTIO 23.

Vtrum perſona ſit nomen primæ, uel ſecundæ intentionis. 93
Quid eſt perſona & quid eſt ſecunda intentio.
Quòd perſona non dicit nomen ſecunde intentionis ut dicit Varro.

Vtrum

Vtrum eas & unum dicant eandem rem. 49
Nota ibi opiniones Auicēnæ & cōmētatoris.

DISTINCTIO 24. & 25.

Vtrum in diuinis ſit propriè numerus. 95
Si numerus habeat aliquam entitatem extra animam.
Si numerus habeat aliquam vnitatem, & quę eſt illa.
Vtrum perſona in diuinis dicat ſubſtantiam vel relationem. 97
Quòd perſona non dicit relationem originis.
Quòd perſona non dicit relationem communem.
Quòd perſona non dicit quiditatem.

DISTINCTIO 26.

Vtrum perſonæ diuinæ conſtituantur in eſſe perſonali per relationes originis. 98
Nota ibi diuerſas opiniones.

DISTINCTIO 27.

Vtrum verbum mentis creatæ ſit actualis intellectio 100
Si verbum ſenſibile principaliter ſignificet cōceptum mentis, vel rem extra.
Quod verbum noſtrum non eſt notitia declaratiua vt dicit Henricus.
Vtrum verbum diuinum dicat quid eſſentiale vel notionale. 102

DISTINCTIO 28. & 29.

Vtrum ingenitum ſit proprietas patris. 103
Quòd ingenitum accipitur multipliciter.
Vtrum innaſcibilitas ſit proprietas conſtitutiua patris. 104
Nota circa hoc diuerſas opiniones.
Vtrum in diuinis ſit ratio principij. 106
Quomodo principium ſumitur vt dicitur ad intra & ad extra.

DISTINCTIO 30.

Vtrum deus referatur realiter ad creaturas. 107
Nota ibi quòd rationes Henrici & d. Thomæ non concludunt.
Vtrum noua relatio creaturæ ad deum exigat nouam relationem dei ad creaturam. 109
Quòd creatura de nouo refertur ad deum.
Quando exigitur noua relatio in deo ad creaturas.
Quòd deus determinat relationem creaturarum ad ipſum ſub ratione abſoluta.

DISTINCTIO 31.

Vtrum æqualitas in diuinis ſit relatio realis. 56
Si æqualitas eſt relatio realis in creaturis.

DISTINCTIO 32.

Vtrum pater ſit ſapiens ſapientia genita. 113
Vtrū pater & filius diligant ſe ſpiritu ſancto. 114
Nota ibi diuerſas opiniones.

DISTINCTIO 33. & 34.

Vtrum proprietas relatiua in diuinis ſit totaliter idem q̄ eſſentia. 115
Quòd proprietas nō diſtinguitur realiter ab eſſentia vt dicit Durandus.
Quòd proprietas non differt precisè ſecundum rationem ab eſſentia vt ponit Thomas.
Quòd proprietas non diſtinguitur formaliter ab eſſentia vt ponit Scotus.
Vtrum perſona ſit idem q̄ eſſentia. 118

DISTINCTIO 35.

Vtrum deus cognoſcat aliud a ſe 118
Quòd in deo eſt formaliter intellectus.
Quòd opinio commentatoris de intellectione dei reſpectu aliorum a ſe eſt falſa.

DISTINCTIO 36.

Vtrum ideæ ſint ponendę. 121
Quid eſt idea, & in quo ſunt ideæ.
Qualiter ſunt poſitę ideæ, ſi in eſſentia diuina, vel alibi.
Vtrum omnia cognita a deo habeant ideam in eo. 123
Quòd omnia poſitiua habeant ideam contra d. Thomam, & Henricum.
Vtrum creaturæ inquantum cognitæ à deo habeant aliquod eſſe reale ab eterno. 124

DISTINCTIO 37.

Vtrum deus ſit vbiquè. 125
Per quod formaliter deus eſt vbiquè.
Si eſſe vbiquè eſt proprium dei.
Quot modis dicitur deus eſſe vbiquè.

DISTINCTIO 38.

Vtrum ſcientia dei ſit cauſa rerum. 127
Vtrum habeat ſcientiam futurorum contingentium. 128
Si deus cognoſcit contingentia, & qualiter.
Si ſcientia dei de contingentibus eſt fallibilis.

DISTINCTIO 39.

Vtrum in vniuerſo eueniant aliqua contingenter. 130
Quæ eſt prima cauſa contingentiæ.
Vtrum deus habeat ſcientiam neceſſariam de contingentibus. 132
Quomodo voluntas dei poteſt ſe determinare ad oppoſita ſine mutatione.

DISTINCTIO 40. & 41.

Vtrum prædeſtinatus poſſit damnari. 132
Si deus poteſt aliquem de nouo predeſtinare.
Vtrum ſit aliquod meritū predeſtinationis. 134

DISTINCTIO 42.

Vtrum deus habeat potentiam infinitam. 135
Vtrum deum eſſe omnipotentem, poſſit probari

bari ratione naturali. 137

DISTINCTIO 43.

Vtrum deus poſſit facere infinitum in actu.

Vtrum inter quaſcunque ſpecies vniuerſi deus poſſit facere ſpeciem mediam. 138

DISTINCTIO 44.

Vtrum deus potuerit facere mundum meliorem. 140

DISTINCTIO 45.

Vtrum deus velit aliud a ſe. 142

Quòd in deo eſt voluntas.

Vtrum deus velit mala fieri.

Quòd malum dicitur tripliciter.

DISTINCTIO 46.

Vtrum voluntas diuina ſit mutabilis. 143

Quòd voluntas diuina accipitur multipliciter

Vtrum voluntas beneplaciti in deo ſemper impleatur. 144

DISTINCTIO 47.

Vtrum aliquid eueniat in vniuerſo preter dei voluntatem. 144

Vtrum deus poſſit præcipere malum. 146

Quòd malum accipitur multipliciter.

DISTINCTIO 48.

Vtrum voluntas creata conformis voluntati diuinę ſemper ſit recta. 146

Explicit tabula primi libri.

TITVLI LIBRI SECVNDI ſententiarum.

DISTINCTIO PRIMA.

Vtrum omnia ſint a primo tāquàm a cauſa effectiua. 148

Quòd prima cauſa eſt ineffectibilis.

Quòd prima cauſa eſt neceſſe eſſe.

Quòd eſt vna tantum.

Quòd prima cauſa habet potentiam infinitā.

Quòd poteſt creare.

Si mundus eſt a prima cauſa effectiuè ab eterno.

Vtrum aliquid aliud a deo poſſit eſſe ſine principio durationis. 153

Si ſtante iſto mundo deus poſſit alium mundum producere.

Vtrum productio creaturarum præſupponat productionem perſonarum. 156

Primò quantum ad eſſe reale.

Secundò quantum ad eſſe intelligibile.

Tertiò ſi per impoſſibile eſſet tātum vna perſona ſe poſſet creare.

Vtrum relatio creaturæ ad deum ſit eadem ſuo fundamento. 158

Si eſſe relationis ſit in anima, vel extra animam.

Si relatio generaliter ſumpta ſit eadem ſuo fundamento.

Vtrum creatura poſſit creare. 162

Vtrum angelus & anima differant ſpecie. 165

Si angelus eſt nobilior quàm anima.

DISTINCTIO SECVNDA.

Vtrum angeli menſurentur tempore vel euo. 168

Quid eſt tempus.

Quid eſt euum.

Si in euo eſt ſucceſſio.

Si eſſe angelorum menſuretur tempore uel euo.

Si operationes angelorum menſurentur tempore vel euo.

Vtrum angelus ſit in loco. 175

Quid eſt locus.

Si angelus poteſt eſſe in loco indiuiſibili.

Si plures angeli poſſunt eſſe in eodem loco.

Vtrum vnus angelus poſſit moueri motu locali. 174

Quid eſt motus.

Qualiter ſe habet motus ad formam acquiſitam.

Si angelus mouetur.

Quibus motibus mouetur.

Si indiuiſibile poteſt moueri.

DISTINCTIO TERTIA.

Vtrum in angelo cadat aliqua compoſitio. 179

Quid eſt compoſitio & quot ſunt gradus cōpoſitionis.

Si in angelo ſit compoſitio quantitatiua ita quòd ſit corporeus.

Si angelus eſt compoſitus ex ſubiecto & accidente.

Si angelus eſt compoſitus ex eſſentia & eſſe.

Si angelus eſt compoſitus ex materia & forma.

Si angelus eſt compoſitus ex genere & differentia.

Vtrum ſubſtantia materialis ſit indiuidua per aliquam entitatem propriam naturam determinantem ad ſingularitatem. 184

Si natura eſt ſeipſa indiuidua.

Si natura eſt indiuidua per negationem.

Si natura eſt indiuidua per quantitatem.

Si natura eſt indiuidua per materiam.

Si natura eſt indiuidua per entitatē propriā, quæ dicitur gradus intrinſecus naturæ.

Vtrum

Vtrum in una ſpecie ſint plures angeli ſolo numero differentes. 190
Vtrum angelus cognoſcat ſe per eſſentiã ſuã. 192
Quid eſt cauſa intellectionis.
Quid eſt principium cauſæ intellectionis.
Vtrum ad hoc angelus diſtinctè cognoſcat quiditates creatas alias a ſe habeat diſtinctas rationes cognoſcendi eas. 198
Vtrum angelus cognoſcat res ſenſibiles per ſpecies innatas, vel acquiſitas. 200
Vtrum in parte intellectiua ponatur ſenſus propter abſentiam obiecti, vel propter poſſibilitatem intellectus. 204
Vtrum angelus naturali dilectione poſſit diligere deum plus quàm ſe. 205

DISTINCTIO IIII.

Vtrum angelus potuit peccare. 206
Si potuit peccare ab inſtanti ſuæ creationis quæ fuit cauſa defectionis.

DISTINCTIO V.

Vtrum angelus prius meruerit ſuam beatitudinem quàm acceperat. 208
Vtrum malus angelus potuerit appetere æqualitatem dei. 210

DISTINCTIO VI.

Vtrum peccatum luciferi fuerit ſuperbia formaliter. 111
Nota ibi multiplicem actum voluntatis.

DISTINCTIO VII.

Vtrum malus angelus neceſſariò mala velit. 213
Nota ibi multiplicem bonitatem & malitiam. 213
Vtrũ angelus poſſit inducere veras formas. 215

DISTINCTIO VIII.

Vtrum angelus poſſit aſſumere corpus in quo exercet opera vitæ. 217
Quid eſt angelum aſſumere corpus.
Quale corpus aſſumit.
Qualia opera ibi exercet.
Per quam potentiam corpus aſſumptum mouet.
Vtrum demones poſſint ludificare ſenſus noſtros. 219
Quomodo ſe habet viſus ad potentias ſenſitiuas, & apprehenſiuas.

DISTINCTIO IX.

Vtrum angelus poſſit loqui alteri angelo. 221
Nota ibi improbationem opinionis Henrici de cognitione uniuerſalis & particularis,
Quid angelus loquens gignat in intellectu audientis.
Quõ angelus poſſit loqui vni & non alteri.
Vtrum vnus angelus poſſit alterum illuminare. 224

DISTINCTIO 10.

Vtrum omnes angeli mittantur. 225

DISTINCTIO. 11.

Vtrum angelus cuſtodiens poſſit aliquid cauſare in intellectu hominis cuſtoditi. 226
ſi quilibet homo habet angelum cuſtodem ſui.
Si antichriſtis habebit angelum cuſtodem ſui.
Si angelis eſt controuerſia ſicut in hominibus cuſtoditis.
Si dolent de hominibus perditis quos cuſtodiunt.

DISTINCTIO 12.

Vtrum materia dicat entitatem poſitiuam diſtinctam a forma realiter. 111
Vtrum materia virtute diuina poſſit eſſe ſinè forma. 128

DISTINCTIO 13.

Vtrum lux fuerit creata a prima die. 129
Quid eſt lux.
Quid eſt lumen.
Qualiter lumen gignatur a luce.
Qualiter lumen multiplicetur, & ſit in medio.
Quomodo lux fuerit creatã.
Quid de iſta luce factum ſit.

DISTINCTIO 14.

Vtrum cęlum ſit compoſitum ex materia & forma. 133
Si cęlum eſt de natura quatuor elementorũ.
Si cęlum eſt animatum.
Si materia cęli & inferiorum ſunt eiuſdem rationis.
Si materia habet aliquam extenſionem ab extenſione quantitatis.
Vtrum cęlum moueatur ab intelligentia creata. 137
Si actiones creaturarum totaliter ſint a Deo vel a creatura.

DISTINCTIO 15.

Vtrum in mixto maneant elementa in actu ſecundum ſuas formas ſubſtantiales. 237
Si omnia elementa veniant ad generationem mixti.
Vtrum anima ſenſitiua in bruto ſit extenſa. 239

DISTINCTIO 16.

Vtrum voluntas & intellectus ſit idem quod eſſentia animæ. 240

DI-

DISTINCTIO 17.
Vtrum paradiſus terreſtris ſit locus conueniens homini. 243
Vtrum in homine ſit alia forma ſubſtantialis præter animam intellectiuam. 24
Si anima intellectiua ſit forma hominis.
DISTINCTIO 18.
Vtrum in materia ſit ratio ſeminalis ad formã naturaliter educendam de ipſa. 246
Quid ſit ratio ſeminalis.
In quibus ponitur.
Ad quid ponitur.
Vtrum ſit vnus intellectus numero in omnibus. 248
DISTINCTIO 19.
Vtrum homines in ſtatu innocentię fuiſſent immortales. 250
Quid de immortalitate corporis & animę.
DISTINCTIO 20.
Vtrum in paradiſo terreſtri fuiſſet filiorum propagatio per copulam carnalem. 252
Qualis ſit ſuperfluitas ſeminis.
Quę virtus ſit in ſpermate maris, & feminę.
In quanto tempore formetur fętus.
Quę membra primo formentur.
Vnde cauſatur tanta diuerſitas carnis & oſſium. 122
Quare aliquę pariunt in maiori, aliquę in minori tempore.
Quare natus in ſeptimo menſe, & in nono viuit, & in octauo non.
Quare aliquandò generatur mas, aliquandò femina.
Quòd in ſtatu innocentiæ fuiſſet propagatio filiorum, & quomodo.
Quòd fuiſſet ęqualis multiplicatio virorum, & mulierum.
Quòd ibi fuerit virginitatis amiſſio.
Quòd filij generati non habuiſſent ſtatim perfectum vſum membrorum.
DISTINCTIO 21.
Vtrum peccatum primi hominis potuit eſſe veniale. 256
Vtrum peccatum primi hominis de facto fuerit grauiſſimum. 257
Quale fuit peccatum adæ.
Quantum fuit graue.
Quis plus peccauit an Adam, vel Eua.
DISTINCTIO 22.
Vtrum peccatum primorum parentum fuerit ex ignorantia. 258
Quòd virtutes & vitia ſint in poteſtate noſtra.
Quòd ignorantia accipitur multipliciter.
Si ignorantia excuſet peccatum.
DISTINCTIO 23.
Vtrum deus poſſit facere voluntatem creatam impeccabilem per naturam. 259
Vtrum adam in ſtatu innocentiæ viator exiſtẽs potuerit habere per potentiam diuinam notitiam intuitiuam de diuina eſſentia. 260
DISTINCTIO 24.
Vtrum voluntas neceſſitetur reſpectu ultimi finis uel ſit libera. 261
Vtrum voluntas ſit nobiliſſima potentiarũ animę. 127
DISTINCTIO 25.
Vtrum in deo ſit liberum arbitrium. 265
Vtrum aliud a voluntate cauſet effectiuè actum in voluntate. 128
DISTINCTIO 26.
Vtrum gratia ſit principalius in eſſentia animę, vel in potentia. 267
DISTINCTIO 27.
Vtrum gratia ſit virtus. 268
Quid ſit uirtus, & quot modis ſumatur.
Qualiter gratia vel habitus ſe habeat ad actũ elicitum.
DISTINCTIO 28.
Vtrum liberum arbitrium hominis ſine gratia poſſit uitare omne peccatum mortale. 271
Nota hic multa de gratia gratis data. & de gratia gratum faciente.
DISTINCTIO 29.
Vtrum primus homo in ſtatu innocentię habuerit gratiam. 272
Si habuerit iuſtitiam originalem.
Si habuerit iuſtitiam ad uirtutes mortales.
Quomodo gratia ſe habeat ad gloriam.
DISTINCTIO 30.
Vtrum quilibet ſecundum communem legem propagatus ab Adam contrahat peccatum mortale. 273
Vtrum aliquid de alimẽto tranſeat in virtutem humanę naturæ. 274
DISTINCTIO 31.
Vtrum anima contrahat peccatum originale a carne infecta concupiſcibiliter ſeminata. 274
DISTINCTIO 32.
Vtrum in baptiſmo remittatur peccatum originale. 245
DISTINCTIO 33.
Vtrum paruulis cum originali decedentibus debeatur pęna ſenſus. 275
Si peccata parentum tranſeant in filios.
Si peccatum originale ſit vnum vel plura.

Si eſt æqualiter in omnibus.

DISTINCTIO 34.

Vtrum peccatum ſit a bono vt a cauſa. 308

DISTINCTIO 35.

Vtrum peccatum ſit per ſe corruptio boni. 308

DISTINCTIO 36.

Vtrum actio ſit in agente. 278

Nota bonas diſtinctiones de actione.

DISTINCTIO 37.

Vtrum peccatum poſſit eſſe a doo. 280

Vtrum euĕtus fortuiti reducantur ad aliquam cauſam per ſe. 280

Nota ibi multa de fortuna ſi eſt, & quid ſit.

DISTINCTIO 38.

Vtrum intentio ſit actus ſolius voluntatis. 282

Vtrum voluntas poſſit ſe mouere contra iudicium rationis. 284

DISTINCTIO 39.

Vtrum conſcientia ſit in intellectu vel in affectu. 138

Si conſcientia ſit actus, uel habitus.

Si conſcientia erronea obliget ad faciendum quod dictat.

Vtrum ſynderesis ſit in intellectu, vel in affectu. 284

DISTINCTIO 40.

Vtrum omnis actus ſit bonus ex fine. 285

Vtrum omnis actus exterior bona intentione factus ſit meritorius. 285

DISTINCTIO 41.

Vtrum poſſit eſſe aliquis actus humanus indifferens ad bonitatem & malitiam. 286

DISTINCTIO 42.

Vtrum in cogitatione poſſit eſſe peccatum. 286

Quòd peccatum formaliter & primo eſt in ſola voluntate.

Quomodo peccatum ſit in cogitatione, locutione, & operatione.

Quomodo cogitatio ſubſit imperio voluntatis.

Vtrum actus purus interior, & exterior ſint duo peccata. 288

DISTINCTIO 43.

Vtrum voluntas poſſit peccare in ſpiritum ſanctum. 288

Si peccatum in ſpiritum ſanctum ſit grauiſſimum.

Si eſt remiſſibile.

Quot ſint peccata in ſpiritum ſanctum.

DISTINCTIO 44.

Vtrum potentia peccandi ſit a deo. 290

TITVLI TERTII SENTENTIARVM

DISTINCTIO PRIMA.

VTRVM incarnatio ſit poſſibilis. 291

Nota ibi diuerſas opiniones declarantes poſſibilitatem incarnationis.

item nota quid addat perſona, vel ſuppoſitū ſupra naturam.

Vtrum vna perſona poſſit incarnari ſine alia. 294

Nota ibi quid formalis ſit ratio terminandi incarnationem.

Vtrum tres perſonę poſſint aſſumere eandem naturam numero. 294

Nota ibi diuerſas opiniones & quę ſit probabilior.

DISTINCTIO SECVNDA.

Vtrum ſi homo non peccaſſet deus incarnatus fuiſſet. 327

Nota ibi contra opinionem, d. Thomæ.

Vtrum deus poſſit aſſumere naturam rationalē quæ non frueretur eo. 14

Nota ibi contra d. Thomam, & Henricum.

Vtrum deus poſſit aſſumere naturam rationalem. 292

DISTINCTIO III.

Vtrum beata virgo Maria fuerit concepta in originali peccato. 301

Vtrum corpus Chriſti fuerit ſubiiò formatum ſeu in inſtanti. 304

Nota ibi in quanto tempore formetur fetus, & quę membra primò formentur.

DISTINCTIO IIII.

Vtrum virgo beata fuerit aliquid operata actiue in conceptione filij ſui. 304

Si virgo beata ſit dei genitrix appellanda.

Vtram Chriſtus poſſit dici filius ſpiritus ſancti. 306

DISTINCTIO V.

Vtrum natura diuina aſſumpſerit, vel aſſumere potuerit naturam humanam. 306

Nota ibi diuerſas opiniones.

Vtrum perſona aſſumat vel aſſumere poſſit perſonam. 308

DISTINCTIO VI.

Vtrum in Chriſto ſint plura eſſe. 308

Nota ibi multa contra, d. Thomam.

DISTINCTIO VII.

Vtrum iſta ſit vera deus eſt homo. 310

Nota ibi diuerſitates propoſitionum per ſe

& per

& per accidens.
Vtrum hæc ſit vera deus eſt factus homo. 317

DISTINCTIO VIII.

Vtrum plura accidentia eiuſdem ſpeciei poſſint eſſe ſimul. 315
Nota ibi contra d. Thomam & Henricum.
Vtrũ Chriſto ſint duę filiationes reales. 317
Nota ibi contra Thomam.
item nota quid ſit filiatio.

DISTINCTIO IX.

Vtrum Chriſto debeatur latria ſecundum naturam humanam.
Nota ibi quid ſit latria, dulia & yperdulia.
Nota ibi multa de adorationibus.

DISTINCTIO X.

Vtrum Chriſtus ſecundum quòd homo ſit perſona. 318
Nota ibi multa de dictionibus reduplicatiuis.

DISTINCTIO 11.

Vtrum Chriſtus ſit filius dei adoptiuus. 320
Vtrum hęc ſit uera Chriſtus incepit eſſe. 324

DISTINCTIO 12.

Vtrum chriſtus potuerit peccare. 325
Vtrum deus potuerit aliunde aſſumere hominem quàm de genere adæ. 326
Nota ibi quare deus non debuerit aſſumere hominem de ſexu femineo.

DISTINCTIO 13.

Vtrum animæ Chriſti fuerit collata gratia ſumma. 327
Nota ibi quot modis dicatur ſummum.
item ſi ſit poſſibile dari gratiam ſummam.

DISTINCTIO 14.

Vtrum intellectus animę Chriſti poſſit videre omnia verbo quę videt verbum. 329
Nota ibi contra opinionem d. Thomę, & contra opinionem Henrici.
Vtrum anima Chriſti nouerit omnia in genere proprio. 331
Nota ibi contra d. Thomam, & Henricum.
item nota duplicem notitiam ſcilicet intuitiuam, & abſtractiuam, & differentiam inter eas.
item nota ſi ſpecies quę ponuntur in intellectu, ſint ſpecies quiditatum an ſingularium.

DISTINCTIO 15.

Vtrum in anima Chriſti fuerit ſimul dolor, & gaudium. 333
Nota ibi diuerſas opiniones.
item quid ſit dolor, & quid triſtitia, & vnde cauſentur.
item ſi contraria poſſint eſſe in eodem.

DISTINCTIO 16.

Vtrum Chriſtus habuerit neceſſitatem moriendi. 338
Nota ibi ſi Chriſtus acceperit omnes defectus humanę naturæ.
Vtrum in poteſtate animæ Chriſti fuerit non mori ex violentia paſſionis.

DISTINCTIO 17.

Vtrum in Chriſto ſint duę voluntates. 339
Si voluntas creata Chriſti ſemper fuerit conformis voluntati diuinæ.
Vtrum decuerit Chriſtum orare. 339
Si in omni ſua oratione fuerit exauditus.

DISTINCTIO 18.

Vtrum Chriſtus meruerit in primo inſtanti ſuę conceptionis. 370
Nota ibi ſi Chriſtus meruerit, & quando, & ſi meruerit ſibi aliquid.

DISTINCTIO 19. & 20.

Vtrum Chriſtus meruerit nobis gratiam & gloriam. 373
Nota quomodo Chriſtus meruerit efficaciter & ſufficienter.
item nota quæ ſint illa quæ Chriſtus nobis meruit.
Vtrum neceſſarium fuerit genus humanũ reparari per mortem Chriſti. 345
Nota ibi concluſiones Anſelmi licet videantur dubię.

DISTINCTIO 21. & 22.

Vtrum corpus Chriſti fuiſſet putrefactum, ſi reſurrectio non fuiſſet accelerata. 346
Nota ibi quid ſit putrefactio.
item quare corpus Chriſti non fuiſſet putrefactum, & ſi nouo miraculo an antiquo.
Vtrum Chriſtus in triduo fuerit homo. 347
Nota ibi diuerſas opiniones.
item ſi materia ſit de quiditate rei, an forma dicat totam quiditatem.

DISTINCTIO 23.

Quid ſit fides. 350
Vtrum neceſſe ſit ponere fidem infuſam. 351
Quid oportet ponere fidem infuſam & acquiſitam.
Si fides infuſa & acquiſita ſint alterius rationis.
Si fidei poſſit ſubeſſe aliquod falſum.

DISTINCTIO 24.

Vtrum de credibilibus reuelatis poſſit aliquis ſimul habere fidem & ſcientiam. 3[illegible]

DISTINCTIO 25.

Vtrum quilibet habens vſum rationis teneatur ſcire & credere omnes articulos fidei. 353
Nota

Nota ibi qui & quot ſint articuli fidei.

DISTINCTIO 26.

Vtrum ſpes ſit virtus theologica diſtincta a fide, & charitate. 355
Si ſpes ſit uirtus theologica.
Si ſpes ſit diſtincta a fide & charitate.
Si ſpes ſit prior charitate.

DISTINCTIO 27.

Vtrum ſit aliqua virtus theologica inclinans ad diligendum deum ſuper omnia. 375
nota ibi ſi diligere deũ ſuper omnia ſit actus de ſe rectus.
ſi naturaliter poſſimus diligere deum ſuper omnia.
Quæ ſit neceſſitas ponendi charitatem infuſam.

DISTINCTIO 28. & 29.

Vtrum charitas ſit maxima virtus. 360
Vtrum ſecundum ordinem charitatis magis diligendi ſint parentes quàm filij. 361

DISTINCTIO 30.

Vtrum omnia ſint diligenda ex charitate. 362
nota ibi quomodo demones & damnati, & viuentia, & non viuentia ſint diligenda ex charitate.

DISTINCTIO 31.

Vtrum charitas remaneat in patria, an euacuetur. 363
nota ibi ſi fides, & ſpes, euacuabitur in patria.
item nota ſi actus charitatis in via & actus charitatis in patria ſint eiuſdem rationis.

DISTINCTIO 32. & 33.

Vtrum deus diligat omnia æqualiter. 365
Vtrum Chriſtus magis dilexerit Ioannem quã Petrum. 366

DISTINCTIO 34.

Vtrum uirtutes morales ſint ſubiectiuè in voluntate an in parte rationali. 367
nota ibi vnde generentur virtutes morales & quot ſint.

DISTINCTIO 34.

Vtrum dona ſpiritus ſancti differant a virtutibus. 369
nota ibi quot ſint dona ſpiritus ſancti & quę

DISTINCTIO 36.

Vtrũ virtutes morales ſint connexę inter ſe. 372
item ſi ſit una prudentia tantum reſpectu omnium uirturum moralium.
item ſi virtutes morales ſiut connexe cum prudentia.
item ſi virtutes morales ſint connexe theologicis.

DISTINCTIO 37. & 38.

Vtrum omnia præcepta decalogi ſint de lege naturæ. 375
Nota ibi quæ & quot ſint præcepta decalogi.
Qualiter præcepta decalogi ſint diſtincta in tabulis.
Vtrum omne mendacium ſit peccatum. 377
nota ibi quot modis accipiatur mendacium & quando ſit peccatum mortale & quando, non.

DISTINCTIO 39.

Vtrum periurium ſit peccatum mortale. 378
nota ibi quot modis accipiatur iuramẽtum.
item quid ſit maius peccatum periurium an homicidium.

DISTINCTIO 40.

Vtrum lex noua ſit grauior lege veteri. 379

TITVLI QVAESTIONVM QVARTI libri ſententiarum.

DISTINCTIO PRIMA.

VTRVM illa ſit ratio diffinitiua ſacramenti quam ponit magiſter in littera. 381
Cuius entis ſit diffinitio cuius non.
An ſacramenti ſit diffinitio.
Dato quòd ſit, quęnam ſit illa.
Vtrum pro tempore cuiuſcunque legis datę a deo debuerit inſtitui aliquod ſacramentũ.
ibidem nota quatuor concluſiones de neceſſitate ſacramenti a deo inſtituti iuxta diuerſos ſtatus & leges quoque diuerſificatã. 383
Vtrum nouæ legis ſacramenta gratiæ ſint effectiua. 384
ibi nota opinionem, d. Thomę & rationes eius, deinde opinionem doctoris ſubtilis cum diſſolutione rationum d. Thomæ.
Vtrum in circunciſione remittebatur peccatum originale. 386
nota ibi tres concluſiones quomodo per circunciſionem quæ ad tempus legis naturæ nõ pertinebat remittebat originale, quæque tẽpore Ioſuæ magis quàm Moyſi fuerit confirmata.
Vtrum ex ui circunciſionis conferebatur gratia. 387
An de potentia Dei abſoluta poſſit remitti culpa originalis ſine gratiæ infuſione.

An

An hoc idem fieri poſſit de potentia dei ordinata.
An in circunciſione collata fuerit gratia.
Vtrum tempore legis naturæ fuerit aliquod ſacramentum correſpondens circunciſioni. 389
Vide tres concluſiones de hoc, ſ. quæ fuerint ſacramenta tempore legis naturæ, & quemadmodum deſierit circunciſio.

DISTINCTIO SECVNDA.

Vtrum ſeptem ſint nouæ legis ſacramenta. 391
Vide tres concluſiones de nobilitate & perfectione ſeptem ſacramentorum legis euangelicæ à deo inſtitutorum.
Vtrum ſacramenta legis nouæ habeant efficaciam a Chriſti paſſione. 393
Vide duas concluſiones quomodo ſacramenta habeant efficaciam à ſolo deo vt a cauſa principaliter cauſante, & à Chriſti paſſione ſicut a cauſa meritoria.
Vtrum baptizatus baptiſmo Ioannis teneatur neceſſariò rebaptizari baptiſmo Chriſti. 394
Vide tres cõcluſiones a quo & ad quid fuerit inſtitutus Ioannis baptiſmus, & quæ fuerit eius efficacia.

DISTINCTIO III.

Vtrum illa ſit ratio diffinitiua baptiſmi quam ponit magiſter in littera, ſ. intinctio corporis exterior &c. 395
Vide tres concluſiones quomodo baptiſmi aliqua & quæ ſit diffinitio.
Vtrum illa ſit forma baptiſmi. Ego te baptizo in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. 396
Si aliqua ſit forma baptiſmi
Quæ ſint illa verba.
An iſta verba poſſint mutari ſine baptizati periculo.
Vtrum ſola naturalis aqua pura conueniens ſit baptiſmi materia. 297
Nota tres concluſiones quòd ſola naturalis aqua, & non artificialis ſit materia.

DISTINCTIO IIII.

Vtrum paruuli ſint baptizandi. 398
Nota opinionem pelagiorum, deinde ueram & catholicam cum diſſolutione rationum hæreticorum.
Vtrum paruuli recipiant effectum baptiſmi. 400
Vide tres concluſiones de tribus quæ recipiunt in baptiſmo paruuli fidem infuſam characterem, & gratiam gratum facientem.
Vtrum adulti recipiant effectum baptiſmi. 400
Ibi nota quatuor articulos ſecundum quaternariam adulti diuerſitatem & conditionem.

DISTINCTIO V.

Vtrum iuſtificati teneantur baptizari. 403
An iuſtificati debeant baptizari.
An omnes baptizati æqualiter recipiant effectum baptiſmi.
Vtrum ſoli ſacerdotes poſſint baptizare. 404
Nota tres articulos quomodo congruat ſolum viatorem & ſacerdotem baptizare.
In neceſſitatis verbo ſiue mortis articulo quemlibet.
Vtrum mali ſacerdotes poſſint baptizare. 405

DISTINCTIO VI.

Vtrum in baptiſmo imprimatur character. 406
Nota tres articulos quid importetur nomine characteris.
An in baptiſmo character imprimatur.
Au character impreſſus forma ſit delebilis vel indelebilis.
Vtrum character forma ſit abſoluta. 409
Vtrum character ſit forma reſpectiua. 411
In quibus ſacramentis imprimatur character.
An abſoluta ſit forma character.
Vtrum character ſit in eſſentia animæ vt in ſubiecto. 411
Tres concluſiones ſecundum triplicitatem opinionum.

DISTINCTIO VII.

Vtrum confirmationis ſacramentum ad ſalutem ſit neceſſarium. 412
Tres concluſiones quomodo confirmationis ſacramentum homini adulto ſit neceſſarium baptiſma tamen præſupponens.
Vtrum in ſacramento confirmationis conferatur gratia gratum faciens. 412
Nota ibi tres concluſiones.
Vtrum ſacramentum confirmationis poſſit iterari. 414
A quo illud ſacramentum conferatur.
Si illud iteratur.
Quæ ſit pœna iterantis iſtud confirmationis ſacramentum.

DISTINCTIO VIII.

Vtrum ſacramentum euchariſtiæ ſit ſacramentum legis nouæ. 414

Vide tres concluſiones. Euchariſtia eſt ſacramentum nouæ legis, Euchariſtia eſt ſacramentum excellentius, & eſt vnum vnitate integritatis, non indiuiſibilitatis.

Nota ibidem quadruplicem differentiam ſacramenti Euchariſtiæ, & aliorum nouæ legis ſacramentorum, & nota quomodo corpus chriſti capiatur dupliciter pro incluſione partium animatarum tantum, ſecundò pro incluſione partium qualiumcunque.

Vtrum illa ſit forma conſecrationis corporis Chriſti, quę ponitur in canone miſſæ, hoc eſt corpus meum.

DISTINCTIO IX.

Vtrum ſacramentum corporis Chriſti poſſit à non ieiunis recipi. 418

Nota ibi q̃ illud ſacramentum poteſt quadrupliciter ſumi.

Vtrum poſſibile ſit corpus Chriſti ſub ſpecie panis & vini realiter contineri. 421

Nota ibi quomodo corpus Chriſti de nouo eſt ſine ſui mutatione.

Item quomodo corpus Chriſti magnum poſſit contineri in hoſtia parua.

Vtrum exiſtens in peccato mortali peccet mortaliter ſumendo hoc ſacramentum. 422

DISTINCTIO X.

Vtrum idem corpus per aliquam potentiam poſſit ſimul eſſe in pluribus locis. 422

Vtrum corpus Chriſti poſſit eſſe ſimul in cęlo, & in Euchariſtia. 427

Vtrum Chriſtus in Euchariſtia exiſtens per virtutem naturalem poſſit tranſmutare aliud à ſe. 427

Nota ibi diſtinctionem potentiarum animę.

Vtrum intellectus creatus poſſit naturaliter videre exiſtentiam corporis Chriſti in Euchariſtia. 428

Vtrum exiſtentia corporis Chriſti in Euchariſtia poſſit videri oculo corporali 430

DISTINCTIO 11.

Vtrum in tranſubſtantiatione panis conuertatur in corpus Chriſti. 430

Nota ibi quis eſt formalis terminus tranſubſtantiationis.

Vtrũ panis in illa conuerſione annihiletur. 433

Quæ eſt conueniens materia huius ſacramenti.

DISTINCTIO 12.

Vtrum in Euchariſtia ſit aliquod accidens ſine ſubiecto. 433

Nota ibi ſi inhęrentia eſt de eſſe accidentis.

Vtrum in Euchariſtia quodcunque accidens ſit ſine ſubiecto. 434

Nota ibi ſi quantitas eſt perfectior qualitate an econuerſo.

DISTINCTIO 13.

Vtrum ſola actione diuina poſſit confici corpus Chriſti. 440

Vtrum quilibet ſacerdos poſſit conficere hoc ſacramentum. 442

Vtrum in omni loco ſit licitum miſſam celebrare. 443

Nota ibi multa de veſtimentis locis & alijs requiſitis ad miſſam.

DISTINCTIO 14.

Vtrum pœnitentia neceſſario requiratur ad deletionem peccati mortalis. 445

Vtrum actus pœnitendi requiſitus ad deletionem peccati ſit actus alicuius virtutis. 446

Vtrum pœnitentia virtus ſit tantum vnius pœnæ inflictiua. 448

Nota ibi ſi per ſacramentum pœnitentiæ remittatur peccatum.

DISTINCTIO 15.

Vtrum cuilibet peccato actuali mortali correſpondeat ſatisfactio propria. 449

Vtrum quicunque iniuſtè abſtulit rem alienam teneatur illam reſtituere. 450

Vtrum damnificans alium in bonis corporis, vel animæ teneatur illa reſtituere. 452

DISTINCTIO 16. & 17.

Vtrum remiſſio culpę & infuſio gratię ſint vna ſimplex mutatio. 452

Vtrum ſit neceſſarium ad ſalutem alicui confiteri omnia peccata ſua ſacerdoti. 454

Nota ibi quo præcepto teneatur peccator confiteri & quid illud præceptum includat.

Vtrum cuilibet ſacerdoti in ſuſceptione ordinis ſacri conferatur clauis regni cęleſtis. 456

Vtrum poteſtas clauium ſe extendat ad excommunicationem. 458

Nota ibi quis poteſt excommunicare & pro quo eſt excommunicatio facienda.

DISTINCTIO 20. & 21.

Vtrum pœnitentia in extremis valeat ad ſalutem. 460

Vtrum poſt hanc vitam poſſit aliquod peccatũ dimitti. 461

Vtrum confeſſor in quocunque caſu teneatur cœlare peccatum ſibi in confeſſione detectum. 462

Nota ibi qua lege conſeatur confeſſor cęlare peccatum

peccatum ſibi in confeſſione detectum.

DISTINCTIO 22. & 23.

Vtrum peccata per pœnitentiam dimiſſa redeant eadem numero in recidiuante. 464

Vtrum extrema vnctio ſit ſacramentum nouæ legis. 466

DISTINCTIO 24. & 25.

Vtrum in eccleſia ſint tantum ſeptem ordines. 468

Nota ibi diuerſitatem opinantium ſi epiſcopatus eſt ordo, vel dicitur ordo.

Vtrum pœna canonica impediat à ſuſceptione & collatione ordinum. 470

Nota ibi quid eſt pœna canonica.

Item quæ & quot ſint pœnæ canonicæ.

Item qualiter pœnæ canonicæ infligantur.

Item qualiter pœnæ canonicæ tollantur.

DISTINCTIO 26. & 27.

Vtrum matrimonium ſit coniunctio maris, & fœminæ. 472

Nota ibi quomodo differant matrimonium & contractus matrimonij, & ſacramentum matrimonij.

Item nota vnde dicatur matrimonium.

Vtrum ſit honeſtum marem & fœminam matrimonialiter coniugi. 472

Vtrum matrimonium ſit à deo inſtitutum, & quando & qualiter fuit inſtitutum. 474

DISTINCTIO 28. & 29.

Vtrum ſolus conſenſus expreſſus verbis de præſenti faciat matrimonium. 475

Vtrum conſenſus coactus ſufficiat ad matrimonium contrahendum. 476

Nota ibi multiplicem cõſenſum requiſitum ad matrimonium.

DISTINCTIO 30. & 31.

Vtrum conſenſus erroneus ſufficiat ad contrahendum matrimonium. 478

Nota ibi ſi aliquis dicat verbo non tamen conſentiat nunquid contrahat matrimonium.

Vtrum inter Mariam & Ioſeph fuerit verum matrimonium. 280

Nota ibi ſi aliquis uouens virginitatem poteſt contrahere matrimonium.

Vtrum iſta tria ſint bona matrimonij, ſ. fides proles & ſacramentum. 481

DISTINCTIO 32. & 33.

Vtrum in matrimonio ſit ſimpliciter neceſſarium reddere debitum petenti. 482

Nota ibi ſi actus cõiugalis eſt ſemper ſine peccato.

Vtrum bigamia aliquando fuerit licita. 484

Nota quomodo in bigamia poteſt eſſe iuſtitia commutatiua ſine æqualitate.

Item quòd bigamia non eſt contra legem naturæ.

Vtrum bigamus ante baptiſmum poſſit ad ſacros ordines promoueri. 485

Nota cauſam irregularitatis in bigamia.

Vtrum virginitas ſit virtus. 486

Nota ibi multa & plura bona de virginitate.

DISTINCTIO 34. & 35.

Vtrum fuerit in lege moſayca licitum repellere ſiue repudiare viro vxorem ſuam. 488

Nota ibi qualis erat forma libelli repudij.

Item quomodo in libello repudij vir & vxor non erant pares.

Vtrum impotentia coeundi impediat matrimonium. 490

Vtrum adulterium cum aliqua viuente marito poſt mortem mariti impediat matrimonium. 491

DISTINCTIO 36. 37. & 38.

Vtrum ſeruitus impediat matrimonium. 492

Nota ibi vnde ſeruitus eſt introducta & ſi iuſtè eſt introducta.

vtrum ordo ſacer impediat matrimonium. 493

Vtrum votum continentiæ impediat matrimonium. 494

Nota ibi qui ſint qui poſſunt votum emittere.

Item quòd uotum continentiæ eſt multiplex.

DISTINCTIO 39. 40. 41. & 42.

vtrũ diſpar cultus impediat matrimoniũ. 495

Nota ibi ſi infideles poſſint contrahere matrimonium.

Vtrum cognatio carnalis impediat matrimonium. 497

Vtrum affinitas impediat matrimonium. 498

DISTINCTIO 43.

Vtrum reſurrectio generalis hominum ſit futura. 499

Vtrum ſit notum per rationem naturalem reſurrectionem hominum eſſe futuram. 502

Vtrum corruptum poſſit redire idem numero. 503

DISTINCTIO 44.

Vtrum reſurrectio fiet in inſtanti. 504

Vtrum ignis infernalis cruciet ſpiritus malignos. 506

Nota ibi diuerſos modos quomodo ſpiritus poteſt pati ab igne infernali, uel purgatorij.

Vtrum homines damnati crucientur igne infernali poſt iudicium. 507

Nota ibi quomodo corpora damnatorum patientur & non conſumentur.

DISTINCTIO 45. & 46.

Vtrum ſancti videant orationes noſtras quas eis offerimus. 508

Nota ibi ſi Sancti orent pro nobis.

Vtrum in deo ſit iuſtitia. 510

Nota ibi quid ſit iuſtitia & quot modis ſumatur.

Vtrum in deo ſit miſericordia. 510

Nota ibi quid ſit miſericordia.

DISTINCTIO 47. & 48.

Vtrum iudicium vniuerſale ſit futurum. 511

Nota ibi ſi vniuerſale iudicium erit in inſtanti vbi erit.

Vtrum mundus ſit purgandus per ignem. 512

Vtrum poſt iudicium ceſſet motus corporum cœleſtium. 514

DISTINCTIO 49.

Vtrum corpora beatorum ſint impaſſibilia. 515

Vtrum corpora beatorum ſint agilia. 516

Vtrum corpus beati per dotem ſubtilitatis poſſit eſſe cum alio corpore. 517

Vtrum corpora beatorum ſint clara. 519

DISTINCTIO 50.

Vtrum damnati ſecundum rectam rationem poſſint appetere non eſſe. 526

Vtrum ſit æqualis pœna omnium damnatorum. 521

Vtrum beati videant pœnas damnatorum. 522

FINIS.

INDEX COPIOSISSIMUS
NEC AMPLIUS HOC ORDINE
ALPHABETICO IN LUCEM AEDITUS,
EORUM QUAE IN QUATUOR LIBRIS
Sententiarum digna ſcitu continentur,
IN QUO PROPOSITIONUM, ET DICTORUM notatu digniſſimorum Solutiones, atque declarationes inſpiciuntur.

A

ABSTRACTIO duplex intellectualis, & realis pa. 24
Abſtractio duplex præciſiua, & diuiſiua prima quãdo aliquid intelligitur, vt ſuperius, non intellecto inferiori vt animal, non intellecto homine: diuiſiua duplex: vera, vt homo non eſt aſinus, falſa, vt homo non eſt animal. pag. 24
Abſtractio à materia arguit imperfectionem. 165
Accidens non habet entitatem à ſubiecto, contra Henricũ idq; duplici ratione oſtendit. 315
Accidens poteſt accipi duobus modis; vel pro abſoluto; vel pro reſpectiuo. 435
Accidens in eſſe ſubiecto poteſt accipi dupliciter vno modo actu: alio modo aptitudine ibid.
Accidentia non ſunt entia, niſi quia entis: Verũ eſt effectiuè, non autem formaliter. 436
Accidentia ſuper naturalia ſunt gratia, & gloria. 191
Actio in creaturis duobus modis accipitur, primo modo pro actione de genere actionis, ſecũdo pro actu ſecundo, qui eſt dé genere qualitatis. 47
Actio eſt in paſſo. Verũ eſt de actione elicita. 280
Actio eſt in agente ſubiectiuè, in paſſo uerò terminatiuè. ibid.
Actio duplex elicita, & prædicatiua. Actio, quæ dicit habitudinẽ præciſam agentis ad paſſum, dicitur actio ꝑdicatiua: quę verò dicit formãt terminatam ad paſſum dicitur eſſe actio elicitiua. 279
Actus duplex primus & ſecundus, primus ratiocinari ſecundus eſt diſcurrere. Primus eſt ſciẽtia ſecundus uerò eſt ſcire. 50
Actus duplex naturalis, & ſacramentalis. 409
Actus ſpirandi tribus modis conſideratur, in ſe, vel in quantum eſt terminus, & his duobus modis pater & filius ſpirant ſpiritum ſanctũ vniformiter; Vel in quantum comparatur ad ſuppoſita, & hoc modo non ſpirant vniformiter. 60
Actus diuinus poteſt duobus modis cõſiderari; vel vt eſt à Deo agente: vel, vt eſt in ſubiecto recipiente. 134
Actus & potentia vniformiter accepta, nõ ſunt, compoſſibilia in eodem. Verum ſi vnum fuerit actualiter tale; & alterum in potentia formaliter tale, poſſunt eſſe compoſſibilia ad inuicem. 195
Actus poſſunt eſſe ſimul in eadem potentia: ſi ſint ſubordinati, vt dilectio, & delectatio; q a, cum delectatio ſit ſuperueniẽs dilectioni, ſemper præſupponit dilectionem: quæ ad motum ipſius bonitatis non diſtinguuntur realiter ad inuicem; ratione verò cauſæ, & termini diſtinguuntur realiter. 15
Actus voluntatis duplex. ſ. velle, & nolle: Velle eſt actus voluntatis, quo acceptat omne conueniens: nolle uerò eſt actus poſitiuus voluntatis, quo fugit diſconueniens. 212
Actus eſt duplex formalis, & entitatiuus. Materia. n. non dicit actum ſ formalem; Sed actum entitatiuum; vt optimè ibi probatur quintuplici ratione. ſ. principij, vt habetur 1. phy. cauſæ, vt habetur 2. partis compoſiti, vt habetur 7 metaph. ſubiecti generationis ex 5. ingenitæ & in corruptibilis ex 1. 229
Actus humanus eſt duplex. Interior, & exterior, bonus, & malus. Intellectus, & voluntas. Intellectus eſt potentia naturalis, non libera per eſſentiam: volũtas autẽ eſt libera ꝑ eſſentiã 216

Actus voluntatis duplex eſt; vnus perficiens voluntatem; & alius perficitur à voluntate. Primus eſt reſpectu vltimi finis. Alter reſpectu eorum, quæ ſunt ad finem 17
Actio immanens, & actio tranſiens, 88
Actus purus non eſt componibilis; vti pars vniē cum toto: quia tunc caret aliqua perfectione; ſed eſt vnibilis, id eſt poteſt determinare depēdentiam alterius ad ipſum. 293
Actus charitatis in patria eſt beatificus; Actus charitatis duplex; In via, & talis eſt meritorius In patria, & talis non eſt meritorius. Ibidem. Charitas quæ eſt in via habetur lumine fidei; In patria verò lumine gloriæ. 364
Adam plus peccauit quā Eua; tum pp perſonæ excellentiā; tum pp omnem ſcientiam: tū pp virtutis cōſtātiā, quę plus vigebat in Adā. 258
Adam fuit malus ignorantia ſubſequente: non autem præcedente. Adam non peccauit ignorātia erronea, ſed ignorātia circūſtantiarū q̃a volens placere vxori, credidit veniale, quod fuit mortale. 259
Additio fit tribus modis. Vna contra fidem, vt ſi quis diceret baptizo te in nomine patris maioris, & filij minoris: quædam repugnās fidei, vt appoſitiones hæreticorū. Alia eſt, quæ non eſt contra fidem; vt baptizo te in nomine patris omnipotentis. 395
Ad multiplicationem poſterioris non ſequitur multiplicatio prioris; vt locus eſt poſterior locato; ad multiplicationem itaque loci, nō ſem per multiplicatio locati. 175
Adoratio per ſe diſtinguitur. 318
Adoratio fit multis modis. Primo ratione ſignificationis, & hoc modo adorantur ſacramenta, & verba Euangelij 2. modo ratione immitationis, & iſto modo adorātur immagines ſanctorum 3. ratione continentiæ, & hoc modo adoratur cultu latrię columba. ſ. quæ deſcendit ſuper Chriſtum 4. modo ratione per tractationis, & hoc modo adoratur Virgo Maria, adoratione yperduliæ 5. ratione coplexionis, & hoc modo adorātur membra ſanctorū. 319
Adultus dicitur quatuor modis. ſ. conſentiens, diſſentiens, ficte recipiens, & ex aliqua accidentali cauſa non diſtinguens. 400
Aequale non dicit negationem ſimpliciter; quātum ad uocem dicit negationem: & quantum ad rem non dicit negationem. 112
Aequalitas poteſt accipi dupliciter fundamentaliter, & formaliter, primo mō dicit ſubſtātiā: quia fundamentum eſt ſubſtantia realiter ſecundo modo importat relationem. 112
Aequalitas in creaturis requirit magnitudinē, non ſic in perſonis diuinis: quia propter infinitatem eſſentiæ eadem magnitudo, quæ eſt in patre, eſt in filio, & ſpiritu ſancto. In creaturis verò dicit magnitudinem; quia creaturę ſunt finitæ. 118
Aeternitas non dicit perfectionem aliquam. 154
Aeua tot ſunt quot æuiterna. 170
Aeuum ſumptum ex natura rei nō eſt in aliquo ſubiectiuè; ſed eſt ipſum æuiternum perfectiſſimum. 170
Affinitas eſt quaſi acceſſus ad fines. 497
Affinitas durat quocunq; cōiugū mortuo. 499
Affinitas, vti conſaguinitas diſtinguitur. ibid.
Affinitas non ſolū contrahitur per matrimoniū immo per coitum fornicarium. ibid.
Affinitas ſimpliciter impedit matrimonium. ibi.
Agens aſſimilat ſibi effectū. vera eſt iſta propoſitio de agēte Vniuoco, nō autē æquiuoco. 278
Agens increatum, eſt primariū agens; creatum verò eſt ſecundum agens. Agens in creatum eſt actus purus, creatum verò minime. 237
Agens æquiuocū eſt perfectius vniuoco: vt Deus eſt agēs æquiuocum; homo verò vniuocū. 164
Agere principaliter dupliciter. Vno modo independēter: alio modo per formā intrinſerā. ibi.
Agentia ſecundaria non erunt ſuperflua, quia actio partim eſt à Deo; partim à creatura; vt patet in generatione. 87
Agere per eſſentiam intelligitur duobus modis, vno modo, vt diſtinguitur contra agens depēdens. & ſic ſoli Deo cōpetit agere per eſſentiā. 2. mō, vt diſtinguitur cōtra agēs p accidēs. 40
Agere preſupponit eſſe, ratione, vel origine. 61
Agere principaliter pōt intelligi dupliciter, vno modo independenter. 2. p propriā formā intrinſecā, licet alicui cāæ ſuperiori ſubordinet. 165
Agilitas eſt potentia motiua animæ, ut ineſt primo & per ſe. 516
Annihilare ſolius Dei eſt; quia ipſe ſolus excludit omnem cauſalitatem intrinſecam. 166
Appetitus poteſt accipi duobus modis. Primo pro actu intenſo voluntatis ſine conatu ad opus ad extra. Secundo modo cum conatu ad opus extra; Primo modo eſt impoſſibiliū; Secundo modo non. 111
Appetitus triplex eſt Naturalis, qui eſt per naturam, ſenſitiuus qui eſt propter ſenſum; & intellectiuus, puta voluntas, quæ eſt propter intellectum. 264
Aliqua producūt diſſimilia; ut ſol ranam. Aliqua ſimilia, & hoc dupliciter, mediate, vt homo hominem, immediate, ut ignis ignem. 247

Aliqua

Aliqua poſsũt diſtingui duobus modis realiter; vel per relationes oppoſitas, vel diſperatas. 67
Aliqua poſſunt plurificari duobus modis Vnomodo ꝙ plurificata ſint eiuſdem rationis. & hoc modo nihil primæ intẽtionis plurificatur in diuinis. Aliomodo aliquid plurificatur: ita ꝙ plurificata ſint alterius rationis. 93
Aliqua eſſe æqualiter diſtincta poſſunt duobus modis conſiderari. Vel quia æqualiter ſunt incompoſſibilia; Vel quia æqualiter in nullo cõueniunt. 190
Aliquid poteſt dupliciter intelligi, affirmatiuè, & negatiuè. 33
Aliquid põt cognoſci; vel ꝑ ſe, vel per accidẽs. ibi.
Aliquid eſſe de primario conceptu alterius, eſt duobus modis vel, vt idem, ut animal de homine: Vel, vt aliud; ſicuti relatiuum eſt de primario conceptu alterius. 90
Aliquid in re, licet nõ poſſit eſſe ſimplicius Deo: tamen non eſt inconueniens aliquẽ conceptũ eſſe ſimpliciſſimũ, quo nihil eſt ſimplicius. 28
Aliquid denominari ab aliquo cõtingit duobus modis. Vnomodo nomen ei imponendo, Alio modo nomine impoſito vtendo. 92
Aliquid eſſe in actu cõtingit duobus modis, vel quòd ſit in actu virtualiter tale; Vel quòd ſit in actu formaliter tale. 195
Aliquid denominari ſupra materiã poteſt intelligi dupliciter, vel quantum ad impreſſionem formæ: Vel quantum ad productionem. 216
Aliquod repreſentatiuum cognoſcere contingit dupliciter, vt habet rationem cognoſcẽdi. Vel vt obiectum cognitum tantum. 6
Aliud eſt confuſum aliud confusè, primum ſe tenet ex parte obiecti; alterũ ex parte actus. 34
aliud eſt diſtinctũ, aliud eſt diſtinctè intelligere. 34
Aliud eſt claudi, aliud eſt finiri. Nã qđ claudit aliquo clauditur; Sed qđ finit põt ſeipſo finiri. 140
aliud eſt euenire ꝑter voluntatẽ Dei, Aliud cõtra voluntatẽ Dei, ſi primomodo aliquid eueniret, Deus nõ eſſet omnipotens. Si ſecundo modo autem aliquid eueniat, nõ impeditur eius omnipotentia. 146
Alius eſt conceptus ſimpliciter ſimplex alius eſt cõceptus ſimplex primus eſt, qui non reſoluitur in vlteriores conceptus, ſecundus, qui poteſt concipi, vno actu, ſimplicis intelligẽtię. 34
Alius poteſt teneri adiectiuè, & ſubſtantiuè; vt Deus genuit alium Deum vera eſt iſta propoſitio ſubſtantiuè; non autem adiectiuè. 41
Amicitia largè, nõ aũt ſtrictè põt dici charitas. 358
Amicitia eſt inter æquale. i. redamatio quædam diligentis & dilecti. ibid.
Angelus eſt nobilior aĩa rationali, quo ad dona naturalia: minor eſt, quo ad dona gratuita. 167
Angelus eſt in loco diffinitiuè, non autem circũſcriptiuè. 173
Angelus eſt ĩ loco ꝑ exhibitionẽ ſuæ p̄ſentię. ibi.
Angelus de facto nõ poteſt eſſe in duobus locis ſimul; de poſſibili verò ſic: ſiue ꝑ potẽtiã diuinã, ꝑ quã põt eſſe in pluribus locis adequatis: quia hoc nullã cõtradictionem implicat. 174
Angelus põt moueri localiter, q̄a eſt receptiuus formarũ alicuius generis. qđ non eſt limitatũ ad aliquã formã recipiẽdam, nec eſt illimitatũ ad omnia vbi; quia tũc eſſet immenſus, eſt itaque receptiuus alicuius vbi diffinitiuè. 176
Angelus motu diſcontinuo poteſt ſe mouere de extremo in extremũ, nõ trãſeũdo mediũ. 177
Angelus non põt mouere corpus in inſtanti. 507
Angelus optimè nouit naturas rerum. 218
Angelus eſt medium inter Deũ & animam. 193
Angelus dependet à corpore dependentia accidẽtali; nõ autem eſſentiali: ſicut in intellectione noſtra anima dependet ab obiecto. 202
Angelus cognoſcit oĩa coruptibilia, ꝑ ſpecies ĩnatas: Coruptibilia uerò, ꝑ ſpecies receptas. 203
Angelus cognoſcit ſingularia, quia illa cognitio intellectui angelico non eſt improportionata tum quia hoc non eſt imperfectionis: cum cõpetat intellectui diuino. 203
Angelus ſuperior illuminat inferiorem angelũ, ei loquendo de aliquo noto ſibi; & non alteri vel cauſando in eo cõceptũ de vero relato. 224
Angelus cognoſcit ſingularia ꝑ ꝓpriã ſpeciẽ. ibi.
Angelus poteſt loqui vni, & nõ alteri, quia ſicut in poteſtate angeli eſt vti illa uel illa ſpecie; ita in eius poteſtate eſt gignere notitiã in illa, vel in illa intelligentia, quia nõ magis determinatẽ paſſiuum naturale ad patiẽdum: quam actiuũ naturale ad agendum. 223
Angelus ſuperior ſpeciali cã mittitẽ ad extra. 226
Angelus non habet materiam coniunctam; quia eſt immaterialis: ita etiam in corporalis, ut inquit Dioniſius de diuinis nominibus capit. 7. 217
Angelus bonus poteſt uerè baptizare, ut legimus de Sancta Chriſtina, quam baptizauit angelus in lacu uulſino; & etiam ſi malus angelus diuino præcepto baptizaret, uerum eſſet baptiſma. 404
angelus eſt nobiliſſima ſpecies uniuerſi, quia eſt res terminata completa, & hoc aliquid. 217
Angelus poteſt facere aliquod corporale, puta motum localem; ſed non formam realem, & per manſiuam. 216

Angelus loquens poteſt cauſare actum, & non ſpeciem, vel poteſt cauſare actum, & ſpeciem, vel poteſt cauſare ſpeciem, & non actum.

Angeli omnes mittuntur. ibid.

Angeli de ſupremis ordinibus non mittuntur; niſi ad intra, faciendo reuelationes inferioribus. 226

Angeli de infimis ordinibus mittuntur ad extra, 226

Angeli ſuperiores de communi curſu non mittuntur ad extra. 226

Angeli mittuntur ad duo. ſ. ad inflamandam voluntatem, & ad illuminandum intellectum. Vide Tartaretũ in tertio ſententiarũ diſt. 10 199

Angeli duplici miſſione mittuntur. ſ. Interiori, qua Angelus mittitur ad Angelum: & exteriori, qua Angelus mittitur ad hominem. 226

Angelus tribus modis poteſt docere hominem. ſ. per ſigna ad placitum; per ſigna naturalia, & per tranſmutationẽ phantaſmatum. ibid.

Angelus & anima non ſolũ intelligunt vniuerſale, & immateriale: ſed etiã particulare, & materiale 123

Angelum informare materiam Deus facere non poteſt. 219

Angelus non importat vnionem materiæ ad formam. 217

Angelus non poteſt eſſe forma corporis; cum ſit nobiliſſima ſpecies vniuerſi. 217

Angelus aſſumit corpus. i. ad ſe ſumit in quantũ vtitur eo, tanquam inſtrumento, ad aliquas operationes exercendas. 218

Angelus non aſſumit corpus elementare, quia illud non eſt ſuſceptiuum illorum accidentiũ, quæ apparent in illis corporibus. ibid.

Angelus poteſt aſſumere corpus iam a natura generatum, puta cadauer mortui. ibid.

Angelus in corpore aſſumpto non poteſt exercere actus potentiæ ſenſitiuæ: quia iſti actus, ſeu operationes non ſunt natæ recipi, niſi in corpore organico. 219

Angelus malus in aſſumpto corpore, poteſt eſſe alicui ſicubus, & incubus. ibid.

Angelus & anima differunt ſpecie: non quoad actum ſecundum, ſed quo ad actum primum quia angelus eſt talis natura, & anima eſt talis natura. 167

Angelus eſt nobilior anima quantum ad naturalia. 167

Angelus & anima ſunt natura pares ratione obiecti beatifici. 167

Angelus, & anima nõ diſtinguunt: ſicut ſpecies, & ſpecies: ſed ſicut ſpecies, & pars ſpeciei. 167

Angelus potuit appetere æqualitatem Dei actu intenſo voluntatis, ſine conatu ad opus extra. 210

Animam eſſe in mortalem demonſtratione & ratione naturali oſtendi non poteſt; poſſunt tamen adduci, ad probandam, & oſtendendam illius immortalitatem auctoritates philoſophorum, & rationes. 252

Anima non eſt ſine corpore niſi æquiuoce. 152

Anima cum ſit ad imaginem Dei creata, nequit in alio obiecto, quàm in Deo quietari; & ſicut forma non ſatiat appetitum materię, niſi illa, quæ continet eminẽter; ita nullum obiectum ſatiat appetitum voluntatis; niſi quod continet eminenter omnia bona. 118

Anima alio modo Intelligit ſeparata; alio modo coniuncta primo modo intelligit clarè ſecundo modo confuſè, & mediantibus phantaſmatibus. 177

Anima eſt incoruptibilis per Ariſt. 1: Metaph. deſiderium naturale non eſt fruſtra, in anima itaque cum naturale ſit deſiderium ad ſemper eſſe, erit ipſa immortalis. 253

Anima, & caro concurrunt in vnitate hominis, tanquam partes conſtitutiuæ, & vna pars nõ prædicatur de altera parte. 312

Anima Chriſti videt omnia, quæ videt verbum non ſolum habitualiter ſed actualiter, & non per habitum inhærentem. 330

Anima non eſt totus homo, ſed pars melior hominis: nec eſt totus homo corpus, ſed pars inferior corporis. 348

Anima beata poteſt acquirere notitiã abſtractiuam, & intuitiuã, nõ ſolũ ſenſibiliũ, ſicut pôt cõiuncta: ſed et quorũcunq; intelligibiliũ. 511

Anima conſideratur duobus modis vel ſecundũ eſſentiã; & ſic non eſt principiũ alicuius operationis, vel ſecũdũ poteñtias, vt phãtaſmata. 194

Anima habet in ſe aliquam perfectionem primam, quam voco memoriam quæ gignit notitiam. 39

Anima habet perfectionem primam, quam voco intelligentiam. ibid.

Anima eſt pars ſpeciei humanæ. 167

Anima eſt nobilior angelo, quantum ad dona gratuita. 167

Actiones ſunt ſuppoſitorũ verum eſt in ratione agentis non autem in ratione agendi. 225

Aqua artificialis & naturalis quomodo differãt; & licet aqua artificialis habeat aliqua communia accidentia cum aqua naturali: tamen habet aliqua diſſimilia tota ſpecie, vt patet de aqua roſacea, & aqua putea. 396

Aquæ artificiales fiunt per determinata media a natura, ſeruato proceſſu naturæ. 396
Aſſumere eſt ad ſe ſummare. 295
Attributa in Deo ponuntur, vt innoteſcat perfectio infinita Dei. 57
Attributa diſtinguũtur ex natura rei; & hæc diſtinctio põt vocari modalis, vel formalis. 58.
Augmẽtatio propriè eſt compoſiti corporis animati, & perfectè mixti; quorum neutrum eſt in angelo, qui uera nutritione non poteſt nutriri. 219
Authoritas in diuinis duobus modis accipitur. Vnomodo per ordinem principij ad intra. Secũdo mõ ꝓ cauſalitate a dextra, reſpectu creaturæ, & hæc competit tribus perſonis. 74
* Aliqua, vt vniuocẽtur in aliquo, ſufficit quod illa ratio, per indifferentiã ſe habeat ad ea. 28
Aliqua dupliciter vniuocantur quadam vniuocatione ſpecifica, & reali, quedam vniuocatione tranſcendenti: exemplum primi vt Socrates & Franciſcus exemplum ſecundi, vt iuſtitia bonitas. ibid.
Anima ſeparata poteſt cognoſcere quamcunque orationem tam vocalem quam mentalẽ: dũmodo immoderata diſtantia non impediat, vel diuina voluntas non prohibeat. 509

Littera B.

BAptiſmi fundamentum ſunt verba debita intẽtione prolata vnà cum ablutione. 393
Baptiſmi deffinitio. Baptiſmus eſt ablutio hominis aliqualiter conſentientis facta ab alio in aqua abluente, ſub certis verbis, cũ debita intentione prolatis, ex inſtitutione diuina, efficaciter ſignificans, ablutionem animæ a peccato 393
Baptiſmus duo concurrentia dona acquirit. ſ. diſpoſitiuum, quod eſt charitas, & perfectiuũ, quod eſt gratia. 407
Baptiſmi diffinitio tradita a Magiſtro. Baptiſmus eſt ablutio corporis exterior facta, ſub forma verborum perſcripta. 394
Baptiſmus Ioãnis fuit inſtitutus, non ad efficiẽdum; ſed ad ſignificandum baptiſmum Chriſti, & ad aſſuefaciendos homines ad Chriſti baptiſmum ſuſcipiendum. 392
Baptiſmus Ioannis erat diſpoſitio ad baptiſmũ Chriſti ſumendum. 392
Baptizati à Ioãne forma à Chriſto Apoſtolis elargita, non erant rebaptizandi. ibid.
Baptizati à Ioãne in alia forma, quam Chriſtus dedit Apoſtolis, erant rebaptizandi. ibid.
Baptizatus poſtquã ſuſceperit baptiſmum aſcribitur, vt membrum eccleſiæ. ibid.
Baptiſmus includit in ſe aliquod ſenſibile, vt elementum, & aliquod ſpirituale, ut gratia. 403
Baptiſmus triplicem requirit effectum. Characteris impreſſionem. Gratiæ infuſionem, & Fomitis repreſſionem. 402
Baptiſmi effectum omnes æqualiter recipiunt, quantum ad ſufficientiam; non tamen quantum ad efficaciam. 393
Beata Virgo non per ſe, nec propter ſe, vti Deus, ſed per accidens adoratur adoratione Yperduliæ. 319
Beatitudo duplex. eſſentialis, & accidentalis; perfecta, & imperfecta. 286
Boetius non ponit duo gña in diuinis, ſed duos modos prædicandi. ſ. ad ſe & ad aliud. 56
Boetius corrigit à Riccardo in diffinitione perſonæ, quæ ita ab eo diffinitur. Perſona eſt rationalis naturæ indiuidua ſubſtãtia; quæ ob id refellitur; quia tunc anima ſeparata eſſet perſona. 321
Bonitas in actu triplex attendi poteſt, ſ. ex genere. Altera moralis. Tertia meritoria. 214
Bonitati triplici triplex opponitur malitia. ſ. in genere, ex Circũſtantiã, & Demeritoria. 214
Bonitas triplex. Naturalis, Moralis, & meritoria. 286
Bonum eſt triplex. ſ. Bonum animæ, Bonum corporis, & bonum fortunæ. 452
Beatorum corpora erunt impaſſibilia; quia omne incorruptibile eſt impaſſibile; teſte Paulo Cor. quinto. Mortale hoc induet immortalitatem, & corruptibile ſurget in incorruptionem. 515
Beatorum corporis in impaſſibilitatis cauſa eſt voluntas diuina nõ cogens cauſæ ſecundæ corruptionẽ. 516
Beatorum corpus erit impaſſibile, nõ potẽtia remota, ſed propinqua, nec à cauſa intrinſeca, ſed à cauſa extrinſeca impediente. 515
Beato cuique pro dote dabitur aſſiſtentia diuina, præſeruans ipſum ab omni corruptione. 516
Beatorum corpora erunt agilia; quia tunc fulgebunt, ſicut ſol, & tanquàm ſcintillæ in arundineto diſcurrent; nec ab eis motus uerus tolletur, & ſucceſſiuus; & quãuis motus ſit actus entis imperfecti, tamen coniunctus cum beatorũ corporibus erit perfectus, ſicut accidens alteri vnitum; & ſi ſua natura ſit imperfectũ, tamen perfectum efficitur. 516
Beatorum corpora erunt clara, & color corporum

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

rum beatorum erit clarior ſecundum diuerſi tate n meritorum, & ſicut ex mixtione diuer ſorum colorum, color vnus eſt delectabil is vni, & alius alteri; ſic in eadem complexione habebunt maiorem claritatem colorum; ſecundum maiorem virtutem. 519
Beati exiſtentes in Patria de lege communi non uident pœnas damnatorũ in genere proprio; quia diſtantia improportionata cognoſcentis ad cognitum, uel uidentis ad uiſum, impedit cognitionem illius rei; at inter beatos exiſtentes in patria, & damnatos in inferno eſt improportionata diſtantia ergo. 522
Beati poſſunt videre pœnas damnatorũ in uerbo. id teſtatur Greg. Quid eſt, quod non uideant, qui uidentem omnia uident. 523
Beatitudo principaliter, & per ſe eſt in eſſentia, ſed per redundantiam eſt in potentijs. 260

Littera C.

CApacitas voluntatis licet ſit finita formaliter; eſt tamen infinita per participationẽ habitualiter. 17
Caracter idem eſt, quod ſignum, uel figura. 406
Caracter habet quinq; ꝓprietates. Prima quod ſit ſignum aſſimilatiuum, quod ſit ſignum diſtinctiuum, quod ſit ſignum rememoratiuum, quod ſit ſignum confortatiuum, quod ſit ſignum obligatiuũ, quia ſuſcipiens ſacramenta obligatur Deo. 406
Caracter repetitur in tribus ſacramentis. ſ. in ſacramento baptiſmi; in ſacramento confirmationis, & in ſacramento ordinis. 406
Caracter eſt forma indelebilis; quia eſt in anima ſecundum eſſentiam, vt dicunt quidam. 407
Caracter eſt habitus, non innatus, nec acquiſitus, ſed infuſus. 408
Caracter eſt reſpectus extrinſecus adueniens, & ad hunc reſpectum poteſt eſſe motus. ibid.
Caracter eſt in anima, non autem eſt in tota animæ eſſentia, propter diſtinctionem; & ſicuti non eſt in toto corpore, Sed in ſuperficie corporis, ita caracter eſt in anima, ſed non in tota animæ eſſentia. 409
Caracter eſt in voluntate, cũ ſit ſignum uel fundamentum cuiuſdam obligationis animæ ad Deum: ideo cum rationabile ſit, ut ponatur in illa potentia per quam homo obligatur ad Deum, & talis eſt uoluntas igitur. 410
Caracter diſponit ad gratiam. 409
Caracter baptiſmi reſpicit initium fidei, alii uero caracteres reſpiciunt ſtatum fidei. 411
Caro mortua eſt caro uniuocè, ſed eſt caro uiua æquiuocè, quia ut ſic, non poteſt facere opera carnis uiuæ. 246
Caſus in quibus eſt licitum alicui nõ ieiuno ſtomaco ſacrm corporis Chri recipere. ſ. in infirmitate graui, quando timetur periculũ mortis imminentis. 418
Caſus in quibus vrget neceſſitas magna, licet celebrare in loco, non conſecrato; dũmodo adſit tabula conſecrata; & alia requiſita habeantur. & hoc fieri põt qñ hoĩes ſunt in itinere, & ꝓꝑ maximũ eccleſiarũ interuallũ non poſſent audire miſsã, aĩr ſine lnia epi nõ licet. 44
Cauſa conuerſionis intellectus ad phantaſmata eſt duplex. Vna eſt conformitas operationũ. Altera eſt aſſiſtentia vtriuſquè. 38
Cauſa uniuoca eſt æqualis perfectionis cum effectu, æquoca uerò eſt maioris pfectionis. 71
Cauſa & principium non cõuertuntur Theologicè loquendo. 107
Cã, ꝙ arena citius deſcẽdat eſt ipſum graue. 176
Cauſa æquiuoca eſt nobilior ſuo effectu. 266
Cauſa mortis eſt, quia non fit reſtauratio tanta, quanta fit deperditio in humido radicali. 337
Cauſæ concurrentes ad eundem effectum ſunt multiplices, quædã concurrunt, ex æquo quædam non ex æquo ſecundũ ordinẽ vide ibi. 20
Cauſam eſſe uniuerſaliorem duob. modis intelligi põt; uel pfectione, uel prædicatione. 163
Certificatio fieri põt, uel per quantitatẽ exiſtentem in imaginatione, uel per quantitatẽ exiſtentem in re, & hæc tripliciter; uel per paſſũ; uel per exceſſum; uel per applicationem. 170
Charitas augetur per aduentum nouæ charitatis, ſiuè realitatis. 81
Charitas diminuitur per peccatũ ueniale, quantum ad feruorẽ, nõ quantũ ad ſubſtantiã. 82
Charitas duplex eſt, creata, & increata. 270
Charitas creata, & gratia nunquam ab inuicem ſeparantur; quarum una facit hominem Deo gratum, altera unit hominem Deo. 34
Charitas perficit uoluntatem, & in actu primo, & in actu ſecundo, quia voluntas per charitatẽ mouetur ardẽtius circa dilectionẽ Dei. 351
Charitas infuſa ponenda eſt ꝓꝑ duo. Primo, vt Deũ firmius, & feruẽtius diligamus. Secũdo, vt opa noſtra meritoria ſint Deo accepta: 40
Charitatem creabilem habuit Chriſtus. 81
Chrm deſcẽdiſſe ad inferos eſt articulus fidei. 66
Chriſtus peccare non potuit: quia ab inſtãti ſuæ conceptionis ſemper fuit beatus. 235
Chriſtus qũo fuerit viator, & cõprehenſor, & quia fuit Viator potuit mereri; nec potuit demereri; quia fuit in gratia confirmatus. 326
Chriſtus includit in ſe duos intellectus. 340

Chriſtus

Chriſtus fuit exauditus ſemper de voluntate de liberatiua. 339
Chriſtus meruit;quia erat in ſtatu merēdi; quia habuit ſufficiens principiū merendi, quo potuit mereri.ſ.gratiam. 341
Chriſtus meruit nobis quinque,ſ.peccati remiſſionem;gratiæ infuſionem,pœnæ æternæ, & temporalis dimiſſionē, diabolicæ poteſtatis cōculcationē;& ianuę cœleſtis apertionē. 345
Chriſtus includit duos conceptus. ſ. conceptum hominis,& conceptum Dei. 349
Clauis triplex eſt,ſ.auctoritatis,& hæc Deo; excellentiæ,& hæc Chriſto. & Miniſterij, & hæc competit Sacerdoti. 455
Chriſtus in triduo non fuit hō formaliter. 349
Clauis ſcientiæ eſt poteſtas iudicandi. 458
Cogitatio Angeli eſt obiectum voluntariū. 223
Cogitatio ſecunda ſubeſt voluntati; cum illam ſecundam cogitationem voluntas poſſit ſuſpendere,ſi vult;& illam regulare. 288
Cogitatio dicitur practica, ex duplici relatione. ſ.cōformitatis ad obiectum,& prioritatis. 11
Cognitio pōt duob. modis accipi, vel ꝓ actuali notitia;vel pro potentia cognitiua, & per hāc poſſumus cognoſcere Deum in quibuſdā cōceptibus communibus. 20
Cognitio duplex apprehenſiua,& adhæſiua,prima eſt, quando apprehendimus aliquid per intellectum firmiter. Secunda eſt qñ alicui veritati per intellectū firmiter adhæremus. 23
Cognitio triplex.actualis, habitualis, & virtualis. 34
Cogitio duplex;per ſpeciem, & per priuationē, prima eſt ſimilis illi, quam nouit damnatus ſecunda eſt per contrarium. 151
Coitus illicitus eſt;quando quis coit cum vxore ſua, cauſa libidinis explendæ; ſicut faceret cū meretrice;etiam tale vitium, ſequitur peccatum mortale. 482
Coitus meritorius eſt duplex. Primus qñ fit cā prolis procreandæ ad cultum Diuinū;Secundus quando fit ad vitandā fornicationē. 402
Commune duplex,ſ. per identitatem, & per informationem. 51
Communio triplex. Quædā omnino ſpūalis, & hæc quantū ad dilectionē.Quædam corporalis in exteriori cōuerſatione. Quædā medio modo ſe hēt in perceptione ſacrorum. 460
Corpus Chriſti, quantum ex parte cārum naturaliū,ſi non fuiſſent prohibitæ in triduo, putrefactum,atq; diſſolutum fuiſſet, niſi Deus cārum ſecundarum intrinſecam, atq; extrinſecam cauſalitatem prohibuiſſet. Idq; nō nouo,ſed antiquo potius miraculo factum arbitremur,quid eodem velle, quo Deus vniuit ſibi naturam humanam, eodem præſeruaſſet eam a corruptione. 247
Compoſitio ex ſubiecto, & accidente non eſt in Deo;quia eſt ſummè ſimplex;& propter maximam ſimplicitatem,nullam patitur compoſitionem. 55
Compoſitio ſe habet per ordinem cum diſtinctione,vnione,& reſolutione. 60
Cōpoſitio idem eſt,quod cum alio poſitio. 179
Compoſitio & ſimplicitas opponūtur;quia oppoſitio vnius oppoſiti eſt remotio alterius directè ſibi oppoſiti;Compoſitio.n.partiū quantitatiuarum eſt remotio ſimplicitatis. 179
Compoſitio in Angelo, ex eſſe, & eſſentia;ſiue compoſitio cum his quæ eſt ex actu priuatiuo,& poſitiuo. 181
Concreta non plurificantur; niſi plurificentur tam forma;quam ſuppoſita. Ob id licet in Chriſto plurificentur formæ, tamen cum ad multiplicationem formarum, non ſequatur multiplicatio concretorum; Vnum erit in Chriſto ſuppoſitum. 319
Concreta non plurificantur plurificatis abſtractis,niſi tam forma quam ſuppoſitum plurificetur in Chriſto cum vnum ſit ſuppoſitū. Chriſtus vnus erit volens, & non duo volentes;licet in Chriſto ſint duæ voluntates. 339
Concretum non enumeratur ab enumeratione ſuppoſiti; ideo non ſequitur. In Chriſto ſunt duæ voluntates. ergo Chriſtus eſt duo volentes;ſed vnus volens. 310
Conditiones ſcientiæ quatuor; quòd ſit cognitio certa, quod ſit de obiecto neceſſario, qđ ſit euidēns; & quòd fiat per diſcurſum ſyllogiſticum. 9
Conditiones notabiles confeſſionis. 454
Confeſſio cadit ſub pcepto poſitiuo diuino,idq; colligit ex verbo Euangelico ſ.Quorū remiſeritis peccata Io.c.20. & ex illo verbo adiūcto; Diliges dominum Deum tuum. 453
Cōfitendū eſt unicuiq; Sacerdoti & non alteri; dūmō ille Sacerdos hēat ptātē abſoluēdi. 454
Confiteri debeat homo peccatum mortale; & circunſtantias peccati mortalis. 456
Confitendum eſt ſaltem ſemel in anno; & hoc ex præcepto eccleſiæ. 456
Congruentia multiplex. Primo congruum eſt ad formam perfectam poni aliquam diſpoſitionem; ut gratia eſt forma perfecta; diſpoſitio uerò eſt caracter. Secundo non eſt congruum Deum inſtituiſſe ſacra-

menta nouæ legis eſſe vana. Tertio receptus in familiã Chriſti, debet diſtingui à non recepto per aliquod intrinſecum ſibi. 407

Conſanguinitas ſimpliciter impedit matrimonium, 409

Conſcientia eſt principaliter in intellectu practico. 284

Conſcientia eſt quoddam dictamen ordinatum ad opus fugiendum, quæ hoc modo poteſt dici ſcientia. ibidem.

Conſecratio eſt vna, vnitate integritatis. 415

Conſecrationes ſunt duæ partiales, ſ. corporis, & ſanguinis. 415

Conſenſus requiritur ad matrimonium; tanquã principale, & uerbum tanquam minus principale. 480

Conſequenter adultus recipit effectum baptiſmi; quia medicina perfecta habet effectum ſuum in ſubiecto bene diſpoſito. 491

Continentia virginalis tria dicit, primum abſtinentiam ab omni coitu illicito. Secundũ abſtinentiam ab omni coitu licito. Tertium integritatem mentis, & carnis. 486

Contractus matrimonij eſt in fieri; & eſt actio, vel paſſio interior, uel exterior. 472

Corpus non agit in ſpiritum virtute ſua actiua naturali, & naturaliter; ſed tanquam inſtrumentum diuinæ iuſtitiæ. 196

Corpus non poteſt agere in ſpiritum, vt principalis cauſa, virtute ſua actiua naturali; ſed, vt inſtrumentum diuinæ iuſtitiæ, ſicut ignis inferni, & purgatorij. 204

Corpus Chriſti accipitur duobus modis: Vno modo ſtrictè, prout includit in ſe partes animatas; Secũdo modo, prout includit omnia, quæ pertinent ad totum corpus organicum, ſiue ſint partes animatæ, ſiue non; ut humores, & ſpiritus. 451

Corpus Chriſti eſt in cœlo, & in altari. In cœlo quantitatiue, & in altari ſecundum ordinem partium in toto. 425

Corruptio verborum fit duobus modis. Vno modo quando eſt tanta; quod nullo modo tenet ſenſum, & tunc non eſt baptiſmus, Secundo modo quando eſt modica, & tunc nõ corrumpit ſenſum. 395

Creatæ habet duplex eſſe. Vnum in quantũ ſunt obiecta cognita a Deo; Alterum in quantum habent, quatenus ſunt producta. 142

Creatio eſt alicuius rei de nihilo productio. 161

Creatio licet non adæquet potentiam Dei in eſſe; adæquat eam tamen in modo producẽdi; quia talis modus non competit alicui uirtuti finitæ. 392

Culpa remittiĩ: cũ peccator Deo recõciliaĩ. 386

Cur Deus aſſumpſerit naturam humanam, non propter neceſſitatem miſeriæ, quæ ex peccato originali accidit homini; ſed pp neceſſitatẽ perfectæ beatitudinis: quia niſi Deus naturã ſibi aſſumpſiſſet humanã; hõ cũ quoad partẽ ſenſitiuã beatificari nõ poſſit, quoad partẽ intellectiuam, nũquam homo fuiſſet beatificabilis, niſi Deus homo factus fuiſſet: ob id Deus factus eſt homo, ut totum hominẽ in ſe beatificaret. 298

Corruptibile duobus modis dicitur. Vel potentia propinqua. & hoc modo nihil eſt corruptibile niſi actualiter exiſtat, in materia contracta; uel potentia remota. 349

Chriſtus in quantum orabat erat minor patre. 341

Chriſtum decuit orare propter quatuor. Primo propter meritum, vt nos qui non eramus capaces beneficiorum Dei, per eius orationem efficeremur. Secundo propter virtutis exemplum; quia membra debent immitari caput. Tertio propter uirtutis documentum, vt ex Chriſti oratione cognoſceremus eũ eſſe uerũ hominem. Quarto propter complendum officium; quia erat ſummus pontifex cuius munus eſt orare. 340

Chriſtus non fruſtra orabat; quia ſciebat ſuum patrem uelle hoc, quia ſic erat diffinitum à voluntate diuina. 341

Caracter ad duo poteſt comparari. ſ. ad Deum; & hoc modo poteſt ab eo deleri; quia qui poteſt aliquam formam creare, poteſt etiam illam anihilare. Vel ad agens creatum, & hoc modo character eſt forma indelebilis. 410

Cauſa duplex. ſ. diuina, & creata. Omnes effectus fortuiti reducuntur ad cauſam per ſe. ſcilicet ad Deum ſi placet, placeat, loquendo de cauſa diuina. effectus autem fortuiti, loquendo de cauſa creata, non reducuntur in cauſam per ſe, quia cauſæ eorum ſunt caſus, & fortuna. 2. Phy. 282

Littera D.

DEus, & creatura cõueniunt in conceptu entis, differunt in realitate, & eſſentialiter; quæ & ſi ſint pro ſeipſis diuerſa in realitatibus; non tamen ſunt pro ſeipſis diuerſa in conceptu entis: poſſunt aliqua diſtingui in re, & conuenire in conceptu quidditatiuo. 29

Deus

Deus poteſt cognoſci ſub ratione entis, ſed non talis entis, ſcilicet Dei, ideſt ſub propria ratione deitatis, & ſuæ ſingularis eſſentiæ, & diſtinctè, ideſt ſecundum rationem formalem. 32

Deus poteſt cognoſci in conceptu vniuoco naturaliter; quia intellectus certus de vno, & dubius de duobus habet alium conceptum de quo eſt certus ab illis, de quibus eſt dubius; Sed intellectus viatoris eſt certus, quod Deus eſt ens, & dubius, an ſit finitus, vel infinitus; & ille conceptus eſt neuter, incluſus in quolibet illorum, ergo talis conceptus eſt vniuocus in quid dictus de illis. 33

Deus cognoſcitur per creaturas. quod nil aliud eſt, quam a cognitione creaturarum, ad cognitionem Dei, quaſi per Scalam medium eleuari; quæ & ſi ſimilitudine vniuocationis peregrinæ ſint, tamen ſimilitudine imitationis repræſentant ipſum creatorem. 33

Deus eſt primum cognitum primitate perfectionis, quia quod eſt primum in entitate eſt primum in cognoſcibilitate huiuſmodi eſt Deus ergo. 34

Deus eſt actus purus; quia non eſt compoſitus, nec alteri componibilis: tum quia Deus habet potentiam infinitam, vt dicitur 8. Phyſicorum. 50

Deus eſt in nobis, non per informationem, ſed per illapſum 55

Deus tribus modis à nobis eſt nominabilis. Vno modo quando aliquis vtitur nomine, vt eſt res talis; Secundo modo, quando quis vtitur nomine, pro ſigno ad placitum, non habendo conceptum ſignati; Tertio modo, quādo quis vtitur nomine, pro ſigno, habendo conceptū ſignati in vniuerſali. & iſtis trib. modis Deus eſt a nobis nominabilis. 92

Deus intelligit ea, quæ eueniunt præter curſum naturæ, ex ſua prouidentia, & diſpoſitione. 121

Deus quomodo intelligat ſingulare, non quidem tanquam primarium obiectum; Sed tanquam contentum in primario obiecto; primo terminante, ſcilicet, in diuina eſſentia. 121

Deus operatur exemplariter, per ideam non autem effectiuè. 48

Deus ab æterno producit quamlibet creaturam in eſſe cognito; & intellecto; quia quamlibet creaturam intelligit ab æterno tale eſſe cognitum eſt eſſe ſecundum quid, non autem reale. 134

Deus cognoſcit omnia in ſua eſſētia quæ eſt realiſſima. 125

Deus eſt agens voluntarium non naturale. 126

Deus tribus modis eſt vbiquè, ſ. per præſentiam, per potentiam, & per eſſentiam. 126

Deus eſt cauſa rerum principalius per voluntatem, quàm per intellectum; quia cum voluntas elicitiuum, & productiuum intellectus ſit principium creaturarum repræſentatiuū; voluntas cauſa rerum erit principalius principium; quàm intellectus. 127

Deus cognoſcit malum; non notitia approbationis, ſed notitia ſimplicis appræhenſionis. 142

Deus poteſt velle malum naturæ, & malum pœnæ per accidens; quia illud poteſt eſſe volitum a Deo per accidens; vnde prouenit vniuerſo maius bonum. 43

Deus eſt auctor mali pœnæ, & non mali culpæ. 145

Deus non poteſt præcipere malum formaliter, quæ eſt ratio defectiua; quia Deus nihil præcipit, niſi quod cadit ſub obiecto ſuæ voluntatis, quod eſt bonum, ſed ratio defectiua excludit rationem boni ergo. 146

Deus poteſt præcipere malum materialiter ſecū dum aliquos; quando. ſ. eſſet malum, niſi fieret ex præcepto Dei. 146

Deus poteſt facere infinitos mundos tantum numero diſtinctos: nam non poteſt facere vnam multitudinem actu infinitam. 155

Deus ſua uoluntate poteſt mouere, cum ſit agēs liberum quodcunque mobile; non tamen poteſt determinari ad aliquod mobile. 156

Deus poteſt facere motum ſine forma, inquantum forma eſt terminus extrinſecus. 176

Deus eſt a nobis nominabilis contra Henricum dicentem ob id Deum à nobis nominari non poſſe, quia Diuina natura eſt nota ſolo intellectui diuino, ergo Deus à ſolo Deo proprio nomine nominari poteſt. Scotus verò aduerſus Henricum tenet Deum à nobis eſſe nominabilem non quidem in particulari, ſed in vniuerſali affirmatiuè, & ſub conceptu quidditatiuo, & ſi Deus ſit ineffabilis, uerum hoc eſt diſtinctè, & in particulari, & prout aliquis nomine pro ſigno utitur expreſſiuo, tamen in uniuerſali nominatur; quia de quo poteſt haberi cōceptus quidditatiuus ipſum quoq; poteſt nominari ab aliquo, atqui de Deo poteſt haberi cōceptus quidditatiuus, q̄ eſt entis infiniti, ergo Deus poteſt à nobis nominari. 92

Deus eſt obiectum amabile, quod ex ſola ratione ſui dat completam rationem bonitatis actui, 212

Deus poteſt facere motum ſine mobili. 231

Deus poteſt producere animam ſine corpore, vt aliqui ponunt de anima Adæ. 248

Deus ſolus immortalitatem habet: quia ſolus Deus eſt immortalis. 252

Deus eſt cauſa peccati cauſati, quantum ad ſubſtractum. 281

Deus ſolus poteſt inſtituere ſacramentum, quia ſolus Deus eſt, in cuius poteſtate eſt cauſare ſignatum ſacramenti. 383

Deus ordinatè agit, cum procedat a minus, perfecto ad magis perfectum. 373

Deus vbique eſt ex ſua in menſitate neceſſario, & nullum eſt vbi, in quo non ſit Deus per eſſentiam, per præſentiam, & per potentiã. 424

Deus requirit diſpoſitionẽ de congruo, ad hoc quòd peccatori conferat gratiam, & hoc, ut non alliget potentiam ſuam ſacramentis. 448

Dicere duob. modis ſumitur in diuinis. Vnomodo pro imperare. & iſtomodo accipitur dicere, reſpectu creationis. Aliomodo propriè, vt dicit productionem per modum memoriæ; & illud dicere conuenit formaliter ſibi & filio. 102

Differentia duplex eſt. quædam à parte eſſentiali, quædam ab vltima realitate formæ deſumpta. 29

Differentia ſpecifica eſt perfectior numerali, quia nulla eſt creatura, quæ habeat in ſe entitatem infinitam. 52

Differentia indiuidualis excludit omnem diuiſionem naturæ, tam numeralem, quam ſpecificam. 189

Differentia inter agens creatum, & increatum triplex eſt, Vna, quod agens increatum eſt primum agens. Creatũ verò ſecundariũ minimè. Secunda, quòd increatũ eſt actus purus, creatum non. Tertia, quòd agens increatum non eſt contractum, creatum verò ſic. 236

Differentia inter ſacramenta nouæ legis, & antiquæ legis, quia ſacramẽta veteris legis erant ſigna gratiæ, ſacramenta verò nouæ legis non tantum ſunt ſigna gratiæ, ſed cauſæ gratiæ. 385

Dignitas duplex, ſcilicet abſoluta, & perſonalis. 104

Dilectio, & delectatio, vt ſunt habitus realiter diſtincti, poſſunt conſiderari duobus modis. Vnomodo ratione motuũ. Aliomodo ratione termini, & cauſæ. 15

Dilectio duplex, ſcilicet eſſentialis, & accidentalis. 82

Dilectio accipitur duobus modis. Vnomodo ſecundum effectum ſenſualitatis, & carnis, & hoc modo plus homines diligunt filios, quã parentes; Secundomodo ſecundum effectum charitatis. Hoc mõ magis diligendus eſt pater, quam filius. 361

Dilectio Dei accipitur duobus modis, ſcilicet ſecundum eſſentiam, & ſecundum efficaciam: primomodo Deus diligit omnia æqualiter, Vno ſimplici actu, & indiuiſibili. Secundomodo non diligit omnia æqualiter: quia inæqualiter dona ſua diſpenſat, 363

Diligere duobus modis ſumitur. Primomodo eſſentialiter, & hoc modo pater, & filius diligant ſe eſſentia diuina. Secundomodo notionaliter, & hoc modo nil aliud eſt dicere patrẽ, & filium diligere ſe ſpiritu ſancto, niſi ſpirare ſpiritu ſancto. 144

Diligere Deum ſuper omnia, eſt actus de ſe rectus: quia actus eſt conformabilis rationi rectæ naturali, in eo, quòd recta ratio dictat optimum eſſe diligendum. 357

Diſcurſus eſt, duplex. temporis & naturæ. 9

Diſpoſitio duplex eſt, proxima, ſcilicet, & remota. 410

Diſſentiens ſecũdum quid recipit baptiſmũ. 401

Diſſentire poteſt quis duob. modis, ſcilicet ſimpliciter, & ſecundum quid. 401

Diſtinctio, vnio, cõpoſitio, & reſolutio, iſta quatuor ſe habent per ordinem; ita quod diſtinctio eſt prior vnione, vnio compoſitione, cõpoſitio reſolutione. 60

Diſtinctio ſumitur duobus modis, Vnomodo per poſitionem, cuiuſmodi eſt relatio realis. Aliomodo per abnegationem, inquãtum hoc realiter, non eſt illud. 109

Diſtinctio de veritate ſecundum logicos eſt ſecũdum rem, & ſecundum vocem. 112

Diſtinctio eſt prior vnione, cum vnio ſit poſterior diſtinctione. 117

Dolor eſt paſſio illata, & perceptibilis apprehenſio illius paſſionis illatæ. 333

Dolor, & gaudium non ſunt contradictoria, nec etiam contraria; quia non inſunt eodem modo; tum quia nõ ſunt de eodem ſubiecto. 335

Dos eſt debitus ordo huic corpori. 518

Duratio finita, licet non repugnet limitationi creaturæ; duratio tamen infinita repugnat, propter illimitationem, qua adæquatur Deo. 155

Deus eſt obiectum amabile, quod ex ſola ratione

ne ſui dat completam rationem bonitatis actui. 212
Defectus naturæ noſtræ diſtinguuntur, quia quidam defectus in noſtra natura, qui proueniunt ex culpa, & ſunt ad culpam, ſicut pronitas ad malum, & difficultas ad bonum, quos Chriſtus non aſſumpſit, quia non decuit; alij ſunt defectus, qui prouenìunt ex culpa non tamen ſunt ad culpam, vt cæcitas & claudicatio, quos Chriſtus non aſſumſit. Alij ſunt naturales, vt fames, ſitis, & iſtos Chriſtus aſſumpſit. 336
Definitio ſpei. ſpes eſt certa expectatio futuræ gloriæ. 356
Definitio duobus modis ſumitur. Vno modo, vt exprimit quid proprie extra animam. Secundo modo, vt exprimit vnum conceptum per ſe in intellectu. 381
Definitio eſt entis poſitiui, quod eſt per ſe vnum, entis realis, entis compoſiti realiter, & alicuius habentis conceptum vniuerſalē. 381
De lege naturæ omnia ſunt communia, quia lex naturæ, cum ſit ſecundum ſtatum innocentiæ, & in ſtatu innocentiæ omnia eſſent communia; ita in ſtatu legis naturæ omnia ſunt communia. 430
Dæmones poſſunt ludificare ſenſus noſtros multipliciter primò, faciētes, vt id, quod eſt abſens videatur præſens. Secundò, quod præſens eſt lateat, tertiò, vt illud, quod eſt vnius coloris videatur eſſe alterius. 220
De nihilo importat duplicem ordinem naturæ, vel durationis. 150
Deſcriptiones pœnitentiæ ſunt quatuor prima pœnitere eſt vindicare peccatum, à ſe comiſſum. Secunda eſt odire peccatum. Tertia pœnitere eſt pœnam inflictam, pro peccato gratanter acceptare, quarta, eſt pœnam pro peccato inflictam patienter ferre. 446
Determinatio eccleſiæ intelligit de rebus ſubſiſtentibus, & non de rebus non ſubſiſtentibus. 118
Deum eſſe dominum poteſt intelligi duob. modis, ſcilicet relatiuē, & ſubſtantiuē. 189
Deus eſt primum ſubiectum Theologiæ: quia Deus primò, & per ſe continet veritates Theologicas virtualiter, & omnes veritates Theologicæ ad ipſum attribuuntur. 5
Deus, vt glorificator non eſt per ſe vnum; quia Deus vt glorificator habet rationē reſpectiui non autem abſoluti. 6
Deus eſt ſubiectum Theologiæ ſub ratione deitatis. 6
Deus ſub ratione infinitatis eſt ſubiecta Theologiæ noſtræ. 6
Deus eſt materia circa quàm; quia totum theologicum negocium verſatur circa Deum. 7
Deus eſt tantum vnus: quia plures eſſe Deos implicat contradictionem; quia Deus eſt neceſſe eſſe, & cum non poſſint eſſe plura, neceſſe eſſe; nec poſſibile erit plures eſſe Deos: quia datur per Ariſt. 8. Phi. vnus primus mouens, & illud eſt ſufficiens, ergo non oportet ponere plura mouentia. 19
Deus eſt obiectum voluntarium, non naturale, reſpectu intellectus noſtri; quia eſſentia diuina in tantum videtur inquantum videri vult. 34

Litera E.

Eccleſia ſemper præſumit partem meliorē; vbi ſigna meliorem partem prætendunt; vt patet de matrimonio. 400
Efficiens duplex eſt, diſpoſitiuum, & efficiens perfectiuum. 385
Egidius ponit tertium gradum ſcientiæ. ſ. affectiuum. 12
Ego ſtat in ſuppoſito, & appoſito pro eadem perſona, non tamen ſecundum eandem naturam. 338
Eiuſdem effectus non poſſunt eſſe duæ cauſæ totales, in eodem ordine cauſæ. 20
Electio ſumpta pro actu voluntatis intenſo, ſine conatu ad opus extra, poteſt eſſe impoſſibilium. 211
Ens non habet ſimpliciter principium. 9
Ens eſt æquiuocum vniuocatione Phyſica, vniuocum verò vniuocatione Metaphyſica. 25
Ens eſt analogum ſecundum communem opinionem. 25
Ens eſt vniuocum, non vniuocatione reali; ſed ex indifferentia modi concipiendi. 26
Ens eſt aliquid vniuocum quidditati materiali, & in materiali. 32
Ens rationis eſt ens diminutum, ſolum habens eſſe in intellectu. 71
Ens dicitur de ſuis paſſionib. denominatiuē. 94
Ens & vnum ſignificant aliam, & aliam naturā ſecundum Auic. 7. metaph. quia accidens non eſt idem cum ſubiecto, ſed vnum eſt accidens, ergo Scotus verò tenet, quod ens, & vnum dicant eandem naturam fundamentalem, & diſtinguantur a ſe inuicem formaliter. 94
Ens diuiditur in ens reale, & ens rationis. 118
Entitas quæ ſit, à qua ſit vnitas indiuidualis. 189

Entitas

Entitas ſpecifica, eſt quædam entitas quidditatiua, & conſtituit compoſitum in eſſe quidditatiuo. 189
Error in matrimonio poteſt eſſe quadruplex. ſcilicet perſonæ, fortunæ, conditionis, & contractus. 479
Eſſe aliquid poteſt eſſe dupliciter, ſcilicet eſſentialiter, & ſic eſſentia eſt aliquid, & poſitaliter, & ſic eſſentia non eſt aliquid. 43
Eſſe prædicamētale duobus modis ſumitur. ſ. in re, & in conceptu. 125
Eſſe in loco ſex cōditiones reſpicit, prima naturaliter & violēter. ſecunda commenſuratiuè. tertia in hoc, vel in illo loco. quarta eſſe determinatiuè. quinta in loco actuali. ſexta in loco æquali. 173
Eſſe exiſtentiæ dicitur in comparatione ad Deū, ſub ratione cauſæ efficientis; eſſe verò eſſentiæ ſub ratione cauſæ formalis. 181
Eſſe in potentia poteſt eſſe duobus modis, obiectiuè & ſubiectiuè. Primo, vt fuerunt creaturæ ante creationem. Secūdo vt materia eſt ad formam. 81
Eſſe magis vnum poteſt intelligi duobus modis. Vel quantum ad partes vnitas, ſicuti eſt materia cum forma, Vel quātum ad modum vnionis. 231
Eſſe vbique proprium Dei eſt. 422
Eſſentia diuina eſt obiectum fruibile; quia nullum aliud obiectum ſatiat appetitum noſtrū; niſi illud, quod continet omnia bona eminenter. 18
Eſſentia diuina eſt ingenita; prout dicit negationem productionis in ratione termini producti totaliter; vt totalis aſpicit ſuppoſitum, puta in communicabilem ſubſiſtentiam, & ſic eſſentia poteſt dici ingenita. 104
Eſſentia diuina eſt vnum fundamentum, inter patrem, & filium. 111
Eſſentia nō poteſt eſſe, vt potentia; quia eſt actuaiſſima. 115
Eſſentia, & proprietas non ſunt idem; quia proprietas diſtinguit; eſſentia autem non diſtinguit, proprietas multiplicatur, & numeratur, eſſentia verò minimè, proprietas nō communicatur, eſſentia autem communicatur. 117
Eſſentia non eſt ens rationis; quia tunc nihil reale eſſet in diuinis, quia tunc perſonæ diſtinguerentur ſola ratione; & ſic rediret error Sabellij. 117
Eſſentia non eſt idem formaliter cum perſona; ſi eſſentia accipiatur, vt fundamentum formalitatis, & perſona, vt terminus. 118
Eſſentia duobus modis ſumitur; vt obiectum cognitum; & vt eſt ratio cognoſcendi. 122
Eſſentia Angeli eſt obiectum naturale, cogitatio verò obiectum volutatium. 223
Eſſentia diuina non eſt immediatum principiū productionum quia filius ex ui ſuæ productionis non eſſet magis imago patris quam ſpiritusſ. qđ eſt contra Auguſtinum. 62
Eſſentialia pura ſunt, quæ competunt tribus perſonis, vt Iuſtitia, Sapientia, bonitas, clementia. 74
Eſſentialia naturalia ſunt, quæ non competunt tribus perſonis; ſed vni tantum; vt paternitas, filiatio, ſpiratio. ibid.
Eucharistia eſt ſacramentum nouæ legis gratiæ, & cum Sacramentum Euchariſtiæ ſit ſacramētum plenitudinis gratiæ. ob id Euchariſtia eſt ſacramentum nouæ legis. 414
Excommunicatio duplex. Vna inflicta à iure. Altera inflicta à iudice. 460
Ex duobus æquè in actu non fit tertium, illa ꝓpoſitio non eſt vera generaliter; quia duæ guttæ aquæ ſunt æquè in actu, & tamen ex eis poteſt fieri vna tertia gutta aquæ compoſita. 317
Exemplum de Speculo modicę quantitatis. 17
Exemplum de amphora, & vino quod nihil eſt in ſe primo, quia tunc eadem eſſet ratio recipientis, & recepti; & amphora non reciperet vinum, ſecundum quòd amphora; ſed ſecundum quòd vinum. 84
Exemplum de quadratura circuli; nam ſcientia dicitur ad ſcibile, ſed nō omne ſcibile dicitur ad ſcientiam. 46
Exemplum de ſole, qui poteſt ꝓducere vermes, cum tamen plus diſtet, quàm aliæ res inferiores. 126
Exemplum de Cithara, quando cordæ ſunt benè ordinatæ, non poteſt illa ordinatio meliorari; ita Deus non poteſt facere mundum meliorem; nec quantum ad ordinem creaturarū ad Deum; nec quantum ad ordinem creaturarum inter ſe. 141
Exemplum de corpore monſtruoſo, in quo defectus non reducitur in cœlum, quod eſt cauſa vniuerſalis; ſed in agens particulare. Ita defectus culpæ non reducitur in Dei voluntatem; quæ eſt cauſa vniuerſalis. 146
Exemplum de callido, quod non poteſt eſſe inſtrumentum in frigefactione, ita nec creatura poteſt eſſe inſtrumentum creationis. 166
Exemplum de eſſentia diuina. vt eſt ratio cognoſcendi, & ut eſt obiectum cognitum. Vnitas poſte-

poſterioris naturaliter dependet ab vnitate prioris, ita vnitas cognitionis dependet ab vnitate obiecti. 199
Exemplum de motu graui deorſum. 207
Exemplum de muliere, quæ patiebatur ſuffocationem matricis: & tamen non vtebatur, & hoc non erat niſi; quia ſperma fuerit in matrice ſpiſſatum; hoc exemplum oſtendit, quòd mulier habeat vim actiuam in generatione prolis. 305
Exemplum de viris religioſis, qui ſunt prudentes in rebus bellicis: hoc exemplo probatur qđ vna virtus poteſt generari ſine alia. 374
Efficiens, & finis ſunt ſibi inuicem cauſæ ſecundo phiſ.cont.29. quia omne agens per diſcurſum mouetur ex appetitu finis, qui primus intenditur ab agente; quamuis vltimis ſit in executione. 276

Litera F.

FActio eſt à tota trinitate effectiuè, terminatiuè verò à verbo. 213
Fallacia ſecũdum quid ad ſimpliciter quid ſit. 59
Factio triplex.ſ per informationem. per inhærentiam, & per vnionem: quando quis accipit factionem per informationem, vel per inhærentiam, iſta requirit mutationem; quę verò eſt per vnionem minime. ibi.
Falſitas poteſt ſub eſſe fidei acquiſitæ non fidei infuſæ. 351
Fata volẽtem ducunt, & nolentem trahunt primo periher; ad calcem. 131
Felicitas conſiſtit, in ſpeculatione; tanquam in quodã præuio, eo modo, quo ponit Aug. 16
Fictus in recipiendo poteſt eſſe dupliciter. Vno modo, vt oſtendit ſe velle recipere ablutionem baptiſmi, vt præcipit eccleſia; & tamen oppoſitum habet in animo, ſecundo modo, vt oſtendit ſe eſſe diſpoſitum ad recipiẽdum ſacramentum, tamen interius eſt indiſpoſitus. 401
Fides, & ſcientia non poſſunt ſe compati. 8
Fides accipitur duobus modis. Vno modo, vt eſt veritas ſecundo modo, vt eſt illuminatio mentis. 350
Fides duplex eſt, infuſa, & acquiſita. Prima à Deo, Altera per obſeruãtiã mandatorũ. 350
Fides corrumpitur demeritoriè, non autem effectiuè. 351
Fides per infidelitatem corrumpitur. 352
Fides, & ſcientia de eodem haberi poſſunt; ſi capiatur ſcientia largè non autem ſtrictè. 353
Fides acquiſita contrariatur fidei infuſę. 400
Fides non habet euidentiam ex obiecto: quia iam non eſt fides. 400
Figura dictionis fit quando interpretatur non iſtam, vel diuerſam; vel quando commutatur vnum prædicamentum in aliud, vt ſubſtantia in quantitatem, Vel quando mutatur quale in quid. 24
Filiatio eſt habitudo producti naturaliter ſimilis producenti natura intellectuali, vel ſenſitiua. 317
Filius ſolus eſt imago patris; quia productus eſt per modum naturæ. 40
Filius eſt de ſubſtantia patris hunc ſenſum facit i. filius eſt otiginatus à patre. 46
Filius eſt perfecta immago patris. 65
Filius & Spiritus Sanctus diſtinguuntur per differentias proprias. 67
Filius, vt habet virtutem productiuam reſpectu Spiritus Sancti, eſt nobilior Spiritu Sancto; Spiritus Sanctus autem inquantum procedit ꝑ modũ voluntatis, eſt nobilior filio. 263
Filius exit à patre per productionem paſſiuam; & non per ſeparationem localem, aut eſſentialem, cum habeat eandem naturam numero cum patre. 86
Filius non poteſt generare quia ſuppoſitum recipiens formam per productionem adequatam illi formæ non poteſt per illam formam producere, at filius recipit eſſe ꝑ productionem adequatam ei ergo nõ põt generare. 87
Filius aſſumendo naturam humanam, ſecum aſſumpſit defectus, non pœnalitatis, neque defectus, qui proueniunt ex culpa; licet non ſint ad culpam, qui diſtinguuntur. quidam perſonales, vt cœcitas; Sed eos tantum aſſumpſit, quos ipſum decuit ſcilicet famem, ſitim, &c. 336
Finis duplex fundamentalis, & formalis Fundamentalis duplex. Primus, vt eſt proxima ratio fundandi, & ſic eſt bonitas Alter fundamentalis, ſeũ radicalis, vt eſſentia. 6
Finis multiplex eſt. 12
Finis duplex, ſimplex, & finis ſub fine, primus eſt Deus; ſecundus eſt actus potentiæ. 16
Finis non neceſſariò mouet agentem. 263
Finis virtutis eſt duplex, ſcilicet proprius, & communis. 373
Fomitem peccati remitti in baptiſmo, dupliciter intelligitur, Vno modo formaliter; Altero modo quantum ad effectum fomitis, primo non remittitur nec minuitur. Secundo modo autem ſic exemplum de lapillo, alis aquilæ alligatum. 403

Forma ſimplex illa vocatur, quæ excludit compoſitionem partium quantitatiuarum. 80
Forma frequenter apud philoſophos vocatur quidditas. 189
Forma dicit quidditatem rei; non quod formaliter dicat totam quidditatem rei;ſed quia dicit principalem partem quidditatis. 349
Forma baptiſmi ex quibus verbis conſtet. 394
Forma baptiſmi ſecundum latinos hæc eſt. Ego te baptizo in nomine patris, & filij, & Spiritus Sancti Amen. 395
Forma baptiſmi Græcorum hæc eſt Baptizetur ſeruus Chriſti in nomine patris & filij & Spiritus Sancti. 395
Forma conſecrationis eſt duplex.Vna corporis. Altera ſanguinis. 415
Forma conſecrationis, qua Vtuntur Græci hæc eſt. Hic eſt ſanguis meus, noui teſtamenti, qui pro vobis, & pro multis eſt in remiſſionem effuſus peccatorum. 416
Forma ſubſtantialis diſtinguitur à forma accidentali; quia forma ſubſtantialis aduenit enti in potentia, accidentalis autem aduenit enti in actu. 431
Formæ eſt determinare,materiæ verò determinari. 395
Formale non vocatur à forma,ſed à modo. 28
Formalitas nō dicitur à forma,ſed à modo reali,ſecundum aliquos, vel à quidditate formali,ſecundum alios,vel à ratione diffinitiua ſecundum quoſdam. 60
Fornicatio intelligitur ſpiritualiter & non carnaliter.
Forma duplex ſcilicet forma quidditas, vt natura ſpecifica, forma dans eſſe per informationem,vt forma totius. 146
Fortuna differt à caſu, quia in plus ſe habet caſus quam fortuna. 282
Fortuna reducitur ad genus cauſæ mouentis: quia fortuna, vel eſt cauſa eorum, quæ ſunt à natura, vel ab intellectu, ſed tam natura, quàm intellectus eſt cauſa vnde principium motus ergo. 282
Fortuna eſt quædam cauſa. Ariſt. de bona fortuna. 282
Fortuna eſt nobis ignota,quia eſt per accidens, & ea, quæ ſunt per accidens,ſunt infinita, & infinita ſunt ignota fortuna eſt nobis ignota. 282
Fortuna non habet eſſe ſimpliciter; quia cauſa per accidens habet effectum per accidens.ſed fortuna eſt cauſa per accidens ergo habet effectum per accidens.ſed quod eſt per accidēs, non eſt ſimpliciter ergo. 282
Fortuna eſt ſine ratione,quia,quòd eſt impaucioribus eſt ſine ratione fortuna eſt in paucioribus.ergo, eſt ſine ratione.t.bona fortuna eſt quidam naturalis impetus ad ea, quæ nō ſubſunt rationi,& electioni noſtræ. 282
Frui eſt amore inhærere alicui propter ſeipſum. 14
Fruitio elicitiuè eſt actus voluntatis, præſuppoſitiuè verò eſt actus intellectus. 14
Fruitio duobus modis accipitur,ordinata;& in communi ſumpta. 17

Litera G.

Genera reduplicationū ſunt quatuor, prima ſm cauſam efficientem, ſecunda ſm cauſam materialem,tertia ſm cauſam formalē,quarta ſm cauſam finalē. 320
Generatio in creaturis duo dicit ſcilicet mutationem,& productionem. 61
Generatio non ponitur in diuinis, ſub ratione mutationis;quia vt ſic dicit imperfectionē. 61
Generatio præcedit ſpirationem; quia cum intellectus fecundus ſit prior voluntate, & filius per intellectum fecundum generetur à patre, & Spiritus Sanctus per voluntatem; generatio filij præceſſerit ſpirationem Spiritus Sancti. 69
Germanitas perſonarum conſiſtit in conſubſtātialitate,& origine. 65
Gloria in excelſis quid ſit,eſt hymnus quem Angeli Chriſto nato cecinerunt. 444
Gradus intelligibilium notabiles,quibus homo poteſt cognoſci quadupliciter, vt animal rationale,vt ſubſtātia,vt animal manſuetum, vt animal nobiliſſimum. 4
Gradus alietatis multiplices primus eſt partium quantitatiuarum,ſecūdus ſubiecti, & accidētis,tertius eſt eſſe & eſſentię,quartus eſt materiæ & formę,quintus generis & differētię. 179
Gradus compoſitionis totidem modis dicit. 179
Gratia duplex.Vna perſonalis, Alia cauſalis,cauſalis ponitur in capite per redundantiam ad membra propter primam gratiam mittitur Spiritus Sanctus inuiſibiliter. 74
Gratia non opponitur formaliter peccato originali: vide Scotum quarto ſententiarum diſt. prima quæſt. ſexta. 82
Gratia quæ eſt Charitas eſt Virtus. 270
Gratia eſt effectus principalis acquiſitus,Gratia eſt effectus principalis agētis ſcilicet Dei. 385
Gratia parua duo dicit ſcilicet gratiam, & par-

paruam gratiam. 328
Gratia non datur ſine fide verum eſt de lege communi. 401
Gratia Gratum faciens eſt contra culpam & pœnam. 411

Litera H.

HAbitus eſt practicus, & nō practicus: nam faber actu operans habet actum practicum. & non actu operans, non habet actum practicum. 10
Habitus non eſt practicus per extenſionē actualem ad finem, nec per extenſionem aptitudinalem, quia tunc oporteret dare cauſam per ſe, nec etiam primo, quia faber actualiter nō haberet habitum practicum. 11
Habitus eſt principium actiuum naturale, cum ſit quædam qualitas naturalis. 78
Habitus generatur ex actibus, non tamen Habitus eſt cauſa actuum; immo actus, cum præcedant habitum, ſunt cauſa habitus. 78
Habitus, qui generatur ex malis actibus nō eſt virtus; quia non eſt conformis rationi rectæ. 375
Habitus Triplex eſt ſcilicet Innatus, acquiſitus, & infuſus. 407
Hoc In Sacramento Euchariſtiæ demonſtrat Corpus Chriſti, non ſubſtantiam panis, neq; accidentia, & verbum hoc poteſt accipi dupliciter; Vnomodo ſecūdum ſe; Alio modo prout eſt pars alicuius orationis; primomodo in Inſtanti vltimæ ſyllabæ habet ſuum ſignificatum: ſecundomodo minimè, niſi in ultimo inſtanti prolationis totius orationis. 416
Homini neceſſarium eſt aliquam doctrinam ſupernaturaliter inſpirari, cōtra philoſophos, Arbitrantes intellectum noſtrum, ſolo naturæ lumine poſſe ad diuinorum contemplationem eleuari. 3
Homo Vnus eſt ingenioſior altero quia meliorem diſpoſitionem corporis vnus habet, quā alter, vt patet re ipſa. 241
Homo tria per peccatum amittit ſcilicet quandam diuini luminis illuſtrationem, Gratiæ, anihilationem; & idoneitatem ad vitam æternam. 272
Homo eſt prædicatum abſolutum, non ad intra, ſed ad extra. 313
Homo perfectius participat rationem animalis quàm Muſca. 28
Humanitati Chriſti debetur latria, non, vt in ſe accipitur. 319
Homines Laudibus celebrantur; non in paſſionibus naturalibus, ſed in paſſionibus pœnalibus vti patet de Martiribus qui in paſſionibus, (licet acerbiſſimis) ꝑ Chriſti nomine ſuſceptis ſummopere letabantur. 346
Hominem Decuit magis à Chriſto per paſſionē eius redimi, cum per peccatum primi hominis tota humana ſpecies eſſet damnata, quā Angelum, cum minus tota damnata fuiſſet Angelica ſpecies. 346
Hominum damnatorum corpora patiuntur & non diſſoluuntur, non quidem ex dote impaſſibilitatis, quam ſancti habent, ſed ex alia cauſa, qua non patiunt intus, nec extra. 276

Litera I.

IDea græce, dicitur, latinè verò forma interpretatur. 121
Idea ſecundum Alexandrū prima parte ſummæ eſt forma intellectualis exemplaris. 122
Ideæ ſecundum Scotum ſunt in Deo nihil aliud quam res obiectiuè cognite; quia res extra ad ſimilitudinem rei cognita producitur illa denique ſimilitudo idea dicitur. 122
Idē eſſe in actu, & in potentia diuerſimodè. 213
Ideæ ſunt ponendæ in Deo; quia ipſe eſt principium, & auctor totius naturæ. 122
Ieiunium duplex. Naturæ, & Eccleſiæ. 417
Intellectus cum dirigat per modum conſilij, & non imperij non eſt nobilior voluntate. 265
Ignorantia duplex præcedēs, & ſubſequens. 209
Ignorantia triplex inuincibilis, ſimpliciter affectata, & Craſſa. prima totaliter excuſat à peccato, vt tollat rationem voluntarij, ſecunda nō excuſat à peccato, imo aggrauat peccatū, tertia licet alleuiet à peccato, tamen non totaliter tollit. 259
Ignorantia craſſa partim eſt voluntaria, & partim inuoluntaria. 259
Ignorantia duplex in actu, & in habitu. Altera in actu, ſed non in habitu. 258
Incarnatio eſt terminatio dependentiæ naturæ humanæ ad ſuppoſitum diuinum. ibi.
Incarnari non eſt pati: quia natura diuina nihil patitur, ſed incarnari eſt naturā diuinā vnire ſibi naturā humanā in vnitate ſuppoſiti. 193
Imago in diuinis eſt reſpectu totius unitatis & perſonarum trinitatis. 39
Incarnatio comparatur ad Deum duobus modis, vel tanquam ad cauſam efficientē, & hoc modo tota trinitas incarnationē eſt operata; & una perſona non efficit incarnationem

ſine altera vel vt ad cauſam terminantem, & hoc modo ſolum uerbum eſt incarnatum, & ſolum uerbum factum eſt homo. 294
In Chriſto ſunt duæ generationes paſſiuæ ſcilicet æterna, & temporalis. 317
In Chriſto ſunt duæ naturæ ſcilicet Diuina, & humana. ibi.
Inclinatio naturalis eſt duplex. Vna ad actum primum Altera ad actum ſecundum. 502
Incompoſſibilitas ſe habet in duplici modo. Vel pôt eſſe in ratione ipſius, à quo aliud eſt in ſeparabile; vel ab aliquo extrinſeco. 162
In Deo nulla relatio realis eſt ad creaturam, quia ſi qua relatio eſſet realis in Deo ad creaturam; tunc in Deo non eſſet ſummè neceſſe eſſe; hoc enim eſt falſum igitur, ſed eſt relatio rationis per intellectum. 107
In Deo eſt vna ratio principij, quia in Deo eſt vera productio, & vbi eſt vera productio, ibi eſt verè principium ergo. 106
In Deo non eſt principium ſub ratione cauſæ, quia cauſa eſt, ad cuius eſſe ſequitur effectus in diuerſitate naturæ, in Deo enim cum nulla ſit naturæ diuerſitas, nullum quoque erit principium ſub ratione cauſæ. ibi.
In Deo duplex eſt notitia. ſ. ſimplicis apprehenſionis, & approbationis. 142
In Deo eſt iuſtitia; et iuſtitia eſt rectitudo mentis; quia eius voluntas eſt regula omnis in obliquabilis. 310
Indeterminatio duplex. Vna potentiæ actiuæ ad plures effectus; vt patet in ſole, alia potentiæ paſſiuæ, vt patet in materia. 49
Indiuidua ſunt per ſe intenta ab auctore naturę cum habeat de eis prouidentiam: pari quoque ratione ſunt intenta à natura. 124
Indiuinis omnia ſunt vnum vnitate eſſentię. 97
Indiuiſibile duplex ſcilicet poſitiuum, & priuatiuum. 86
Indeterminatio duplex ſcilicet potentiæ actiuę, & potentiæ paſſiuæ. 267
Infamia tollitur per purgationem canonicã. 47
In filio non eſſe ante eſſe, non eſt intelligendum; licet non eſſe intelligatur ante eſſe in creaturis; & aliud eſt loqui de principio temporis, aliud eſt loqui de principio generationis. 61
Infinitas eſt ratio, qua omnia identificantur realiter in Deo & ideo per illam potentiam communicantur perſonis diuinis productis omnes perfectiones. 63
Infinitas duplex, intenſiua, & extenſiua. Deus enim habet ideam hominis licet non ſit infinitas extenſiua, eſt tamen infinitas intenſiua. 165
Infinitas repugnat creaturæ, quæ non poteſt adequare totam potentiam creatoris in eſſe.
Infinitum ſe tenens ex parte materię eſt ignotũ, infinitum autem actuale, poteſt eſſe cognitum; quamuis ab intellectu viatoris tale in finitum non poſſit eſſe compræhenſum & iſto modo eſt infinitus & cognitus. 35
Infinitum non eſt alteri componibile, Deus enim infinitus eſt ideò Deus non eſt alteri imponibilis. 55
Infinitum eſt per ſe ſubſiſtens; vt Deus qui cum habeat obiectum amabile infinitum producit amorem infinitum ſibi correſpondẽtem ſcilicet Spiritum Sanctum. 63
Infinitum tribus modis dicitur. Primomodo vt eſt de genere tranſibilium cuiuſmodi eſt punctus, qui dicitur infinitus ſecundo modo vt eſt de genere tranſibilium, & habet tranſitum difficilem ſicut eſt profunditas maris tertiomodo ut eſt de genere tranſibilium tamen habet tranſitum. 138
Infinitum duplex ſcilicet in actu perfecto & in actu permixto potentiæ, cuius eſſe, eſt in fieri, hac diſtinctione tollitur ratio Henrici ponentis Deum poſſe facere extra ſe infinitum in actu quod falſum eſt, quia magnitudinem extra Deum eſſe infinitam implicat contradictionem, quia etiam omne factum eſt dependens & dependens eſt finitum, nullum itaque extra Deũ infinitum cẽſendũ eſt. 139
Infirmitas duplex ſcilicet culpæ & pœnæ, pœnæ triplex, infirmitas originalis, contra quam eſt baptiſmus. Actualis mortalis, contra quã eſt pœnitentia. Actualis venialis, contra quã eſt extrema vnctio. 390
Ingenitum dicitur tribus modis. Primomodo vt dicit negationẽ extra genus prædicamenti, quia non eſt ab aliquo & hoc modo competit ſoli patri indiuinis; ſecundomodo vt dicit negationẽ infra genus, prout negat vnũ modum producendi & hoc modo Spiritus Sanctus poteſt dici ingenitus; tertiomodo vt dicit negationẽ productionis in ratione termini producti totaliter, & hoc modo diuina eſſentia dicitur ingenita. 104
In intellectu Dei tria ſunt cõſiderãda. ſ. ſeipsũ intellectũ actũ itelligẽdi, & eſſentiã diuinã. 122
Iniuſtitia duplex. Habitualiſq; eſt priuatio gratiæ in eo cui dicitur in eſſe; Actualis eſt quædam priuatio rectitudinis in actu. 445

In

In lege veteri ſunt tria conſideranda.ſ.præcepta moralia,Cerimonialia,& iudicialia. 376

In ordinatione diuina,qua Deus ordinauit hominem ad vitam æternam, ſunt aliqua promouentia quorum reſpectu eſt præceptum, & aliqua impedientia, quorum reſpectu eſt eſt prohibitio. Verum quia ad ſalutem concurrit liberum arbitrium ,quod eſt indifferens ad bonum, & ad malū.quādo homo de bono conuertit ad malū eſt permiſſio;quando verò ad bonum eſt operatio, ſeù permotio. 144

In patre ſunt duæ proprietates,ſ. generatio actiua, & ſpiratio actiua,& iſtę non ſunt formaliter idem. 117

In peccato duo ſunt, ſcilicet actus, & deformitas,peccatum ratione actus eſt à Deo,ratione verò deformitàtis eſt à creatura inquātum eſt de nihilo. 208

In cauſis efficientibus eſſentialiter ordinatis, non datur proceſſus in infinitum, ſed bene in accidentaliter ordinatis, 148

In relatiuis non eſt cauſa, quia relatiua ſunt ſimul natura. 439

Inſtitutio matrimonij duplex eſt. Vna ante lapſum ,quando datum eſt matrimonium in officium. Altera poſt lapſum quando matrimonium datum eſt in remedium. 474

Inſtrumentum moueat,& mouetur,res autem mota mouetur & non mouet. 54

Inſtrumētum duplex.ſ.animatum,& inanimatum ,natura in Chriſto ſe habet vt inſtrumentum animatum, & etiam voluntas libera;qui & ſi pòtuiſſet dicere orationem,illam ſcilicet non noui eum , non tamen illud aſſereret quia mentiri non poterat & ſi etiam natura quam aſſumpſit de ſe peccabilis eſſet, ipſe verò longè aberat à peccato,quia perfectam habebat gratiam,gloriam,& confirmationem in gratia. 325

Inſtrumentū multis modis intelligi poteſt. 440

In ſuppoſito genito & generante ſunt duo.ſ. natura,& proprietas induiuidualis. 52

Intellectio Angeli eſt accidens, nam medium intelligendi in Angelis.ſ. intellectio eſt accidens,& extrema ſunt ſubſtantia. 50

Intellectio eſt actus immanens; quia non tranſit in rem extra. 164

Intellectus,& voluntas ſe habent in agendo ſecundum ordinem prioritatis, & poſterioritatis. 11

Intellectus, vt communicatur filio habet terminum adequatum. 66

Intellectus patitur ad intelligibili verum eſt de intellectu creato ,qui dicitur pati perfectiuè dum recipit ſpecies intelligibiles non autem corruptiuè. 121

Intellectus ſex modis accipitur,primomodo pro intellectu agente cuius eſt omnia facere, ſecundomopo pro intellectu poſſibili cuius eſt omnia fieri,tertiomodo pro intellectu informato habitu ſcientiali vel ſpecie, quartomodo pro imaginatione, & dicitur intellectus paſſiuus, & eſt coruptibilis , quintomodo pro intellectu ſpeculatiuo , ſextomodo pro intellectu adepto qui componitur ex intellectu materiali, & ex lumine intellectu agentis. 249

Intelligentia eſt beatifica.Dico,quòd competit ideæ,vt ſic, ſed competit ideæ quæ repreſentatur in eſſentia diuina,vt eſt obiectum beatificum vnum aſpiciens idęam in Deo,aſpicit Deum in quo eſt beatus. 122

Intellectus poteſt alteri vniri, non per informationem,vt volebat Aueroes,ſed per quandam vnionem.

Intelligere, & velle ſunt, actiones imanentes, ſecundum locum autem mouere, eſt actio tranſiens. 218

Intendere eſt in aliud tendere;& hoc poteſt eſſe dupliciter,vel ab alio,vel à ſe,primomodo cōuenit potētię reſpectu ſui obiecti, ſecūdomodo cōuenit propriè appetitui rationali. 283

Intētio duo poteſt dicere.ſ. motum interiorem voluntatis,ordinans actum indebitum finē. Alterum finem intentū, primomodo intentio eſt principium actus mouendi, ſecundomodo non oīs actus,bona intētione, factus eſt meritorius.q a pōt carere bono fine. 285

Inter actus,eſt ordo; quia velle concupiſcentiæ pręſuponit uelle amicitię,& nolle neceſſario præſuponit velle. 212

Inter notitiam ſpeculatiuam,& practicam non datur mediū vide Ariſt.6.metap.capite.1. 13

Interpoſitio fit duobus modis.Vnomodo quādo verba non coherēſcunt inter ſe ſiue non continuatur intentio,& longa fit mora,vt ſi quis inciperet formā baptiſmi, poſtea iret in forum,talis non eſt baptiſmus,ſecundomodo ſi inceptis verbis ſternutare contingeret tum eſſet baptiſmus. 376

Ipſamet eſsētia, Angeli,& animę eſt ignòta. 167

Ite miſſa eſt,ſignificat Aſcēſionē Xpi ad cęlū. 443

Iudicium duplex eſt ſcilicet diffinitionis, & hoc præceſſerit ignem Alterum executionis, & iſtud ſequctur ignem. 512

Iuramentum triplex eſt ſcilicet incautum, coactum, & doloſum. Primum cum quis iurat de re illicita, vt puta interficere hominem ſecūdum quando fit propter metum, tertium cum quis iurat vel vt alteri blanditur, vt iuret quò ad ſuum arbitrium adducat. 378
Ius triplex eſt ſcilicet naturæ diuinum, & eccleſiæ. 454
Ius naturæ duobus modis ſumitur ſcilicet largè, & ſtrictè. 452
Iuſtitia poterit accipi duobus modis. Vnomodo pro omni perfectione; & hoc modo includit omnes virtutes. Aliomodo vt dicit virtutem ſpecialem; & hoc modo nō includit omnem virtutem. 373
Iuſtitia duplex eſt, actualis, & habitualis, habitualis vt gratia, & charitas, actualis vt rectitudo nata in eſſe actui elicito. 443

Litera L.

Latria debetur humanitati Chriſti, nō quidem vt in ſe accipitur, vel, vt Deo per dona gratuita vnitur; ſed vt in ſuppoſito diuino ſubſtantificatur. 318
Lingua Angelorum nihil aliud eſt, niſi aliqua virtus ſuper naturalis, expreſſiua propriorum conceptuum; hanc linguam etiam habent Angeli inferiores. 221
Loci differentia eſt, vt dicitur immobile primum. 173
Locus eſt ſuperficiens corporis continentis immobile primum. 173
Locus paradiſi quamuis dubitetur; tamen dicere poſſumus eſſe in oriente, vel ad orientem vt alia habet tranſlatio. 243
Lumen non eſt ſubſtantia, quia, vel eſſet ſubſtantia corporalis, vel ſpiritualis: non primò, quia tunc duo corpora eſſent ſimul; nec ſecundò, quia eſſet extenſibile, etiam quia quod vni eſt accidens, alteri non eſt ſubſtantia. 232
Lumen eſt in medio ſecundum Scotum: quia habet eſſe intentionale: non quia intentio dicatur, quia intēdit ſenſum; ſed quia eſt ratio tenendi in actum. 232
Luna eſt frigida, & humida; quæ, & ſi ratione frigiditatis ſit cauſa mórtis; tamen ratione humiditatis eſt cauſa vitæ. 255
Lux eſt accidens quia per ſe, ſenſu eſt perceptibilis. 232
Lux quomodo gignat lumen. 232
Lux an fuerit ſine ſubiecto. 233
Lux ſecundum Magiſtrum eſt corpus lucidum velut lucida nubes. 233
Luna eodem inſtanti quo illuminatur à ſole illuminat hemiſpherium noſtrum. 343

Litera M.

Maioritas duplex eſt. ſ. intenſiua & extenſiua. 240
Maius lumen non obſuſcat minus lumen, vt patet de ſole, & de ſtellis; quæ, & ſi a ſole nobis offundi videantur, id tamen non euenit ex parte vtrorumque, ſed propter materialitatem & defectum ſenſus. 225
Malum triplex eſt ſcilicet Naturæ, vt cęcitas. Alterum malum pœnæ, dum quis ob crimina, ab eo perpetrata punitur. Tertium malum culpæ, dum quis, propter impœnitentiam reprobatur. 143
Malum duobus modis accipitur formaliter. ſ. & materialiter. 146
Maria virgo indiguit Redemptore præſeruante: quia ipſa contraxiſſet originale peccatum niſi fuiſſet Deus mediator præueniens, & eā præſeruans. 303
Maria virgo fuit ſingulariter priuilegiata; quia in conceptione filij Dei habuit totam gratiā ad quam Deus illam ordinauit. 402
Materia includit compoſitionem potentialem. 55
Materia nō eſt compoſita, compoſitione ex his ſed cum his. 57
Materia habet Idęam in Deo obiectiuè ſecundum Scotum. Diuus Thomas verò ab eo diſſentit. 123
Materia habet eſſe per creationem; quamuis ſit ingenita, & incorruptibilis; non tamen eſt æterna. 156
Materia dicit actum entis; non tamen actum formalem. 183
Materia eſt prior quantitate eſſentialiter. 188
Materia reſpicit formam dupliciter. Primò quā tum ad perfici. Secundò quantum ad tranſmutari. 239
Materia dicitur ignota: quia non eſt prima ratio cognoſcendi illud cuius eſt. 348
Materia duplex rēmota, & propinqua ſacramenti confirmationis. Prima eſt Criſma compoſitum ex oleo oliuæ & balſami. Secunda eſt vnctio facta in fronte in figura Crucis. 413
Materiæ eſt determinari, formæ verò determinare. 394

Materiæ proprium eſt pati, etiam paſſione reali. 505
Matrimonium eſt relatio realis extrinſecus adueniens. 470
Matrimonium ſecundum Iſidorum dicitur à Matre. 472
Matrimonium eſt verum, quando debitè (uti ſtatuit eccleſia) celebratur, & ambobus con iugibus mutuò conſentientibus, copula carnalis ſubſequitur. 475
Matrimonium impedit omnis impotentia ſimplicirer, & perpetua cui.ſ. ſubueniri non poteſt per naturam; & huiuſmodi impedimentum ſi præceſſerit matrimonium, dirimit cō tractum & impedit contrahendum. 490
Medicina triplex eſt.ſ præſeruatiua, Curatiua, & confortatiua. 391
Medium duplex particulare, & eſſentiale. 3
Meritum Chriſti formaliter fuit finitum: tamē à Deo, non vt finitum, ſed vt infinitum extēſiuè fuit acceptum. 345
Medium duplex per participationem extremorum, vt patet in coloribus, & per abnegationem ſicuti eſt intellectio. 197
Memoria infinita patris eſt principium producendi notitiam actualem infinitam. 199
Mendacium triplex, officioſum, iocoſum & perniciosum. 376
Menſurare eſt quantitatem ignotam certificare per quantitatem magis notam. 170
Meritum Chriſti licet formaliter ſit finitum: tamen acceptatur à Deo extenſiuè: tanquàm infinitum, & coniungitur obiecto beatifico per gratiam & gloriam. 345
Meritum exceditur præmium, non quando aliquis meretur pro ipſo, ſed quando aliquis meretur pro alio: & ſic meritum Chriſti excedit præmium noſtrum. 344
Meritum duplex ſcilicet de congruo & de condigno, primum quando aliquis facit quod in ſe eſt ad recipiendam gratiam. Alterum quādo aliquis iuſtus meretur pro peccatore. 392
Miſſio duplex eſt ad intra, & ad extra; Miſſio, prout reſpicit ad extra Equaliter conuenit tribus perſonis, prout verò reſpicit ad intra conuenit perſonis procedentibus tantum; pater verò cum à nullo procedat mitti non poteſt. 74
Mitti dicitur pluribus modis. Primo modo, vt dicit relationem originis, quæ conuenit vni perſonæ tantum ſcilicet filio. Secundo modo vt dicit habitudinem ad creaturam quæ conuenit tribus perſonis. 74
Mixta dicuntur quæ includunt aliquod eſſentiale & aliquod notionale, vt cum dico ſapiētiam genitiuam. 74
Modus ponendi, quòd nulla ſpecies intelligibilis fit in intellectu. 36
Modus dicendi de ſemine triplex eſt. Vno modo vt ponitur principium generationis ſubſtantiæ. Secundo modo vt eſt principium alterationis. Tertio modo vt eſt via ad illud quod eſt per ſe intentum a natura. 248
Mors eſt quædam defectus naturæ. 335
Morulæ ſunt diuerſæ æuiterna ſecundum quod vnum quod quæ æuiternum habet ſuum æuum. 210
Motus nobis mouentur omnia quæ in nobis ſunt. 55
Motus primi mobilis non eſt velox, vel tardus, vt vult Ariſto. circa finem libri de cœlo, & mundo. 169
Motus diuiditur, alius inſtantaneus, alius ſucceſſiuus, alius de extremo in extremum non per medium, Alius per medium. 177
Motus cœli nec eſt naturalis, nec violentus. 521
Merlinus fuit propagatus ex ſemine recepto à dæmone, & transfuſo in matricem Mulieris. 219
Mouens principale eſt ſimul cum moto quo ad contactum virtualem, ſed non quoad contactum mathematicum. 56
Mouere ſecundū locum eſt actio tranſiens. 218
Mulier aliquandò parit maſculum, aliquandò fœminam, ratio hæc eſt ſecūdum Galenum; quia cum ſperma fœmineum intrat ſperma maſculinum generatur fœmina. Cum autem è conuersò generatur mas. 255
Mulieres quare decipiuntur ſe eſſe grauidas credentes: quia matrix interdum attrahit proprium ſperma & claudit ſe ſuper illud, & tūc mulier putat ſe impregnatam eſſe. 225
Multitudo eſt vna, non vnitate ſimplici; ſed vna vnitate aggregationis. 95
Mundatio duplex eſt. Naturalis, & gratuita; licet anima non ſit munda munditia, quæ eſt per gratiam, eſt tamē munda munditia, quæ eſt per rectitudinem naturalem. 388
Mundus conſideratur duobus modis vel quantum ad naturas creatas ſecundum ſe; vel quā tum ad ordinem creaturarum. Melior enim fieri poteſt mundus à Deo, tam quantum ad eſſe ſubſtantiale quam quantum ad eſſe accidentale creaturarum & tam in ordine creaturarum ad Deum quàm in ordine creaturarum inter ſe. 141

Mundus poteſt intelligi melior quatuor modis. 141
Mutatio non eſt, niſi à quantitate in quantitatem ſexto ethicorum. 187
Mutatio duplex deperditiua & acquiſitiua. 419

Litera N.

NAtura eſt prior potentia. 158
Natura nō incipit aliquem motum, quē non poſſit terminare. Secundò metaph. textu 8. & 6. phi. cōtextu nonageſimoprimo Verum eſt de proprietate in ſeparabili, non autem ſeparabili. 347
Natura vnita Deo poteſt accipi tribus modis. Vnomodo, vt ſubſtantificatur in ſuppoſito diuino. Secundomodo; vt eſt vnita diuinitati; Terciomodo inquantum vnitur Deo, per dona gratuita. 319
Neceſſarium ab alio, & ex ſe formaliter, ſecundum Theologos, eſt filius diuinus, & Spiritus Sanctus. 21
Neceſſarium duplex eſt ſcilicet abſolutum; & ex ſuppoſitione. 132
Neceſſitas ponendi ſpeciem intelligibilem eſt duplex. Vna ex parte hominis. Altera per eminentiam potentiæ ſuperioris, nè vilificaretur. 37
Neceſſitas triplex coactionis, naturalis determinationis, & requiſitæ perfectionis: ſiuè neceſſitas complacentiæ, & immutabilitatis. Qua pater in diuinis producit filium naturalis determinationis, & non perfectionis, cum ſit ante perfectè beatus. 48
Neceſſitas requiſitæ perfectionis duplex. Vna quod hoc eſſet imperfectum ſine iſto. Altera ex plenitudine perfectionis, hoc redundat in illud & hac etiam pater producit filium. 48
Neceſſitas naturalis non ſtat cum libertate. 64
Nihil eſt latius ente; quia includit in ſe multos conceptus. 24
Non eſſe quomodo præcedat eſſe; ſi comparatio fiat effectus ad ſuam cauſam, inquantum creatur; hoc modo non eſſe præcedit eſſe: ſi verò fiat comparatio inquantum cōſeruatur, hoc modo non. 155
Nulla ſubſtantia à nobis pro ſtatu iſto eſt per ſe intelligibilis: quia ſi ſic, tunc intellectus poſſet cognoſcere abſentiam panis in corpore Chriſti, quod fieri non poteſt. 197
Nullum bonum euenit in vniuerſo, præter voluntatem Dei: quia cum omnia bona inferiora habeant ordinem eſſentialem ad bona ſuperiora, quæ ſunt intelligentiæ, cœlum, & animæ rationales; cum ergo Deus ſit per ſe agens iſtorum inferiorum bonorum, nullum bonum ſibi euenerit præter Dei voluntatem. 145
Nullum ſacramentum pro ſtatu patriæ congruit; quia tunc non indiget homo ſenſibilibus vt intelligat intelligibilia pertinentia ad ſalutem. 383
Nnmerus non eſt in anima, anima non exiſtente, quantum ad illud, quod eſt ab anima verum eſt quantum ad percipi; non autē quantum ad eſſe. 96
Numerns dicit vnitatem aggregationis. 96
Neceſſitas duplex ſcilicet abſoluta & ordinata, primomodo non fuit neceſſarium genus humanum, quod à Deo per peccatum defecerat, redimi per paſſionem Chriſto. Secundomodo fuit neceſſarium genus humanum in diabolicam ſeruitutem redactum, neceſſitate conſequentiæ, eo quod præſupponit ordinationem diuinam redimi & ea diriſſima ſeruitute liberari, per paſſionem Chriſti. 345
Nullum inanimatum, nec puer, nec beſtia dicitur habere fortunam, quia fortuna eſt in his quæ agunt voluntariè, & per electionem ſed nullum inanimatum, nec, puer nec beſtia agit per electionem, vel voluntariè ergo. 288
Nullus ambigat potentias animæ eaſdem eſſe cum ipſius eſſentia, verum ſicut partes conſiderentur animæ ſcilicet intellectus, & voluntas dicimus inter ſe realiter eſſe diſtinctas vt aſſerit D. Bonauentura ſecundò d. 24. etq. 1. ſecundum ſcotum dicendum eſt potentias animæ identificari realiter cum ipſius eſſentia, & ab ea formaliter diſtingui; ratio; quia non eſt ponenda pluralitas ſine neceſſitate, ſed nulla eſt neceſſitas, vt in iſtis potentijs realis ponatur diſtinctio ergo uide etiā alias rationes. 242

Litera O.

OBiectum intellectus noſtri eſt quidditas rei materialis pro ſtatu iſto motiuū. 30
Obiectum intellectus eſt in triplici differentia ſcilicet terminatiuū, vt eſt ens aliud motiuū naturale vt quidditas rei ſenſibilis, tertium Motiuum ſuper naturale vt Deus. 32
Obiectum omnipotentiæ eſt ens cauſabile, non ens producibile. 88
Offenſio Dei, uel eius ira eſt eius uelle vindicare. 445

Omne

Omne per accidens reducitur ad per ſe, loquendo de accidente, quod præciſè, ſe tenet, ex parte cauſæ; non autem eſt vera propoſitio de accidente, quod ſe tenet ex parte effectus, cum euenit præter intentionem agentis. 282

Omnia an ſint ad aliquid; ſecundum Varonem eſt inconueniens, ut vna creatura eſſentialiter dicatur ad aliam. non eſt autem inconueniens omnia eſſe ad aliquid, vt creatura dicatur ad cauſam primam. 162

Oīpotentia duplex eſt. Vna qua primū efficiēs poteſt cauſare effectum mediatè, quia prima cā poteſt cauſare omnes effectus mediante cauſa ſecunda. Altera qua Deus cuſat immediatè ſine concurſu ſecūdarum cauſarum, & de hac loquuntur theologi. 137

Opera trinitatis ad extra ſunt indiuiſa, & nihil vna operatur perſona, quin illud idem operetur, & alia. 234

Operatio intelligēdi eſt perfectio ſimpliciter, ſicut bonitas. 48

Omne quod eſt neceſſe eſt eſſe; falſa eſt iſta propoſitio in ſenſu diuiſionis: eſt tamē vera in ſēſu compoſitionis. 343

Operatio duplex immanens, & tranſiens. 172

Omnipotentia filij Dei, in qua æqualis eſt patri potuiſſet liberare genus humanum ſolo imperio voluntatis; verum eſt abſolutè. 345

Opinio Varronis, quod Deus eſt ſubiectum in theologia, ſub ratione, qua bonus fundamentum eius eſt hoc, quia ſcientia perfectiſſima debet eſſe, de cauſa finali, per Auicenam. iſta ſcientia eſt perfectiſſima, igitur de Deo, ſed finis & bonum idem ſunt. igitur. 5

Opinio Egidij, quod Deus eſt ſubiectū in Theologia inquantum glorificator. fundamentū. eiuſdem eſt conſiderare Deum, vt Deus eſt, & vt omnia ſunt in Deo. 6

Opinio Diui Thomæ dicentis Theologiam eſſe ſcientiam ſubalternatam, quia ſubalternatur ſcientiæ Dei, & beatorum; idq; à Scoto refellitur. pulcherimis rationibus, quibus falſitas Diui Thomæ apparet; quia ſcientia ſubalternans, & ſubalternata, non ſunt de eiſdem concluſionibus; verum Theologia noſtra, & beatorum ſunt de eiſdem concluſionibus, igitur ſibi inuicem non ſubalternantur. 7

Opinio Henrici dicentis, Theologiam eſſe ſcientiam in lumine medio. Quomodo, dicimus lumen matutinum, cui correſpōdet lumen fidei. 8

Opinio Abbatis Ioachim falſa circa quæſtionē, an eſſentia generet vel generetur, immo hæretica. eſſentia enim identificatur eſſentialiter tribus perſonis: tum quia eſſentia eſt abſtratum; tum quia eſſentia eſt quo formaliter pater generat. 42

Oratio eſt mentis eleuatio, ſiue voluntatis petitio. 339

Ordinatio & inſtitutio alicuius in gradu eccleſię præeminentiæ cui conuenit. 469

Ordo duplex. Vnus ad Deum tanquam ad principem rerum, & creaturarum. Alter quem habent inter ſe creaturæ. 141

Ordo quadruplex inuenitur in creaturis. ſ. originis, naturæ durationis, & perfectionis. 158

Ordo duplex, partium in toto, & partium in loco; primus eſt differētia quantitatis. Alter eſt de genere Situs. 420

Ordo in ſubſtantia eſt duplex. 437

Ornatus Sacerdotis ſeptem requirit. 432

Omne per accidens reducitur ad per ſe, ſed fortuna eſt cauſa per accidens, ergo verum eſt de accidente, qđ ſe tenet ex parte effectus. 282

Littera P.

Pœna Canonica eſt pœna, quæ per canones infligitur prohibens punitum ab aliquo actu eccleſiaſtico, quem alias liceret. 468

Pœnæ damnatorū dupliciter poſſunt videri. 220

Pœnæ Canonicæ ſunt 6. Depoſitio, degradatio. Infamia, irregularitas, interdictio, & ſuſpenſio. 468

Pœnitere eſt actus voluntatis. ibid.

Pœnæ damnatorum dupliciter poſſunt videri. Vnomodo in genere proprio, Secundomodo in verbo, & hoc modo poſſunt videri ab angelis. 447

Pagani ponunt productionem extrinſecam, & negant intrinſecam. 158

Pars non habet aliud eſſe à toto; quia pars informatur à natura totius; hoc enim modo natura humana non informatur à ſuppoſito diuino. 310

Participare eſt duobus modis. ſ. ſubiectiuè, & obiectiuè. 181

Paruulus in vtero matris quamuis ſit cōiunctus matri localiter; tamen diſtinguitur ab ea perſonaliter. 398

Partium ratione elementa ſecundum partes corruptibilia ſunt. 234

Paſſio duplex. Vna realis, qua ſpecies realis gignitur in ipſo. Altera intentionalis, quæ recipit obiectum per ſpeciem. 38

Paſſio Chriſti licet non ſit in actu, in effectu; eſt tamen

tamen in actu in acceptione diuina; vt ſit cauſa meritoria. 392

Pater producit filium neceſſitate determinationis naturalis; quia memoria paterna, per quā producitur filius eſt determinata ex ſe ad producendum verbum. 48

Pater non eſt perſona filij; nec è conuerſo. 97

Pater conſtituitur per eſſentiam; tanquam per principium conuenientiæ; per paternitatem, tanquam per principium differendi à quolibet alio, quod non eſt ipſum. 100

Pater dicit verbo eſt propoſitio falſa, ſiuè accipiatur purè eſſentialiter, ſiue purè notionaliter; ſed ſi accipiatur partim iſto modo, partim illo, eſt vera ſub hoc ſenſu. Pater dicit verbo. ideſt Pater producit verbum, quo repræſentat ſe. 115

Pater eſt magis diligendus, quàm filius, affectu charitatis. 361

Paternitas, inquantum paternitas eſt communicabilis, incommunicabilis verò in quantum diuina. 106

Paternitas terminatiuè eſt in filio, in patre verò ſubiectiuè. 280

Peccare eſt deficere, non autem efficere. 146

Peccare per fallaciam conſequentis, eſt quando ꝓceditur a ſuperiori ad inferius affirmatiuè; vt hic eſt animal; ergo eſt homo; non valet, & quādo proceditur ab inferiori ad ſuperius negatiuè, ut hic non eſt homo, ergo non eſt animal. 154

Peccator aut eſt religioſus, aut ſecularis. Si religioſus, cum eius vita tota ſit pœnitentia, ſtatim tenetur confiteri. Si ſecularis ſufficit ſibi tenere ſtatutum eccleſiæ cum contritione & propoſito confitendi. 456

Peccatum eſt infinitum. Verum eſt extenſiuè nō autem intenſiuè, aliter rediret, error manicheorum. 399

Peccatum quantum ad ſubſtratum eſt à Deo nō quantum ad deformitatem. 290

Peccatum in ſpiritum ſanctum eſt grauiſſimū, tum quia procedit ex certa malitia, quod eſt maximum peccatum ſecundum Greg. tum quia eſt contra præceptum primæ tabulæ, tū quia opponitur actui perfectiſſimo. 290

Peccatum in ſpiritum ſanctum, non eſt irremiſſibile ſimpliciter, q̄a Deus poteſt illud remittere, ſed dicitur irremiſſibile, quia directè opponitur diuinæ miſericordiæ. 290

Peccatum eſt corruptio illius boni, in quo eſt, quia illi nocet, vt dicit Auguſt. 12. de ciui.c.6. 278

Peccatum eſt corruptiuum boni. ſ. gratiæ ſupernaturalis. 278

Peccatum eo modo, quo poteſt habere cauſam eſt a bono; quia peccatum, uel eſt a bono, vt cauſa uel eſt ab aliquo malo ſimpliciter primo; ſed non eſt malum ſimpliciter primum a quo ſit peccatum; quia illud eſſet neceſſe eſſe, quod eſt Deus ergo eſt a bono. 272

Peccatum hēt pro cauſa bonum creatum. ſ. volūtatē, quæ eſt totalis, & immediata cā ſuæ volitionis bonæ, ſiuè malæ. & Deus reſpectu illius non habet efficientiam immediatam; q̄a aliter voluntas ipſa non eſſet libera. 277

Peccatum non oportet ſimpliciter eſſe voluntarium, habenti ipſum; ſed eſſe voluntarium, à quo contrahitur. 399

Peccatum veniale ſtat cum charitate, per quam homo ordinatur ad regnum Dei. 460

Peccatum mortale diſtinguitur à veniali in hoc peccatum mortale eſt de ordinatio oppoſita ordinationi, ſine qua finis conſequi non pōt. Veniale autem eſt deordinatio, quæ ſimpliciter non opponitur ordinationi. 257

Peccata redeunt eadem numero ſecundū alios per quatuor genera peccatorum. ſ. per odium fraternum; per contentum cōfitendi; per Apoſtaſiam; & per hoc, quod dolet ſe penituiſſe. Scotus verò dicit, quod redit tanquam circunſtantia aggrauans. 465

Peccata actualia parentum non tranſeunt in filios, quantum ad culpam, ſed quantum ad pœnam temporalem, & non quantum ad pœnā æternam: non eo quia in iuſti nō addunt ſuis infantibus in iuſtitiam Anſelmus. Item peccata parentū filijs non imputantur. Hieremias: non tertio: quia pœna æterna directè, & primo reſpicit animā, quæ eſt immediatè a Deo non à patre ſicut anima patris, ita anima filijs mea eſt Ezechielis.c.28. 275

Peccatum originale in omnibus eſt vnum ſecundum ſpeciem. 276

Peccatum originale in uno indiuiduo eſt vnum ſimpliciter. 276

Peccatum originale eſt in nobis, quia ſumus filij adæ naturales, & debitores iuſtitiæ originalis. 276

Peccatum originale quantum ad materiale eſt a parente, ſed quantum ad formale non habet cauſam poſitiuam, ſed defectiuam cū ſit priuatio. 273

Peccatum non oportet temporaliter eſſe voluntarium habenti illud, ſed oportet eſſe voluntarium illi uel iſti, a quo contrahitur. 273

Pec.

Peccatum non eſt niſi in tranſgrediendo man datum Dei. 270
Peccatum poteſt accipi dupliciter vno modo pro actu elicito. Secundo modo pro macula.
Perfectio duplex. Vna ſubſtantialis. Altera accidentalis. 178
Periurium eſt maius peccatum quam homicidium ſecundum alios, quia eſt præceptum primæ tabulę. Scotus verò dicit homicidium maius eſſe peccatum; quia in eo eſt maior libido peccandi. 378
Periurium eſt mendacium pernicioſum. 378
Per modum cauſæ eſt in te, tanquam in ſubiecto, vt Vnitas, quę fundamentaliter eſt in re, conſecutiuè verò in intellectu. 53
Perſona ſecundum Magiſtrum poteſt ſe ipſam mittere; & hæc opinio ſatis ſuſtineri poteſt. 74
Perſona dicit ſubſtantiam, & ſubſtantia non dicit negationem, ſed poſitionem; & ſi perſona dicat incommunicabilitatem, non tamen cenſendum eſt quod dicat negationem ſed quod dicat entitatem alteri non comunicabilem. 93
Perſona numeratur, & multiplicatur in Deo; non autem eſſentia. 97
Perſona eſt intellectualis natura indiuidua ſub ſiſtentia. 300
Perſonæ diuinę poſſunt eſſe quaſi partes ſubiectiuę theologiæ nō quidem compoſitiuę nec Itegrales, & Attributa ſunt quaſi paſſiones. 6
Pertranſiri poteſt, Intelligitur duobus modis, vel pro diuiſibili, uel pro indiuiſibili. 178
Phantaſma, An moueant intellectum poſſibilem. 194
lurium ſuppoſitorum non eſt vna actio ſi agant diſtinctis principiis. 68
Poſitiuum duplex eſt. 522
Poſſibile multipliciter accipitur; Vno modo, vt diſtinguitur contra impoſſibile; & iſto modo eſt poſſibile Deũ eſſe; ſecũdo modo, vt diſtinguitur contra neceſſarium, & hoc modo non cadit in Deo; tertiò modo in ratione agentis, & iſto modo omne producibile eſt poſſibile. 21
Poſſibile duobus modis ſumitur. Vno modo vt opponitur impoſſibili. Alio modo, vt opponitur ei, quòd eſt neceſſarium. 86
Poſſibile multis modis ſumitur; Vno modo, vt opponitur impoſſibilis. Secundò modo, ut opponitur actui; Tertiò modo, ut dicitur ad potentiam; Quartò modo, vt opponitur neceſſario. 153
Potentia intellectus ad duo poteſt comparari ſcilicet ad actum, quem recipit, & ad agens à quo recipit. 2
Potentia multiplex prima eſt non repugnantia terminorum, quæ dicitur logica; Altera quæ diſtinguitur contra actum, tertiò modo vt eſt principium agendi; & hoc modo potentia eſt in Deo, quartò modo vt eſt principium patiendi & hoc modo eſt in creaturis. 50
Potentia duplex. obiectiua, & ſubiectiua. 228
Potentia peccandi eſt à Deo quãtum ad ſubſtratum. 290
Potentiæ ſunt in duplici differentia, quædã ſunt diſperatæ, vt viſus, & auditus, quædam ſunt ſubordinatę, & iſtæ ſunt duplices, quædã ſunt eiuſdem generis, ut intellectus, & uoluntas, ita ut ambæ ſunt cognitiuę. Quædam ſunt ſubordinatæ, tamen non ſunt eiuſdem generis, ut intellectus, & ſenſus. 31
Potentiæ diſperatæ ſunt ſenſus exterioris. 31
Potentiæ animę ſunt idem realiter, diſtinguntur formaliter. 117
Potentiæ vegetatiuę attribuuntur tres operationes, ſcilicet Augumentatio, Nutritio, & generatio. 219
Poteſtas abſoluendi differt a poteſtate conficiendi, prima ſtatim habet materiam in natura, ſcilicet panem altera numero non ſtatim. 456
Poteſtas clauium ſe extendit ad pœnam temporalem. 457
Poteſtas duplex legandi & abſoluendi. 458
Potentia generandi non cadit ſub omnipotentia, vt cenſuit Egidius Romanus. quia ſi ſic, tunc filius non eſſet æque omnipotens ſicuti pater, quia in filio non eſt potentia generãdi, & tamen eadem eſt omnipotentia numero in patre, & filio. tum quia potentia propriè dicta, quæ cadit ſub omnipotentia eſt ad terminum poſſibilem, non ad terminum neceſſarium, ſed nulla perſona eſt poſſibilis, immo neceſſaria, ergo potentia generandi, quæ eſt ad perſonam non cadit ſub omnipotentia.
Argumentum nulum neceſſarium cadit ſub poſſibili, ſed potentia generandi in diuinis eſt neceſſaria, ergo non cadit ſub poſſibili. 189
Prædeſtinatio poteſt conſiderari duobus modis. Vnomodo ex parte prædeſtinati, ſecundomodo ex parte prædeſtinantis, ſcilicet Dei, primo modo poteſt damnari non autem ſecundo modo. 133
Prędicamenta ſunt diuerſa ſeipſis in rationibus formalibus, in quibus differunt. 162

Præ-

Præmium duplex,eſſentiale & accidentale. 82
Præmium cõtinentiæ virginalis,vt Aureola.487
Præpoſitiones aliquæ ſunt per ſe notæ ex ſolo conceptu confuſo terminorum. 19
Præſentia duplex.Vna in ratione motiua imprimentis. Altera in ratione cognoſcibilis. 38
Praxis eſt operatio alterius potentiæ ab intellectu,poſterior intellectione,nata conformiter elici rationi rectæ. 10
Praxis quomodo non eſt operatio vegetatiua, vel ſenſitiua propter duo primo, quia præcedit actum intellectus,Secundo quia eſt cõmunis nobis & brutis. 10
Praxis omnis eſt actus elicitus, uel imperatus & non è contra. 10
Primitas perfectionis ex parte cognoſcibilis dupliciter ſimpliciter; vt viſio aquilæ reſpectu ſolis, uel eſt perfectior ſimpliciter viſione mea,uel ſecũdum proportionem, & hoc modo viſio mea reſpectu candelæ eſt perfectior viſione aquilæ. 34
Principia ſumpta à fine ſunt principia practica. 12
Principium in diuinis capitur dupliciter.Vel quã tum ad operationes ad intra;vel quantum ad operationes ad extra. primo mõ in Deo ſunt duo principia producendi. Altero modo vnũ tantum. 22
Principium monendi in Angelo ſm alios eſt intellectus practicus ſiuè voluntas imperãs.218
Prioritas originis eſt illud, à quo aliud originatur;ipſum verò à nemine.i.filius originatur a patre.Pater uerò à nullo. 61
Prioritas naturæ duobus modis accipitur,vel ad ſe,vel ad aliud. 106
Priuatio dicitur multis modis, primo modo qñ quis caret,quod ſibi competere poteſt ſecundum ſpeciem;vt homo priuatus viſu; Secũdo modo,quando quis caret eo, quod debet habere ſecundum rationem generis, vt talpa priuata viſu,Tertio modo quandoquis caret eo, quod debet habere ſecundum rationem generis remoti vt lapis. 103
Prius duplex eſt. Primum à quo non cõuertitur ſubſiſtendi conſequentia, vt duo ſunt, ergo vnum?Sed non è contra. Aliud eſt prius cauſalitate. 10
Proceſſio appropriatur ſpiritui ſancto;quia exitus à voluntate per modum amoris eſt proceſſio. 73
Productio filij eſt neceſſaria neceſſitate antecedente. 47
Productio ſpiritus ſancti eſt neceſſaria; quia neceſſe eſſe ſi producitur neceſſariò producitur; at ſpiritus ſanctus eſt neceſſe eſſe.ergo. 64
Productio creaturarum in eſſe reali præſupponit ꝓductionem perſonarũ ſecundùm Theologos. 156
Productiones diſtinguuntur, non ratione infinitatis,ſed ratione libertatis. 64
Proprietas accipitur quinque modis. ſ. durationis,Naturæ, perfectionis, Rationis, & originis. 61
Putrefactio eſt corruptio proportionis elementorum in mixto, per exalationem humidi cõtinuantis partes in mixto, facta ex caliditate corporis circunſtantis. 347
Pueri ſolum pro peccato originali nullam habebunt pœnam,nec interiorem, nec exteriorem triſtitiam non primo. quia nullam delectationem deordinatam habuerunt, nec ſecundo. quia triſtitia eſt de his,quæ accidunt nobis inuitis.Aug.14.de ciui.Dei.c.15. 276
Pueri ſolum ꝓ originali peccato Diſtinctè Deũ non poterunt cognoſcere, nec fœlicitatẽ ſanctorum,nec ipſam appetere,nec poterunt triſtati cum non habeant eam. 276

Liitera Q.

Qvælibet perſona habet eſſe ſubſiſtentiæ. 61
Quantitas duplex virtutis,& molis. 83
Quantitas in Deo,eſt quantitas molis. 84
Quantitas non eſt forma actiua,vt communiter tenetur. 188
Quatuor nobis fuerunt inflicta propter peccatum. 366
Quid ſit confuſum. Confuſum idem eſt quod indiſtinctum. 34
Quid ſit confuſè. Vnde concipitur aliquid cum exprimitur per nomen. 34
Quid ſit primum cognitum cognitione actuali diſtincta eſt ens. 35
Quid ſit primum cognitum primitate perfectionis,eſt Deus. 35
Quidquid eſt cauſa cauſæ eſt cauſa cauſati, verũ eſt,ſicut remotum quo, & non ſicut propinquum quo. 79
Quod aliqua diſtinguantur formaliter quinq; requiruntur. 117
Quod reſpectu rerum creatarũ in Angelis eſt intellectꝰ agẽs,& intellectus poſſibilis. Agẽs quatenus abſtrahit, poſſibilis quatenus recipit.
Quomodo communiora ſint prius nota primitate originis cognitione habituali,vel virtuali. 35

Quo-

Quomodo in intellectu ſunt ponēdæ ſpecies intelligibiles duplici neceſſitate ex parte naturæ hominis,& propter eminentiam potentię ſuperioris. 37
Quomodo in ſubſtantia ſit vnica abſtractio.ſcilicet quidditatis à ſuppoſito. 42
Quomodo in Deo ſit vna infinitas,& plures infinitates. 83
Quomodo vna perſona ſit in alia, non ſicut natura in ſuppoſito,nec ſicut forma in materia, ſed ſicut ſubſiſtens in ſubſiſtente. 85
Quomodo ſit vera,quod potentia generandi cadat ſub omni potētia; Dico, quòd de uirtute ſermonis non eſt uera,eſt tamen uera ſecundum vſum loquendi ſanctorum. 85
Quomodo in Deo ſit ratio principij:quia in Deo eſt uera productio. 106
Quomodo perſonæ diuinæ ſint principium, & cauſa per cōparationem ad creaturam, quia vbi eſt effectus cum diuerſitate naturæ ibi eſt principium. 196
Quomodo filius ſit ſapiens ſapientia ingenita, principiatiuè,vel originatiuè, non autem formaliter. 114
Quomodo pater eſt ſapiens. ibi.
Quomodo ſit vera iſta ꝓpoſitio,Pater, & filius diligunt ſe ſpiritu ſancto,ideſt producunt ſpiritum ſanctum habētem habitudinem,ad patrem,& ad filium. 115
Quomodo uitia non repræſentantur in eſſentia diuina, vt vilia ſunt, quia iſta infima non repræſentantur in eſſentia diuina, ut ſunt vilia. 121
Quomodo Deus intelligat ſingulare, non tanquam primarium obiectum, ſed tanquā contentum in primario obiecto. 121
Quomodo in Deo ponendæ ſint ideæ. 122
Quomodo Deus ſit vbique modo ſpirituali; quia eſt in ſanctis per charitatem, & gratiam. 127
Quomodo Deus contineat res per intellectum, & voluntatem, principaliori modo continet per voluntatem,quam per intellectum. 128
Quomodo intellectus dirigat voluntatem per modum conſilij, non autem per motum imperij. ibid.
Quomodo in Deo nihil ſit contrarium,formaliter. 136
Quomodo ſint duo ordines in diuinis. ſcilicet naturæ & originis. 158
Quomodo homo peccando non anihilet ipſam gratiam. 166
Quomodo dentur duæ materiæ. Vna ſpiritualium, altera corporalis. 183
Quomodo plures Angeli ſint in eadem ſpecie. 192
Quomodo ſolus ſacerdos poſſit dimittere peccata,ſcilicet ad modum iudicis,& arbitri. 403
Qui odit vnam perſonam diuinam actualiter, odit aliam habitualiter. 290
Quod eſt cauſa cauſæ,eſt cauſa cauſati. Vera eſt iſta propoſitio de eo, quod habet cauſam effectiuam,& non defectiuam. 280

Littera R.

Radius triplex.ſcilicet rectus, fractus, & reflexus. 232
Ratio duplex,in qua aliqua conueniunt. ſcilicet in ratione tranſcendenti, & in ratione prædicamentali. 26
Ratio agentis,& agendi duplex. Prima eſt ſingularitas.ſecunda eſt natura. 38
Ratio formæ eſt perfectior, quàm hecchitatis. Perfectius enim eſt ſibi aliud aſſimilare, quā diſtinguere. 52
Ratio eſſendi Deum vbique eſt ſua infinitas. 126
Ratio ſeminalis,ſecundum Scotum, eſt uia ad productum,quod eſt per ſe intentum à natura. 247
Ratio terminandi eſt incommunicabilis ſubſiſtentia. 308
Rationes græcorum, quòd ſpiritus ſanctus procedat à patre,& non à filio. 68
Receptiuum quomodo denudetur à forma recepti,quando fit receptio per motum. 375
Reconciliare eſt nos Deo gratos reddere. 387
Reduplicatio aliquando dicit cauſam efficientem, ut Sortes, & Plato in eo, quòd ſunt albi,ſunt ſimiles. 321
Regula duplex eſt. Quædam naturaliter cognoſcibilis, ſcilicet, quòd peccatum eſt diſplicendum. Quædam nota ex reuelatione. 446
Relatio accipitur duobus modis; Vel inquantum relatio; Vel in quantum proprietas. 99
Relatio duplex; inhærens; ſicut in creaturis; & per ſe ſubſiſtens: ſicut in diuinis. 160
Relatio differt realiter à ſuo fundamento; quia vnum poteſt manere, altero deſtructo. 160
Relatio creaturæ ad Deum eſt idem realiter ſuo fundamento; quia impoſſibile eſt creaturam

eſſe,abſque relatione ad creatorem ſine contradictione. 161
Relatio,quæ facit abſolutum nō facit diſtinctionem in eo. 296
Relatione diſperatæ actiuæ non ſunt conſtituitiuæ diuerſarū perſonarum;ſed relationes paſſiuę ſunt conſtitutiuæ. 67
Relatioues ſubſiſtunt ex infinitate eſſentiæ, largientis eis ſubſiſtentiam. 72
Relationes ſunt in triplici differentia. Quædam ſunt relationes cauſæ,& cauſati. Quædā producentis,& producti. Quædam mouentis, & moti. 110
Relationes originis non dicunt perfectionē ſimpliciter,nec imperfectionem. 104
Relationes de ſecundo modo relatiuorum ſunt incompoſſibiles ſimpliciter. 196
Relatiuum duplex ſecundum eſſe, & ſecundum dici. 110
Remordere de maleficio dolendo eſt actus volūtatis. 284
Reſpectus duplex eſt. Intrinſecus, & extrinſecus. 279
Reſpectus fundatus in motu non eſt actio de genere actionis formaliter; ſed extrinſeca denominatione. 280
Reſpectus de ſecundo modo relatiuorum.nō eſt formaliter de genere actionis;cum ſint genera diſtincta. ibid.
Reſpectus fundatus in motu;cum ſit motus potentiæ eſt de ſecundo modo relatiuorum. ibi.
Reſpectus mutuæ dependentiæ formaliter oppoſiti neceſſariò ſic ſe habent, quod ſi vnus eſt in vno extremorum terminatiuè;in altero eſt ſubiectiuè. ibid.

Littera S.

SAcramenta quomodo adorantur, quę ſunt ſigna ſacræ rei. 319
Sacramenta, quibus lex Euangelica adornatur ſunt ſeptem. 390
Sacramenta omnia,quomodo ſint a Deo inſtituta lege inſtitutionem ſacramentorum. 390
Sacramenta quomodo habeant efficaciam a paſſione Chriſti exhibita,per actum exteriorem, præuiſa per actum interiorem. 391
Sacrmenti eſt diffinitio non quidem quidditatiua, ſed in communi, & licet ſacramentum non ſit per ſe vnum vnitate reali, eſt tamen per ſe vnum vnitate conceptus. 381
Sacramenti eſt diffinitio non quidem propriiſſimè.ſed largiſſimè ſumpta. 381
Sacramenti diffinitio eſt ſacræ rei ſignum. 382
Sacramentum ſolus Deus poteſt inſtituere, quantum ad ſignum certum, vel certitudinē; vt verò eſt ſignum practicum, poterat ab alio inſtitui,ſed non decuit. 383
Sacramentum confirmationis non poteſt reiterari: quia per iſtud ſacramentum inſtituitur aliquis indeterminato gradu eccleſiæ.ſ. in gradu bellatoris. 412
Sacramentum euchariſtiæ poteſt quatuor modis recipi.ſ.primo, nec ſacramē taliter,nec ſpiritualiter, ut hæreticus.Secundo ſacramentaliter,& ſpiritualiter,ut deuotus chriſtianus non fide ficta,ſed purgata conſcientia ad illud accedens.Tertio ſacramentaliter,& non ſpiritualiter vt malus chriſtianus, qui indignè corpus Chriſti ſuſcipit.Quartò ſpūaliter, & nō ſacramentaliter,vt infirmus. 417
Sancti ponūt quatuor relationes in diuinis. 112
Sapientia dicitur a ſapore. 12
Satisfactio eſt reditio voluntaria æquiualentis alias indebiti. 449
Satisfactio quatuor modis accipitur primo modo,vt reſpicit Deum.Secundo modo,vt reſpicit eccleſiam. Tertio modo, vt reſpicit proximum.Quartò modo,vt reſpicit ſeipſum. 450
Saturnus qui eſt frigidus eſt cauſa mortis. 255
Scientia non refertur ad ſcibile in actu,ſed ad ſcibile in potentia. 107
Scientia duplex, vna cauſa rerum, altera cauſata à rebus; ſcientia cauſata à rebus refertur ad ſcibile; non autem ſcientia, quæ eſt cauſa rerum. 198
Scientia Dei adæquat ens ob id Deus cognoſcit tam neceſſaria,quam contingentia,cum vtraquè habeant rationem entis. 128
Scientia Dei eſt infallibilis;ita eſt neceſſaria, ſed ſcientia de contingentibus eſt infallibilis ex ſuppoſitione,ſimiliter ē neceſſaria ex ſuppoſitione,i.determinatione volūtatis diuinę. 132
Scientia in Deo duplex vna dicitur ſimplicis notitiæ,& hæc reſpicit tam ea,quæ ſunt, quam ea,quæ non ſunt. Altera viſionis, & iſta reſpicit tantum ea quæ ſunt. 38
Scientia eſt vna; quamuis in ea plures ſint concluſiones,& habitus ſpecificè diſtincti vnitate ordinis. 374
Scientia poteſt dupliciter accipi. Vno modo largè prout eſt notitia cum adhæſione, quæ habetur teſtimonio aliquorum. Secundo modo ſtrictè,prout eſt habitus concluſionis per demonſtrationem acquiſitus. 352
Scientiæ Mathematicæ demonſtrant paſſiones rationis

rationis relatiuas, puta æqualitatem, & inæqualitatem. 159
Scientiæ reales demonſtrant paſſiones reales, vt phiſica, mobilitatem Metaphiſica vnum, bonum, verum, quæ ſunt paſſiones entis; logica eſſe in modo, & in figura, inferri expreſſis, & conſtare ex terminis. ibid.
Sermo de Euo eſt in duplici modo. Vno modo ſecundum id, quod ponit Euum ex natura rei. Secundo modo ſecundum quod connotat in quantum intellectus noſter comparat ipſum ad tempus. 169
Sex ſunt peccata in ſpiritum ſanctum. ſ. deſperatio, præſumptio, obſtinatio, finalis impœnitētia, inuidia fraternæ gratiæ, & impugnatio veritatis agnitæ. 290
Singulare eſt per ſe intelligibile, & ſi non intelligatur. hoc prouenit ex defectu intellectus noſtri. 190
Solus pater eſt Deus. hāc propoſitionem, ita exponit Aug. ſolum Deum patrem dicimus; nō quia ſeparatur à filio, vel a ſpiritu ſancto, ſed dicentes ſignificamus, quia illi ſimul cum eo non ſunt pater, quod non dicitur, quia ipſe ſit ſolus, ideſt ſine filio, & ſpiritu ſancto, ſed per hoc filius, vel ſpiritus ſanctus a paternitatis conſortio excluduntur. 29
Sol eſt cauſa plantæ.
Species ſpecialiſſima eſt primum cognitum, primitate originis cognitione actuali confuſa. 35
Species vt eſt at homa indiuiſibilis eſt, loquendo de diuiſione penès diuerſitatē ſpecificam; eſt tamen diuiſibilis diuiſione ſpecifica in diuerſitatem numeralem. 188
Species eſt diſtincta a fide: quia obiectum ſpei, quod eſt bonū arduum diſtinguitur ab obiecto charitatis, quia etiam potentiæ diſtinguntur per actus, at fides & charitas ſunt duæ potentiæ. 355
Spes an ſit virtus theologica. 356
Spiritus ſanctus, & ſi creaturam aſſumpſerit, in qua apparuit. ſ. in columba non tamen eſcendus eſt minor patre; vt Chriſtus; quia non ita accepit columbā, vt fieret columba, ſicut Chriſtus, qui accepit hominem, & factus eſt homo. 75
Spes tollitur in patria. 568
Speratio præſupponit generationem. 66
Spiritus ſanctus producitur per actum voluntatis; quia ſicut voluntas finita habens obiectū amabile, & finitum producit amorem finitū; æque voluntas infinita, habens obiectū amabile infinitum, producit amorem infinitum adæquatum. 63
Spiritus ſanctus nunc non mittitur uiſibiliter; quia fides eſt optimè firmata, atque radicata. 75
Spiritus ſanctus multis modis fuit miſſus. ſ. in ſpecie nubis lucidæ ad illuſtrandam veritatē. Secundo modo in ſpecie flatus ad copulandā fraternam charitatem Tertio modo in ſpecie linguæ igneę ad prædicandam perfectam ſanctitatem. 75
Spiritus ſanctus quomodo dicatur charitas poteſt intelligi tripliciter exemplariter, & hoc modo verum eſt dicere ſpiritum ſanctum eſſe charitatem. Secundo modo cauſaliter, cum ſit cauſa effectiua bonorum. Tertiò modo formaliter; & hoc modo non ēſt intelligendum ſpiritum ſanctum eſſe charitatem. 76
Subiectum motus duobus modis conſideratur. Vno modo, vt ſubijcitur motui. Secundo modo, vt reſpicit terminum acquiſitum per motum. primo modo eſt in actu: Secundo modo eſt in potentia. 175
Subiectum eſt cauſa prædicati; ita vt, ſi ſubiectū eſt particulare, & prædicatum vniuerſale, propoſitio erit particularis. Modus itaque prædicandi communicatur prædicato a ſubiecto. 320
Subſiſtentia non dicit negationem. 63
Subſtantia ſuſcipit magis, & minus; Verum eſt ſecundum eſſe indiuiduale, non autem ſecundum eſſe ſpecificum. 80
Subſtantia eſt prior quantitate in eſſendo, non autem indiuiduando. 187
Summum dicitur duobus modis. Vno modo poſitiuè, quod excedit omne aliud, de quo Ariſt. 5. thop. quod per ſuper abundantiam dicitur vni ſoli conuenit. Secundo modo negatiuè, & illud dicitur, quod non poteſt ab alio excedi, cuiuſmodi dicuntur genera generaliſſima, & hoc modo fuit collata ſumma gratia animæ Chriſti qua maior creari non poterat. 528
Superfluitas digeſtionis ſtomaci ſunt fœces. 253
Suſpenſio multiplex. Quædam ab officio quædā ab ingreſſu eccleſiæ. 468
Syndereſis in creatura rationali eſt aliquid, quo homo naturaliter inclinatur ad bonum, & remurmur in malo. 284

Littera T.

Tempus materialiter eſt de genere quantitatis continuæ; ſed formaliter eſt de genere quantitatis diſcretę. 169

Ter-

Terminus anihilationis eſt purum nihil, ita, quòd nihil termini à quo manet in termino ad quem. 433
Theologia ſumitur duobus modis. 4
Theologia in ſe eſt cognitio illa, quam nata eſt facere obiectũ Theologicũ in intellectu ſibi ꝓportionato, ſicut intellectus diuinus, & hęc habetur ſine diſcurſu. 4
Theologia in nobis eſt cognitio rei, qualem intellectus noſter natus eſt habere de illo obiecto, & hæc habetur cum diſcurſu temporis. 4
Theologia diſtinguitur in Theologiã neceſſariorũ, cuiuſmodi ſũt veritates ad intra; vt Deus gñat, Deus ſpirat. & contingentium cuiuſmodi ſunt veritates ad extra, vt Deus creat mundum. 4
Theologia eſt ſcientia ſecundum Varronem, ſi conſideretur in ſe, non autem in comparatione ad ſcientem. 8
Theologia tractat de fine particulari. 12
Theologia eſt ſcientia practica ſecundum Diuũ Thomam; quia Deus; qui eſt ſubiectũ Theologiæ continet ſubiecta practicæ, & ſpeculatiuæ ſcientiæ. 13
Theologia neceſſariorum in intellectu creato, tam beato, quam non beato, tam Angelico, quàm humano eſt practica. 13
Theologia poteſt conſiderari quatuor modis. Primomõ in ſe, & in ſua entitate, & hoc modo partim eſt practica, partim ſpeculatiua. Secundo modo reſpectu obiecti, & hoc modo, partim eſt ſpeculatiua, & partim practica. Tertio modo ratione intellectus increati, & hoc modo tota eſt ſpeculatiua, & nihil practica. Quarto ratione intellectus creati; & ſic eſt tota practica. 13
Triſtitia eſt animi diſſenſus ab his, quæ nobis nolentibus accidunt. 334
Tranſmutatio fit tripliciter. 395

Littera V.

Variatio baptiſmi poteſt cõſiderari quatuor modis. Vel ex parte Miniſtri; Vel ex parte actus; Vel ex parte ſuſcipientis; Vel ex parte clauſulæ. ſ. in nomine patris. 395
Variatio baptiſmi poteſt fieri ſex modis. ſ. mutãdo, dicẽdo. Ego baptizo te in nomine pñis genitoris, geniti, & ſpirati, & tunc non eſſet baptiſmus. Secundo mõ addendo, dicendo. Ego baptizo te in nomine patris maioris. Tertio modo corrumpendo ſenſum. Quarto modo tranſportando. Quinto modo interpretando. Sexto modo implicando plura eodem verbo. 395
Velle duplex. Amicitiæ, & concupiſcentiæ. 212
Verbum duplex. Perfectum, ad quod ſufficit habitualis cognitio eius; quæ eſt verbum. Imperfectum; & eſt illud, quod requirit actualẽ ordinem inquiſitionis. 102
Verbum ſecundum Scotum eſt actualis intellectio, quæ eſt notitia genita; & propter hoc in patre non eſt formaliter verbum. Quia non eſt in eo formaliter notitia genita. 102
Veritas. & falſitas apprehenſiuè ſunt in intellectu. Quoniam intellectus apprehendit eam. Nunciatiuè verò ſunt in voce. Quia voce proferuntur. 53
Veritas formaliter principalius, & conſecutiuè eſt in intellectu: fundamentaliter verò eſt in re. 53
Veritas intellectus dependet ab obiecto tantum. 147
Veritates complexæ de Deo ſunt iſtæ. Deus generat, Deus eſt Trinus, & Vnus. 3
Videre duplex ẽ. Naturaliter, & miraculosè. Neuter viſus poteſt naturaliter videre corpus Xp̃i in Euchariſtia. Quia actio naturalis non eſt ſine contactu; At oculi ad corpus Chriſti; exiſtẽtis in Euchariſtia, non poteſt eſſe contactus. igitur. 428
Virginitas dicit aliquid abſolutum, & negationem actus præteriti. ſ. nunq̃ cecidiſſe. Deus poteſt facere de non virgine virginem, quantum ad illud abſolutum; non autem quantum ad negationem actus præteriti. 387
Virtus eſt habitus electiuus immediatè exiſtens determinata recta ratione. 373
Virtus eſt triplex. Moralis. Theologica, ſeu Cardinalis, & heroica. 487
Virtutes morales ſunt quatuor. Prudentia, Iuſtitia, Fortitudo, Temperantia. Quarum ſufficientia hoc modo colligitur. Virtus moralis, vel ordinat ad ſeipſum, vel ad proximum. Si primo modo, hoc contingit tripliciter. Vel ſecundum partem intellectiuam, & ſic ponitur prudentia. Vel ſecundum partem concupiſcibilem, & hoc modo ponitur Temperantia. Vel ſecundum partem iraſcibilem, & ſic ponitur fortitudo. Si ordinatur ad proximum, & ſic habetur iuſtitia. 367
Virtutes morales poſſunt accipi dupliciter. Vno modo, quantum ad eſſe meritorium, & ſic neceſſariò ſunt connexæ cum virtutibus theologicis. Alio mõ quantũ ad eſſe proprium, & ſic nõ ſunt cõnexæ cũ virtutib. theologicis. 375

Virtutes

Viſio eſt forma abſoluta. 429
Vita duplex. Actiua, & Contemplatiua, prima eſt laboroſior, & fructuoſior, ſecũda purior, & iocundior. 366
Vitia capitalia ſunt ſeptem. 369
Verba cõſecrationis corporis Chriſti ſunt quatuor. Hoc, eſt, Corpus, meum. 442
Vnitas numeri fit ex aggregatione vnitatum. 96.
Vnitas triplex eſt. Vna quæ conuertitur cum ente: Altera, quæ ſe habet in ratione partis: Tertia, quæ eſt principium quantitatis continuæ. 96
Vnitas ſpecifica ſumitur ab unitate intrinſeca differentiæ. 166
Vniuerſale duo includit. Primum eſt ſubſtratũ, ſeu materiale & hoc habet à natura. Alterum actualis relatio & hoc habet ab intellectu. 186
Vniuocatio entis eſt tranſcendentalis non autem prædicamẽtalis & hæc potius rationalis, quàm realis eſt appellanda. 26
Vniuocatio entis ſi ponatur realis non eſt compoſſibilis cum Analogia; quia eſſe aliquid plura ſimpliciter, & vnum ſimpliciter non eſt compoſſibile. 26
Vniuocatio, & analogia poſſunt ſimul eſſe. Quia genus verè prædicatur vniuocè, & vere prædicatur analogicè, quia ſecundum prius, & poſterius; & cum iſta ad inuicem non repugnẽt in ente poterit ſtare Vniuocatio, & Analogia. 26
Vnum correlatiuum non eſt de conceptu quidditatiuo alterius. 90
Voluntatem contingit errare in aliqua circunſtantia actus. 111
Voluntas diuina non vult mala. 58
Voluntas eſt principium amoris, quia quemadmodum amor eſt infinitus, æquè voluntas eſt infinita. 64
Voluntas duobus modis conſideratur. Vno modo, vt natura; & hoc modo producit de neceſſitate. Alio modo inquantum libera, & hoc modo producit contingenter, & hoc modo non producit Spiritum Sanctum. 64
Voluntas diuina eſt primum contingens ad ea, quæ ſunt ad extra; reſpectu quarum dicitur cauſa contingens. 131
Voluntas nihil vult neceſſariò; niſi quod habet habitudinem neceſſariam ad primum eius obiectum ſcilicet ad eſſentiam diuinam. 132
Voluntas Dei in particulari neſcitur. 135
Voluntas diuina non eſt obliqua, quia non poteſt velle malum, nec per ſe, nec per accidens. 143
Voluntas Dei accipitur duobus modis ſcilicet pro voluntate beneplaciti; & pro voluntate ſigni. 144
Voluntas antecedens eſt quæ reſpicit naturam abſolutè. 144
Voluntas conſequens eſt illa, quæ reſpicit perſonas, & actus perſonales. 144
Voluntas ſigni eſt mutabilis. 144
Voluntas beneplaciti in Deo eſt immutabilis: tamen, vt cognoſcit volitum extra, poteſt dici mutabilis ſecundum rationem 144
Voluntas Dei eſt inobliquabilis, quia nulli ſubiectus eſt legi; & quia ſua voluntas eſt abſoluta. 147
Voluntas diuina eſt incognita nobis, & eſſe angelorum, quia nulla ſubſtantia mouet ad ſui cognitionem pro ſtatu iſto. 192
Voluntas habet cur in eliciendo, ſed inceſſando ab actu, ſicut deficit ſibi actus, ſic deficit ſibi cur. 263
Voluntas non neceſſariò vult. Quia poteſt ſuſpendere actionem ſuam, dicendo, Nolo me velle. Huic accedunt iſti duo, Eccleſiæ doctores Auguſtinus, & Anſelmus. Auguſtinus inquit. Niſi, quæ ſunt voluntaria, eſſent poſita in poteſtate noſtra, Voluntas, neque eſſet laudanda, neque vituperanda, neque mouenda. Et Anſelmus. Voluntas eſt inſtrumentum ſeipſum mouens, & alibi. Voluntas mouet nos, tanquàm ſua inſtrumenta, & Ariſt. 9. metaph. cap. 8. Poteſtas rationalis eſt ad oppoſita, itaque voluntas non cogitur, ſed allicitur. 263
Voluntas eſt nobiliſſima potentia; Quia in potentijs eſſentialiter ordinatis, vltima eſt nobiliſſima; At voluntas eſt vltima, ergo nobiliſſima. 264
Voluntas non poteſt velle ſine obiecto, quod requiritur tanquam cauſa partialis. 267
Voluntas poteſt accipi duobus modis. Pro voluntate deliberatiua; & hoc modo nulla fuit triſtitia in Chriſto; pro voluntate naturali; & hoc modo aliqua triſtitia fuit in Chri-

ſto de nolito. 335

Voluntas Chriſti creata poteſt accipi tribus modis ſcilicet, pro voluntate ſenſitiua, pro voluntate rationali, quæ eſt naturalis, & pro voluntate rationali, quæ eſt naturalis, & pro voluntate rationali, quæ eſt deliberatiua. 340

Voluntas non eſt perfectiſſimè alligata ultimo fini, dum viget in corpore. 340

Votum procedit a libera voluntate. 494

Votum ſolenne eſt cui interuenit aliqua iſtarum ſolemnitatum, ſcilicet Suſceptio ſacri ordinis; ſecundo ſuſceptio ſacræ veſtis, quæ tantum perficientibus dari debet, præſentibus teſtibus, tertio cum per profeſſionem deuouet ſe alicui Religioni, Abbati, vel Abbatiſſæ. 494

Vtrum Prædeſtinatus poſſit damnari. Dico quòd in ſenſu compoſito eſt falſa; & facit hunc ſenſum. Prædeſtinatus damnatur: In ſenſu verò diuiſo poteſt eſſe vera; & facit hunc ſenſum. Prædeſtinatus poſſibile eſt, vt damnetur. 133

Vtrum de futuris contingentibus ſit determinata veritas, Dico, quòd futurorum contingentium non eſt determinata veritas.i.determinata entitas in ſe; ſed in alio. ſ. in voluntate diuina. 130

Vtrum Chriſtus fuerit homo dico, quòd ſi intelligatur materialiter Chriſtus in triduo fuit homo; quia poſt mortem nulla entitas realis fuit deſtructa: imo quælibet talis entitas fuit vnita verbo, nulla in Chriſto, poſt mortem fuit cauſata deſtructio, & cum habuiſſet partes ſibi vnitas verè materialiter hominem fuiſſe tenendũ eſt. ſi autem intelligatur formaliter, cum in Chriſto poſt obitum eius in Cruce non eſſet vnio actualis animæ, cum Corpore: hoc modo ipſum in triduo fuiſſe hominem cenſendum non eſt. 349

Vtrum aliquis poſſit iuſtè non reddere debitum petenti, dico quòd hoc contingit tripliciter. Primo quando alter coniugum amittit ius petendi; vt puta; quando alter coniugum non habet ius petendi pro tunc 2. quando aliqui contrahunt matrimonium per uerba de præſenti. Tertio ſi alter coniugum infirmetur, & redditio debiti ueitat in detrimentum propriæ incolumitatis. 403

Vtrum creaturæ, inquantum cognitæ à Deo ab æterno habeãt aliquod eſſe reale. Dico, quod creaturę, inquantum cognitæ à Deo ab æterno non habuerunt aliquod eſſe reale, ſed habuerunt aliquod eſſe cognitum in intellectu diuino. nec valet dicere; quòd ſcientia realis eſt de obiecto reali, ſed Deus ab æterno habuit ſcientiam realem de creaturis, ergo creaturæ. Dico, quòd Deus habuit ſcientiam realem de rebus, quia omnia cognoſcit in ſua eſſentia, quæ eſt realiſſima, & dum infert ergo creaturæ habuerunt eſſe exiſtentiæ negatur conſequentia; quia ſi hoc eſſet verum deſtrueretur creatio, & res non eſſent propriè creatæ. 224

Vtrum Deus cognoſcat aliud à ſe. Dico (omiſſa opinione Auerrois 12. meth. quæ eſt hæretica) quòd deus intelligit ſe; quia, in quo formaliter eſt voluntas, in eo formaliter eſt intellectus, at in deo eſt formaliter voluntas, ergo intellectus; quòd intelligat alia à ſe, patet per phi. 1. de anima cont. 8. vbi dicit contra empedoclem, quòd ſi Deus ignoraret litẽ, eſſet imperfectus; item ſi Deus ignoraret ea, quæ nos ſcimus, eſſet fatuiſſimus, nec valet dicere, quòd intellectus patitur ab intelligibili, verũ eſt in intellectu creato, non autem in intellectu increato; nec valet dicere, quòd intellectus refertur ad intelligibile, verum eſt de ſcientia cauſata à rebus non autem de ſcientia, quæ eſt cauſa rerum. 221

Vtrum omnia habeant ideam in Deo. Dico, quòd omnia tam naturalia, quàm intentionalia habent ideam in Deo, vt genera, ſpecies, & indiuidua, relationes, materia, compoſitum, & partes, ratio; quia idea eſt res obiectiuè cognita, ſed omnia prædicta ſunt res obiectiuè cognitæ, ergo omnia prædicta habent ideam in Deo; nec valet dicere, quòd materia non habet ideam. ratio; quia, quòd non habet eſſe non habet ideam, at materia non habet eſſe. ergo non habet ideam. Dico quòd minor eſt falſa; quia diuina virtute materia poteſt eſſe ſine forma, vt patet ſecundo ſenten. diſtinctio. 12. quæſtio. 1. quia principium receptiuum eſt diſtinctum realiter à principio recepto, ſed principium receptiuum eſt materia, & principium diſtinctiuum eſt forma, ergo. vide ibi alias rationes, id probantes. Nec valet dicere, quòd

genus

genus non habeat ideam ; quia Deus poteſt cognoſcere genus, vt abſtrahit, à ſpecie, nec valet dicere, quòd indiuidua non ſint per ſe intenta a natura ; hoc enim falſum eſt ; quia quæ ſunt intenta ab auctore naturæ, ſunt etiam intenta à natura, indiuidua ſunt interta ab auctore naturæ, ſcilicet à Deo, ergo à natura. nec valet dicere ; quòd malum culpæ non habeat ideam, hoc verum eſt inquantum eſt pura priuatio, tamen habet ideam, vt eſt ab aliquo. .124

Vtrum Chriſtus poſſit dici filius ſpiritus ſancti. Dico, quòd non, nec ratione naturæ, nec ratione ſuppoſiti, non primo ; quia non habet eandem naturā cum Chriſto, dico humanā, non diuinam, nec ſecundo; quia ſpiritus ſanctus eſt à filio, quàm è conuerſo; nec valet dicere, quòd pater per hoc eſt pater, quòd producit filium ad eſſe ; ita quod eſt idem eſſe in patre, & in filio ; At in Chriſto non eſt idem eſſe humanū cum ſpiritu ſancto, ergo 306

Vtrum incarnatio fuerit poſſibilis? Dico, quòd ſic; quia, quod non repugnat perfectioni naturæ, vel perſonæ diuinæ poteſt poni in ea, ſed incarnatio non repugnat perfectioni diuinæ naturæ, nec perſonæ, ergo. 393

Vtrum, cū natura increata diſtet à natura creata, ſit illi vnibilis. Dico, quòd ſic, quia natura creata eſt in potentia obedientiali ; tum quia creatum, & increatum formaliter non ſunt oppoſita ; tum quia inter vtrunque eſt proportio ordinis, nō autem quantitatis. 391

FINIS TABVLAE.

Errata in quatuor libris ſententiarum reperta, Corrigenda.

Principalia lege principia pag. 1. ueritas conciliens, lege concilians. 13. eſſentia diuina eſt de obiectum. lege obiecto. pag. 18. adn[illegible]tur. lege an dentur. pag 36. una realiter. l. realis p. 38 & in iſto l. illa c. 38. Imparare l. imperare p. 10[illegible] tum l tantum. p 228. aliquod infirmum l infinitum. p. 238. In corruptibile l. in corruptibilis p 256 h[illegible] l. hic. 275 temporalis. l. temporali. 275 impendentia. l. impœnitentia. 29 3 uide Antonium Andream. 2 metaph. q 1. l. uide Scotum. 5. metaph. q 5. ad argumenta. 316. Scoti. l. Scotiſtę. 317 ſubſtantiuatur. l. ſubſtantificatur. 319 potuiſſe l potuiſſet 345. de religionibus l. relationibus. 383 Militis. l. multis. 38. abſolute. l. abſoluté 383 Infi[illegible]mitet. l. infirmetur. 483. continentur. l. continentię 488. incorruptionem. l. in incorruptionem. 515. Angeli Lagilia. 516 prima. l patria. 522 Perſonale l. notionale 102. Agere. l. agens. 314. Theoricę. l theologię. 235 Malia. l. mali. 445. Sigilli, lege ſyllogiſmi. 192. Artificialia, lege intentionalia c. 124. Formes. l. fomes c. 476. iſtę. l. iſte. c. 276. Labeficauit. l. labaficauit. c. 272. ſimie. l. ſimile c 293.

E rata in Tabula corrigenda.

L. p. intelligitur. lege intelligi uerſu 22 2 L. p non. eo. l. primo. uerſu. 33. b L. M. tribus. lege duabus. uerſu 52. a. l p impoſsibiis. l. impoſſibilis. uerſu 50. a. l. M. genitiuam. l genitam. uerſu tertio. l. M. eacedunt. l eacedit uerſu. 35. a l. M. quædam l quidam uerſu 25. b. l p. numero. tolle, ſed lege nō ſtatim. uerſu 29. b. l. p temporaliter. de le. uerſu 50. b. l. p[illegible]itur. adde. uerſu 17. a l. l. intellectu. l. intellectus. uerſu 15. b.

EXIMII THAEOLOGI
PETRI DE AQVILA
DICTI SCOTELLI
ORDINIS MINORVM CONVENTVALIVM
EX SANCTI BERNARDINI PROVINCIA
IN PRIMVM SENTENTIARVM
Quęſtiones ſubtiliſſimę.

PRIMO QVAERITVR.

Vtrum preter philoſophicas diſciplinas ſit ſimpliciter neceſſarium homini aliquam doctrinam ſupernaturaliter inſperari?

Hoc idẽ quęſitum mouet Scotus in Prologo primi ſent. q. 1.
D. Thomas prima parte q. 1. Artic. 1.
Ricardus primo ſent. q. 1. Prologi.
Franciſcus de Mayr. in Prologo primi ſen. q. 21.
Bacconitanus primo ſent. q. 1. Prologi.

QVAESTIO PRIMA.

QVAERITVR vtrum ꝑter philoſophicas diſciplinas ſit ſimpliciter neceſſariũ homini aliquam doctrinam ſupernaturaliter inſperari? Videtur ꝙ non. Quia ſenſus non indiget aliqua cognitione ſupernaturali, ergo nec intellectus, conſequentia probatur, quia natura non deficit in neceſſarijs maximè in rebus perfectis. Sed intellectus eſt ꝑfectior ſenſu, ergo &c. ¶ Præte. ſi eſſet neceſſaria aliqua talis doctrina, hoc pro tanto eſſet, quia potentia eſſet improportionata obiecto primo, ergo per aliquod aliud à ſe ei ꝑportionatur, & quæro de illo, quia vel eſt naturale, vel ſupernaturale. Si ſupernaturale adhuc potentia eſt ſibi improportionata, ſi autem eſt naturale: totum id eſt potentia, & additum eſſet improportionatum obiecto. ¶ In contrarium eſt Auguſtinus. Quę inquit cauſa, cur ipſam lucem acie fixã videre non poſsis? non niſi infirmitas, & quis tibi eam fecit? nõ niſi iniquitas ¶ Circa iſtam quęſtionem ſunt tres articuli. Primò ponetur opinio philoſophorũ. Secũdò opinio theologorũ. Tertiò dicet ad rõnes philoſophorũ.

3. de anima contex. 45.

15. de trin. cap. vltimo.

QVANTVM ad primum, dicunt philoſophi, quòd non eſt neceſſarium homini pro ſtatu iſto aliquam doctrinã ſupernaturaliter inſpirari, quia omnem ſcientiam ſibi neceſſariam poteſt naturaliter acquirere. Quod probatur. Primò ſic. Omnis potentia habens aliquod commune pro obiecto primo poteſt, in quodlibet contentum ſub illo, ſicut in per ſe obiectum, aliàs primum obiectũ non eſſet adequatum. Quod patet in exemplo de potentijs ſenſitiuis, & ipſarũ obiectis; ſed primum obiectum noſtri intellectus eſt ens, inquantum ens, per Auicennam. Ergo poteſt intellectus in quodlibet contentum ſub ente ſicut in per ſe obiectum, & per conſequens circa quodlibet non ens, quia negationes cognoſcuntur per affirmationes. ¶ Secundò ſic, potens naturaliter cognoſcere prima principalia in quibus includũtur omnes concluſiones ſcibiles poteſt naturaliter illas concluſiones cognoſcere, ex primo poſteriorum ſed naturaliter poſſumus cognoſcere prima principia, & in eis includuntur omnes concluſiones ſcibiles, ergo &c. Probatio primæ partis minoris, principia cognoſcimus inquãtum terminos cognoſcimus, & termini primorum principiorum ſunt cõiſsimi, cõiſsima aũt ſunt maximè no-

Opinio Ari. et ſequaciũ.

1. met. c. 5.

4. met. cont. 2. & 16. & 2. perihermenias ad finem.

1. poſt. contex. 5.

1. poſt. contex. 6

1. Phy cōt. 2. & 4.

ta. Prob. ſecundæ partis minoris, termini primorum principiorum ſunt communiſſimi. ergo equalirer diſtribuunt pro omnibus conceptibus inferioribus. ¶ Tertiò ſic, quorumcunque neceſſariorum poſſumus terminos naturaliter cognoſcere, & illa poſſumus naturaliter cognoſcere, ſed omnium neceſſariorū poſſumus terminos naturaliter cognoſcere, ergo &c. Minor patet, quia eundem conceptum quiditatiuū quem affirmat Chriſtianus dicendo Deum, trinum, & & vnum paganus negat. Probatio maioris, illa neceſſaria, aut ſunt mediata, aut immediata; ſi immediata, ergo cognitis terminis cognoſcuntur, & ipſa. Si autem ſunt mediata, accipio medium & comparo ad aliud extremum, quouſque deueniam ad terminos immediatos; quibus cognitis cognoſcuntur, & illa quorum ſunt.

3 de anim. contex. 18. & 9. met. contex. 10. & inde.

¶ Quartò ſic, in nobis eſt intellectus agens, qui eſt omnia facere, & paſſibilis qui eſt omnia fieri. Sed actiuis, & paſſiuis approximatis, & non impediti poteſt ſequi actio. Ergo virtute intellectus agentis, & poſſibilis poteſt haberi cognitio cuiuſcunque cognoſcibilis.

1. cæli, & mundi contra Platonem, & 3. de ani. contex. 18.

¶ Quintò ſic, omni potentiæ paſſiuæ naturali correſpondet aliqua potentia actiua in natura per quā reducitur ad actū. alias eſſet fruſtra, ſed in nobis eſt ſufficiens paſſiuum reſpectu cuiuſcunq; cognitionis, ſcilicet intellectus paſſibilis, ergo ſibi correſpondet aliquod actiuum in natura per quod ſimpliciter reducitur ad actum. ¶ Vltimò ſic, omnis ſcientia eſt de ente, ſed ſcientiæ humanitus inuentę euacuant totum conceptum entis, ergo non eſt neceſſaria aliqua ſcientia præter eas.

Henri. in ſua ſumma, & Guilel. Varro lib. 1. q. 2.

QVANTVM ad ſecundum articulum, theologi iſtam opinionem non tenent. Arguit contra eā Varro ſic. Omne agens vtens inſtrumento in agendo non poteſt per illud inſtrumentum in actionem aliquam quæ excedat naturā illius inſtrumenti, ſed anima vtitur lumine intellectus agentis tanquam inſtrumento; intellectus autem agens eſt limitatus ad cognitionem ſenſibilium, ergo non poteſt anima per intellectum agentem, niſi inſenſibilia. multorum autem aliorum à ſenſibilibus eſt nobis cognitio neceſſaria, ergo &c. Iſta ratio peccat, quia petit duo. Primò, quòd lumen intellectus agentis ſit limitatum ad ſenſibilia. Secundò, quòd aliorum à ſenſibilibus ſit nobis cognitio neceſſaria.

D. Thomas 1. par. ſummæ q. 1. ar. 1. in ſol pri.

¶ Secundò arguit ad idem ſic. Ordinatum ad aliquem finem ad quem conſequendum eſt indiſpoſitum oportet paulatim promoueri ad conſecutionem illius finis, ſed homo pro ſtatu illo eſt huiuſmodi, ergo oportet paulatim promoueri ad conſecutionem finis, hoc autem fit per cognitionē ſupernaturalē. ergo &c. Iſta ratio peccat, quia petit in minori, quod quęritur in cōſequutione, ſed probat per Iſaiam cui non multum crederet Phyloſophus.

Iſaię. c. 64.

Tertia ratio Authoris contra philoſophos

¶ Poteſt addi contra phyloſophos vna tertia ratio taliter, quādo potentiæ ſic ſe habent adinuicem, quòd qualis eſt comparatio ſecundę ad primā potentiam talis eſt tertiæ ad ſecundam; tunc ſi ſecunda non poteſt moueri, niſi ab his quæ ſunt motiua primæ ſequitur, quòd tertia non poſſit moueri, niſi ab his, quæ ſunt motiua ſecundæ. ſed ſic ſe habent fantaſia intellectus, & ſenſus; & fantaſia non mouetur, niſi ab his quæ ſunt motiua ſenſus. ergo intellectus nō mouetur, niſi ab his quæ ſunt motiua fentaſiæ. Multorum autem aliorum eſt nobis cognitio neceſſaria per phyloſophum. ergo &c.

3. de anim. contex 30.

1. Ethic. capit. 10.

Notabile documentū doctoris ſubtilis cōtra philoſophos.

¶ Quartò arguit Scotus ſic. Omni agenti per cognitionem neceſſaria eſt diſtincta cognitio ſui finis; ſed homo eſt agens per ſui cognitionem; ergo eſt ſibi neceſſaria diſtincta cognitio ſui finis. Sed hanc non poteſt habere ex puris naturalibus. ergo &c.

Minor pro ſillogiſmi probatur quia Philoſophus ſequens rationem naturalem, aut circa finem errat, aut dubius remanet. Vnde dubitando dicit. ſi aliquod eſt donum deorum rationabile eſt felicitatem eſſe. Et confirmans idem, quia nullius ſubſtātię proprius finis cognoſcitur, niſi ex eius actibus. Ex quibus habetur, quòd talis finis eſt conueniens tali naturæ, ſed nullos actus experimur in nobis ex quibus cognoſcamus viſionem ſubſtantiarum ſeparatarum eſſe nobis neceſſariam, & conuenientem, ergo &c.

1. Ethic. c. 13.

2. Phy cōt. 49. 61. & 75.

¶ Quintò ſic: Omni agenti propter finē neceſſaria eſt cognitio qualiter finis acquiratur & eorum quæ requirūtur ad conſecutionem ſui finis. ſed ho

mo

mo agit propter finem, & non habet cognitionem prędictorum. quia finis datur tanquam præmium pro meritis, quæ Deus iuverè acceptat tanquam digna vita eterna ¶ Vltimo ſic. Cognitio ſubſtãtiarum ſeparatarum eſt nobiliſſima, ergo cognitio eorum quæ ſunt eis propria eſt nobis neceſſaria, ſed hanc non poſſumus habere ex puris naturalibus, qa non continentur virtualiter in primo ſubiecto metaphiſicę, ergo &c. ¶ Si arguas contra iſtas rationes, aut ſunt ex fide, & tunc non uadunt contra philoſophos, aut non ſunt ex fide, & tunc probant oppoſitum eius, quod intendunt. Reſpondeo, aliud eſt alteram partem contradictionis eſſe veram, aliud eſt hanc partẽ determinatè eſſe veram. Dico ergo, ꝙ non ſunt ex fide. Tu dicis, ergo probat oppoſitum eius, quod intendunt. Nego conſequentiam, quia probant aliquam ſcientiam eſſe neceſſariam, & non determinate iſtam particularem ſcientiam eſſe neceſſariam. Teneo ergo, quòd neceſſarium homini eſt aliquam doctrinã ſupernaturaliter inſpirari. Ad cuius euidentiam nota; quòd potentia receptiua ſiue intellectiua poteſt cõparari ad actũ quem recipit, & nulla accipitur ſupernaturalitas, quia ad quamlibet intellectionem naturaliter perficitur. Poteſt ſecũdo comparari ad agens a quo recipit, & tunc omnis cognitio quæ non poteſt cauſari ab intellectu agente, & phantaſmate eſt ſibi ſupernaturalis, tales autẽ ſunt multæ ueritates complexe de Deo, ut Deus generat. Deus eſt trinus, & vnus, & huiuſmodi. Omnes enim tales veritates habẽtur ſupernaturaliter per inſpirationem. ¶ Tunc ad argumenta Philoſophorum. Ad primum dico, ꝙ maior eſt vera de primo obiecto naturaliter attingibili, non autem de primo obiecto ad quod potentia naturaliter inclinatur. ens autem ſi ponatur à quibuſdã primum obiectum intellectus, hoc eſt ſecundo modo, & non primo. Aliter poteſt dici, quòd maior eſt vera quando contentum ſub primo obiecto reſpicit potentiam, ut motiuum naturale: non autem ut motiuum voluntarium. ¶ Ad ſecundum nego ſecundam partem minoris. Ad probationem quando dicitur, termini primorum principiorum ſunt communiſſimi. Dico, quòd ſicut termini ſubiecti ſunt communiſſimi, ita & termini prædicati, & ita non habentur niſi conſequutiones communiſſimæ; ſed vltra iſtas communiſſimas oportet habere de Deo aliquas veritates ſpeciales, quas non poſſumus habere virtute terminorum communiſſimorum, ſicut ſi dicerem, omne totum eſt maius ſua parte, per hoc quidem principium haberem iſtam communem concluſionem, quod ternarius eſt maior binario, ſed non haberem iſtam ſpecialẽ, quaternarius eſt duplus ad binarium. ¶ Ad tertium nego maiorem. Ad probationem, quando dicitur, aut ſunt mediata, aut immediata. concedo, quòd ſint mediata. Tu dicis, ergo poſſum concipere medium; nego, quia medium inter extrema eſt qñ eſſentialiter ordinatum, & quòd eſt alterius extremi; & de iſto habet veritatẽ quod aſſumitur. Aliquando autem medium eſt particulariter contentum ſub extremo & non eſſentialiter ordinatum ad ipſum, & de iſto non habet veritatẽ, ſicut in propoſito. Vnde potens concipere triangulum particulari. ¶ Ad quartũ dico cum Auguſtino, quòd ad intellectionem concurrit obiectum, vt declarabitur infra. licet ergo ſit in nobis ſufficiens actiuum, & paſſiuum reſpectu cognitionis ab intra: deficit tamen ſufficiens actiuum extra, ideſt obiectum. ¶ Ad quintum nego maiorem quando potentia paſſiua ordinatur ad perfectionem tam eminentem, quòd ad eam conſequẽdam actio naturæ ſe extendere nõ valet. Tu probas, ergo erit fruſtra in natura. Nego conſequentiam, quia correſpondet ſibi aliquod agens in tota coordinatione entium naturalium. Vel ſic. Omni potẽtiæ paſſiuæ correſpondet aliqua potentia actiua, verũ eſt in toto ente; quia ſaltem potentia actiua Dei, ſed non oportet, quòd in natura creata, & hoc ſuffeciſſet philoſopho, qui ponebat Deum agere ad extra de neceſſitate naturæ. ¶ Ad vltimum dicit Theologus, quòd diuerſa ratio cognoſcibilis diuerſitatem ſcientiarum inducit, quia eandẽ concluſionem demonſtrat aſtrologus, & naturalis. puta terram eſſe rotundam, quamuis per diuerſa media; & ſic nihil prohibet de eiſdem concluſionibus tra-

6. met. cõt. 2.

Ad duo poteſt comparari potentia intellectiua.

Veritates cõplexæ de Deo qd ſint

Ad argumentũ Philoſophorũ.

Duplex medium particulare, & eſſentiale.

9. de tri. c. vltimo.

3. diſtinct. 2. libri.

Circa hanc propoſitionem actiuo, & paſſiuo, dicerẽ quòd illud actiuum intelligitur de actiuo naturali agente ex neceſſitate, veluti de igne, & aqua. ignis de neceſſitate urit, & aqua tunc ... non intelligitur de agente à propoſito & libero, quia

homo de receſſitate nō agit, nec intelligitur de exeute ſupernaturali per hanc diſtinctionem tolluntur quamplurimæ difficultates.

ctare theologiam, & phiſicas diſciplinas in alio, & alio lumine. ¶ Contra, ſi de cognoſcibilibus in Theologia eſt poſſibilis cognitio in alijs ſcientijs, licet in alio lumine, ergo non eſt de eis neceſſaria ſimpliciter cognitio theologica. conſequentia probatur per exemplum ſuū: quia cognoſcens terram eſſe rotundam per medium naturale non indiget medio mathematico tanquam ſimpliciter neceſſario. Reſpondet D. Thomas ſic. Habitus, & eſt habitus, & eſt forma, inquantum habitus habet diſtinctionem ab obiecto, inquantum forma habet diſtinctionem a principio actiuo, licet ergo hic non eſſet diſtinctio ex parte obiectorum; eſſet tamen diſtinctio ex parte principiorum. ¶ Contra. Forma eſt vniuerſalior habitu, quia omnis habitus eſt forma, & non econuerſo, ſed aliqua eſſe diſtincta in ratione ſuperiori, & vnita in ratione inferiori eſt impoſsibile, ergo impoſſibile eſt, quòd aliqua ſint diſtincta in ratione formæ, & vnita in ratione habitus. ¶ Ad primum principale nego conſequentiam, cuius ratio patet ex ſolutione quintę rationis pro opinione philoſophi. ¶ Ad ſecundum dico, quòd potentia noſtra proportionatur illi obiecto per aliquod ſupernaturale. Tu dicis, ergo potentia adhuc eſt improportionata, nego quia eſt in potentia obedientionali, vt proportionetur ei.

D. Tho pri. par ſumma. q. art. 1. D. Tho. prima 2 q. 54. artic. 2. & Gothfre in quolib 14. q 4.

Vtrum Theologia ſit de Deo, tanquam de Subiecto?

Hoc idem quærit Scotus in Prologo primi ſentent. q. 3.
D. Bona. primo ſent q 1. Prologi artic. 1
Alex. Alenſis 1. parte. q. 1 memb. 3.
D. Thomas prima parte q. 1. artic. 7.
Ricardus primo ſent. q. 6. Prologi.
Durandus primo ſent. q. 5. Prologi.

QVAESTIO II.

CVPIENTES aliquid dē penuria, &c. Circa iſtū prologum ſententiarum primi quæritur primo. Vtrum Theologia ſit de Deo vt de ſubiecto? Et uidetur quòd non, quia forma ſimplex ſubiectū eſſe non poteſt. ſecundū Doct. Sed Deus eſt forma ſimplex, ergo non eſt ſubiectum Theologiæ. Præt. Materia & efficiens nō concidunt in idem numero. Sed Deus eſt cauſa efficiens huius ſcientiæ, ergo non eſt cauſa materialis ſiue ſubiectū. ¶ Præt. Subiectum habet principia, partes, & paſſiones, ſed Deus caret his omnibus. ergo &c. ¶ Contra. Aug. Theologia eſt ſermo de Deo. ¶ Circa iſtam quæſtionem ſunt tres articuli. Primo ponentur aliqua præambula. Secundo uidebitur, utrum Deus eſt ſubiectū in Theologia. Tertio ſub qua ratione ſit ibi ſubiectū.

1. de Trini. cap 3.

2 Phyſ. con tex. 70.

1. Poſt. con tex 25.

8. de Ciuit. Dei cap.

QVANTVM ad primū ſunt tria præambula: primum, quòd Theologia ſumitur duobus modis; Quia eſt Theologia in ſe, & theologia in nobis. Et voco Theologiam in ſe cognitionem illā quam nata eſt facere obiectum theologicum in intellectu ſibi proportionato, ſicut intellectus diuinus. Theologia autem in nobis eſt rei cognitio qualem intellectus noſter natus eſt habere de illo obiecto. ¶ Secundum præambulum eſt, quòd theologia in ſe diſtinguitur in theologiam neceſſariorum, cuiuſmodi ſunt veritates ad intra, ut Deus generat. & in theologiam contingentium, ſicut ſunt ueritates ad extra, ut Deus creat mundum. ¶ Tertium præambulum eſt, quòd primarium ſubiectum alicuius habitus continet uirtualiter omnes ueritates illius habitus Probatur ueritates alicuius habitus mediate dependent ex ueritatibus immediatis, ſed primum ſubiectum habitus continet ueritates immediatas, ergo continet omnes ueritates habitus, quia in ſcientia non ſunt niſi veritates mediatę. Probatio minoris, quia ueritates immediatæ dependent ex ſubiecto, & propria paſſione, quæ oritur ex proprijs principijs ſubiecti. ¶ Præt. cauſa adęquata continet effectum adæquatę; ſed obiectum eſt cauſa habitus adæquata. ergo continet ipſum adæquatæ, ſed non contineret ipſum adequate, ſi non extenderet ſe ad omnes ueritates eius. ergo &c. ¶ Sed obijceres ſic. Sicut obiectum ad potentiam, ita ſubiectum ad habitum, ſed obiectum non continet uirtualiter omnia apprehenſibilia ab illa potentia, ergo nec ſubiectum cōtinet omnes ueritates habitus. Reſpondeo, nege-

Quid ſit Theologia in ſe.

Quid ſit Theologia nobis.

A Caietano in pri parte ſummę q. 1. art. 2. reputatur hæc diſtinctio una & eadē, ſed pro Scoto dicēdum eſt, hoc eſſe falſum, & ratio eſt, quia prima eſt reſpectu latitudinis obiecti, ſecunda eſt, reſpectu latitudinis potentiæ.

gerur maior. quia proportio obiecti ad potentiam eſt proportio motiui ad mobile, motiuum autem eiuſdem rationis poteſt in omne mobile, eiuſdem rationis,& ita extrema proportionis ſunt cõmuoia, proportio autem ſubiecti ad habitum eſt proportio cauſæ ad effectum. omne autem contentum ſub iſto obiecto non poteſt eſſe per ſe cauſa habitus ſiue effectus, ſicut ponit Phyloſophus exemplum de pluribus trahentibus nauim.

Circa finem 7.phyſ.

DE SECVNDO Articulo dico q primũ ſubiectum theologię eſt Deus. quod probo. Primo ſic, primarium ſubiectum alicuius habitus continet virtualiter omnes veritates illius habitus: ſed nihil continet virtualiter omnes veritates theologicas niſi Deus, ergo Deus eſt ſubiectum primum in theologia. Probatio minoris, nam nihil aliud continet veritates theologicas, vt cauſa, ſiue ad quod habeãt attributionem: quia Deus nulli attribuitur, nec aliquid continet iſtas veritates vt effectus, quia effectus potius deducunt in errorem quam in cognitionem ueritatis: ſicut patet de æternitate mundi. ¶ Secundo ſic Theologia eſt de his quæ ſunt ſoli intellectui diuino naturaliter nota. ergo debet eſſe de ſubiecto ſolum intellectui diuino naturaliter noto, ſed hoc eſt ipſemet Deus, ergo &c. ¶ Tertio ſic. in nulla ſcientia traditũ ita diſtincta cognitio de eo, quod non eſt per ſe ſubiectum eius, ſed in nulla ſcientia traditur ita diſtincta cognitio de Deo, ſicut in iſta, ergo Deus eſt ſubiectum in iſta ſcientia. ¶ Quarto ſic, honorabiliſſima ſcientia eſt circa nobiliſſimum ens. ſed honorabiliſſima ſcientia eſt Theologia, & nobiliſſimum ens eſt Deus, ergo &c.

Quo Deus ſit primum ſubiectum Theologiæ.

6.met. contex. 1. de anima cõ. 1

QVANTVM ad tertium articulum præmitto vnum exemplum ſcilicet q homo poteſt cognoſci quadrupliciter. Primo inquantum eſt animal rationale, & hæc eſt cognitio quidditatiua. Secundo inquantum eſt ſubſtãtia, & hæc eſt cognitio in communi. Tertio inquãtum eſt animal manſuetum, & hæc eſt cognitio per accidens. Quarto inquantum eſt animal nobiliſſimum, & hæc eſt cognitio reſpectiua. Iſtis quatuor modis poteſt poni, q Deus cognoſcatur. Et ſic circa hoc quatuor uariantur opiniones. Vna dicit, q Deus eſt ſubiectũ in theologia ſub ratione communi puta ſub ratione entis infiniti, & hæc eſt opinio Henrici.

Nota hos intelligibiliũ gradus.

Henricus in ſumma. q. 1. ar. 19.

¶ Contra iſtam opinionem arguitur ſic, potens cognoſcere primum ſubiectũ alicuius ſcientiæ ſub ratione illa qua eſt ſubiectum in illa ſcientia, poteſt cognoſcere totam illam ſcientiam. Iſta patet ex tertio preambulo primi articuli, ſed naturaliter poſſumus cognoſcere Deum ſub ratione cõmuni, ſiue entis infiniti. ergo naturaliter poſſumus cognoſcere totã Theologiã, quod eſt falſum. ¶ Alia eſt opinio Varronis, quòd Deus eſt ſubiectum in theologia ſub ratione qua bonus, quod probat primo ſic. Scientia per fectiſſima debet eſſe de cauſa finali ſecũdum Auicẽnam, ſed iſta ſcientia eſt per fectiſſima, ergo debet eſſe de Deo ut eſt cauſa finalis, ſed finis, & bonum idem ſunt, ergo Theologia eſt de cauſa finali, ſiue de Deo ſub ratione boni. ¶ Secundo ſic, iſta ſciẽtia eſt perfectio animi pręparans ad felicitatẽ, ergo debet eſſe de ſubiecto maxime inducẽte ad felicitatẽ, ſed iſta eſt ratio boni, ergo &c. Contra. per Theologiam habetur perfectiſſima notitia de Deo, ſed Deus ſub ratione attributali nõ cognoſcitur perfectiſſime, ergo Deus ſub ratione attributali, ſiue boni non eſt ſubiectum in Theologia. Minor probatur, quia cognitio per quid eſt perfectiſſima. Sed cognitio per rationem attributalem non eſt quiditatiua, quia attributa ſe habent per modum paſſionum ſecundum Damaſcenum.

Guilielmus Varro lib. 1 in Prolo. o.

6.met.c. 5.

2.met.contex. 8.

¶ Præterea ſubiectum debet eſſe in ſcientia ſub propria ratione, & incommunicabili. quia per hoc fit diſtinctio in ſcientijs, ſed non eſt illa ratio attributalis, & incommunicabilis, quia ſcientia eſt formaliter in angelis, & hominibus, & ſic de alijs, ergo &c.

¶ Pręterea primarium ſubiectum habitus debet adequate continere ueritates illius habitus, ſed ratio boni non continet omnes ueritates theologicas adæquatæ, igitur &c. Minor probatur, quia bonum poſterius ſe habet ad eſſentiam. nullum autem poſterius continet ſuum prius, & ſic ratio boni non continet ueritates de eſſentia diuina ut ſic. ¶ Ad primum

7.met.contex. 4. et inde.

 mum

Finis duplex fundamentalis et formalis. fundamētalis eſt duplex ſcilicet ut proxima ratio fundādi, & ſic ē bonitas, alius eſt fundamentalis radicalis ut eſſentia finis pro formali, & reſpectus rationis.

mum argumētum opinionis dico, quòd nobiliſſima ſcientia non eſt de fine, ut finis eſt reſpectus, ſed ut ſumitur pro fundamento, & tale fundamentū eſt Deus ſub ratione deitatis. ¶ Et eodem modo dico ad ſecundum, ꝙ ſumitur ibi ratio boni pro fundamento bonitatis, quod eſt Deus inquantum Deus. ¶ Alia opinio Egidij, quòd ſubiectum in Theologia eſt Deus inquantum glorificator, & ſaluator, quod probat ſic. Illa ſcientia cuius finis principalis eſt ſalus, & gloria conſiderat ſuum ſubiectum, ut habet habitudinem ad ſaluandum, & glorificandum; ſed principalis finis theologię eſt ſalus, & gloria. ergo. ¶ Præterea ſciētia finita non habet ſubiectum infinitū. ſed noſtra theologia eſt ſcientia finita, ergo non habet pro ſubiecto Deum, inquantum Deus eſt, quia ut ſic eſt infinitus. ¶ Præterea eiuſdē eſt cōſiderare deū ſecundum ꝙ Deus eſt, & cōſiderare oīa quæ ſunt, & eſſe poſſunt, quia in Deo relucent omnia. ſed iſta ſcientia non conſiderat omnia quæ ſunt, & quę eſſe poſſunt, ſed ſolū a quibus fides defenditur, nutritur, & roboratur ſecundū Auguſt. ergo iſta ſcientia non conſiderat Deum ſecundū ꝙ Deus eſt, tanquam ſubiectū.

Egidius in quoli. 3 q. 2

14 de trin. c. 1 & 4.

¶ Contra. Illa ſcientia non eſt realis, quæ cōſiderat ſuū ſubiectū ſub reſpectu rōnis ſicut patet de logica. ſed reſpectus Dei ad extra ē reſpectus rōnis, ergo theologia cōſiderans deum ſub illo reſpectu eſſet preciſè ſcientia rationis, quod eſt incōueniens. ¶ Præterea per theologiā habetur perfectiſſima notitia de Deo. ſed per rationem reſpectiuam non habetur perfectiſſima notitia de Deo; quia pręſupponit notitiam abſoluti quæ eſt perfectior. ergo. ¶ Pręterea ex abſoluto & reſpectiuo non fit unum per ſe, ergo theologia non eſſet per ſe una ſcientia, conſequentia patet, quia non haberet ſubiectum per ſe unum. ¶ Præterea nullus reſpectus ad extra neceſſario conuenit Deo, ergo nullum theologicum neceſſario conueniret Deo, quia ſcientia conſiderans ſubiectum ſub ratione nō neceſſario inhęrēte, nō neceſſario ineſt.

2. q. quoli. arti. 4.

Deus ut glorificator, nō eſt per ſe unum, tam Deus habet rationem abſoluti glorificat ū uerò reſpectiue.

¶ Ad primum opinionis, cōcedo, ꝙ iſta ſcientia conſiderat de Deo inquantum Saluator, & glorificator, ſed non ut primarium ſubiectum, quia cum illa ſit cognitio reſpectiua pręſupponit cognitionem abſolutam, & quiditatiuam, quę eſt de Deo ſub ratione deitatis. ¶ Ad ſecūdum dico, ꝙ ſubiectum theologiæ noſtrę eſt Deus infinitus infinitate ſe tenēte ex parte obiecti non infinitate ſe tenēte ex parte actus noſtri. ſicut dicimus, ꝙ beati in patria uident Deum infinitū non tamen infinite. ¶ Ad tertium nego maiorem. Ad probationem cum dicitur ꝙ in Deo omnia relucent. Dico ꝙ cognoſcere aliquod repræſentatiuum contingit dupliciter. Primo ut habet rationem cognoſcendi & ſic omnia quæ repreſentat neceſſario cognoſcūtur in eo. Alio modo, ut obiectum cognitum tantum, & ſic non oportet cognoſcere repreſentata in eo. Primo modo Deus nō eſt ſubiectum in theologia noſtra, ſed ſecundo modo. Aliter poteſt dici, ꝙ theologia in ſe, ut habet pro obiecto adęquato Deum inquantum Deus, conſiderat omnia, quæ ſunt, & eſſe poſſunt. Auguſt. autem loquitur de theologia noſtra.

Aliquod repreſentatiuum cognoſcere contingit duobus modis.

Quō Deus ſit ſubiectū Theologiæ.

¶ Ad tertium autem articulū dico tres concluſiones. Prima, ꝙ ſubiectum theologiæ neceſſariorū in ſe ē Deus ſub ratione deitatis. Secunda concluſio, ꝙ ſubiectum theologiæ contingentium in ſe eſt diuina eſſentia. Tertia, ꝙ ſubiectum theologiæ in nobis eſt ens infinitum.

Authoris ꝓbatio de ſubiecto.

¶ Prima concluſio probatur ſic. Sub illa ratione aliquid eſt ſubiectum propriū alicuius habitus, ſub qua continet omnes ueritates illius habitus, ſed Deus ſub ratione qua Deus continet omnes ueritates theologię neceſſariorum, ergo Deus ſub ratione deitatis qua Deus eſt, eſt ibi ſubiectum. Maior patet ex tertio præambulo primi articuli. Minor patet ex dictis ex ſecundo articulo.

Cōcluſio de ſubiectō theologiæ. Vide D. Tho. 1. parte ſummæ. q. 1. artic. 7.

¶ Secunda concluſio probatur ſic: Illud eſt primarium ſubiectum theologiæ contingētium ad quod ueritates contingentes habent attributionem ultimam. ſed illud eſt eſſentia diuina. Euidentia enim contingentium non eſt ex natura rei, ſed ex præſentia intuitiua, primum autem intuibile eſt eſſentia diuina ſub ratione deitatis, ergo. ¶ Tertia concluſio probatur ſic, quando aliquis habitus in intellectu eſt habēs euidentiam ex obiecto, primum eius obiectum continet uirtualiter oēs ueritates eius non ſolum, ut eſt

iſtius

iſtius habitus ſed ẽt, ut eſt in tali intellectu. quando autem ille habitus non habet euidentiam ex obiecto non oportet quòd obiectum habeat duas prædictas conditiones. immo ei attribuitur pro primo obiecto, vel ſubiecto aliquid primo notum cui immediatè illę veritates inſunt. Sed theologia noſtra nõ habet euidentiam ex obiecto. ergo ei attribuitur pro ſubiecto aliquid primo notum cui immediate inſunt veritates theologicæ. ſed hoc eſt ens infinitum. ergo ens infinitum eſt ſubiectum theologiæ noſtræ ſiue in nobis. ¶ Ad primum dico, quòd forma ſimplex non poteſt eſſe ſubiectum accidentis realis, vel formæ accidentalis, ſed bene eſt ſubiectũ conſiderationis, & ſcientię. ¶ Ad ſecundũ dico, quòd materia ex qua non coincidit cũ aliis cauſis ſed materia, circa quã poteſt coincidere. Deus autem non eſt materia ex qua, ſed circa quàm. ¶ Ad vltimum dicitur dupliciter. Vno modo quòd perſonę ſunt ibi quaſi partes. & attributa quaſi paſſiones. nec oportet, quòd Deus, vt eſt ſubiectum habeat principium, quia non eſt de ratione ſubiecti ſcientię habere principia, nam ſubiectum in metaphyſica eſt ens, inquantum ens, & tamen entis, vt ſic non ſunt principia. Aliter dicitur, ꝙ maior eſt vera in ſcientijs naturaliter inuentis cuius ſubiectum eſt aliquod vniuerſale quod habet diuidi, & eſſe in pluribus. diuidi quidem eſt imperfectionis, ſed eſſe in pluribus, ſine ſui diminutione eſt perfectionis. Et quia excludimus à Deo omne quòd eſt imperfectionis attribuendo ſibi, quiequid eſt perfectionis. ideo deitas, ſiue natura diuina eſt in pluribus, abſque aliqua ſui diuiſione, ac partibilitate.

Quod nam ſit ſubiectũ Theologiæ noſtræ.

Perſonæ diuinæ poſſũt eſſe partes ſubiecti uę Theologiæ non cõpoſitiuæ, nec integrales, & ſic intelligitur Scotus.

Vtrum Theologia ſit ſcientia?

Hoc idem quærit Scotus in prologo primi ſent. quæſtio. 4.
Alexander Alenſis prima parte. quæſt. 1. membr. 1.
D. Thomas prima parte q. 1. Artic. 2.
Ricardus primo ſent. q. 2. prologi.
Durandus primo ſent. q. 7. prologi.
Franciſcus de Mayronis in prologo primi ſent. quæſtio. 14.

QVAESTIO III.

SECVNDO quæritur. Vtrũ Theologia ſit ſcientia. Et videtur quòd nõ. quia Theologia eſt de Deo: ex quæſtione præcedenti. ſed Deus non habet cauſam. ſcire autem eſt per cauſam cognoſcere. ergo theologia non eſt ſcientia. ¶ Contra. quod eſt maximũ in entitate eſt maximum quantum ad veritatem & ſcientiam. Sed Deus eſt maximum ens. ergo theologia quia eſt de Deo eſt maxime ſcientia. ¶ Circa quæſtionem iſtam ſunt quatuor articuli ſecundum quatuor opiniones. Prima eſt opinio D. Thomæ, vbi dicit quòd theologia eſt ſcientia ſubalternata. quia ſubalternatur ſcientiæ Dei & beatorum. quod probat ſic. non eſt minoris efficaciæ lumen ſupernaturale, quàm naturale, ſed lumen naturale facit ſcientiam, ergo etiam ſupernaturale, & ſic theologia noſtra eſt ſcientia quia procedit ex lumine ſuperioris ſcientiæ inquantum accipit principia à theologia Dei & beatorum.

1. poſte. con tex. 5.

2. Met. con tex. 4.

D. Thomas 1. par. ſum. q. 1. art. 2.

D. Thom. 2. 2. q. 1. ar. 5. in corpore dicit quòd non eſt ſciẽtia Videõs ictanum.

¶ Præterea ſciẽtia ſubalternata inquãtũ ſubalternata eſt vera ſcientia. ſed ſcientia ſubalternata inquantum ſubalternata habet principia credita. ergo non eſt contra rationem ſcientiæ habere principia credita. ergo quamuis theologia noſtra habeat principia credita non obſtat quin ſit ſcientia. Confirmatur. vbi dicitur quòd in ſcientijs ſufficit principia eſſe & aliqualiter nota. ¶ Contra. ſcientia ſubalternans & ſubalternata nõ ſunt de eiſdem concluſionibus. probatur. quia vbi ſubalternans terminatur ibi ſubalternata incipit. Sed theologia noſtra & beatorum ſunt de eiſdem concluſionibus primo. ergo non eſt ſubalternata. Secundo de Deo non poteſt eſſe ſcientia niſi vnica. ergo non habet aliquam ſibi ſubalternatam. probatur antecedens. quia quecunque virtualiter cõtinentur in aliquo ſubiecto primo pertinent ad illam ſcientiam quæ conſiderat ſubiectum illud ſub ratione qua virtualiter continet iſta. ſed omnia per ſe cognoſcibilia de Deo continentur virtualiter in illo ſub ratione deitatis. ergo de eo non poteſt eſſe niſi vnica ſciẽtia. ¶ Præterea habẽs

Contra Gcietanum Vide Licheta in 3 q. Prologi, qui recte omnia argumenta eius ſoluit.

6. Eth. c. 3.

ſcientiam ſubalternantem poteſt habere ſcientiam ſubalternatam & econuerſo, quia non ſunt incompoſſibiles ſimul. Sed in propoſito vtrumque eſt impoſſibile. ergo &c. ¶ Præt principiū eſt apud eos quòd fides & ſcientia non poſſunt eſſe in eodem intellectu de eodem obiecto. ſed ſcientia ſubalternata ſecundum eos eſt vera ſcientia. ergo non ſtat cum fide. ¶ Ad primum argumentum dico ꝙ non valet, quia non eſt efficacia eiuſdem rationis, nam efficacia luminis fidei eſt in adhærendo Deo. efficacia autem luminis naturalis eſt in vere ſciendo & intelligendo. ¶ Ad ſecundum dico quòd ſciētia ſubalternata non eſt ſcientia ex eo ꝙ habet principia tātum credita. ſed quia nouit ea per experientiam: quod in propoſito dici non poteſt. quia principia huius ſcientiæ non ſunt per experientiam nota. Et eodem modo dico ad illud, ꝙ ſufficit principia aliqualiter eſſe nota. ſ. per experiētiam. Alia opinio dicit quòd theologia eſt ſcientia non quidem in lumine fidei, nec in lumine gloriæ, ſed in quodam lumine medio. eo modo quo dicimus lumen matutinum cui correſpondet lumen fidei: & lumen meridiei cui correſpondet lumen gloriæ, & lumen medium quod continue proficit à matutino ad meridiem. ¶ Hoc confirmatur ſic. omnium illorum poſſumus habere notitiā quorum terminos poſſumus naturaliter cognoſcere, ſed omnium neceſſariorum theologicorum poſſumus terminos naturaliter cognoſcere in via. ergo de eis poſſumus vere ſcientiam habere. Maior patet, quia principia cognoſcimus inquantum terminos cognoſcimus. Illa autem neceſſaria aut ſunt mediata aut immediata. Si immediata. ergo cognitis terminis cognoſcuntur illa. Si autē ſunt mediata: accipio medium & comparo ad extremum quouſque per terminos immediatos quibus cognitis cognoſcuntur ét illa quorum ſunt. Minor probatur. quia eundem conceptum quiditatiuum quē affirmat Chriſtianus de Deo. dicendo Deum trinum: negat paganus. ¶ Contra iſtam opinionem arguitur ſic. Inconueniens eſt nos habere nobiliſſimos habitus & nos latere. ſed vnumquemq; theologum latet ipſum habere habitum in tali lumine. ergo &c. Minor probatur. q̄ habitus cognoſcuntur per actus. ſed nullus actus eſt per quem poſſit cognoſci tale lumen. ergo &c. ¶ Sed iſtud argumentum non valet. quia minor quæ ponitur in probatione minoris eſt falſa; nā Apoſtoli & ſancti viri habentes hoc lumen experiebātur ſe habere talem habitum. Et præterea vt dicit Varro. Idem argumentum poſſet facere Pelagius contra Auguſtinum qui negabat gratiam dicendo. Monſtra mihi actum gratiæ & credā eſſe gratiam in anima. Itē Scotus arguit ſic contra iſtam opinionem. In illo lumine in quo non habetur diſtincta cognitio vel notitia terminorum vt ſunt termini alicuius principij, non diſtincte intelligitur illud principiū ſcientifice. Sed in iſto lumine quod ponunt non habetur diſtincta cognitio terminorum Dei, vt eſt principium pure theologicum. ergo in illo lumine non habetur ſcientia Dei. Probatio minoris. Impoſſibile eſt habere diſtinctam notitiam Dei, niſi ſit intellectui in ſe præſens vel in aliquo repræſentatiuo quod diſtincte ipſum repræſentat: ſed hoc primum non eſt poſſibile viatori, quia ſi eſſet in ſe præſens intellectui eſſet ſecundum eos beatus, nec in aliquo diſtinctè ipſum repręſentante. quia ipſi negant omne tale repræſentatiuum. ¶ Ad argumentum opinionis reſpondetur per interemptionem maioris. Ad probationem quādo dicitur, aut ſunt mediata aut immediata. concedo ꝙ ſunt mediata. Cum dicis ergo poſſum concipere medium inter ipſa. nego, quia medium inter extrema eſt quandoque eſſentialiter ordinatum, vt quod quid eſt alterius extremi. Et de iſto habet veritatem quod aſſumitur. Aliquando autem medium eſt particulariter contentum ſub extremo & non eſſentialiter ordinatum ad ipſum. & de iſto non habet veritatem ſicut eſt in propoſito. Vnde potes concipere figuram in communi non ſequitur propter hoc quòd poſſis concipere triangulum in particulari. Alia opinio eſt Varronis quòd theologia poteſt conſiderari dupliciter. ſ. in ſe, vel in comparatione ad ſcientem. Primo modo eſt ſcientia. Secundo autem modo vt eſt in intellectu viatoris, quia non habet principia euidentia: non debet dici ſcientia: ſicut, Sol in ſe eſt maxime viſibilis, ſed in

D Tho. 2. 2. q. 1. ar. 5

Fides, & ſcientia non poßunt ſe compati ui- de Scotum 3. ſent. diſt. 24.

6. ethic. c. 3

Hēricus in ſua Summa

Vide Scotū in 3. q. in ſuis reportatis contra hanc opinionem.

2. de anima contex 38.

Scotus in reportatis. q. 3.

Vide Scotū in 1. ſent q. 1 qui eandem refert ſolutionem.

Opinio Varronis 1 ſen. q. 3.

Quomodo Theolog ſit ſcientia ſecūdū Var.

comparatione ad oculum veſpertilionis non videtur. ¶Quarta eſt opinio doctoris noſtri, quòd capiendo ſcientiam prout ſcire diffinitur primo poſteriorum. tunc habet quatuor conditiones. Eſt enim cognitio certa veri & neceſſarij: habēs euidentiam ex neceſſario prius euidente: applicato ad ſcitum per diſcurſum ſillogiſticum. Prima conditio probatur, perfecta operatio intellectus eſt cognitio certa. ſed ſcientia eſt perfecta operatio intellectus. ergo eſt cognitio certa. Confirmatur in Ethicis: vbi dicitur. Circa ſcientiam inquit oportet certificari, & non ſequi ſimilitudines. Ex hac conditione ſequitur ſecunda. ſ. quòd ſcientia eſt obiecti neceſſarij quia alias nō eſſet cognitio certa. nam mutato obiecto mutaretur ſcientia. hinc ait Philoſophus. ꝙ particularium non eſt ſcientia. Et Tullius ait ſic. Omnes enim ſuſpicamur ꝙ ſcimus non contingere aliter ſe habere. contingentia autem aliter cum extra ſpeculari fiant latēt. ex neceſſitate ergo eſt ſcibile. Tertia conditio patet. quia principia cognoſcimus inquantum terminos cognoſcimus. Et per iſtam conditionem diſtinguitur ſcientia ab intellectu principiorum. Quarta conditio non eſt per ſe de ratione ſcientiæ, ſed tantum ſcientiæ imperfectę & non competit ſcientiæ niſi in illo intellectu cui contingit diſcurrere & procedere à noto ad ignotum. Ex his ad propoſitum quantum ad tres primas conditiones theologia in ſe & in intellectu diuino & beatorum eſt uera ſciētia. Sed de quarta conditione eſt dubium ſi in intellectu beatorum eſt ſcientia. Et dicitur quòd ſic. quia licet ibi non ſit diſcurſus per ſucceſſionem temporis tamē ibi eſt diſcurſus ordine naturæ, quæ eſt ſcire hoc ex hoc. Sed inſtabis per Auguſtinum. Non inquit erunt volubiles noſtræ cogitationes, ſed ſcientiam noſtram vnico intuitu videbimus. ergo non erit ibi diſcurſus. Reſpondeo & concedo ꝙ verum eſt de diſcurſu temporis Et Auguſtinus ibi non loquitur aſſertiuè ſed dubitatiuè quia dicit fortè ibi nō erunt cogitationes volubiles. ergo &c. ¶Si quæras vlterius. Si theologia noſtra ſit alicui ſubalterna. dicitur quòd non quia quāuis ſubiectum eius poſſit eſſe ſub ſubiecto methaphiſicæ, non tamen accipit principia a methaphiſica. Et rationes ad hoc poſſunt accipi ex dictis contra primam opinionem. ¶Ad argumentum in contrarium patet ex dictis in quæſtione præcedenti. quia non eſt de ratione ſubiecti ſcientiæ habere ſimpliciter principium. nam entis vt ſic non eſt principiū. & tamen eſt ſubiectum in methaphiſica. Ideo dicit Comētator circa principium libri Phiſicorum, quòd quædam ſcientiæ conſiderant de rebus ſimplicibus carentibus principijs. ergo &c.

2. met. contex 1. *1. poſt. contex 3.* *Quatuor cōditiones ſūt ipſius ſciētiæ ſecundū Scotum, ſeptem ſecundum Fran. de Mayro. uide in 14. q. 6. eth c. 3* *7. meta con tex. 53.* *6. Rhetor.* *1 Poſt. con tex. 6.* *6. ethi. c. 6.* *In intuitiua notitia eſt diſcurſus, nam illi ſpiritus ſeparati poſſunte uno actu totum diſcurſum cognoſcere, ſed pro nunc nō eſt in nobis.* *De diſcurſu temporis, et naturæ. Vide de Franc de May in 14 q. prologi.* *15. de trin. cap. 16.* *An ens habeat principia. Vide Auerroē 4 met. comm. 1. & Scotū in 1 q met. & D. Tho. 6. me lectione prima.*

Vtrum Theologia ſit ſcientia practica vel ſpeculatiua?

Hoc idē quærit Scotus in Prologo primi ſententiarum q 4.
Alexander Alenſis prima par q 1. memb. 1.
D Thomas prima parte q 1. art. 2.
Ricardus 1 ſenten. q 2. Prologi.
Durandus 1. ſent. q 7. Prologi.
Franciſcus de Mayronis in Prologo primi ſent. queſt. 14.

QVAESTIO III.

TERTIO quæritur, vtrū Theologia ſit ſciētia practica vel ſpeculatiua. ¶Quòd non ſit practica: quia habitus practicus eſt circa contingens. ſed obiectum huius ſcientiæ eſt neceſſarium. ergo eſt ſpeculatiua & non practica. ¶Præt. omni ſcientia practica aliqua ſpeculatiua eſt nobilior, ſed nulla ſcientia eſt nobilior iſta, ergo eſt ſpeculatiua. Maior patet per Philoſophū: Tū quia ſpeculatiua eſt gratia ſui, practica autem eſt gratia vſus. Tum quia ſpeculatiua eſt certior. ¶Præterea illa ſciētia quæ eſt inuēta omnibus neceſſarijs exiſtentibus propter fugam ignorantiæ eſt ſpeculatiua. ſed theologia eſt huiuſmodi: ergo theologia eſt ſpeculatiua. ¶Contra. Theologia eſt ꝓpter operari. ergo eſt practica. cōſequētia patet. antecedēs ꝓbatur quia finis legis eſt dilectio. teſte Saluatore. In his duobus ſcilicet in dilectione Dei & proximi tota lex pendet & prophetæ. ¶Circa iſtam quæſtionem ſunt quatuor articuli. Primo videndū quid ſit praxis, ad quam cognitio practica dicitur extendi. Secundò quæ ſit differentia inter habitum practi-

3. de anima contex. 49. & 51. *In prohœm. met* *Primo met. in prohœm.* *Ex prologo met.* *In prohœm. met.* *Matt. 22.*

cum & ſpeculatiuum. Tertio vnde habitus dicatur practicus. Quartò de principali quæſtio.

Quid ſit praxis.

DE PRIMO dico, quòd praxis eſt actus alterius potentiæ quam intellectus: naturaliter poſterior intellectione natus elici conformiter rōni rectæ: vt ſit rectus. In iſta diffinitione ſūt tres particulæ. ¶ Prima quòd praxis eſt actus alterius potentiæ quam intellectus. quod probatur ſic. Nam praxis dicit quandam extenſionem: quod eſt extra ſe tendere. ſed ſiſtendo præciſè in actibus intellectus: nulla eſt talis extra ſe tenſio. Dice- [illegible] ctus eſt diſcurſiuus Hoc non valet, quia tunc Logica eſſet ſciētia practica cum ſit de actibus diſcurſiuis quia logicæ primus actus eſt ratiocinari. ſecundus diſcurrere. licet ergo diſcurſus dirigatur per ratiocinationem: non propter hoc logica eſt practica ſed rationalis. quia nunquam poſterior actus intellectus habet rationem praxis. licet dirigatur à priori actu intellectus.

Quid ſit actus primus & ſecūdus Logicæ.

Multiplices ſunt actus in nobis.

¶ Secunda particula eſt quòd praxis naturaliter eſt poſterior intellectione. qđ probatur. quia multiplices ſunt actus in nobis. ſ. vegetatiuus, ſenſitiuus, appetitiuus, & apprehenſiuus, & omnes iſti ſunt communes nobis, & brutis, & vt ſic non ſunt praxes. Omnis alia potētia ab intellectiua vel eſt vegetatiua, uel eſt ſenſitiua, vel eſt volitiua. Praxis non eſt operatio vegetatiua, vel ſenſitiua propter duo. Primò quia præcedunt actum intellectus. Secundò quia ſunt communes nobis & brutis. ergo volitiue. Si autem aliquo modo dicātur eſſe praxes in nobis: hoc eſt inquantum moderantur ab intellectione & ſunt naturaliter poſteriores ea. Ex his ſequitur correlarium ꝙ praxis eſt actus voluntatis elicitus uel imperatus: quia praxis eſt naturaliter poſterior intellectione. Sed omnis actus naturaliter poſterior intellectione eſt actus voluntatis. & omnis actus voluntatis eſt elicitus vel imperatus. ¶ Tertia particula eſt, quòd praxis eſt nata elici conformiter rationi rectæ vt ſit recta. quod probatur in Ethicis, ubi dicitur quod electio recta eget recta ratione vt ſit recta. Electio autem eſt quædam praxis. quia eſt actus voluntatis requirens rationem rectam cui conformatur. ¶ Sed contra hoc arguitur: quia dictum eſt in correlario quòd praxis eſt actus voluntatis elicitus vel imperatus. ſed aliquis actus intellectus poteſt eſſe imperatus à voluntate. ergo aliquis actus intellectus poteſt eſſe praxis. quod eſt contra primam particulam poſitam in diffinitione praxis. Dicendum quòd actus intellectus imperatus à voluntate non eſt praxis. tum primò quia non eſt ex ſua natura poſterior intellectione cum ipſa voluntas poſſit imperare actum intellectus. Tum ſecundò. quia non eſt natus elici conformiter primo rectæ rationi. poſito ergo quòd actus intellectus eſſet imperatus. adhuc non eſſet propriè praxis. Vnde conceditur, ꝙ omnis praxis eſt actus elicitus, uel imperatus, & non econuerſo omnis actus imperatus eſt praxis.

Praxis quō non ſit operatio vegetatiua, uel ſenſitiua.

6 ethi. c. 3.

Omnis praxis eſt actus.

DE SECVNDO articulo dico duas concluſiones. Prima eſt, ꝙ practicum ponit duplicem reſpectum aptitudinalem, ſcilicet prioritatis, & conformitatis ad obiectum. De prioritate patet, quia ordine eſſentiali praxis eſt poſterior intellectione, quia eſt naturaliter praxim præcedens. ¶ De conformitate probatur, quia in ethicis dicitur, ꝙ ueritas confeſſe, ideſt conformiter ſe habēs appetitui recto eſt practica ueritas, quia praxis ad hoc, ꝙ ſi recta nata eſt ſequi dictamen rectę rationis quod eſt ei conformari. Secunda concluſio: ꝙ non requiritur neceſſario duplex reſpectus actualis. ſed ſufficit, ꝙ ſit aptitudinalis; quia aliàs idem habitus quandoque eſſet practicus, & quandoque non practicus: nam faber actu operans habet actum practicū & nō actu operās nō hēret actū practicum. Ex his dico, ꝙ practicum, & ſpeculatiuum differunt penes poſitionem, & priuationem horum reſpectuum. Nā practicum ponit duplicem reſpectum poſitiuum. Speculatiuum autem priuat illos reſpectus. Ex quibus ulterius infert Scotus, ꝙ practicum, & ſpeculatiuum nō ſunt differentię eſſentiales habituum, quia nullum reſpectiuum eſt de intrinſeco conceptu alicuius abſoluti, uel eius differentia eſſentialis. Contra hoc arguit ſic Petrus Aureolus. Quia maior eſt differentia inter habitum practicū, & ſpeculatiuum quàm inter naturalē, & medicum. ſed in illis eſt diſtinctio ſpecifica.

6. ethi. c. 3.

habitus quō ſit practicus, & non practicus.

Scotus aſſerit practicū & ſpeculatiuum non eſſe differentias eſſentiales.

Inſtātia cōtra Scotum.

Solutio.

ſica.ergo in iſtis. Reſpondeo, ꝙ obiectio non uadit ad rem, quia doctor iſte non negat habitum practicum, & ſpeculatiuum diſtingui ſpecifice, ſed dicit practicum, & ſpeculatiuum non eſſe differẽtias eſſentiales habituum penes poſitionem, & priuationẽ reſpectu prædictorũ.

Opinio Gothfredi de fontibus q. 10. q. 11.

DE TERTIO Articulo ſunt opiniones. Vna quòd actus, & habitus ſunt practici ex obiecto ratione conformitatis, intellectus autem fit practicus per extenſionem ad finem. ¶ Contra impoſſibile eſt alicui ineſſe accidens, & non denominare illud: ſed ſi non dicatur ex eodẽ habitus eſſe practicus, & intellectus, tunc habitus practicus erit in intellectu ſpeculatiuo, & non denominabit ipſum. conſequentia probatur, quia non exiſtẽte extenſione ad finem non eſt intellectus practicus, & non poterit habere pro ſubiecto intellectum ſpeculatiuum. Sed diceres, non eſt inconueniens habitum practicum eſſe in intellectu ſpeculatiuo per accidens. Sed actus practicus nõ poteſt eſſe in intellectu ſpeculatiuo per accidens. ¶ Contra. Vbi poteſt eſſe habitus, ibi poteſt eſſe actus, ſed actus practicus non poteſt eſſe in intellectu ſpeculatiuo, ergo nec habitus. ¶ Præterea ſubiectum magis denominatur à per ſe conditione ſui accidentis, quàm à conditione eius accidentali. ergo ſi intellectus põt dici practicus ex conditione accidentali ſui habitus, puta extenſione habitus ad finem, multo magis ex cõditione per ſe ſibi accidentis: puta ex actu. ſed actus dicitur per ſe practicus ex obiecto, ergo & intellectus.

2. ethi. c. 5.

¶ Alia eſt opinio, quòd tã intellectus, quàm habitus dicuntur practici ex fine. De intellectu patet, ubi dicitur, quòd intellectus extenſione fit practicus, & differt à ſpeculatiuo fine. ¶ Præterea medicina eſt de eodem ſubiecto, ſed medicina diuiditur in practicam, & ſpeculatiuam, ergo hoc eſt pp finem. ¶ Præterea habitus dicitur practicus, quia bonus, uel malus moraliter, ſed bonitas, & malitia ineſt habitui ex circunſtãtia, & inter oẽs circũſtãtias prima eſt circunſtantia finis.

Henr. quoli. 8. q. 1.
3. de anima contex. 49.

Quõ habitus non ſit practicus ex fine.

¶ Contra extenſio ad finem, nec actualis, nec aptitudinalis faciunt habitum practicum, ergo habitus non eſt practicus ex fine. conſequentia patet. antecedens declaratur. non enim habitus eſt practicus per extenſionem actualem ad finem, quia tunc faber actualiter operans non haberet habitum practicum, nec etiam per extenſionem aptitudinalem, quia tunc oporteret dare cauſam per ſe, quare ineſſet tali cognitioni talis aptitudo, cum ſit aliquid intrinſecũ ſibi. cauſæ autem per ſe, ſunt intellectus, & obiectum. Sed dices, quòd finis inter omnes cauſas eſt prior ſecundum Auicẽnam. ¶ Contra. Finis non eſt cauſa, niſi ut mouet efficiens, ſed antequam moueat efficiens ineſt habitui iſta conditio.

6. met. c. ultimo.

¶ Preterea ſcientia moralis practica eſt. ſed hoc non habet per extenſionem ad finem, ergo habitus non eſt practicus ex fine. Probatio minoris. finis ſcientiæ moralis eſt felicitas, felicitas autem conſiſtit in ſpeculatione. ex decimo Ethico. ſed nihil per extenſionem ad ſpeculationem eſt practicum.

Cognitio dicitur practica ex duplici relatione.

¶ Sequendo igitur opinionem doctoris noſtri eſt notandũ, quòd cognitio dicitur practica, ut patuit ex præcedenti articulo ex duplici relatione conformitatis ad obiectum, & prioritatis. Videamus ergo a quo habitus habeat relationem conformitatis, & deinde à quo habeat relationem prioritatis; & ſic patebit propoſitum, propter quod dico duas concluſiones.

Prima concluſio.

¶ Prima, quod habitus practicus habet relationem conformitatis ab obiecto, cuius ratio eſt, quia ab eo trahit habitus practicus conformitatem ad praxim, unde ſumuntur principia rectitudinis praxis. ſed illud eſt obiectum, ergo ab obiecto habitus habet reſpectum conformitatis. Maior patet, quia ab illo quod uirtualiter continet principia alicuius habitus dependet tota deductio habitus, cum ex principijs deducantur concluſiones. Minorem probo. Nam obiectum huius praxis quę eſt: diligere Deum; continet uirtualiter rectitudinem huius praxis.

2. concluſio

¶ Secunda concluſio, quod habitus practicus habet reſpectum prioritatis, partim ex obiecto, & partim ex ordine potentiarum. De ordine potentiarũ patet, quia omnes concedunt, quod intellectus & uoluntas ſe habent in agendo ſecundum ordinem prioritatis, & poſterioritatis. Actus enim uoluntatis præſupponit actum intellectus. De obiecto declaro ſic, quia nulla intellectio eſt præ

Quomodo ſe habeant intellectus & uoluntas.

ctica, niſi ſit determinatiua rectitudinis ipſius praxis. ſed hanc determinationē hēc intellectio nō ab obiecto, igitur obiectum concurrit ad hanc relationem. Minor patet per Philoſophum, ubi facit diſtinctiones habituum penes obiecta.

6. ethi 3.

¶ Ad primum argumentū ſecundæ opinionis dico, ꝙ nunquam intellectus ſpeculatiuus fit practicus. ſed Ariſto. ponit triplicem intellectum, unum qui eſt mere ſpeculatiuus, & iſte nunquam fit practicus, ſed conſiderat tantum ſpeculabilia. Alius, intellectus eſt, qui conſiderat agibilia, & iſte licet ſit practicus, poteſt tamen magis fieri practicus, ex quo habetur tertius gradus intellectus. ¶ Ad ſecundum dicitur uno modo quòd medicina uniuerſalis eſt ſpeculatiua, applicata autem ad curas, ideſt ad indiuidua eſt practica: Hoc non placet doctori noſtro, quia tunc concluſio practica eſſet ex ſpeculatiuis principijs. Et ideo concedit, quod tam medicina uniuerſalis, quàm particularis eſt practica. dicitur autem medicina particularis magis practica, quia aliquantulum plus recedit à ſpeculabili. ¶ Ad tertium dicitur, quod non omnis actus, uel habitus eſt bonus a circunſtantia finis, ut finis eſt: immo aliquis eſt bonus ex circunſtantia obiecti, & circunſtantia finis, ut finis ſumitur pro obiecto, non pro fine preciſe.

3 de anima contex. 49. nō habetur quòd intellectus extenſione fiat practicus, tamen dico, quòd elicitiue habetur illa ſententia

DE QVARTO Articulo ſunt quatuor opiniones. Prima eſt quæ dicit theologiam eſſe ſpeculatiuam. Ad cuius euidentiam nota, quòd duplex eſt actus uoluntaris. Vnus perficiens uoluntatē, & iſte eſt reſpectu ultimi finis. Alius, qui perficitur a uoluntate, & iſte eſt reſpectu eorum, quę ſunt ad finem. ¶ In primo autem actu uoluntas non indiget directiuo ſed tantummodo obiecti oſtenſione, & quia iſte actus eſt finis huius ſcientię, ideo debet dici ſpeculatiua, qđ probatur ſic. directiuum ponitur ubi cōtingit errare, ſed beati non poſſunt errare, ergo nō habent tale directiuum. Sed beati maxime habent iſtam ſcientiam, ergo non eſt directiua, & per conſequens nec practica quia practicum, & directiuum ſunt idē.

Henr. in ſua ſumma arti. 9. q. 2. in ſol. ad 3. arg. & quodlib. 8. q. 9. quod Theologia eſt tota ſpeculatiua.

¶ Contra iſtam opinionem arguitur. Finis in particulari eſt de quo tractat theologia. Sed circa finem in particulari cōtingit errare, ergo circa obiectum theologiæ contingit errare, ergo eſt neceſſaria cognitio directiua, & per conſequens practica.

Theologia tractat de fine particulari.

¶ Præterea vbicunque contingit errare circa circunſtantiam actus, oportet dare directiuum, vt actus ſit debite circunſtantionatus: ſed voluntate ſtante circa finem in particulari contingit eam errare in aliqua circunſtantia actus, ergo oportet ponere habitum directiuum, ſiue practicum. Minor probatur quia uoluntas licet poſſit circa totam ſubſtantiam actus, non tamen poteſt in omnem circunſtantiam, uidelicet vtrum ſit in tribus ſuppoſitis, vel vtrū debeat acquiri per habitū, vel per actū meritoriū, & ſic poterit deficere.

Quomodo voluntas errat.

¶ Præterea cuius dilectio principaliter intenditur extra genus cognitionis, eius cognitio principaliter intenditur infra genus cognitionis. Sed dilectio finis principaliter intenditur extra genus cognitionis, ergo eius cognitio principaliter intenditur infra genus cognitionis. Sed principia ſumpta à fine inquantum finis, ſunt principia practica ſecundum iſtum doctorem, ergo tota theologia eſt practica.

Secundum Scotū principia ſumpta à fine, ſunt principia practica.

¶ Ad argumentum oppoſitum dico, quòd ſicut agens intendit per ſe inducere formam, per accidens autem intendit remotionē contrarij, ita habitus per ſe dirigit. per accidens autem excludit errorem. Vnde ſi habitus intellectus eſt perfectus nō compatitur ſecum errorem. ſicut eſt in beatis, & ideo poteſt dirigere dato, ꝙ non ſit excluſio erroris, quia illud ſecundum ſibi ineſt per accidens. ¶ Alia eſt opinio, ſcilicet, quòd theologia eſt ſcientia affectiua.

Egid. lib. 1. in proæmio

¶ Ad cuius euidentiam eſt ſciendum, quòd finis eſt multiplex. Eſt enim finis vltimus, & iſte non denominat. Et quia finis in ſcientia iſta intentus eſt dilectio, & dilectio habet afficere, ideo debet dici affectiua. Hoc probatur ſic. denominatio fit a fine, ergo a perfectiſſimo fine ſit perfectiſſima denominatio. ſed perfectiſſimus finis ſcripturę eſt dilectio, ergo &c ¶ Præterea theologia eſt ſapientia. Sed ſapientia dicitur à ſapore, ſapor autem habet afficere, ergo affectiua

finis multiplex.

Vnde dicatur ſapientia.

¶ Cōtra iſtā opinionē. Si iſta ſciētia eſt affectiua, tunc eſſet dare tertiū genus ſcientiæ, ſed hoc eſt contra multas auctoritates Philoſophi, Auic. & Cōmētatoris qui diuidunt habitum ſciētificū in ha-

Iſte vir ponit 3. gradum ſciētia.

ha-

quẽ nec Philoſophi aliqui admiſsũt, dico tertiũ gradũ, ideſt 3. genus ſciẽtiæ, quod nec ẽt Theologi p̃ter ipſum, & ſequaces admittunt.

habitum practicum, & ſpeculatiuum. ¶ Præt. à fine fit denominatio ſecundum te, ſed finis huius ſcientię eſt dilectio ẽt per te: ergo denominatur a dilectione, ſed dilectio eſt quædam praxis, ergo theologia eſt ſcientia practica. ¶ Præterea ueritas conſeſſe ſe habens appetitui recto eſt practica ueritas, ſed tales ſunt omnes ueritates theologicæ ergo &c. ¶ Præterea ueritas directiua uoluntatis circa actiones humanas eſt practica, ſed tales ſunt ueritates theologicæ ergo &c. ¶ Ad primum opinionis patet, quòd non ualet, quia dato, quòd habitus denomiuaretur ab illo fine, qui eſt dilectio, cum dilectio ſit quædam praxis; ſequitur, quòd theologia ſit practica. ¶ Ad ſecundum dico, quòd etiam non ualet, immo per idem argumentũ probaretur, quòd eſſet pure ſpeculatiua, quia ex illo medio probat philoſophus metaphiſicam eſſe ſpeculatiuam, per hoc quod eſt ſapientia. Ex his ſequitur correlarium, quòd propter prędicta nõ poteſt ſtare opinio Varronis, qui dicit Theologiam eſſe contemplatiuã tanquam ſit medium inter practicum, & ſpeculatiuũ.

Correlariũ.

D Th. 1. parte ſummæ q. 1 art. 4 in ſol. prin.

¶ Alia eſt opinio Thomæ quòd theologia una exiſtens eſt ſcientia practica, & ſpeculatiua ſimul, & hoc ideo, quia Deus, qui eſt ſubiectum theologiæ continet ſubiecta practicæ, & ſpeculatiuæ ſcientiæ. Secunda ratio, nam illa ſcientia quæ ſic tractat ſpeculabilia, ac ſi eſſent mere ſpeculatiua, & practicabilia, ac ſi eſſent mere practica, eſt ſimul ſpeculatiua, & practica. Sed theologia eſt huiuſmodi, quia tractat iſtam; Deus eſt eternus, quæ eſt mere ſpeculabile, & iſtam Deus eſt diligendus, quæ eſt mere practicabile, ac ſi eſſet mere practica. ¶ Dicendum, quòd aſſumptum eſt falſum, quòd in theologia tractantur ſpeculabilia, quia ſicut dictum eſt in theologia tractatur ſolum de ultimo fine, & de eius conditionibus, & circunſtantijs, & de aliis circa ipſum, unde eſt directiua in cognitionem ultimi finis. ergo &c.

Varro contra D. Thomã arguit.

¶ Contra iſtam opinionem arguit Varro ſic. Idem non ſpecificatur a duobus habentibus contrarium modum in ſpecificando, aliàs idem poſſet eſſe homo, & aſinus. Sed practicum, & ſpeculatiuum habent contrariũ modum in ſpecificãdo. ergo theologia una exiſtens ſcientia non poteſt eſſe practica, & ſpeculatiua. ¶ Præterea maior incompoſſibilitas eſt inter practicum, & ſpeculatiuum quam inter naturalem, & metaphiſicum, ſed impoſſibile eſt unũ habitum eſſe naturalẽ, & metaphiſicũ, ergo impoſſibile eſt etiam unam ſcientiam eſſe practicam, & ſpeculatiuam. Minor patet. maior probatur. Nam habitus diuiditur prima ſui diuiſione in practicum, & ſpeculatiuum: habitus autẽ ſpeculatiuus diuiditur ſecundaria diuiſione in metaphiſicũ, & mathematicũ, & naturalẽ. nunc autem maior incompoſſibilitas eſt inter prima diuidentia, quam inter ſecunda, quia magis opponuntur.

Inter notitiam ſpeculatiuam & practicã nõ datur mediũ vide 6. met. contex. t. 1

¶ Ad primum ſuum dico, ꝙ non ualet. quia tunc ſequitur, quòd metaphiſica eſſet practica, & ſpeculatiua, quia eius ſubiectum eſt ens, inquantum ens, & ens inquantum ens comprehẽdit ens ſpeculabile, & ens operabile.

Opinio Scoti quã inſequitur Author.

¶ Quarta opinio eſt doctoris noſtri quẽ ſequor, & præmitto quædam dicta in prima quæſtione; ſcilicet quòd eſt theologia neceſſariorum, & theologia contingentium. Item eſt theologia in ſe, & theologia in nobis. hic autem non loquor de theologia in intellectu diuino, quia de illa erit ſpecialis ſermo. infra diſtinctione 35. Dico ergo tres concluſiones.

Veritas conciliũs horũ opiniones.

Prima eſt, quòd theologia neceſſariorum in intellectu creato tam beato, quam nõ beato, tam angelico, quàm humano eſt practica. Probo, illa notitia eſt practica, quæ aptitudinaliter eſt conformis uolitioni rectæ, & eſt naturaliter prior ea, ſed tota theologia neceſſariorum in intellectu creato eſt ſic conformis actui uoluntatis create, & recte, & prior eo. ergo &c. Maior patet ex dictis in primo, & tertio articulis. Minor probatur. nam primũ obiectũ theologię virtualiter eſt cõforme volitioni rectę, quia a ratione eius, ſcilicet obiecti ſumuntur principia rectitudinis praxis in uolitione: ipſum etiam obiectum determinat intellectum ad notitiam rectitudinis praxis quo ad omnia theologica neceſſaria prius naturaliter quàm aliqua uoluntas creata uelit.

Theologia poteſt conſiderari quattuor modis. primo modo in ſe, ac in ſua entitate, & iſto modo partim eſt practica, partim eſt ſpeculatiua. Secũdo modo poteſt cõ

¶ Secũda cõcluſio, ꝙ Theologia contingentium in ſe eſt ſpeculatiua probatio. Omnis notitia

ſiderari reſpectu obiecti, & hoc modo etiam dicimus qd eſt partim ſpeculatiua, partim practica, quia obiectũ eſt Deus de quo habetur vtrunque.

tia quæ non habet ex obiecto conformitatem ad praxim ante omnem actum uoluntatis non eſt practica,ſed theologia contingentium in ſe eſt huius,ergo &c. Probatio minoris:nam cum contingentia ante uolunratem determinate non ſint;non poterunt aliquam determinationem praxis oſtendere. ¶Tertia concluſio ꝙ Theologia contingentium in intellectu creato eſt practica,ſed per accidens. Probo, illa cognitio quæ habet obiectum uirtualiter continens rectitudinem praxis eſt practica, ſed Theologia contingentium in intellectu creato eſt huius,ergo &c.¶Sed occurrit ibi unum dubium,quia tertia concluſio non uidetur poſſe ſtare cum ſecunda, nam quod in ſe eſt ſpeculatiuum nulli eſt practicum , quia ſpeculatiuum , & practicũ repugnant. Sed theologia contingentiũ in ſe eſt ſpeculatiua , ergo nulli eſt practica. Reſpondeo , ꝙ maior non eſt ſimpliciter uera . Et cum probatur practicum,& ſpeculatiuum opponũtur, dico, ꝙ practicum , & ſpeculatiuum ex obiecto bene opponuntur,ſed ſpeculatiuum ex obiecto , & practicum ex uolũtate ſic determinante non opponuntur. Nũc autem theologia contingentium in ſe eſt ſpeculatiua ex obiecto,in intellectu autem creato eſt practica ex uolũtate determinãte intellectum ad notitiam praxis,ergo &c.¶Ad primum principale dico, ꝙ habitus practicus,uel eſt contingens,uel eſt contingenter ſe habens ex parte obiecti,uel eſt contingenter ſe habens ex parte actus. In propoſito autem licet obiectum ſit neceſſarium, ex parte actus tamen eſt contingens. ¶Ad ſecundum cum dicitur, omnis ſcientia practica aliqua ſpeculatiua eſt nobilior, concedo de practica humanitus inuenta , quæ eſt reſpectu eorum quæ ſunt ad finem , ſed de practica quæ eſt reſpectu ultimi finis,nego , ſicut eſt theologia .

Tertio rõne intellectus increati. S. Dei. & ſic tota eſt ſpeculatiua, et nihil practi cta, quia in uolũtate diuina nullo pacto poteſt eſſe actus dirigibilis ad finem.

Quarto põt conſiderari Theologia ratione intellectus creati,et ſic eſt tota practica.

¶Ad tertium dico, quòd quædam ſunt neceſſaria extrinſeca,quędam intrinſeca,ante autem theologiam non erãt omnia neceſſaria intrinſeca hoi : ideo data eſt theologia propter iſta neceſſaria ad finem conſequendum, ergo &c.

Finis prologi.

Vtrum frui ſit actus elicitus uoluntatis? quæ eſt dilectio, aut ſit paſſio recepta in uoluntate? ut delectatio.

Scotus hoc idem quærit,primo ſent. diſt.1 q.3.
D.Bona.1.ſent.diſt 1.q. 1.art.2.
D.Thomas prima ſecundæ q. 2.art.1.
Ricardus primo ſent. diſt.1. q.1.
Durandus primo ſent.diſt.1 q.1.
Franciſcus de Mayronis diſt.1.q.2.
Bacconitanus 1. ſent.diſt.1.q.1.

QVAESTIO PRIMA.

Diſtinctionis primę.

VETERIS ac nouæ legis. ¶ Iſta eſt diſtinctio prima, circa quam primo quæro. Vtrum fruitio ſit actus uoluntatis quæ eſt dilectio aut ſit paſſio recepta in uoluntate,utputa delectatio. Et uidetur quod non ſit actus uoluntatis tantum. quia quælibet natura fruitur ſuo fine. ſed finis cuiuslibet potentiæ eſt proprius actus eius. ergo quælibet potentia fruitur ſuo actu. & ſic frui non eſt actus uoluntatis tantum. ¶ Preterea fruitio eſt quædam felicitas, ſed felicitas conſiſtit in ſpeculatione , & ſpeculatio conuenit intellectui,ergo fruitio eſt actus intellectus,& non uoluntatis. ¶ Contra, Aug. dicit, quòd frui eſt amore inherere alicui rei propter ſe,ſed amor eſt actus uoluntatis,quæ eſt dilectio , ergo &c.

Elicitiuè fruitio eſt actus uoluntatis, præſuppoſitiuè vero eſt actus intellectus , bene dicit D.Thomas,& bene Scotus.

10. Ethic. cap. 10.

1. de doctr. chriſtiana cap.1.

¶ Circa iſtam quæſtionem ſunt tres articuli . Primus ſi dilectio , & delectatio ſint idem realiter. Secũdus ſi fruitio eſt dilectio, uel delectatio. Tertius ſi fruitio ſit actus uoluntatis.

QVANTVM ad primum eſt opinio Thomiſtarum quę dicit duas concluſiones . Prima,quòd dilectio, & delectatio ſunt idem realiter . Secunda, ꝙ differunt ſecundum rationem. Prima cõcluſio probatur tripliciter. ¶ Primo ſic. actus,qui ſunt de eodem obiecto ſub eadem ratione ſunt idem realiter, ſed dilectio,& delectatio, quæ ſequitur ſunt huiuſmodi,quia ſunt de bono ſub ratione boni,ergo &c. ¶ Secundo ſic,illi actus, qui immediatè conſequuntur ad idem

D.Thom. 1. ſecundæ. q. 2.art. 1.

ſunt

ſunt idem realiter, ſed dilectio, & delectatio immediate conſequuntur ad intellectum, & uoluntatem. ergo &c.

¶ Tertio ſic, impoſſibile eſt in una potentia ſimplici ſimul ponere duos actus realiter diuerſos. ſed dilectio, & delectatio ſimul ſunt in uoluntate, ergo non differunt realiter. ¶ Secunda concluſio, quòd dilectio, & delectatio differūt ſecundum rationem. Probatio. delectatio importat quietationem, quæ eſt priuatio motus, dilectio autem unionem, & priuationem quietationis: ſed illę duæ priuationes differunt ſola ratione. ¶ Præterea quę differunt in modo ſignificandi illa differunt ratione. ſed delectatio, & dilectio ſunt huiuſmodi. ergo &c. Probatio minoris, quia dilectio uidetur ſignificare per modum formæ egredientis à uoluntate ad ipſum obiectum amatum. Sed delectatio ſignificat econuerſo: per modum formæ egredietē tis ab obiecto. ¶ Contra iſtam opinionē arguit. Primo cōtra primā concluſionem ſic. Quęcunque poſſunt ſeparari ab inuicem illa non ſunt idem realiter, ſed dilectio, & delectatio ſunt huiuſmodi, ergo &c. Minor patet in demonibus qui ſe diligunt, & tamen non delectantur, imo contriſtantur. ¶ Præterea illi actus non ſunt idem realiter quorum oppoſita diſtinguūtur realiter, ſed odiū, & triſtitia quæ opponuntur dilectioni, & delectationi diſtinguuntur realiter. ergo dilectio, & delectatio non ſunt idē realiter. Minor patet in beatis qui odiun: peccata noſtra, nec tamen triſtantur de eis cum in eos non cadat triſtitia. ¶ Præterea delectatio eſt per ſe obiectum dilectionis, ſed dilectio non pōt p ſe eſſe obiectum delectationis. ergo nō ſunt idem realiter. ¶ Præterea illud qđ eſt ſuperueniens alteri non eſt idem realiter illi, ſed delectatio eſt ſuperueniēs dilectioni, ergo &c. ¶ Contra ſecundā concluſionem arguitur ſic. quia dilectio realiter elicitur a uoluntate, & delectatio non. ſed realiter ſequitur dilectionē, ergo non differunt ſola ratione. ¶ Dico ergo, quòd dilectio, & delectatio differunt realiter, nec argumenta præcedentis concluſionis concludunt. Primū nō quia maior eſt falſa nam duo actus ſubordinati poſſunt eſſe de eodem obiecto, & ſub eadem ratione, quorum unus perficit alium, ſicut ſunt iſti. Aliter poteſt dici ad minorem, quòd dilectio, & delectatio non ſunt de eodem obiecto, ſub eadem ratione quia delectatio ſemper eſt de obiecto preſente. Dilectio autē non neceſſario ſemper concernit præſentiam obiecti. ¶ Ad ſecundum minor eſt falſa, quia dilectio, & delectatio non immediate ſe habent ad potentiā, quia ut patet, delectatio eſt ſupueniēs dilectioni, & ſic preſupponit dilectionē. ¶ Ad tertium dico, quòd duo actus poſſunt ſimul eſſe in eadem potentia, ſi ſūt ſubordinati ſicut ſunt iſti. ¶ Ad argumenta pro ſecunda concluſione. ¶ Ad primum dico, quòd ly, dilectio, & delectatio non dicunt priuationes, quia non ſunt priuationes, nec formaliter includunt priuationes, quia unio qua unitur beatus Deo non eſt priuatio, nec vnio, qua materia & forma vniuntur eſt priuatio. ¶ Ad ſecundum dico, quòd dilectio & delectatio non differunt ſolum in modo ſignificandi, ſed etiam realiter, ut dictum eſt.

Pro ſuſtentanda vtraque opinione, do hanc diſtinctionem. Dilectio, & delectatio ut ſint haliter realiter diſtincti poſſunt conſiderari duobus modis. vno mō ratione motuū alio modo ratione termini, & cauſæ, ratione motuum nō deſtinguntur realiter ut Beatus fruendo diuina eſſentia habet dilectionem, & delectationem quę quo ad motum ſcilicet eius bonitatis non diſtinguuntur ab inuicē realiter. Rōne cauſæ & termini diſtinguuntur realiter.

DE SECUNDO articulo eſt notandum, quòd dilectio eſt operatio elicita a uoluntate præſupponens cognitionem obiecti, ſed delectatio eſt quædā operatio recepta in uoluntate cauſata ab obiecto. Aliquæ auctoritates videntur dicere, quòd fruitio ſit dilectio ſicut ponit Auguſtin. ubi dicit, quòd frui eſt amore inherere alteri, ſed amor eſt dilectio, ergo &c. ¶ Præterea Auguſtinus dicit quòd omnis peruerſitas quæ vitiū nominatur eſt vti fruendis, & frui utendis, de peruerſitas ſpectat ad actum uoluntatis, ergo fruitio ſpectat ad uolūtatem, & ſic eſt dilectio. Aliquæ etiam auctoritates videntur dicere, quòd fruitio ſit delectatio. Vnde Auguſtinus dicit, plenū gaudium eſt frui trinitate; ſed gaudiū dicit delectationem. ergo fruitio eſt delectatio. Sed tertio modo dicitur, & melius, quòd fruitio importat tam dilectionem quàm delectationem. Vnde Auguſtinus. Fruimur cognitis bonis in quibus uoluntas propter ſe delectata quieſcit. Et ſic fruitio importat utrunque, & in ſuo nomine non eſt ens per ſe vnum. nec eſt inconueniens, quòd unum nomen ſignificet multa. ſicut patet per

Lib. 1. de doctri. chriſt. cap. 1.

Li. 83. qu. q. 30.

1. de trinit. c. 10 in fin.

10. de trin. c. 10. et 13

7 met. contex. 13.

Philo

Philoſophum de hoc nomine ylias. Hæc opinionem ſequitur doctor noſter.

DE TERTIO articulo. Si fruitio eſt actus voluntatis dicit Egidius, ꝙ frui, aut dicit actum quo attingitur finis ſeparatus prius non habitus, & ſic fruitio eſt actus intellectus, quia per intellectum prius attingitur obiectum beatificum. Aut frui dicit actum, per quem attingitur finis iam habitus, & ſic eſt actus voluntatis, & ſic ſecundum eū fruitio prius ſpectat ad actum intellectus, ſecundario autem ad actum voluntatis inquantum dicit, quandam delectationem concedentem actum intellectus.

Opinio Egidii 1. ſentē. q. 1.

10. de tri. c. 10. uel 13. ¶ Sed contra hoc arguitur per Auguſtinum. Fruimur bonis cognitis, in quibus voluntas delectata quieſcit. Ex hoc arguitur, quando aliquid intrat diffinitionem alicuius in recto, illud quod diffinitur primo pertinet ad illud, quod ponitur in recto, vt ſi dicatur, quod ſimitas eſt naſi curuitas; ſimitas primo pertinet ad naſum; ſed uoluntas ponitur in diffinitione fruitionis in recto cum dicitur voluntas delectata conquieſcit, ergo fruitio eſt principio ipſius uolūtatis.

1 de doctr. Chriſtiana cap. 1. ¶ Præterea Auguſtinus dicit. Frui eſt amore inherere, ſed amor primo pertinet ad uoluntatem. ergo &c. ¶ Præterea cuius eſt mouere in finem eius eſt quieſcere, quia motus eſt propter quietem. ſed uoluntatis eſt mouere in finem ſecundum ſanctos, ergo uoluntatis eſt qeſcere, ſed fruitio dicit quietem. ergo fruitio primo ſpectat ad uoluntatem; Et ſic reſumendo dicta, dico, quòd fruitio eſt actus uoluntatis primo, ex tertio articulo, qui actus duo dicit, ſcilicet dilectionem, & delectationem, ex ſecundo articulo, & quod dilectio, & delectatio differunt realiter ex primo articulo.

Finis duplex, ſimplex et finis ſub fine. ¶ Ad primum principale dico, quòd duplex eſt finis, ſcilicet finis ſimplex, & iſte eſt tantum Deus, qui eſt finis in fruitione propterea ſumpta, & eſt finis ſub fine & iſte eſt actus potentiæ, de quo ho e nō quæritur. Vel per alia verba (vt dicit Varro) duplex eſt finis, ſcilicet formalis, & obiectiuus, licet ergo actus potētiæ ſit finis formalis per quem attingitur finis obiectiuus, non eſt tamen finis obiectiuus, & ideo ipſo uon poteſt frui, qa fruitio eſt reſpectu finis obiectiui, quē perfectiſſime attingit uoluntas.

Duplex finis formalis & obiectiuus.

¶ Ad ſecundum negetur vno modo, quòd felicitas conſiſtat in ſpeculatione præciſe. ſed melius poteſt dici, ꝙ felicitas conſiſtit in ſpeculatione tanquam in quodā præuio eo modo quo ponit Augu. quòd fruimur bonis cognitis. Ex hoc ſequit, quòd fruitio præſupponit cognitionem, & non eſt in cognitione. Sed hoc non obſtante fruitio perfectiſſime ſpectat ad actum uoluntatis, quia quæ ſunt priora generatione, ſunt poſteriora perfectione, & econtra, ſicut ponit philoſophus nono metaphi. de embrione. ergo &c.

Felicitas ubi conſiſtat.

Elicitiue fruitio eſt actus uoluntatis.

Præſuppoſitiue eſt actus intellectus.

Vtrum aliquid aliud à fine ultimo ſit obiectum per ſe fruitionis?

Scotus hoc idem quærit in primo ſenten. diſtin. 1. q. 1.
D. Bonauentura primo ſent. diſtinct. 1. quæſt. 2. artic. 3.
D. Thomas prima ſecundæ q. 2. art. 3.
Durandus 1. ſent. diſtin. 1. q. 2.
Franciſcus de Mayronis primo ſent. diſtinct. 1. q. 1.
Bacconitanus primo ſent. diſtin. 1. q. 1.

QVAESTIO II.

SECVNDO quæritur. vtrum aliquid aliud à fine vltimo ſit obiectum per ſe fruitionis? Quod ſic videtur per Auguſtinum vbi dicit. Fruendum eſt bonis inuiſibilibus; ſed multa ſunt bona inuiſibilia citra Deum. ergo &c. ¶ Præterea capacitas finita poteſt ſatiari bono finito, ſed capacitas animæ eſt finita, ergo poteſt ſatiari bono finito. & per conſequens frui eo. *83. quæſt. q 30.*

¶ Præterea ſicut forma ſatiat appetitū materiæ intrinſecæ, ita obiectum ſatiat appetitum uoluntatis extrinſecæ, ſed quælibet forma ſatiat appetitum materiæ intrinſecæ. aliàs violenter quieſceret ſub ea, ergo quodlibet obiectum, ſiue bonum ſatiat appetitum voluntatis, & ita uoluntas poteſt frui eo. ¶ Contra, Auguſti. Res quibus fruendum eſt, ſūt pater, & filius, & ſpiritusſanctus. ¶ Circa iſtam quæſtionem primo ponetur *1. de doctr. Chriſt. c. 1.*

vna

una diſtinctio. Secundo dicetur ad quæſtionem iuxta membra diſtinctionis.

Fruitio duobus modis accipitur.

DE PRIMO dico, quòd fruitio accipitur dupliciter, quia eſt fruitio ordinata, & fruitio in communi ſumpta. Et uoco fruitionem ordinatam illã, quæ ordinatur ſecundum debitas circunſtãtias reſpectu debiti obiecti. Sed fruitio in communi ſumpta dicitur ſiue habeat iſtas circunſtantias, ſiue non, & ſic non neceſſario requirit eas. Iſtæ fruitiones ſic ſe habent adinuicem, quòd fruitio in cõmuni ſumpta eſt uniuerſalior fruitione ordinata. Cuius ratio eſt; quia quæcunque potentia, quæ non determinatur ex ſe ad actum ordinatum, actus eius in communi ſumptus eſt uniuerſalior actu eius ordinato. ſed uoluntas non determinatur ex ſe ad fruitionem ordinatam. quia ſecũdum Auguſtinum, peruerſitas poteſt eſſe in fruendo utẽdis, quod non eſſet uerum, ſi uoluntas determinaretur ex ſe ad fruitionem ordinatam, ergo fruitio in communi ſumpta eſt uniuerſalior fruitione ordinata.

Libro 83. quæſt. q. 30.

DE SECVNDO articulo ſunt duo uidenda. Primo quid ſit per ſe obiectum fruitionis ordinatæ, ſecundo quid ſit obiectum fruitionis in cõmuni. ¶ De primo eſt opinio Auicennæ ꝙ aliquid aliud a fine ultimo, ſiue a Deo eſt obiectum fruitionis ordinatæ, puta aliqua intelligentia ſecũda. Sed illud eſt falſum, ideo arguit contra eum ſic. Impoſſibile eſt potentiam ultimate quietari niſi in eo in quo reperitur perfectiſſime ratio ſui primarij obiecti. ſed obiectum potentiæ fruitionis ſecundum ipſum Auicennam eſt ens in communi, ergo non quietatur ultimate niſi in illo in quo reperitur perfectiſſima ratio entis: ſed hoc eſt ſolũ ultimus finis, quia in omnibus alijs ens habet ſe ſecundum dependentiam, ergo &c. ¶ Secundo ſic, potentia quæ ordinatur ad multa obiecta, non quietatur ultimate, niſi in illo in quo omnia illa continentur uirtualiter, ſed hoc eſt tantum Deus, in quo omnia bona eminenter continentur. ergo &c. ¶ Præterea, iſtam intelligentiam ſecundam, quæ eſt obiectum fruitionis ſecundum eum, aut anima capit eam, ut obiectum infinitum, & hoc non, quia ſtultũ eſſet dicere animam eſſe beatam cum falſitate opinionis, aut eam non intelligit, nec ut finitam, nec ut infinitam. & tunc non beatificatur in ea, aut uidet, ut finitam, & tunc poterit aliquid ultra appetere, & ſic non erit obiectum beatitudinis. Aliqui etiam arguunt ſic ad idem. Anima eſt ad imaginem Dei, ergo non quietatur ultimate, niſi in Deo. ¶ Præterea, anima creatur immediate a Deo, ergo non quietatur immediate, niſi in ſolo Deo. Quicquid ſit de efficacia iſtarũ duarum rationum, quia forte non concludunt: primæ tamen tres efficaciter cõcludunt contra Auicennam, & pro ueritate, ſcilicet quòd ſolus Deus, ſiue vltimus finis eſt obiectum fruitionis ordinatæ. ¶ De obiecto autem fruitionis in communi ſumpto dico, quòd eſt ultimus finis qui eſt vnus in natura rei, uel finis apparens qui oſtenditur a ratione errante tanquam finis ultimus, uel finis præſtitutus, ſiue determinatus, quem uoluntas ex ſua libertate ſibi determinat tanquam ultimum finem, quia ſicut in poteſtate uoluntatis eſt uelle, ita in eius poteſtate eſt modus uolendi. Non eſt autem intelligendum, quòd ratio finis inquantum reſpectus ſit proprie ratio obiecti fruibilis, concomitatur tamẽ obiectum fruibile, quia nulla relatio rationis eſt de perfectione obiecti beatifici, ut beatificum eſt. ¶ Ad primum principale dico, ꝙ Auguſtinus accipit fruitionem large pro amore honeſti, diſtincto contra amorem utilis, & delectabilis. ¶ Ad ſecundum dico, quòd hæc capacitas uoluntatis licet ſit finita formaliter, eſt tamen infinita per participationem habitualiter, ut dicitur ad obiectũ, & obiecti ad obiectum, & obiecti ad potentiam eſt magis proportio diſſimilitudinis quàm ſimilitudinis. Et ideo bene poteſt capacitas in natura eſſe finita, & tamen ad obiectum infinitum. Exemplum poteſt poni de ſpeculo modicæ quantitatis repræſentate obiectum maxime quantitatis. Etiam de potentia viſiua quæ habet obiectum maxime quantitatis quaſi infinite excedens quod poteſt apprehendere. ¶ Ad tertium dicendum, quòd eſt ad oppoſitum, quia ſicut forma non ſatiat omnem appetitum materiæ niſi illa, quæ continet eminenter omnes formas alias, ita nullum obie-

9. met. cap. 4.

ratio Auicennæ probans tertiã intelligentiam frui ſecunda.

D. Bona. in 1. ſent. diſt. 1. q. 3 artic. 2. ratione 3. ante oppoſitum.

D. Thomas 1. parte ſummæ q. 12 articulo 1.

Exemplum de ſpeculis.

Eſſentia diuina de obiectũ fruibile.

ctum ſatiat totum appetitum voluntatis niſi quod cõtinet eminenter omnia bona, ſed hoc eſt tantum ultimus finis, ergo ſolus vltimus finis eſt per ſe obiectũ fruitionis ordinate.

Vtrum fine apprehenſo per intellectum neceſſe ſit voluntatem frui eo?

Scotus hoc idem quærit, 1. ſent. diſtinctio 2. quæſt. 4.
D. Thomas 1. ſecundæ. q. 10. Artic. 1. & 2.
Franciſcus de Mayronis 1. ſent. diſtinctio. 1. quæſt. 7.

QVAESTIO III.

TERTIO cõſueuit quæri hoc a quibuſdam. Vtrum fine vltimo clare viſo neceſſe ſit voluntatem frui eo. Sed in iſto dubio nolo hic morari, quia diffuſius diſcutitur. q. illa, vtrum voluntas neceſſitetur reſpectu vltimi finis clare viſi.

Libro 2 diſtin 24.

DISTINCTIO II.

Vtrum Deum eſſe ſit pro ſe notum?

Hoc idem quærit Scotus 1. ſent. diſtinctio. 1. quæſt. 2.
Franciſcus de Mayronis 1. ſent diſt. 2. q. 1.
Durandus primo ſent. diſt. 3 q. 3.

QVAESTIO I.

HEC itaque vera, & pia. Circa iſtam diſtinctionem ſecundam quæro primo Vtrum Deum eſſe ſit per ſe notum. Quod ſic probatur. Illud eſt per ſe notum cuius notitia omnibus naturaliter eſt inſerta ſed eius quod eſt Deum eſſe notitia omnibus naturaliter eſt inſerta ſecundum Dama. ergo &c. ¶ Præterea, ueritatem eſſe eſt per ſe notum, ſed Deus eſt ueritas, ergo Deum eſſe eſt per ſe notum. Probatur maior, quia ſequitur ex ſuo oppoſito, nulla ueritas eſt, ergo uerum eſt nullam ueritatem eſſe, ergo ueritas eſt, minor etiã patet. ¶ Contra, per ſe notum non poteſt ab aliquo negari, ſed Deum eſſe negatur ab aliquo. Dixit inſipiens in corde ſuo non eſt Deus, ergo &c. ¶ Præterea, Auicenna dicit Deum eſſe non eſt per ſe notum. ¶ Circa iſtam quæſtionem ſunt tres articuli. Primus, quid ſit de ratione propoſitionis per ſe notæ. Secundus ſi Deum eſſe ſit per ſe notum. Tertius ſi eſt tantum unus Deus.

2. met. contex. 1. & 4.
Lib. 1. cap. 1 & 3.
Pſalm. 13. 52.
1. met. ca. 1.

DE primo articulo dico, quod quando dicitur propoſitio per ſe nota, ly per ſe: non excludit terminos propoſitionis quia principia cognoſcimus inquãtum terminos cognoſcimus. Excluditur autem quæcunque ratio quæ eſt extra per ſe conceptum terminorum propoſitionis per ſe notæ. Et ſic propoſitio per ſe nota dicitur illa, quæ ex proprijs terminis habet euidentem ueritatem. ¶ Eſt notandum, quod in propoſitionibus per ſe notis alius conceptus importatur per diffinitionem, alius conceptus importatur per diffinitũ, quod probatur primo ſic. Quodquid eſt alterius extremi, ſiue diffinitio eſt medium in demonſtratione. Aut igitur conceptus diffinitionis eſt alius a conceptu differentię & habetur propoſitum: aut non, & tunc in demõſtratione potiſſima erit petitio principij; quia præmiſſa non differt a concluſione. ¶ Præterea, Impoſſibile eſt eundem conceptum eſſe priorem, & poſteriorem, & haberi, & non haberi de eadem re, ſed idem poteſt prius concipi, vt exprimitur per nomen, & non cõcipi, vt exprimitur per diffinitionem, ergo alius eſt conceptus expreſſus per nomen, & alius expreſſus per diffinitionem. Confirmatur per phyſicum dicentem, quod nomina ſubſiſtunt ad diffinitionem ſecundum quod totum ad partes; ita quod nomen eſt prius notum diffinitione, & nomen importat aliquid cõfuſe, diffinitio autem aliquid diſtincte, ſicut exemplificat ibidem de circulo, & eius diffinitione. Ex hoc ſequitur correlarius, quod diſtinctio D. Tho. de propoſitione per ſe nota in ſe, & in nobis, eſt nulla diſtinctio, quia quęcũque propoſitio per ſe nota, cuicunq; intellectui eſt per ſe nota, licet non ſit actu cogni-

1. poſt. contex. 6.
1. poſt. contex. 10. & 20.
Et expreſſius habetur in 2. contex 8.
1. phyſ contex. 5.
D. Thom. 1. parte ſummæ q. 2 artic. 1.

ta,

ca.tamen inquantum ex terminis eſt euidenter nota.nam,ut dicebatur ſuperius iſta eſt propoſitio per ſe nota, quæ ex propriis terminis habet euidentem ueritatem.

Aliquę ſunt ꝓpoſitiones per ſe notæ ex ſolo conceptu confuſo terminorum.

DE SECVNDO artic. dico; ꝙ Deũ eſſe nõ eſt per ſe notũ: primo, quia ꝓpoſitio ꝑ ſe nota cuilibet itellectui ex terminis cognitis eſt ꝑ ſe nota;ſed Deũ eſſe non eſt per ſe notum cognitis terminis. ſed tales terminos concipimus antequam euidenter veritatem propoſitionis teneamus. ergo Deum eſſe non eſt per ſe notũ. ¶ Præterea illa propoſitio non eſt per ſe nota,cuius termini nõ cadunt immediate ſub ſenſu. ſed termini huius propoſitionis Deum eſſe non cadunt ſub ſenſu, igitur Deum eſſe non eſt per ſe notũ. ¶ Præterea nihil eſt per ſe notum de conceptu non ſimpliciter ſimplici, niſi ſit per ſe notum, partes illius conceptus adinuicem vniri.ſed nullus conceptus, quem habemus de Deo proprius ſibi, & non conueniens creaturæ eſt ſimpliciter ſimplex nec eſt per ſe notum partes illius conceptus adinuicẽ vniri. ſicut eſt Deum eſſe. ergo Deum eſſe non eſt per ſe notũ ¶ Præterea nullum demonſtrabile eſt per ſe notum,ſed Deum eſſe eſt demonſtrabile. per Auicennam.ergo Deum eſſe non eſt per ſe notum.

Aliquę uero nolũt terminos diſtincte concipi ut eſt de iſta Deus eſt.

Deum eſſe eſt demonſtrabile in noſtro intellectu phyſicę, uia motus, metaſsia eminentię.

1. Met. cap. 1.

Varro libr. 1. diſtin. 2. q. 1.

Lib. 3. c. 6.

DE TERTIO articulo dico,ꝙ eſt tantum unus Deus. Sed dicit hic vnus doctor. ſ.Varro, quòd iſta concluſio. ſ. unitas Dei non eſt demonſtrabilis ſed accepta eſt per fidem.ſicut ponit Rabi Moyſes,quòd unitas Dei accepta eſt a lege.doctor autem noſter dicit, quòd unitas Dei eſt demonſtrabilis,& eſt tantum unus Deus. quod ipſe probat primo ex infinito intellectu ſic.Si ſunt duo dija,ut unus intelligit alium, aut non. Si non intelligit alium,ergo eſt imperfectus, & per conſequens non eſt Deus. Si autem intelligit aliũ, aut hoc eſt per eſſentiam propriam, aut per eſſentiam alterius Dei.Si primo modo ergo nõ eſt Deus. cum non intelligat alium Deum perfectiſſime ſcilicet per eſſentiam alterius Dei intellecti propriam; quia nihil cognoſcitur perfectiſſime, niſi cognoſcatur per eſſentiam ſuam, uel per aliud perfectius quàm ipſa ſit in ſe. eſſentia autem alterius Dei in nullo includitur perfectius quam in ſe. Si autẽ detur aliud membrum, ſcilicet quòd unus Deus intelligat alium per eſſentiam Dei intellecti, ergo Deus intelligens non eſt Deus, quia eius actus eſt poſterior obiecto,nam omnis actus,qui non eſt idem obiecto eſt poſterior obiecto. ¶ Præterea eiuſdẽ potentię nõ ſunt duo obiecta adequata, ſed ſi eſſent duo dij: tunc eiuſdem potentiæ eſſent duo obiecta adequata,quia unus Deus haberet pro obiecto adequato propriam eſſentiam alterius Dei, ergo eſt tantum unus Deus. ¶ Secundo principaliter probatur hoc ex infinita uolũtate, quia unus Deus, aut diligit alium tantum, quantum ſe: puta infinite,aut non, non primo modo, quia nihil diligit aliud tãtum quantum ſe, uel plus quam ſe, cuius non eſt pars, nec ab eo dependens, ſed vnus Deus non eſt pars alterius, nec ab eo dependens. Nec ſecundo modo,quia tunc uoluntas eius eſſet peruerſa, quia uoluntas recta infinite diligit infinite bonũ infinitũ ¶ Pręterea, unus Deus, aut fruitur alio Deo,aut utitur, nõ primo modo,quia tunc haberet duo obiecta perfecte beatifica, non ſecundo modo,quia uoluntas eius eſſet ſumme peruerſa. nam ſumma peruerſitas eſt uti fruendis. ¶ Tertio principaliter poteſt probari hoc ex ratione neceſſe eſſe ſic, ſcilicet ſi neceſſe eſſe poteſt eſſe eſſentialiter pluriſicatum, qua ratione poteſt eſſe in pluribus eadem ratione,& in infinitis, quod eſt inconueniens,& hęc eſt ratio Auicẽne.¶ Pręterea Deus eſt neceſſe eſſe, ſed non poſſunt eſſe plura neceſſe eſſe,ergo non poſſunt eſſe plures dij.probatur minor per Auicennam ſic. Si ſunt plura neceſſe eſſe, tunc aliquibus rationibus diſtinguuntur, & tunc quæro de rationibus illis, quia, aut ſunt neceſſe eſſe, aut non, ſi non, ergo neceſſe eſſe includit aliquid quod eſt poſſibile eſſe,quod eſt falſum. Si uerò ſunt neceſſe eſſe, tunc habebit duas rationes neceſſitatis,& hoc eſt inconueniens, quia aliquid eſſet neceſſe eſſe per aliquam rationem,qua appoſita,uel remota nihilominus eſſet neceſſe eſſe.¶ Quarto poteſt hoc probari per uiam cauſalitatis, & omnipotentiæ ipſi-

Vide etiam pro hoc ipſum D. Thomæ prima parte ſummæ q. 2. articul. 3.

1. met. c. 8.

1 met. ca. 8.

natur enim, quòd unus Deus velit Petrum producere, & alius uelit Petrum non produci, tunc quæro an Petrus producitur, an non. Si producitur, ergo ſecundus Deus non eſt omnipotens cum uelit Petrum non produci, & ſic non eſſet Deus. Si autem Petrus non producitur, ergo prior Deus non eſt omnipotẽs, quia uult Petrum produci, & ſic non eſt Deus. Sed diceres, quòd argumẽtum forte non ualet, quia illi duo dij fecerũt pactum adinuicem, ut quod vult unus uult alius, dico, quòd non: quia eiuſdem effectus non poſſunt eſſe duæ cauſæ totales in eodem ordine cauſæ, quia cum cauſatus eſt ab vna, impoſſibile eſt, quòd fiat ab alia, ſed potentia infinita eſt cauſa totalis effectus in ratione cauſæ primæ, ergo.

Eiuſdem effectus non poſſunt eſſe duæ cauſæ totales.

¶ Quinto confirmatur per rationem philoſophi vnum inquit primum mouens magis quam multa oportet æſtimare, in his enim quæ ſunt natura, ideſt in rebus naturalibus ſufficiens eſt vnum primum mouens eſſe, ergo non oportet ponere plura, quia nulla pluralitas eſt ponenda ſine neceſſitate.

8. Phyſ. circa medium.

¶ Præterea hoc idem probat, per hoc quòd entia non uolunt male diſponi, & ſic infert, unus ergo dominus, & vnus princeps. Nec ualet dictum Rabi Moyſi, nam unitas Dei accepta eſt a lege propter populum, qui pronus eſſet ad idolatriam quamuis in ſe eſſet demonſtrabile, ſic etiam eſſe Dei acceptum eſt a lege. Ego ſum qui ſum, & tamen eſſe Dei eſt demonſtrabile.

12. met. circa finem.

Exodi. 3.

¶ Ad primum principale cum dicit Damaſ. quòd cognitio Dei eſt omnibus inſerta, dico, quod cognitio poteſt accipi, uel pro actuali notitia, & ſic illud non eſt de mente Damaſceni, quia ipſe dicit ibi, quod nemo nouit Deum niſi inquantum ipſe ſe reuelat. Vel poteſt accipi pro potentia cognitiua per quam poſſumus cognoſcere Deum in quibuſdam conceptibus communibus, & hoc non eſt cõtra me

Cognitio poteſt accipi duobus modis.

¶ Ad ſecundum dico, quod ueritatem eſſe in communi eſt per ſe notum, ſed cum infertur, ergo Deum eſſe eſt per ſe notum, non ſequitur: ſed eſt fallacia conſequentis a ſuperiori ad inferius affirmando, ergo &c.

Vtrum cum vnitate eſſentiæ ſtet Tranitas perſonarum?

Hoc idem quærit Scotus primo ſent. diſtinctio. 2 q 4.

D. Bona. primo ſent. diſtinctio. 2. quæſt. 2. Artic. 1.

Alexander Alenſis prima parte q. 14. membro. 5.

D. Thomas prima parte. q. 39 Artic. 2.

Durandus primo ſent. diſt. 2. q. 4.

Ricardus primo ſent. diſt. 2. q. 1.

Franciſcus de Mayronis primo ſent. diſtinct. 2. quæſt. 14.

QVAESTIO II.

SECVNDO quæritur. Vtrum cum unitate eſſẽtiæ ſtet trinitas perſonarum. Quod non videtur, quia relationes oppoſitæ ſunt æqualis dignitatis, ſed relationes producentis, & producti ſunt oppoſitæ, ergo ſunt æqualis dignitatis, ſed relatio producentis conſtituit tantum vnam perſonam, ergo relatio producti conſtituet tantum vnam perſonam, & ſic erunt tantum duæ perſonæ in eſſentia diuina. ¶ Præterea, filius eſt æqualis dignitatis cum patre; quia ſunt eque omnipotentes, ſed pater poteſt generare: ergo, & filius poteſt generare, & ſic erunt duo filij in eſſentia diuina.

¶ Contra. Tres ſunt qui teſtimonium dant in celo. *1. Iohannes cap. 5.* ¶ Circa iſtam quæſtionem ſic procedendum eſt. Quia enim trinitas perſonarum inueſtigatur ex ordine productionum, ideo tria ſunt videnda. Primo ſi in diuinis ſit aliqua productio intrinſeca. Secundo quot ſint iſte productiones intrinſece. Tertio ex his videndum eſt principale quæſitum.

QVANTVM ad primum eſt error Auicenne principia ſonant nullam in diuina eſſentia eſſe productionem intrinſecam, quod probant ſic, nullum productum eſt ex ſe neceſſarium: ſed quicquid eſt in eſſentia diuina eſt ex ſe neceſſarium, ergo nihil eſt ibi productum. Maior probatur dupliciter. Primo ſic, nihil eſt ſimul neceſſarium ex

1. met. capite. 8.

ſe, &

ſe, & ab alio, ſed productum ſi eſt neceſſarium eſt neceſſarium ab alio; & ergo non a ſe. Secundo ſic. Omne productum poſſibile eſt produci, ſed poſſibilitas repugnat neceſſario, igitur nullum productum eſt neceſſarium. ¶ Præterea, productio non eſt ſine dependentia, ſed in diuinis non eſt dependentia, quia tunc dependens eſſet imperfectum, ergo in diuinis nulla eſt productio. Maior probatur, quia alias natura eſſet ex equo in producente, & in producto, & non præexigeretur in producēte, quod eſt contra rationem productionis. ¶ Cōtra iſtam opinionem arguitur ſic, a quibuſdam per rationem Ricar. tum per rationem boni quod eſt ſui diffuſiuum, tum per rationem potentiæ ſummæ actiuæ, tum per rationem perfecti, quas rationes omitto, quia forte non concludunt efficaciter. Et arguo contra opinionem probando, quod in diuinis ſit aliqua productio ad intra, primo ſic.

Ric. 5. de tri. & D. Bona. diſt. præſenti. q. 2.

Quicquid de ratione ſua formali eſt principium productiuum illud in quocunque eſt ſine imperfectione, & a ſe eſt principium productiuum, ſed memoria ſecunda ſumme perfecta, ſiue intellectus ſumme intelligens habens obiectum intelligibile eſt principum productiuum notitiæ genitæ, ergo cū in Deo ſit memoria perfecta, & a ſe ibidem eſt principium productiuum notitiæ genitæ. Et tunc vltra arguitur ſic. Vbicunque ponitur principium productiuum perfectum ſi eſt neceſſe eſſe, & infinitum neceſſario ibi ponitur productio perfecta, ſed in Deo ponitur principiū productiuum perfectum notitię genitæ, ex præcedenti ſimilitudo, & eſt neceſſe eſſe, & infinitum, ergo neceſſario ibi ponitur productio perfecta, & vocatur perfecta, quia adequatè ſe habet ad principum productiuum, quēadmodum eius intellectus eſt infinitus, ita notitia genita eſt infinita. ¶ Conſimiliter poteſt argui de voluntate: quia voluntas infinita habentes obiectum amabile infinitum: ſicut ponitur in Deo eſt principium productiuum amoris infiniti. ¶ Secundo arguitur ad principale. In vnoquoque genere imperfectum arguit perfectum in illo, ſed omnis productio in creatura eſt imperfecta, qu a non attingit finem perfectum, vel completum perfectionis, qui eſt aſſimilatio perfecta in vnitate naturæ, quod non eſt in creatura, & tamen hoc non includit contradictionem, ergo oportet dare productionem perfectam, quæ ſit in vnitate naturæ, ſed non poteſt poni niſi in Deo, ergo. ¶ Nec rationes commentariæ concludunt. Prima non, quia poſſibile dicitur multipliciter. Vno modo dicitur poſſibile quod diſtinguitur contra impoſſibile, & iſto modo eſt poſſibile Deum eſſe. Secundo modo dicitur poſſibile prout diſtinguitur contra neceſſarium, & vt eſt idem quod contingens, & iſto modo non cadit in Deo. Tertio modo dicitur poſſibile in ratione agens, & illo modo omne producibile eſt poſſibile, & ſic negetur iſta propoſitio, nullum productum ex ſe eſt neceſſarium, niſi per ly ex ſe intelligatur idem genus cauſæ efficientis vnde filius eſt ex ſe neceſſe eſſe formaliter, ſed a patre eſt productiue neceſſe eſſe. Et ſic patet ad primam probationem maioris. Et eodem modo dicitur ad ſecundam: quia poſſibile prout dicitur relatiue ad agens non repugnat neceſſario ex ſe formaliter. ¶ Ad ſecundam rationem dico per interpretationē maioris; non enim ſequitur eſt ab alio, ergo dependet; & cum probatur per independentiam, concedo, quod eque independenter eſt natura in producente, & in producto, & cum arguitur: non erit independentia, nego conſequētiam, quia dependentia ſequitur entitatem formalem dependentis, & quia in diuinis eſt eadem entitas abſoluta, ideo nulla eſt ibi dependentia.

Improbatio ſubtiliſſima.

Poſſibile multipliciter dicitur.

Neceſſariū ab alio, & ex ſe formaliter ſecundum Theologos eſt filius diuinus; & etiam Spiritus Sāctus qui habens naturam ſimpliciter neceſſariam indefectibilem, illam enim habent a patre.

DE SECVNDO articulo dico duas concluſiones. Prima, quod in diuinis ſunt duæ productiones ad intra. Secunda, quod iſtæ duæ productiones non ſunt eiuſdem rationis. Primam commentationem probat doctor Henricus. Actus notionales fundantur ſuper eſſentiales immanentes, ſed actus eſſentiales immanentes ſunt tantum duo, ſcilicet intelligere, & velle, ergo ſunt tantum duo actus notionales, ſiue duæ productiones, ſcilicet generare, & ſpirare. Scotus probat eam ſic, vbi ſunt duo principia productiua ad intra habentia productiones ad-

Henr. quolibe. 6. q. 1. & quolib. 2. q 6.

Sit concluſio Scoti.

Bb 3 æqui-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Principiũ in diuinis capitur dupliciter quãtum ad operationes ad intra, & quãtum ad operationes ad extra, quantũ ad operationes ad intra in Deo sũt duo principia productiua, ſecundum quę ſunt duę productiones, una ẽ à memoria ſecũda, qua pater producit filium, Altera à uolũtate qua pater et filius ſimul producunt ſpiritũ ſanctum pater igitur eſt principium generationis filio, filius & pater ſimul ſunt principium, etiam ad ſpirationem, & productionẽ ſpiritusſancti.

ęquatas, quæ ſemper manent, ibi ſunt duæ productiones tantum, ſed in diuinis ſunt duo principia productiua an intra habentia productiones adequatas, quæ ſemper manent, ergo ſunt tantum duæ productiones. Prima pars minoris probatur ſic, pluralitas principiorum actiuorum in diuinis non pōt reduci ad vnitatẽ propter oppoſitũ modum principiandi, quia vnũ inclinatur liberè, aliud naturaliter, non etiam vnum poteſt reduci ad alterum, quia tũc quod reduceretur eſſet imperfectum ſecundũ totum genus ſuum, ſed pluralitas principiorum productiuorum, uel oportet quòd reducatur ad vnitatem quod eſſe non poteſt, ut patet ex prædictis, vel ad tantam paucitatẽ ad quantã poteſt reduci ad minus quàm ad dualitatem, ergo ſunt ibi duo principia productiua, ſecũda pars minoris probatur, quia memoria infinita habet notitiam genitam infinitã adequatam, quæ ſemper manent, & eodem modo uoluntas infinita habet amorem adequatum. Secundam concluſionem, ſcilicet quòd iſtæ productiones non ſunt eiuſdem rationis, ſed alterius probant aliqui ſic. Illa quæ ſũt eiuſdem rationis non poſſunt multiplicari niſi per materiam, ſed in diuinis non eſt materia, ergo non ſunt ibi duæ productiones eiuſdem rationis. ¶ Contra iſtam rationem adducit doctor noſter inſtantiam de angelis, quia cum angeli, ſecundum iſtum non habeant materiam non poſſunt eſſe plures in eadem ſpecie, & ſequuntur contra eum tres articuli condemnati Pariſijs à domino Stephano. Vnus dicit ſic, quia intelligentiæ non habent materiam, ideo Deus non poteſt facere plures angelos eiuſdem ſpeciei. Error ſecundus, quòd Deus non poſſit multiplicare indiuidua ſub eadem ſpecie ſine materia. Error tertius, quòd formæ non ſuſcipiant diuiſionem, niſi ſecundum materiam. Error. Niſi intelligatur de formis eductis de potentia materiæ, ergo de formis non eductis de potentia materiæ, ſicut eſt in propoſito hoc dicere eſt erroneum. Et præterea contra fundamentũ iſtius opinionis ſunt multæ auctoritates. Supponit enim, quòd multi-

De operationibus ad extra eſt tantum unum principium in diuinis, ſcilicet pater, filius, & ſpiritus ſanctus.

plicatio indiuiduorum fiat per materiam, quod improbat Comentator, & Anicenna, ſicut melius declarabitur libro ſecundo, quæ eſt tertia. Ideo probatur iſta aliter ſic. quando potentia exhauritur per unum actum poteſt in aliũ actum eiuſdem rationis, ſed in vnica filij generatione exhauritur tota potentia generandi, ergo non poteſt in alium actum eiuſdem rationis: Alio modo probatur eadem concluſio ſic per Scotum: Si poſſent eſſe ibi plures productiones eiuſdem rationis, ergo & infinitæ, & ſi poſſunt eſſe infinitæ, ergo neceſſario ſunt, quia nihil eſt ibi niſi neceſſarium, ultimum conſequens eſt impoſſibile, ergo & antecedens. Conſequentia probatur, quia quando natura non determinat vnum præciſe ſi poſſunt eſſe plures, & etiam infinitæ. ergo ſi in diuinis eſſent plures filij, ergo, & infiniti. Probatur per Auguſtinum, ubi vult, quòd ſi filius poſſet generare pater haberet nepotem, & tunc generatio non eſſet terminata, ſed poſſet ire in infinitum.

Vide Diuũ Tho. 1. par. ſumm. q. 7. artic. 1. 2. de anima cõm. 2. et 3. 2. met. c. ul.

Probatio Scoti.

Contra Maximũ hereticum. li. 1.

¶ Præterea quod eſt ex ſe quædam ſingularitas non poteſt multiplicari in plura eiuſdem rationis, ſed filiatio, ſiue ſpiratio eſt ex ſe quædam ſingularitas. ergo nullum illorum poteſt multiplicari in plura eiuſdem rationis. Vel ſic. Quicquid eſt de ſe hoc impoſſibile eſt, quòd plurificetur, quia quod non poteſt ab alio determinari, & eſt quantum eſt de ſe plurificabile: quia ratione poteſt eſſe in aliquibus pluribus, & in infinitis, ſed quodlibet vnius rationis in diuinis eſt de ſe hoc. Probatio, quia ſi non poteſt eſſe in pluribus, & qua ratione in pluribus, & infinitis, ergo nihil unius rationis in diuinis eſt plurificabile. ¶ Circa iſtas duas concluſiones ſunt aliqua dubia.

Illud dicitur de ſe hoc quòd eſt ex ſui natura ultima actualitate, & ordine, vt quando infans eſt in utero.

¶ Contra primam concluſionem arguitur ſic; Vnius naturæ eſt vnus modus communicandi ſecundum Comentatorem, ſed eſſentia diuina eſt una natura, ergo communicatur uno modo, & non duabus productionibus.

8. phyſico. comm. 46.

¶ Contra ſecundam cõcluſionem obijcitur dupliciter. Primo ſic. Motus, & productiones ſpecificantur ex terminis

per

5. phyſico. comm. 31. & inde,& ſpecialiter contex.48.

per Commentatorē ſed in generatione,& ſpiratione eſt vnus , & idem terminus formale,ſcilicet eſſentia,ergo generatio & ſpiratio ſunt unius rationis. Secundo ſic. habens principium formale producendi poteſt producere,ſed filius habet principium formale generandi, ergo poteſt generare,& ſic erunt duę generationes.

Lib. de incarnatione uerbi in fi. Lib. 2. de cælo,& mūdo cōm.42.

Quære Auicennam 15. de animal. et in tractatu de diluuijs ad hoc.

¶ Ad primum dico, quòd maior eſt falſa, ſic patet per Ambroſium. Nam Adam, & filius eius fuerunt eiuſdē naturæ ſpecificæ, & tamen Adam fuit a Deo per creationem, & filius ſuus ab eo per generationem. Contradicit etiam Commentator ſibiipſi, de igne excuſſo de lapide,& de igne ab alio genito qui ſunt eiuſdem naturæ ſpecificæ, & tamen per alium modum producendi,nec autoritas eſt ad propoſitum, quia illud dicit Commentator contra Auicēnam, cui impoſuit, quòd homo poterat generari equiuoce, ſicut & aialia quę generantur per putredinem ſine ſemine. ¶ Ad aliud dico, quòd motus non ſpecificantur præciſe ex terminis, quia motus rectus,& motus circularis,ut ponit philoſophus, poſſunt terminari ad idem numero, qui motus in tantum differunt, quòd non ſunt adinuicem comparabiles.

7. phiſi.cōtex. 21.

¶ Et eſt notandum, quòd iſta propoſitio motuum differentiū ſpecie ſunt termini differentes ſpecie: depēdet ex iſta, quòd forma fluens eſt eiuſdem rationis cum forma terminante, & ubi iſta eſt falſa etiam illa erit falſa, ſed in propoſito ita eſt, quia generatio eſt relatio, terminus autem formalis eſt eſſentia : quæ eſt aliquid abſolutum: quæ non ſunt eiuſdem rationis. Et ideo in propoſito illa maior eſt falſa. ¶ Ad tertium dico, quòd filius non poteſt generare, quia ſuppoſitum recipiens formā per productionem adequatam illi formæ non poteſt per illam formam producere, ſed illius recipit memoriam fecundam per productionem adequatam: illi memoriæ, ergo non poteſt generare ſiue producere alium filium.

Comm. 12. met.39.

DE TERTIO ARTICVLO eſt error Commentatoris qui deridet Chriſtianos, dicens ſic. Putauerunt aliqui trinitatem eſſe in diuina ſubſtantia, & uoluerunt euadere per hoc, quòd ſunt tres perſonæ, & unus Deus, & neſciuerunt euadere, quia cum ſubſtantia ſit unum : aggregatum eſt unum per intentionem vnam additam congregato. Sed hęc opinio eſt hæretica, & falſa. Et primo pono, quòd non repugnet eſſentię diuinæ, quòd in ea ſint plures perſonę. Secundo, quòd ſunt ibi tantum tres perſonæ. Primum probatur ſic. Eſſentia diuina eſt ſimpliciſſima, & illimitata, ſed propter ſuam ſimplicitatem poteſt eſſe in pluribus partibus corporis ſine ſui diminutione, & mutatione, ergo multo magis eſſentia diuina poteſt eſſe in pluribus ſuppoſitis.

Duplex cognitio,quæ dā apprehēſiua tantū, & ſic Auerroes nouit trinitatē in diuinis, qa apprehēdit illud quod expugnare nititur. Alio modo cognitione apprehenſiua, & adhęſiua, & talem cognitionem non cognouit, quia non adhæſit huic ueritati, Deus eſt trinus in perſonis, & vnus in eſſentia.

¶ Præterea eſſentia diuina eſt perfectio ſimpliciter, ſed perfectio ſimpliciter eſt pluribus communicabilis,ergo &c.

¶ Præterea, ſicut vna natura creata poteſt recipere ſupra ſe plures proprietates accidentales, ita natura diuina plures proprietates perſonales. Secundum, ſcilicet quòd ſint tantum tres perſonę in eſſentia diuina probatur ſic. Eſt enim ibi tantum vna perſona non producta, & vna producta per actum intellectus, & alia producta per actum voluntatis, ergo ſunt tantum tres. Duo ultima dicta, ſcilicet, quòd ſit vna producta per actum uoluntatis, & alia per actum intellectus; patent ex prędictis in ſecundo articulo. Quare autem ſit una perſona tantum non producta, patet ſic. quicquid poteſt eſſe in pluribus ſuppoſitis, & non determinatur ad certum numerum ſuppoſitorum per aliud a ſe ſi poteſt eſſe in pluribus poteſt eſſe in infinitis, & ſi eſt neceſſe eſſe neceſſario eſt, ſed tale eſt ſuppoſitum ingenitum; ergo ſi eſſent plures perſonæ non productæ eſſent infinitæ, quod eſt falſum.

¶ Præterea nulla pluralitas eſt ponenda ſine neceſſitate, ſed hic non eſt neceſſitas ad ponendum plures perſonas. ergo &c.

¶ Pręterea, eadem natura uidetur eſſe ex ſe immediatiſſime habere plures modos eſſendi, ſed oppoſitum ſequitur, ſi eſſent plura ſuppoſita non producta, ergo. & cætera. Aliqui autem ad uidendum illam compoſſibilitatem eſſentiæ

eſſentię diuinæ cum pluralitate perſonarum tractant hic, ſi eſt aliqua diſtinctio inter eſſentiam, & proprietatem relatiuam, quod ego nunc prætermitto vſque ad diſtinctionem 34. ¶ Ad primum principale dico, quòd conſequentia non ualet, iſtę relationes ſunt equalis dignitatis, ergo ſunt equales in numero, ſed eſt fallacia figuræ dictionis commutando quale in quid. ¶ Ad ſecundum patet ex dictis in ſecundo articulo, quare filius non poteſt generare.

Figura dictionis fit quando interpretatur non iſtam, uel diuerſam.

DISTINCTIO III.

Vtrum ens in ſua communitate acceptum dicatur uniuoce de Deo, & creatura?

Hoc idem quæritur Scotus primo ſent. diſtin. 3. q. 2.

D. Thomas prima parte. quæſtio. 13. Articul 5.

Franciſcus de Mayronis in prologo primi. ſent. q. 12.

QVAESTIO I.

Rom. 1.

APOSTOLVS namque ait. Circa iſtam diſtinctionem tertiam in qua tractat Magiſter de cognitione Dei per creaturas. Quęrit primo. Vtrū ens in ſua communitate acceptum dicatur uniuoce de Deo, & creatura? Quod non, quia Porphirius dicit. Si quis omnia entia uocēt equiuoce inquit nuncupabit ea, & nō uniuoce. ¶ Pręterea Commentator dicit quæ dicuntur de ſuperioribus, & inferioribus dicuntur equiuoce, ergo non uniuoce. ¶ Prærerea dicitur, quod ens dicitur de entibus, ſicut ſanum de ſanis, ſed ſanum dicitur de ſanis analogicæ, ergo &c ¶ Præterea plùs opponuntur Deus, & creatura quam decem genera, ſed ens non dicitur uniuoce de decem predicamentis, ergo &c. ¶ Contra, comparatio fit penes uniuocum, ſed Deus, & creatura comparantur in ente, ergo ens eſt uniuocum.

Cap de ſpecie.

Lib. de ſubſtantia orbis cap 2.

4. Met. con tex. 2.

5. Met con tex. 1. et 7. Met. contex 10

7 Phyſ con tex. 24.

¶ Circa iſtam quæſtionem ſunt quinque articuli. Primo ponetur vna propoſitio neceſſaria ad manifeſtationem ueritatis in ente. Secundo videbitur ſi ens ſit equiuocum. Tertio ſi ens eſt uniuocum. Quarto ſi illa uniuocatio eſt compoſſibiliter cum analogia. Quinto remouebuntur rationes doctorum, quibus nituntur tollere uniuocationē entis.

DE PRIMO articulo pono iſtam propoſitionem, quod ens habet proprium cōceptum, qui ex ſe non eſt Dei neque creaturæ, nec alicuius diuidentis ipſum primo, quod probatur ſic. Conceptus non conuertibilis cum aliquo habet proprium, & diſtinctum conceptum ab illo. Sed conceptus entis taliter ſe habet ad Deum, & ad creaturam, quia ſi Deus eſt, ergo ens eſt, & non è conuerſo. quinimmo conuertendo eſſet fallacia conſequentis, ergo ens habet proprium conceptum. ¶ Præterea, quia impoſſibile eſt eundem conceptū eſſe certum, & incertum eidem intellectui aliter contradictoria uerificarentur, de eodem, ſed conceptus entis eſt certus. Tū quia primo impreſſus animætum quia per ſe notus. Conceptus autem Dei, ſiue creaturæ non eſt certus cum in hoc dubitemus, ergo &c. ¶ Contra iſtam propoſitionem inſtatur, quia ſi ens haberet talem conceptum, tunc intentio entis poſſet abſtrahi a Deo, quod eſt inconueniēs. Tum quia Deus per natura eſt purū eſſe, tū quia poſſet intelligi non eſſe. ¶ Præterea, ille conceptus, cum ſit proprius, aut ſeipſo diſtinguitur a conceptu cuiuslibet entis ſpecialiter, & tunc erit nihil, aut alio: tunc quæro de illo in infinitum. ¶ Ad primum dico, quod peccat per equiuocationem, quia abſtractio eſt duplex. Vna per intellectum, ſicut ponit philoſophus quod abſtrahentium non eſt mendacium. Alia eſt abſtractio realis. Primo modo poteſt a Deo abſtrahi ratio entis concipiendo ens per indifferentiam. Secundo modo non poteſt abſtrahi a Deo ratio entis. ¶ Ad ſecundum concedo entis conceptum conceptibilem diſtingui ab alijs. Sed cum addis, ergo eſt nihil, uolo, ut opponitur

Talis conceptus non eſt communis Deo, et creaturæ cōmunitate reali, ſed ſolū cōmunitate rationis. Vide pro hoc Tataretū. 1. Met. 1. notabili.

Licet oppoſitum dicat Antonius Andreas. 1. Met. q. 1. et Scotus. 1. Sent. diſt. 8 q. 3. Soluēdo 3. Argumentum principali.

2. Phyſ con tex. 8.

Duplex obſtractio præciſiua, & diuiſiua, complexa & incomplexa.

enti

Vide Scotum in 4. ſent. diſtin. 50. q. vlt.

enti reali, ſed nego, ut opponitur conceptui per indifferentiam modi concipiendi fabricato. Et prima conſequentia nō ualet, quia quāuis diſtinguatur ab alijs, non tamen diſtinguitur à ſeipſo; & ſic nō ſequitur, quòd ſit nihil. quemadmodum intellectus ſeparatus ab alijs uiuentibus, non tamen ſequitur, ergo non viuit. quia non diſtinguitur a ſe. Ex dictis ſequitur correllarium, quòd ens habet conceptum latiſſimum, & confirmatur, quia ſuum oppoſitum. ſ. nihil habet conceptum latiſſimum ad omnes conceptus negatiuos, ergo ens habet conceptum latiſſimum ad omnes conceptus poſitiuos. Et hinc eſt, quòd Commentator dicit, quòd nihil eſt latius ente.

Correlariū.

Nihil eſt latius ente. 4. propoſitiōe de cauſis.

Quorundā eſt opinio, Ens eſſe æquiuocum vno modo.

DE SECVNDO articulo eſt vna opinio, quòd ens eſt equiuocū uno modo. Ad cuius euidentiam nota, ꝙ ſicut in rebus naturalibus ſunt quædam conditiones materiales, & quædam formales; ita & in conceptibus equiuocis, nam ibi & cōditio materialis, quia equiuoca non habent attributionem in eſſendo. Conditio autem formalis eſt, ꝙ conueniunt in nomine, & non in re.

¶ Ad propoſitum autem applicando dicit, quòd ens non eſt equiuocum quantum ad conditionem materialem, quia in ente eſt vera attributio in eſſendo, eſt tamen ens equiuocum quantum ad conditionem formalem, quod probatur ſic. Cui conuenit diffinitio equiuoci eſt equiuocum; ſed ens eſt huiuſmodi, quia dicitur ſecundum idem nomen, & non ſecundum eandem rationem. ergo &c.

¶ Iſta opinio ē falſa, & contra Ariſtotelem. Ens inquit dicitur multis modis, & non equiuoce, & idem dicit Commentator, hoc nomen ens dicitur equiuoce. Et Algazel dicit, aliqui putauerunt ens dici æquiuoce, & hoc eſt falſum. ¶ Præterea principium primum per quod tenet prima, & potentiſſima demonſtratio non ſubdatur in termino equiuoco, quia alias tota argumentatio eſſet equiuoca. Sed illud principium fundatur in ente, ergo ens non eſt equiuocum.

4. met. con-tex. 2.

1. met. ſuę, tract. 1. c. 2

¶ Præterea terminus condictionis non eſt equiuocus, quia condictio eſt vnius & eiuſdem non tantum nominis, ſed & rei. Sed ens eſt extremum, ſiue terminus cōtradictionis, ergo nō eſt equiuocū. ¶ Præterea in æquiuocis non eſt comparatio ſecundum philoſophum, ſed in ente eſt ueriſſima comparatio, quia ſubſtantia eſt perfectius ens quàm muſca, & Deus eſt perfectius ens, quam muſca, ergo ens non eſt equiuocum. Nec ualet ratio opinionis. Supponit enim in minori, quòd ens non habeat rationem, ſiue conceptum per ſe vnū. cuius contrarium probatum eſt in primo articulo, vnde ens in ſua propria acceptione dicitur de omnibus ſecundū unam rationem.

1. Elenchorum.

7. phiſico. conte. 24.

DE TERTIO ARTICVLO communis ſententia doctorum eſt, ꝙ ens dicat conceptum analogum, & non uniuocum. Rationes autē eorum nunc pretermitto, ſed ponam eas in quinto articulo, ubi ſoluentur. Et dico primo, quòd ens eſt uere uniuocum. Secundo declarabo qualis eſt iſta vniuocatio. Primum probo ſic. Omnis intellectus certus de vno conceptu, & dubius de diuerſis, uel duobus, habet alium conceptum de quo eſt certus, ab illis de quibus eſt dubius. Sed intellectus meus eſt certus de Deo, quòd eſt ens. Dubitat autem utrum ſit hoc ens, vel hoc ens. Et eodem modo de creatura, ergo eodem modo conceptus entis de ſe nec eſt Dei, nec creaturæ, in utroque tamen includitur eſſentialiter. Et hoc concludebatur in propoſitione propoſita in primo articulo.

Communis opinio ē ens eſſe Analogum. Vide Ariſt. 4. met. con. 2.

Vide Scotū in 1. diſtin. 3. q. 2.

Cui additur talis ratio. Omnis conceptus, qui reſpectu aliquorum duorum eſt neuter, & in vtroque includitur eſſentialiter eſt conceptus vniuocus, ſed conceptus entis eſt huiuſmodi, ut patet ex dictis, ergo conceptus entis eſt vniuocus. Reſpondeo ad iſtam rationem negando maiorem primi ſyllogiſmi: quia conceptus hominis, & conceptus huius hominis ſunt unus conceptus, & tamen poſſum eſſe certus, quòd aliquis ſit homo dubitando tamen an ſit iſte homo, uel ille. Sed iſta reſponſio non valet. Tum quia ſupponit falſum, ſcilicet ꝙ indiuiduum uagum, & indiuiduum ſignatum dicant eundem conceptum. Tu quin idem conceptus poſſet eſſe cer-

Vide hoc originaliter in Rogazele in ſua metaphiſica.

tus

tus, & non certus: quia dubium equipollet non certo, & ſic de eodem verificarentur contradictoria. Alias rationes omitto, quia modicum ualent.

Pulchræ rationis quõ ens ſit uniuocum.

¶ Præterea arguitur ad principale ſic. Si ens non eſſet uniuocum, ſequitur, quòd non poſſemus habere aliquem cõceptum quiditatiuum de Deo, quod eſt falſum. Probatio conſequentiæ, nihil cauſatur naturaliter in intellectu noſtro niſi ab his quæ ſunt naturaliter motiua intellectus noſtri: ſed hæc ſunt fantaſmata, & obiectum relucens in fantaſmate, ergo nihil cauſatur in intellectu noſtro naturaliter, niſi uirtute iſtorum. Sed negata vniuocatione entis obiectum non poterit mouere ad conceptum quiditatiuum Dei, ergo. Probatio iſtius aſſumpti cauſa adæquata habet cauſa re conceptum quiditatiuum, qui continetur in ea eſſentialiter, uel uirtualiter, ſed ibi non eſt continentia eſſentialis, quia negas uniuocationem, nec uirtualis, quia nullum imperfectum continet uirtualiter ſuum perfectius, ergo &c. ¶ Præterea illud, quod dicitur ſecundum idem nomen, & ſecundum eandem rationẽ dicitur uniuoce, ſed ens eſt huiuſmodi. ergo &c. Probatio minoris quòd ens dicatur ſecundum idem nomen patet, quòd autem dicatur ſecundum eandem rationem probatur ex dictis in primo articulo, ubi probatum eſt, quòd ens habet propriam rationem. ¶ Præterea primum principium fundatur in termino uniuoco, ſed primum principium fundatur in ente. ergo ens eſt uniuocũ. Vltimo poteſt probari, quia inquiſitio metaphiſicalis procedit circa Deum accipiendo, quod eſt perfectionis in creatura ponendo illud in Deo: ſed iſta inquiſitio eſſet nulla negata vniuocatione entis. ergo. ¶ Sed ulterius reſtat hic uidere qualis eſt iſta uniuocatio entis. Et dicunt aliqui, quòd eſt realis realitate obiectiua. Sed hoc non credo eſſe uerum, quia ſe totis diſtinctis realiter nihil eſt commune realiter, ſed Deus, & creatura ſunt huiuſmodi, aliter Deus non eſſet ſimpliciter ſimplex, ergo non conueniunt in aliquo, ſiue in ente realiter. ¶ Præterea quæ conueniunt in ente realiter illud ſimpliciter

Vniuocatio entis qualis ſit.

eſt prius illis, ſed nihil eſt prius ſimpliciter Deo, & creatura, ergo non conueniunt in ente realiter. ¶ Præterea impoſſibile eſt eandem entitatem eſſe realiter neceſſariam, & contingẽtẽ, ſed quicquid eſt in Deo eſt neceſſarium; quicquid autem eſt in creatura eſt contingens, ergo Deus, & creatura nõ conueniunt in ente realiter. Dico ergo, quòd uniuocatio entis non eſt realis; ſed eſt accipienda ex indifferentia modi concipiendi. ¶ Ad cuius euidentiã eſt notãdum, quòd antiqui philoſophi diuerſimode fuerunt locuti de vniuocatione. Nam Parmenides, (ut recitat Comentator) poſuit vniuocationem in vnitate numerali. Plato verò, ſecundum quòd ei impoſuit philoſophus poſuit uniuocationem in aliquo vno realiter ſeparato, vnde ſecundum ipſum omnes homines vniuocantur in quodã homine ſeparato, quem per ſe dicebat hominem. Ariſtoteles uerò ponit vniuocationem in aliqua una, nam ratione ſolum ſeparata abſtrahibiliter, & cõceptibiliter, & iſta competunt enti. Et ad hoc eſt notandum, quòd ſicut poteſt eſſe duplex ratio in qua aliqua conueniunt, ita poteſt eſſe duplex uniuocatio. nam aliqua conueniunt in ratione trãſcendenti, aliqua conueniũt in rõne prędicamentali. Ideo eſt quædam uniuocatio tranſcendens, & quædam prædicamentalis. Et prima uniuocatio conuenit enti. Secunda non. Et ideò omnes auctoritates, quæ remouent uniuocationem ab ente ſunt intelligendæ de vniuocatione prædicamentali, & non de tranſcendenti.

Vniuocatio entis nõ eſt realis.

3. met. cõm. 16.

Duplex ratio in qua aliqua conueniunt.

Duplex uniuocatio.

Ad quæſtionem ſecundum mentẽ propriam.

DE QVARTO articulo dico duas concluſiones. Prima, quòd uniuocatio entis ſi ponitur realis non eſt compoſſibilis cum analogia. Secunda quòd uniuocatio entis ſi ponitur per indifferentiam modi concipiendi, ſicut eſt expoſitum in articulo præcedenti, eſt compoſſibilis cum analogia. ¶ Prima concluſio probatur ſic. Eſſe aliquid plura ſimpliciter, & unum ſimpliciter nõ eſt compoſſibile, ſed uniuocatio realis dicit unitatem ſimpliciter; analogia uerò dicit pluralitatẽ ſimpliciter, ergo. ¶ Præterea formaliter, repugnãtia nõ ſunt cõpoſſibilia in eodem, ſed uera analogia,

Quõ uniuocatio ſit cõpoſſibilis cũ analogia.

& uni

& uniuocatio realis formaliter repugnant, ergo non ſunt compoſſibiles. Probatio minoris. Nam analogia includit rationem prioris, & poſterioris, uniuocatio uero non includit iſta. ¶ Secunda concluſio probatur ſic. Non magis repugnat in ente vniuocatio, & analogia quam in quocunque genere reſpectu ſuarum ſpecierum: ſed in generè ponitur uniuocatio per indifferentiā modi concipiendi, & iſta non excludit analogiam, quia inter ſpecies eiuſdem generis eſt attributio, ergo in ente ſtat uniuocatio expoſita, & analogia.

4. thopico. c.3. Præterea genus uere prædicatur uniuoce, & uere prædicatur analogice, quia ſecundum prius, & poſterius, ergo iſta
4.met.contex. 2. adinuicem non repugnant, & ſic in ente poteſt ſtare uniuocatio, & analogia,
Vniuocatio & Analogia poſſunt ſimul eſſe. & per hoc patet ad omnes auctoritates ſanctorum, & philoſophorum, cum dicunt ens eſſe analogum, & per hoc non excluditur vniuocatio, quia poſſunt ſimul ſtare uniuocatio expoſita in præcedenti articulo, & analogia in ente.

DE QVINTO articulo in quo ponendæ ſunt rationes doctorum, quæ improbant vniuocationem entis, eſt ſciendum, quòd contra iſtam opi-
Lib. 1. poſt. nionem arguit Lincoñ. ſic. Si ens dicitur vniuoce non poteſt diſtrahi in multitudinem, niſi per differentias, quarum nulla eſt ens, ſed impoſſibile eſt ens diſtrahi, uel contrahi per differentias, quia tunc contraheretur per illud, quod non eſſet, quia entis non sũt
3.met.contex. 10. differentiæ, ergo ens non eſt vniuocũ. ¶ Præterea Diuus Thomas arguit ad idem. Effectus non adequans uirtutem ſuæ cauſæ non conuenit in aliquo vniuoce cum ſua cauſa. Exemplum, nam
D. Thom. 1. parte ſummæ. q 13. articulo 5. ignis genitus a ſole non dicitur uniuoce cum ſua cauſa. Exemplum, nã ignis genitus a ſole nón dicitur uniuoce calidus cum ſole, ſed creatura eſt effectus Dei, non adequans uirtutem illius, ergo nihil dicitur vniuoce de Deo, &
Lib. 1. contra Gentiles exẽplũ. creatura. ¶ Præterea idem Doctor probat hoc idem ſic; quæ non habent ſimilem modum eſſendi non uniuocantur in aliquo. Exemplum de domo extra, & de domo in mente; ſed Deus & creatura non habent ſimilem modum eſſendi, ergo non vniuocantur in ente. Præterea quòd prædicatur uniuoce de aliquo eſt ſimplicius eo de quo prædicatur; ſed nihil eſt ſimplicius Deo, ergo nihil dicitur vniuoce de Deo, & creatura. ¶ Præterea quod dicitur de aliquo ſecundum prius, & poſterius non dicitur uniuocè, ſed ens dicitur de Deo, & creatura ſecundum prius, & poſterius: ergo non dicitur vniuoce.

¶ Alius ſcilicet Gerardus Carmelita arguit ad idem ſic. *Opinio Gerhardi Carmelitæ quo. lib. 1. q. 1.* Motui ad formam, & motui ad ubi nihil eſt commune vniuocum, ergo multo magis nec Deo, nec creaturæ, & decem prædicamentis. ¶ Præterea cauſa per ſe, & cauſatum per ſe non vniuocantur, ſed entitas Dei eſt cauſa totius entitatis creaturæ; ergo. ¶ Præterea uniuoca parificantur in noĩe, & in rõne, ſed impoſſibile eſt Deũ parificari: ergo impoſſibile eſt Deũ, & creaturã vniuocari in aliquo. ¶ Pręterea quando aliqua vniuocantur, ſi unum eſt infinitum, & reliquum: & ſi unum eſt creatum, & reliquum, & ſi unum eſt defectiuum, & reliquum, ergo ſi Deus, & creatura vniuocantur, ſequitur, quòd ſicut creatura eſt finita, & creata, & defectiua, quòd ita Deus erit creatus, finitus, & defectiuus.

¶ Præterea ad idem Diuus Thomas *D. Tho. ubi ſupra.* arguit ſic. Conceptui comprehenſiuo & non comprehenſiuo nihil eſt commune vniuocum, ſed conceptus creaturæ eſt comprehenſiuus, conceptus autem Dei non eſt comprehenſiuus. ergo &c.

¶ Præterea ad idem arguit alius doctor ſic. Menſura, & menſurato nihil eſt commune uniuocum; ſed Deus eſt menſura omnium creaturarum. ergo.

¶ Præterea Scotus mouet contra ſe, *Scotus obÿcit ſibi ipſi.* ideſt contra vniuocationem entis aliqua dubia ualde difficilia. Primum. Si ens eſt vniuocum, ergo ens eſt genus. Cuius contrarium tenet Philoſophus. probatur, quia ſi ens eſt vniuocum, tunc dicitur de pluribus differentibus ſpecie in eo, quòd quid, & illa eſt propria ratio generis.

¶ Pręterea, Si ens eſt uniuocum ad decem genera, ergo deſcendit in ea per aliquas differentias, *3. met. contex. 10.* ſint igitur iſtæ differentiæ. A. & B. aut igitur iſtæ differentiæ includunt ens, & ſic in conceptu cuiuslibet

iuslibet

cuiuſlibet generis generaliſſimi includitur nugatio. Aut non ſunt entiũ, & tunc non ens erit de conceptu entis, ſicut de conceptu ſpeciei. ¶ Pręterea quæ ſunt primo ſeipſis diuerſa nihil eſt eis commune vniuocum, ſed Deus, & creatura ſunt primo ſeipſis diuerſa, ergo nihil eſt eis commune vniuocum.

tex. 15. 4 met. contex. 15.

¶ Præterea illis quæ ſunt ſub extremis conditionibus nihil eſt cõmune vniuocum, ſed Deus & creatura ſunt ſub extremis cõtradictionibus, quia Deus eſt à ſe, & creatura non à ſe. ¶ Pręterea ubi eſt unitas attributionis, ibi non eſt unitas vniuocationis, quia attributio ponit ordinem, vniuocatio autem excludit ordinem, ſed in ente eſt vnitas attributionis, ergo in ente non eſt unitas vniuocationis. Quamuis iſtę rationes ſint ſatis apparentes, & magnorum virorum, quorum intellectum non attingo: non tamen ſunt ſunt neceſſario cogentes. ¶ Ad primum dico, quòd ipſe intendit remouere uniuocationem prędicamentalem ab ente, quam ego non pono, quia illam dico tranſcendentem. Ad probationem eius oportet videre quomodo, & qualiter ens dicatur de ultimis differentijs. Quia non dicitur de eis quiditatiuè cum ſint primo ſeipſis diuerſę; dicitur autem de eis denominatiuè ſolum, ſicut ponit Auicenna.

5. met in fine c. 6.

Ad formam igitur argumenti cum dicitur, quòd nihil contrahitur per illud quòd non eſt, conceditur, ſed cum ulterius dicitur, quòd entis non ſunt differentiæ, dico, quòd ens non habet differentias, quę includunt ipſum quiditatiuè: dicitur tamen de eis denominatiue.

Gulielmus Occham 1. ſent. diſt. 2. q. 9.

¶ Contra hoc obijcitur ſic, vnumquodque per ſuam rationem formalem qua diſtinguitur a non ente includit ens non enti oppoſitum. Sed differentię ultimę per ſuam rationem formalem diſtinguuntur à non ente, ergo includunt ens non enti oppoſitum, & ſic ſunt quiditatiuè ens. ¶ Prætereà ultimæ differentię aut addunt aliquid, aut nihil, non nihil, ergo aliquid, & de illo addito quæritur, quia aut eſt ens per ſe, & habetur propoſitum, aut per aliquid aliud, & ſic quæreretur de illo in infinitum. Iſtę rationes modicum ualent, & quod probent falſum patet per Auicennam, vbi ſupra, ubi ſic, ait.

5. met. ubi ſupra.

Oportet ſcire, quòd differentiæ ſubiectę non ſunt ſubiectæ primo: ſed concomitantur eas eſſe ſubiectas, quia non prædicantur de ea vniuoce, ſed denominatiue. Et exemplum ſuum eſt ibi de rationali. Primum etiam argumentum non habet formam bonam, quod patet ſic. Vnumquodque animal per eandem rationem formalem qua diſtinguitur a non animali includit animalitatem, non animalitati oppoſitam, ſed quodlibet animal per rationem animalitatis diſtinguitur a non animali, ergo quodlibet animal per rationem animalitatis includit animalitatem, non animalitati oppoſitam, & ſic ſequitur nugatio. Et ſic dico, quòd maior eſt falſa, ſi iſte terminus vnumquodque diſtribuit pro entibus realibus, & formalibus, & ſic ultimæ differentiæ ſunt entia denominatiue, non tamen quiditatiuè in eſſe reali, ſed in eſſe diminuto quod uocatur formale, non à forma, ſed a modo.

Formale nõ uocatur a forma ſed a modo.

¶ Ad ſecundum cum quærit ſi illud additum ſit ens per ſe; dico, quòd ſeipſo formaliter eſt illud quod eſt, & cum infers, ergo eſt per ſe ens; nego conſequentiam, quia plus accipitur de conſequente, quàm in antecedente; in antecedente enim accipitur formalitas præciſe quæ nihil aliud eſt quam ipſamet. Et ex iſta prædicatione formali infert entitatẽ ibi realiter abſolutam.

Ad argumentum primũ D. Tho.

¶ Ad primum dico per interemptionẽ maioris; nam ſol producit plantam, quę non habet ſimilem formam cum ſole, & tamẽ uniuocatur in ſubiecta. Et ſi maior illa habet aliquã probabilitatẽ, non tamen eſt uera, niſi de vniuocatione ſpecifica, & reali, & qualis non ponitur vniuocatio entis. Et eodẽ mõ ad aliud. Concedo. n. q. illa quæ non habent cõſimilem modum eſſendi non vniuocantur vniuocatione ſpecifica reali, ſed non repugnat eis uniuocatio tranſcendens per indifferentiam modi concipiendi.

Quomõ aliquid poſſit eſſe ſimplicius Deo.

¶ Ad aliud dico, quòd licet in re nihil poſſit eſſe ſimplicius Deo, tamen non eſt inconueniens ſecundum intellectum eſſe aliquem conceptum ſimpliciſſimum, quo nihil eſt ſimplicius.

¶ Ad aliud dico, quòd ens dicitur de entibus ſm̃ prius, & poſterius, quãtũ ad ratio

nes

nes particulares. ſed ratio propria entis
non dicitur ſic ſecundum prius,& poſte
rius. immo abſtrahit a priori, & poſte-
riori, uel per alia uerba. ens dicitur de
entibus ſecundum prius,& poſterius in
attributione reali.ſed cum hoc ſtat uni-
uocatio rationis trāſcendentis. ut patet
ex quarto articulo. ¶ Ad aliud dico,
quòd antecedens eſt falſum,& petit prin
cipium.uel ſi habet aliquam apparentiā
illud eſt uerum de uniuocatione, quæ
eſt in genere, & non de uniuocatione,
quæ eſt tranſcendens. ¶ Ad aliud dico,
quòd maior eſt falſa. nam ſol eſt cauſa
plantæ, & tamen vniuocantur in ſubie-
cto, uel ſi maior eſt uera habet apparen-
tiam in uniuocatione, quæ eſt in gene-
re.¶ Ad aliud dico, quòd argumentatio
illa ualet. arguitur enim ſic quaſi in ſi-
mili.uniuoca parificantur in nomine,&
ratione. ſed homo,& muſca non parifi-
cantur in ratione animalis. quia homo
perfectius participat rationem anima-
lis, quam muſca. ergo homo, & muſca
non uniuocantur in animali, quod eſt
falſum.Dico ergo,quòd ad hoc,quòd ali
qua uniuocētur in aliquo ſufficit, quòd
illa ratio per indifferentiam ſe habeat
ad ea. ¶ Ad aliud concedo,ꝙ maior eſt
uera de uniuocatione ſpecifica, & reali,
ſed non eſt uera de uniuocatione traſcē
denti qualis ponitur uniuocatio entis.
Et eodem modo ad aliud illius doctoris
de conceptu comprehenſiuo, & non cō
prehenſiuo. Et ſimiliter ad aliud de mē-
ſura,& menſurato. Et prætereà illud ar-
gumentum habet magnam inſtantiam
de albedine. nam albedo eſt menſura
omnium colorum, & tamen aliquod di-
citur uniuoce de albedine,& alijs colo-
ribus. ¶ Ad dubia quæ mouet Scotus cō
tra uniuocationem entis. ¶ Ad primum
cum dicitur. Si ens eſſet vniuocum tūc
ens eſſet genus. dico ſi ens eſſet vniuo-
cū uniuocatione prædicamentali certū
eſt,quòd eſſet genus,ſed vniuocatio en
tis non ſic ponitur. quia eſt uniuocatio
tranſcendēs nō prædicamētalis: & ideo
non eſt genus.Et cum arguitur ulterius
per hoc quòd ratio generis eſt prædica
ri de pluribus differentibus ſpecie.dico,
quod genus quando prædicatur de plu-
ribus differentibus ſpecie nō habet in-
differentiam ad finitum, & infinitum,&

Ad argumentū Ghirardi Carmelitę.

Ad aliud argumentū ipſius. D. Thomæ.

Reſpōdet ad dubia quæ mouet Scotus.

neceſſe,& poſſibile.ſicut ens,ut ponitur
tranſcendens, ideo ens ſic ſumptum nō
eſt genus. Aliter poteſt dici, quod phi-
loſophus remouet ab ente rationem ge
neris. quia dicitur de per ſe, & in quid
de aliqua differentia, omnes enim diffe
rentiæ tam immediatæ, quàm inferiores
ſunt extra rationē generis prædicamē-
talis. ſed ens prædicatur in quid de oī-
bus differentijs præterquam de ultimis
differentijs,& de paſſionibus entis,quæ
ſunt per ſe non ens quiditatiue licet uir
tualiter contineantur ab ente. Nam dif
ferentia eſt duplex, quædam eſt ſumpta
a parte eſſentiali,quædam eſt ſumpta ab
ultima realitate formę. Prima includit
ens quiditatiue,ſecunda non,ut dictum
eſt ſupra,& probatum per Auicennam.
¶ Ad aliud dicitur ſicut ad rationē Lin
con.contra uniuocationem entis, quia
eadem difficultas eſt. ¶ Ad aliud dico,
ꝙ licet Deus, & creatura ſint pro ſeipſis
diuerſa in realitatibus nō tamē ſunt pro
ſeipſis diuerſa in cōceptu.poſſunt enim
aliqua diſtingui in re, & conuenire in
conceptu quiditatiuo. ¶ Ad aliud dico,
quòd illud argumentum intendit oſten
dere,aut quod Deus,& creatura ſint ſub
extremis contradictionis formaliter, &
illud non eſt uerum quia creatura non
eſt preciſe non a ſe, nec Deus dicitur
preciſe hoc quod non eſt ab alio, quia
chimera etiam dicitur non ab alio. Aut
argumentum accipit extrema contradi-
ctionis materialiter. & tunc negetur ma
ior. nam omnia per ſe diuidentia ali-
quod commune ſunt talia,quòd de ipſis
dicuntur extrema contradictionis, & ta
men vniuocantur in ipſo diuiſo.¶ Ad ul
timum dico,quòd ubi eſt unitas attribu
tionis in re ibi non eſt uniuocatio realis
ſed ubi eſt attributio uera ibi poteſt ſta
re vniuocatio fabricata per indifferen-
tiam modi concipiendi ſicut eſt in quar
to articulo ¶ Ad primum principale di-
co, quòd ipſe allegat alium dicēdo ęqui
uoce inquit nuncupabit.quis inquit Ari
ſtoteles.ſed in Ariſtotele hoc nō iueni.
Ideo eſt ſciendum quòd per equiuoca-
tionem quandoque accipitur analogia,
& ſic Porphirius uocat ibi equiuocum
analogum. tamen illa analogia eſt
compoſſibilis uniuocationi ut dictum
eſt ſupra. Eodem modo dicitur ad
con-

Differentia duplex.

Deus, & creatura cōueniunt in cōceptu entis, differunt in realitate, & eſſentialiter.

Nō inuenitur uerba Ariſt. dixerit illa n propoſitionem.

Cōmẽt. Aliter aũt poteſt dici, ꝙ ipſi excludunt ab ente vniuocationem prędicamentalem. ¶ Ad aliud dico, quòd philoſophus ponit attributionem inter ſpecies eiuſdem generis, & tamen vniuocantur in genere. Ita eſt in propoſito. Ens dicitur de entibus analogice, & tamen eſt ibi vniuocatio. ¶ Ad ultimũ dico, quòd minor eſt falſa, uel ſi eſt vera non eſt intelligenda niſi de vniuocatione in genere, & nõ de tranſcendẽti.

4. met. con tex. 15.

Vtrum quiditas rei materialis ſit primũ obiectum intellectus noſtri ex natura potentiæ.

Hoc idem quærit Scotus in 1. ſentent. 3. q. 3. D. Thomas prima parte q. 85. artic. 1.

QVAESTIO II.

SECVNDO quæritur. Vtrum quiditas rei materialis ſit primum obiectum intellectus noſtri, ex natura potentiæ. Et uidetur quòd ſic, quia obiectum proportionatur potentiæ, ſed obiectum potentiæ immaterialis puta intellectus diuini eſt quiditas immaterialis, ergo obiectum intellectus noſtri qui eſt coniunctus materiæ erit quiditas materialis. ¶ Præterea infimus intellectus habet infimum intelligibile pro obiecto, ſed intellectus noſter eſt infimus in genere intellectuum, ſecundũ Commẽtatorem, ergo habet infimum intelligibilẽ pro obiecto, ſed illud eſt quiditas rei materialis. ergo &c. ¶ Præterea ſicut color ſe habet ad uiſum, ſic fantaſmata ad intellectum, ſed color eſt primum obiectum uiſus, ergo fantaſma eſt primum obiectum intellectus, ſed fantaſma eſt quiditas rei materialis fantaſiabilis, ergo &c. ¶ præterea illud eſt primum obiectum intellectus circa quod intellectus habet propriam rationem ſiue operationem: ſed iſtud eſt fantaſma. quia nihil agit intellectus ſine fantaſmate, ergo &c. ¶ Preterea ultimo ſic: primum obiectum intellectus, uel quiditas immaterialis, uel eſt quiditas materialis, uel aliquod commune vniuocum utrique quiditati, ſed non eſt quiditas immaterialis: patet de ſe, nec aliquid cõmune uniuocum utriq; quiditati, quia nihil tale videtur poni, ergo eſt quiditas materialis.

3. de anima comm. 19.

¶ In contrarium arguitur per Auicennam, qui ponit ens primũ obiectum intellectus. ¶ Circa iſtam quæſtionem ſunt quattuor articuli, ſecundum, quòd de ea ſunt quatuor principales opiniones.

1. met c. 16

¶ Prima eſt D. Thomæ, ſcilicet, quòd primum obiectum intellectus noſtri eſt quiditas materialis. Ad hoc adducuntur à diuerſis quinque rationes factæ in principio quæſtionis.

D. Tho pri. parte ſummæ. q. 12. arti 4. & q. 85. ar. 1.

¶ Cõtra iſtam opinionem arguitur ſic. Impoſſibile eſt, quòd potentia manens eadem potentia ſecundum ſpeciem habeat actum circa aliquod, quod non continetur ſub eius primo obiecto. ſed intellectus noſter manens eadẽ potentia habebit primum actũ circa ſubiectas immateriales, ergo quiditas materialis non eſt primũ obiectum intellectus noſtri. ¶ Præt. primum ſubiectũ habitus nõ excedit primũ obiectum potẽtiæ, cuius eſt ille habitus, ſed metaphiſica eſt habitus intellectus, ergo primũ ſubiectũ metaphiſicæ non excedit primũ obiectũ intellectus, ſed ſubiectũ metaphiſicæ eſt ens inquantũ ens, ergo cũ quiditas materialis ſit inferior ad ens nõ erit primũ obiectum intellectus noſtri.

4. met contex. 1.

¶ Pręt. potẽtia, quæ abſtrahit à fantaſmate habet obiectum latius fantaſmate, ſed intellectus abſtrahit à fantaſmate, ergo habet obiectũ latius fantaſmate, & per conſequens fantaſma, ſiue quiditas materialis, ut ipſi accipiũt, nõ eſt primũ obiectum intellectus noſtri. ¶ Præterea ſicut intellectus immaterialis ſe hẽt ad quiditates immateriales, ita intellectus materialis ad quiditates materiales, ſed primũ obiectũ intellectus immaterialis, puta intellectus angeli, (quem ipſi ponunt immaterialem) non eſt præciſe quiditas immaterialis cũ ẽt intelligat quiditates materiales, er ergo intellectus noſter coniunctus materiæ non hẽt præciſe pro obiecto quiditatẽ materialẽ. Ad rõnes oppoſitas patebit in fine quæſtionis. ¶ Secũda opinio, ꝙ primũ obiectũ intellectus noſtri eſt Deus, quod probatur ſic. Primum, & perfectiſſimum in vnoquoq; genere eſt cauſa alijs ut ſint talia, ex ſecũdo metaphiſicæ, ſed Deus eſt perfectiſſimum cognitum, ergo eſt cauſa alijs, ut ſint co

9. et quoli. 13. q. 9.

gnita

gnita, ſed illud cõuenit primo obiecto, ergo Deus eſt primum obiectum intellectus noſtri. Præterea vnumquodque ſicut ſe habet ad eſſe, ita & ad cognoſci, ſed nihil eſt ens per participationem, niſi ab entitate participata; ergo nihil cognoſcitur niſi per rationem entis imparticipati.i.Dei, ſed hoc eſt de ratione primi obiecti potẽtiæ, ergo Deus eſt primum obiectum intellectus. ¶ Si iſta opinio intendit dicere, quòd Deus ſit primum obiectum intellectus primitate perfectionis ſimpliciter, illud eſt bene dictum, ſed de hoc nõ quæritur hic. Si autem intendit dicere, quòd Deus ſit primum obiectum intellectus primitate adequationis ſicut ſonant ſuæ rationes hoc non poteſt ſtare. Primo quia obiectum adequatum habet naturalem ordinem ad intellectum noſtrum, niſi ſub generali ratione, ſcilicet ſub ratione entis, ergo Deus iſto modo erit obiectum intellectus, puta ſub ratione entis, ergo. Et ſic melius eſt dicere. Ens eſt primum obiectũ intellectus. ¶ Præt primũ obiectum potentiæ debet habere communitatem prædicationis, vel uirtualitatis, ſed Deus non eſt huiuſmodi, quia non dicitur in quid de omni intelligibili, nec etiam iuuat cõtinentia uirtualis, quia entia mouent propria uirtute ad intellectionem propriam, ergo Deus non eſt propriũ obiectum intellectus. ¶ Præterea obiectum naturale, & primũ obiectum potentiæ eſt naturaliter motiuum potentiæ, ſed Deus non eſt naturaliter motiuus noſtri intellectus, quia eſt obiectum uoluntarium, ergo &c. ¶ Ad primum opinionis dico, quòd non ſemper perfectiſſimum eſt cauſa imperfectioris comparando imperfecta ad tertium ſicut perfectum album non eſt cauſa viſibilitatis omnibus uiſibilibus, uel ſi eſt cauſa non tamen præciſa, & adæquata. eodem modo Deus non eſt cauſa intelligibilitatis præciſa. Primum autem obiectum, de quo hic loquimur, debet eſſe cauſa præciſa, & adequata. ¶ Ad ſecundum dico, quòd ſi ſillogiſmus arguit recte debet inferri iſta concluſio, quòd nullum ens participatum poteſt cognoſci, niſi ſit ens ab ente imparticipato. Inferendo autem illam concluſionem, quæ inferebatur in argumento erunt in

2 me. cont. 4.

ſyllogiſmo quatuor termini; quia ponitur in concluſione unus terminus de cognito, qui non ponebatur in aliqua premiſſarum. ¶ Tertia opinio eſt communis multis, quòd primum obiectum intellectus eſt ens ratione veri, quod probatur ſic, diſtinctæ potentiæ habent diſtincta obiecta formalia: ſed intellectus & uoluntas ſunt diſtinctæ potentiæ, & primum obiectum uolũtatis eſt ens ſub ratione boni, ergo primum obiectum intellectus eſt ens ſub ratione ueri. ¶ Præterea ſub illa ratione eſt aliquid obiectum primum potẽtiæ ſub qua mouet potentiam, ſed ens ſub ratione ueri mouet intellectum, per Anſel. de ueritate, qui dicit quòd ueritas eſt rectitudo ſola mente perceptibilis, ergo &c.

Anſelm loquens de ueritate.

¶ Contra iſtam opinionem arguitur ſic, primum obiectum potentiæ debet habere duplicem communitatem, uel ad minus alteram, ſcilicet prædicationis, & uirtualitatis. Sed verũ non habet communitatem prędicationis; quia non dicitur in quid de ente cũ ſit eius paſſio, nec hẽt cõmunitatẽ uirtutis; quia hoc verũ, quod eſt in lapide non continet virtualiter lapidẽ; ſed potius ecõtrario lapis cõtinet uerum. ¶ Præt. primũ ſubiectũ habitus nõ procedit naturaliter obiectum primũ potẽtię, cuius eſt iſte habitus, ſed ens eſt obiectũ metaphiſicæ, ergo uerũ nõ eſt obiectum intellectus, quia aliter obiectum præcederet obiectũ potẽtiæ. ¶ Ad primũ opinionis dico, ꝙ eſt ad oppoſitum, quia ſicut uolũtas non põt habere actum circa ignotum; ita nõ põt appetere aliquid ſub rõne aliqua, quæ ſit penitus ignota, ergo bonum nõ eſt præciſe obiectum uoluntatis, cũ aſpiciatur per ſe ab intellectu, & ſimiliter uerũ nõ eſt præciſum obiectũ intellectus. Cũ uerò dr̃, ꝙ diſtinctè potẽtiæ habẽt diſtincta obiecta, eſt dicendũ, ꝙ diſtinctę potẽtiæ ſunt in triplici differẽtia, quia sũt quædã potẽtiæ oĩno diſperatę ſicut potentię particulares ſenſitiuæ, & iſtę hñt per ſe diſtincta obiecta. Secundæ ſunt potẽtiæ ſubordinatę, & hoc dupliciter, vel in eodem genere, ut ſenſus particularis, & ſenſus communis, uel in diuerſis generibus, quia una actiua, reliqua paſſiua, uel ſicut cognitiua ſuperior, & inferior, uel ſicut cognitiua, & appetitiua

2. de anima contex. 33. & 38.

Potentię ſunt in triplici differẽtia.

Potentiæ diſperatę sũt ſenſus exteriores, & iſtę ſemper habẽt diuerſa obiecta,

Sicut potentia auditiua & uiſiua. Aliæ ſunt potētiæ ſubordinatæ, et inæquales ut intellectus & potētię ſenſitiuę aliæ ęquales, ut intellectus et uoluntas

petiua. Primo modo ſicut potentia inferior eſt ſub potentia ſuperiori, ita obiectum potentię inferioris eſt ſub obiecto potentiæ ſuperioris, potentiæ autē ſubordinatæ ſecundo modo non ſic ſe habent, quia quando appetitiua pōt habere actū circa omne illud ubi poteſt habere actum ſuum cognitiua, & tunc habent idem pro obiecto: & quia ſic habent intellectus, & uoluntas, ideò habent idem obiectum. ¶ Ad ſecundum eſt ad oppoſitum, quia ratio motiua potentiæ non poteſt eſſe ratio reſpectiua, ſed fundamentum reſpectus, ueritas aūt dicit reſpectum formaliter, ideo nō poteſt eſſe primum obiectum intellectus, ſed ens abſolutè ſumptum.

Opinio Scoti

¶ Quarta opinio eſt Scoti, ꝙ primum obiectum intellectus ex natura potentiæ eſt ens inquantum ens quia in ipſo concurrit duplex primitas, ſcilicet communitatis & uirtualitatis.

Nota quod obiectum intellectus aliud eſt terminatiuum, & ſic eſt ēs in ſua maxima communitate.

Fiat ergo talis ratio. Illud eſt primum obiectum intellectus, in quo concurrit primitas communitatis, & uirtualitatis; ſed ens inquantum eſt huiuſmodi, ergo. Probatio minoris, nam omne per ſe intelligibile, aut includit eſſentialiter rationem entis, aut uirtualiter, nam genera, & ſpecies, & indiuidua, & omnes partes eſſentiales generum, & ens increatum includit eā quidditatiuè, & eſſentialiter; differentiæ vero vltimæ, & paſſiones entis includuntur virtualiter in his, quæ includunt eſſentialiter rationem entis.

Aliud motiuum naturale ut quiditas rei ſenſibilis. Aliud motiuum ſupernaturale eſt Deus.

¶ Præterea illud eſt primum obiectum intellectus, quod dicitur vniuocè de omni intelligibili; ſed ens dicitur vniuoce de omnibus entibus ex præcedenti quęſtione, ergo &c. ¶ Præterea primum obiectū habitus non excedit primum obiectum potentiæ; ſed mathematica eſt habitus intellectus, ergo primum ſubiectū metaphiſice non excedit primum obiectū intellectus: ſed primum ſubiectum metaphiſicæ eſt ens, ergo nihil inferius ad ens, & primum obiectum intellectus, ergo ens eſt eius obiectum. ¶ Vltimo ſic: Illud quod directè, & per ſe primo mouet potentiam, eſt eius obiectum, & ſub illa ratione ſub qua primo mouet, ſed illud eſt ens inquantum ens reſpectu intellectus. per Auicēnam primo metaphiſicæ, ergo ens inquantū ens eſt obiectum intellectus. ¶ Sed occurrit dubiū quia tunc ſequitur, quòd poſſemus cognoſcere Deum quantum ad omnē rationem cognoſcibilitatis, quod eſt falſum.

Vide q. 1. Prologi.

¶ Probatio conſequētiæ, quia omnis potentia habens aliquod commune pro obiecto poteſt in quodlibet contentum ſub eo, ſicut in quolibet per ſe obiecto ſed Deus eſt ſub ente. ergo &c.

Dicitur quod uerum eſt quod Deus pōt cognoſci ſub ratione entis, ſed nō talis entis, ſcilicet Dei.

¶ Ad hoc dicitur dupliciter. Primo ſic dato, quòd ens in communi eſſet obiectum adæquatum intellectus pro ſtatu iſto, non tamen cognoſceremus Deum quantum ad omnem rationem cognoſcibilitatis; quia illa ſubiecta mouet ad intellectionem ſui, niſi in maiori lumine, quàm ſit lumen intellectus agentis. ¶ Aliter dicit Scotus, quòd argumentum non ualet, quia ens non eſt primū obiectum intellectus pro ſtatu iſto, ſed ex natura potentiæ, & ideo pro ſtatu iſto nō poſſumus cognoſcere Deum diſtinctè. ¶ Ad rationes principales, quę erant pro opinione Thomæ. ¶ Ad primum dico, ꝙ potentia, & obiectum non proportionantur in modo eſſendi, & illa proportio non eſt ſimilitudinis, ſed diſſimilitudinis, & ſic ſe habet ſicut actiuum, & paſſiuum, & ſicut mouens, & mobile, & ideo ex modo eſſendi potentię non poteſt concludi modus eſſendi in obiecto. ¶ Ad ſecundum nego maiorem, ſi intelligatur de primo obiecto primitate adæquationis, ſicut hic quæritur nam potentia non comparatur ad obiectum penes infinitatem, ſed penes latitudinem, ita quòd quantæ latitudinis eſt potentia in apprehendendo, tantæ eſt obiectum in prædicando, & continendo. ¶ Ad tertium nego ſimilitudinem, quia colores mouent primo ad percipiendum ſe, fantaſmata autem nō ſic mouent ad ſe, ſed ad uniuerſale, puta ad ens vniuerſaliter ſumptum. ¶ Ad quartum dico, quòd bene arguit de primo obiecto intellectus pro ſtatu iſto, ſed non primo obiecto intellectus ex natura potentiæ, quia intellectus ex natura potentię habet actum circumſcripto fantaſmate, ſicut patet in anima ſeparata. ¶ Ad ultimum patet, ꝙ aſſumit falſum, quia ens eſt aliquid vniuocum quiditati materiali, & immateriali; ut in præcedenti quęſtione.

Vtrum

Vtrum Deus ſit a nobis naturaliter cognoſcibilis?

Hoc idem quærit Scotus 1. ſent diſt. 3. q. 1.
D. Bona 1. ſent diſt. 3. q 1 art. 1.
Alexander Alenſis 1. par. q. 2. memb. 1 ar. 1.
D Thomas. 1. par q. 12. art 12.
Ricardus 1. ſent. diſtinct. 3 q 1.
Franciſcus de Mayronis 1. ſent. diſt. 3. q. 1.
Bacconitanus 1. ſent. diſt. 3. q 1.

QVAESTIO III.

3. de anima contex. 30. & 39.

TERTIO quæritur. Vtrum Deus ſit a nobis naturaliter cognoſcibilis? Videtur quod non, quia ſic ſe habet intellectus noſter ad phantaſmata, ſicut ſenſus ad ſenſibilia, ſed ſenſus nõ ſentit niſi ſenſibile: ergo intellectus nihil intelligit niſi phantaſiabile, ſed Deus non eſt phantaſiabilis: ergo Deus non eſt intelligibilis. ¶ Præterea ſicut oculus ueſpertilionis ſe habet ad lumen ſolis, ita intellectus noſter ad maximum intelligibile, ideſt ad Deum, ſed ibi eſt impoſſibilitas: ergo & hic. ¶ Preterea infinitum eſt ignotum, ſed Deus eſt infinitus: ergo, & ignotus. ¶ Contra nihil amatur niſi cognitum, ſed Deũ naturaliter amamus, ergo Deum naturaliter cognoſcimus. In iſta quæſtione ſunt duo articuli. Primus ſi Deus eſt naturaliter cognoſcibilis. Secundus, ſi Deus eſt primum cognitum a nobis.

2. met. contex. 1.
1. phy. contex 35.

D. Thom. 1. par ſummæ. q. 12 artic. 12.

DE PRIMO ad præſens ſunt tres opiniones. Vna dicit, quòd aliquid poteſt dupliciter intelligi, ſcilicet affirmatiuè, & negatiuè, Deũ autem nõ cognoſcimus affirmatiuè, ſed negatiuè uia remotionis, dicendo: Deum non eſſe lapidem, vel lignum, & ſic de alijs. Et confirmatur per Dionyſium, qui dicit negationes de Deo eſſe veras, affirmationes uero incompactas, quia uiator nõ poteſt habere affirmationes exprimentes quiditatem rei, ſed tantum communes.

Dion. de cœleſti Hyerarchia.

¶ Contra iſtud obijcitur, quia aut concipitur præciſè negatio, aut concipitur negatio de aliquo. Si primo modo, ergo non plus cõcipitur Deus, quàm chymera, quia pura negatio, puta non eſſe lapidem, ita dicitur de chymera, ſicut de Deo. Si ſecundo modo, vt dicta de aliquo, tunc, aut habetur conceptus affirmatiuus, & ſic cognoſcitur Deus affirmatiuè, aut habetur conceptus negatiuus, & tunc quæritur de illa negatione, ſicut de priori in infinitũ quouſq; Dei conceptum affirmatiuum. ¶ Præterea dicitur, quod negationes cognoſcimus per affirmationes. ¶ Præterea affirmationes non ſummè amamus, ſed Deum ſummè amamus, ergo non habetur de Deo tantum conceptus negatiuus. ¶ Alia eſt opinio Henrici, quæ diſtinguit de cognitione alicuius ſic. Aliquid enim poteſt cognoſci, vel per ſe vel per accidens. Item aliquid poteſt cognoſci, vel in uniuerſali, uel in particulari. Ad propoſitum dicit, quod Deus nõ cognoſcitur per accidẽs, quia quicquid cognoſcitur de Deo eſt Deus, cognoſcitur autem quaſi per accidens, ſcilicet in aliquo attributo, & attributum non dicit Dei naturam, ſed aliquid circa naturam, ſicut dicit Damaſ. ¶ Vlterius dicit, quòd non cognoſcitur in vniuerſali vniuoco, quia nihil eſt vniuocum Deo, & creaturæ, cognoſcitur tamen in vniuerſali analogo ſibi, & creaturæ. ¶ Tertio dicit, quòd Deus non cognoſcitur in particulari, quia Deum cognoſcimus per creaturas, ſed creatura eſt ſimilitudo remota Dei, ergo non ducit in cognitionem particularem. ¶ Alia eſt opinio Scoti cõtradicens in quibuſdam precedenti, quæ conſiſtit in quinq; cõditionibus. Prima eſt iſta, quòd poſſumus habere aliquẽ conceptum in quo per ſe, & quidditatiuè concipitur Deus. Cuius ratio eſt iſta, nullus concipit proprietatem ſubiecti, vt eſt illius ſubiecti, niſi habeat conceptum quidditatiuũ ſubiecti; ſed nos concipimus proprietates attributales Dei, ergo habemus aliquẽ conceptum per ſe quidditatiuũ de Deo. ¶ Secunda concluſio eſt iſta, quòd non tantum in conceptu analogo, ſed in aliquo conceptu vniuoco poteſt cognoſci Deus, qui conceptus eſt vniuocus Deo, & creaturæ. Iſta concluſio patet ex præcedenti quæſtione huius diſt. vbi probatum eſt eſſe aliquid vniuocum Deo, & creaturæ ratione quadruplici, de Deo poſſumus habere conceptum entis, ſed ille eſt vniuocus, ergo &c. Maior patet, minor probatur, conceptus ſimpliciter ſimplex de quocunque predicatur ſecundũ

4 met contex. 2. 16 et 2. etiber. in fine.

Henr. 7 ſua ſumma art. 22. q. 1. 2. & 3.

lib. 1. ca. 4.

Opinio Scoti.

Quomodo Deus poſſit cognoſci in cõceptu uniuoco.

unam rationem, quia non eſt reſolubilis in plures, ſed conceptus entis eſt huiuſmodi. ergo. ¶Tertia concluſio eſt iſta, & concordat in hoc cum præcedenti opinione, quòd Deus non cognoſcitur a nobis naturaliter in particulari, ut eſt hæc eſſentia. Cuius ratio eſt, quia Deus reſpectu intellectus noſtri ſub ratione particulari, puta ſub ratione, qua hæc eſſentia eſt obiectum uoluntarium, non naturale; ſed tantum intellectus diuini. ergo in particulari puta ſub ratione, qua eſt hæc eſſentia, uel hic Deus non eſt a nobis naturaliter cognoſcibilis. ¶Quarta concluſio eſt iſta, quòd ad multos conceptus proprios Deo poſſumus peruenire, ſicut ſunt conceptus perfectionum, & inter omnes iſtos conceptus: conceptus quidem entis infiniti eſt ſimplicior, & perfectior. Quod ſit ſimplicior patet. quia infinitas dicit gradum intrinſecum naturæ, & facit per ſe unum cum natura. Quod autem ſit perfectior probatur; quia illa ſunt perfectiora, quæ ultimo cō cluduntur de Deo demonſtratione, quia eſt, ſed infinitas eſt huiuſmodi, ut patet ex proceſſu philoſophi, octauo phiſicorum, ubi ex creaturis demonſtratione, quia eſt, ultimo infert de Deo infinitatē. ¶Quinta cōcluſio eſt iſta, quòd illa quæ cognoſcimus congnoſcimus per ſpeciē creaturarum. probatio, quia quod poteſt imprimere ſpeciem minus uniuerſalem in intellectu, poteſt etiam cauſare ſpeciem cuiuſcumque uniuerſalioris. Sed creaturę imprimunt in intellectu ſpecies minus uniuerſales. ergo poſſunt imprimere ſpecies uniuerſaliores, puta ſpecies transcendentium. Iſta autem tranſcendentia dicuntur de Deo, & creaturis.

Deus eſt obiectum uoluntarium, non naturale reſpectu intellectus noſtri, nam eſſentiā diuinā in ſe tātum uidetur, inquantum uult uideri ut teſte Ambroſio ſuper Lucam. c. 2.

AD EVIDENTIA ſecundi articuli ſunt notanda quinque. Primò, quòd triplex eſt primitas in cognoſcibilibus; quia eſt primitas originis, perfectionis, & adequationis. De duabus primis primitatibus patet per philoſophum nono methaphyſicæ, ubi dicitur, quòd ea, quæ ſunt priora generatione ſunt poſteriora perfectione, & ècontra. De tertia primitate patet per Philoſophum, quia paſſio primo ineſt ſubiecto adequato, ſicut habere tres angulos prius ineſt triangulo, quàm yſocheli. ¶Secundo eſt notandum, quòd primitas perfectionis ex parte cognoſcibile eſt duplex; quia perfectius intelligibile poteſt dici, uel ſimpliciter, uel ſecundum proportionem ſicut dicitur, quòd uiſio aquilæ reſpectu ſolis eſt perfectior ſimpliciter, quàm uiſio mea reſpectu candelæ. ſed uiſio mea eſt perfectior ſecundum proportionem reſpectū candelæ, quàm uiſio aquilæ reſpectu ſolis, quia ego plus habeo ſecundum proportionem reſpectu candelæ de uiſione, quàm habeat aquila de uiſione reſpectu ſolis. ¶Tertiò eſt notādum, quòd triplex eſt cognitio, ſcilicet actualis, habitualis, & uirtualis. Breuiter cognitio actualis quando obiectum præſens actu concipitur. Cognitio habitualis quando obiectum eſt præſens intellectui, ita ut intellectus poſſit ſtatim habere actum elicitum circa ipſum. Cognitio uirtualis quā do aliquid intelligitur in aliquo, ut pars primi intellecti, non autem, ut primum intellectum, ſiue cognitum, ut intellecto homine intelliguntur uirtualiter in eo partes, ut corpus, & anima. & ſimiliter de toto uniuerſali, & toto eſſentiali. ¶Quarto eſt notandum, quòd aliud eſt confuſum. aliud eſt confuſe. aliud eſt diſtinctum aliud diſtincte intelligere Confuſum enim ſe tenet ex parte obiecti, unde confuſum idem eſt, quòd indiſtinctū. confuſe autem, & diſtincte ſe tenent ex parte actus. unde confuſe concipitur aliquid eū exprimitur per nomen, diſtincte autem cum concipitur ſicut exprimitur per diffinitionem, ut patet in prologo libri phyſicorum. ¶Quinto eſt notādum, quod alius eſt conceptus ſimpliciter ſimplex. alius eſt conceptus enim ſimplex, ſed non ſimpliciter ſimplex. Conceptus enim ſimpliciter ſimplex eſt ille, qui non eſt reſolubilis, in plures conceptus, ſicut conceptus entis, uel ultimæ differentiæ. Conceptus uero ſimplex, ſed non ſimpliciter ſimplex eſt ille, qui poteſt concipi uno actu ſimplicis intelligentiæ, licet poſſit reſolui in plures conceptus ſeorſum conceptibiles, ſicut conceptus hominis. Iuxta illa, omiſſa prima cognitione primitate adequationis: quia hæc patuit ex præcedenti quæſtione. ¶Dico ad illum articulum quinque concluſiones. Prima eſt iſta, quòd primum cognitum primitate originis cognitione actuali cō fuſa eſt ſpecies ſpecialiſſima. cuius ſingulare

Triplex eſt primitas in cognoſcibilibus.

1. poſt. contex. 11.

Primitas perfectionis

ex parte cognoſcibilis eſt duplex.

Triplex cognitio.

Quid ſit cognitio actualis, habitualis, & uirtualis.

Aliud eſt confuſum, aliud confuſe.

Quid ſit confuſum.

Quid ſit cōfuſe.

Alius eſt conceptus ſimpliciter ſimplex.

Alius eſt conceptus ſimplex.

Quid ſit primum cognitum primitate originis.

lare efficacius mouet primum ſenſum ſupponendo, quòd ſingulare non intelligitur propriè: quæ contrario probatur ſic. Cauſa naturalis agit ſecundum ultimum potentiæ ſuæ in perfectiorem effectum, quē poteſt. ſed omnes iſtę cauſæ concurrētes ad hunc actum prædictum ſunt cauſæ merè naturales: quia præcedunt oēm actum uoluntatis. ergo primo producunt perfectiſſimum conceptum in quem poſſunt; ſed iſte conceptus eſt ſpeciei ſpecialiſſimæ: quia in tota linea prædicamētali totū vltimum perfectum formaliter eſt ſpecies ſpecialiſſima. ergo primum cognitum modo prædicto eſt ſpecies ſpecialiſſima.

Species ſpecialiſſima ē primum cognitum.

¶Confirmatur per Auicē. qui dicit, quòd methaph eſt ultima ordine doctrinæ. ſed hoc non eſſet uerum ſi alij conceptus uniuerſaliores eſſent prius noti, quàm ſpecies ſpecialiſſima. ergo ſpecies ſpecialiſſima eſt prius cognita prioritate originis cognitione actuali confuſa.

1. met. c. 3.

Quid ſit primum cognitum cognitione actuali.

¶Secunda cōcluſio eſt, quòd primum cognitum primitate originis cognitione actuali diſtincta eſt ens: Quę probatur ſic. nihil cognoſcitur diſtinctè, niſi cognoſcantur omnia, quæ includuntur in ratione eius eſſentiali. ſed ens includitur in omnibus conceptibus quiditatiuis inferioribus, ergo nihil primo diſtinctè concipitur, niſi primo ente diſtinctè cognito; tum quia ens pauciora includit in ſuo conceptu, & tale plus intelligitur, tum quia eſt ultimum, & irreſolubile pars cuiuslibet, & ſic ens eſt primū cognitum diſtinctè. ¶Tertia concluſio eſt iſta, quòd primitate originis cognitione habituali, uel uirtuali communiora ſunt prius nota. quia ſicut diuerſę formæ perficientes aliquod perfectibile perficiunt ipſum ordine quodam ſecundum prius, & poſterius. ita ſi aliqua forma contineret in ſe uirtualiter perfectiones illarum formarum ſimili ordine perficerēt illud perfectibile: Et ratio huius eſt iſta; quia uia generationis ſemper imꝑfectius eſt prius. quia proceditur de potentia ad actum. ergo ſimiliter eſt in conceptibus. quare conceptus communiores cognitione habituali ſunt prius noti.

Quō cōmuniora ſint prius nota.

¶Quarta concluſio eſt, quòd primum cognitum perfectione ſimpliciter eſt Deus. Tum quia in conſideratione illius ſubſtantię ponit Philoſophus felicitatem. tum quia attingere actualiſſimum obiectum eſt perfectior cognitio, & Deus eſt obiectum actualiſſimū; quia eſt infinitus. ergo eius cognitio ē ſimpliciter perfectior.

Deus eſt primum cognitum quo modo.

10. ethic. c. 10.

¶Quinta cōcluſio eſt, ꝙ primū cognitū primitate ꝑfectionis ſecundum proportionem eſt obiectum ſenſibile, & quæ efficacius mouent ſunt iſto mō prius nota. quia intellectus noſter plus attingit ad illa ſecūdum gradus cognoſcibilitatis eorum.

Quid ſit primum cognitum primitate perfectionis.

¶Ad primum principale dico, ꝙ maior propoſitio, quæ eſt philoſophi. debet intelligi, q̄tum ad primas motiones; quia intellectus pro ſtatu iſto nihil primo intelligit, niſi fantaſiabile. non eſt autem uera quantum ad motiones ſequētes. poſt quam enim creaturæ imprimunt intellectui proprias ſpecies, intellectus pōt abſtrahere, & in notitiam Dei ſub rōne alicuius uniuerſalis deuenire. ¶Ad ſecundū dicit Comment. quòd propoſitio philoſophi eſt intelligenda de difficili, & nō de impoſſibili; quia tunc natura feciſſet ocioſe illas ſubſtantias, & eſſent fruſtra, ſi nōn eſſent intelligibiles. Sed hoc non ualet. tum quia dato, quòd non intelligerentur a nobis poſſunt tamen intelligi a ſeipſis, & ſic non eſſent fruſtra. Ideo dicitur aliter, quòd propoſitio philoſophi eſt uera iſto mō de impoſſibili; quia ſicut impoſſibile eſt, ꝙ oculus ueſpertilionis uideat intuitiue lumen ſolis, ita impoſſibile eſt, ꝙ intellectus noſter naturaliter ꝑ ſtatu iſto videat Deū intuitiue.

Vide Gadiū Bononienſē ſuſtinētem Auerroem. 1. q. quolib.

¶Ad tertium dico cum Philoſopho. ꝙ infinitum tenēs ſe ex parte materiæ eſt ignotum. infinitum aūt actuale pōt eſſe cognitū, quāuis non pōt eſſe comprehenſum. & iſto modo Deus eſt infinitus, & cognitus.

3. Phyſ. cō. tex. 63.

Vtrum in parte intellectiua propriè ſumpta ſit memoria hñs ſpēm intelligibilē.

Hoc idm quærit Scotus 1. ſent. diſt. 3. q. 6. D. Thomas prima parte. q. 79 Artic. 6.

QVAESTIO IIII.

QVAERITVR Quarto. Vtrū in parte intellectiua ꝓpriè ſumpta ſit memoria, habēs ſpēm intelligibilē. Videtur ꝙ nō. per philoſophum. Nihil intelligimus ſine fantaſmate, ita quòd oportet intellectum conuerti ad fantaſmata. Sed ſi in parte intellectiua eſſet ſpecies: tunc poſſemus intelligere non conuertendo

3. de anima contex. 30. & 39.

do nos ad ſantaſmata; ergo in parte intellectiua non eſt ponenda ſpecies. ¶ Contra philoſophus dicit, quòd lapis non eſt in anima, ſed ſpecies lapidis. ¶ Circa iſtã quæſtionem primo ponentur opiniones aliorum ſecundo opinio uera tertio dicetur ad opinionum motiua.

3. de anima textu. 38.

quolib. 4. q. 78. & 21. & quolib. 5 q 14.

QVANTVM ad primum eſt opinio Henrici, quòd in parte intellectiua nulla eſt ponenda ſpecies rei intellectę. ſed ſufficit illa, quę eſt in fantaſmate. Hoc probat Henricus ſic. Omnis ſpecies impreſſa ab obiecto repreſentat illud ſub illa ratione, ſub qua imprimitur ab obiecto: ſed ſpecies imprimitur ab obiecto ſub ratione ſingularis. quia actiones ſunt ſingularium. ergo ſpecies repreſentat obiectum ſub ratione ſingularis; ſed ſpecies in intellectu ſi ponitur eſt ad repreſentandum uniuerſale, ergo in intellectu non eſt ſpecies. ¶ Præterea nulla pluralitas ponenda eſt ſine neceſſitate; ſed nulla eſt neceſſitas ad ponendum ſpeciem in intellectu. ergo. Probatio minoris. Si eſſet aliqua neceſſitas ad ponendum ſpeciem in intellectu, hoc eſſet propter præſentiam obiecti; ſed hoc non ualet; quia potius obiectum eſſet cauſa præſentiæ ſpeciei, quam èconira. Non enim, quia ſpecies eſt in oculo, ideo color, uel obiectum eſt præſens. ſed ècontrario, quia color eſt præſens, ideo ſpecies coloris eſt in oculo. ¶ Præterea, qua ratione in intellectu, ſiue in memoria reſpectu unius obiecti ponitur una ſpecies eadem ratione poſſunt eſſe reſpectu obiectorum multorum; ſed qualibet ſpecies eſt forma naturaliter agens ponatur, ergo, quòd ſint duæ ſpecies, & quælibet naturaliter agat, aut ergo erit ſimul intellectio obiectorum, aut non. Si ſic, ergo intellectus habebit ſimul plures intellectiones. Si non, ſequitur, quòd nunquam poterit eſſe intellectio ſecundum vnam iſtarum; quia quando cauſa naturaliter agẽs agit, tunc agit ſecundum ultimum ſuæ potentiæ. ergo ſi tunc non poteſt habere effectum, ſequitur, quòd nunquam habebit. ¶ Præterea ſi in intellectu eſſet ſpecies, eſſet, ut accidens inherens ſubiecto, & tunc iſta ſpecies cauſaretur ab obiecto, & tunc intellectus pateretur ab obiecto paſſione reali non intentionali, & ſequitur ulterius, quòd intelligere non eſt motus a rebus ad animam, ſed econtrario. ¶ Præterea, ſenſus recipit ſpeciem aliquã ad actum ab obiecto, ſcilicet, uel quia eſt potentia organica, uel quia potentia indiſpoſita. licet intellectus; nec eſt potentia organica, nec indiſpoſita ad actum intelligendi, ergo non recipit ſpeciem. Præterea iſtas rationes adducit Gothfredus unam rationem talem. quando aliquid eſt in potentia ad aliud primo, & per ſe illud, & non aliud recipit ab agente proportionato ſibi; ſed intellectus eſt in potentia primo, & per ſe actum intelligendi, & obiectum eſt agens proportionatum ſibi. ergo recipit ab obiecto tantummodo actum, & non ſpeciem. & ſic nulla eſt ponenda ſpecies in intellectu. Modus autem ponendi eſt talis. ſ. habita impreſſione ſpeciei ſenſibilis in organum ſenſus, & facta deductione vſq; ad uirtutem fantaſticam, intellectus agens abſtrahit ab obiecto in fantaſmate, & immutat intellectum poſſibilem ad ſimplicem apprehenſionem eſſentiæ. ita tamen, quòd intellectus poſſibilis nullam ſpeciem impreſſam recipit a fantaſmate, nec eſt obiectum præſens intellectui, non quia eſt præſens imaginatiue.

1. met. in proœmio.

Ratio Gothfredi de fontibus quoli. 9 q 19 & quolib. 13. q. 3.

Modus ponendi. quod nulla ſit ſpecies intelligibilis in intellectu.

ALIA EST opinio Scoti, quam teneo, quòd in parte intellectiua ſunt ponendæ ſpecies. Vbi primo præmitto ſupponendo, quòd uniuerſale ſub ratione uniuerſalis eſt per ſe obiectum intellectiuæ potentię intellectione abſtractiua, ita quòd uniuerſalitas eſt per ſe formalis ratio obiecti intellectus, & intellectus poteſt habere obiectum uniuerſale præſens ſibi prius naturaliter, q̃ intelligat. Hoc ſuppoſito arguo ſic. ſpecies vnius rationis non eſt per ſe repræſentatiua ſub oppoſitis rationibus cognoſcendi; ſed ratio uniuerſalis, & particularis ſunt oppoſitę rões cognoſcibiles. ergo eadem ſpecies nõ repreſentat ſub rõne particularis, & uniuerſalis. ſed ſpecies, quæ eſt in fantaſmate repreſentat ſub rõe particularis, ergo oportet ponere ſpẽm in intellectu, quæ repreſentat ſub rõne uniuerſalis. Forte dices, quòd maior eſt uera in eodem lumine, ſed in diuerſo lumine idem poteſt repreſentare ſub diuerſa ratione, ſicut ponit philoſophus, quòd nocte lucentia apparẽt in die in proprio colore, & tamẽ in nocte lucent. Ita hic in propoſito eadem ſpecies ꝓpter diuerſum lumẽ intellectus, & fan-

Opinio uera Scoti quod dentur ſpecies intelligibiles.

Vide doctiſſimum Gorellum in libro de ſpeciebus intelligibilibus adeũtur.

& fantaſmatis poteſt repreſentare ſub ratione uniuerſalis, & particularis. Iſta reſponſio nõ ualet; quia lumẽ nõ eſt repreſentans; ſed illud eſt, in quo fit repræſentatio: ſpecies autem eſt repræſentans, & ideo cum ſit unius rationis, non poteſt repreſentare ſub diuerſis, & oppoſitis rõnibus. *Exemplum.* Primum exemplũ de his, quę lucent in nocte eſt ad oppoſitũ, quia in illis ſunt diuerſæ qualitates. una lucis, alia coloris. Qualitas autem lucis licet de die multiplicet ſuam ſpeciem, nõ tamen perpenditur propter obfuſcationem maioris luminis, ſeu lucis. De nocte autem color ſpeciem ſuam non multiplicat propter indiſpoſitionem medij. ¶ Præterea, ſecundo principaliter ſic: repreſentatiuum, quando repreſentat aliquid ſecundum totam uirtutem ſuã ſub una rõne põt tunc repreſentare aliud ſub alia rõne. ſed fantaſma, quando intelligitur uniuerſale, repreſentat ſecundũ totam uirtutem ſuam obiectum, ut ſingulare. ergo tunc fantaſma non põt repreſentare obiectum ſub rõne uniuerſalis, ſed eſt tũc actualis intellectio, ergo oportet ponere in intellectu repreſentatiuũ uniuerſale, & hoc uocatur ſpecies. ¶ Pręterea intellectus agens eſt mere potẽtia actiua, tum quia eſt omnia facere, tum quia comparatur ad intellectum poſſibilem, ſicut ars ad materiam. *3. de anima contex. 18.* Tũc arguitur ſic. Actio realis habet terminum realem. ſed actio intellectus agentis eſt realis, ergo habet terminum realem. eius autem terminus eſt uniuerſale. Et tunc quæro ubi eſt illud uniuerſale; quia aut in fantaſmate, & hoc non, tum quia non eſt ꝓprium paſſiuum, tũ quia haberet ibi eſſe extenſum, cum fantaſma ſit corporeum, aut eſt in intellectu poſſibili, & habetur propoſitum. quia non eſt dare aliud reale ibi, niſi ſpeciem. ¶ Præterea uniuerſalius, & communius quantum ad totam ſuam indifferentiam non poteſt repreſentari in minus uniuerſali; ſed fantaſma eſt in indiuiduo. ergo non poteſt repreſentare uniuerſale ſecundum totam ſuam indifferentiam, ergo cum intellectus intelligat uniuerſale ſecundum totam ſuam indifferentiam, ergo oportet, quòd repreſentetur in aliquo alio, & hoc nõ eſt niſi ſpecies, ergo i intellectu oportet ponere ſpeciem. ¶ Præterea potentia intellectiua, ut diſtinguitur contra ſenſitiuam, aut poteſt habere obiectum ſuum pręſens ſine ſenſitiua, & habetur propoſitum, aut non, & ſequuntur duo inconuenientia. Primum eſt, quòd intellectus nõ poterit eſſe ſine ſenſu ſicut arguit Philoſophus in prologo libri de anima, quòd non poteſt habere operationem propriã ſine alio, non poteſt eſſe ſine eo, & ſic intellectus non ſeparetur a ſenſu, ſicut perpetuum, & perfectum a corruptibili. *Contex. 12. & 13.* cuius contrarium habetur. Secundum incõueniens eſſet, quòd intellectus plus dependeret a ſenſu, quàm econtrario. *2. de aĩa cõtex. 22.* quia ſenſus poteſt habere operationem propriam ſine intellectu: intellectus autem non poteſt habere operationem propriã ſuam ſine ſenſu.

¶ Vltimo ſic, quod eſt perfectionis, & in potentia inferiori pura ſenſitiua non eſt negandum a potentia ſuperiori: ſed habere obiectum præſens propria præſentialitate eſt perfectionis in potentia inferiori, puta ſenſitiua. ergo non eſt negandum a potentia ſuperiori, ſicut eſt intellectiua, ergo intellectus habet obiectum præſens propria præſentialitate; ſed hoc non eſt niſi per ſpeciem. ergo in intellectu eſt ponenda ſpecies.

¶ Dico ergo, quòd in intellectu ſunt ponendę ſpecies: maximè quando cognoſcuntur aliqua obiecta abſtractiua cognitione; quia tunc ſupplent uiam obiecti. *Quomodo in intellectu ſunt ponendę ſpecies intelligibiles. & ſi obijcias.* Si uerò obijcias pluralitas non eſt ponenda ſine neceſſitate: ſed hic nulla eſt neceſſitas ponendi ſpeciem in intellectu; quia quicquid ſit per eam poteſt fieri per fantaſma, ergo non eſt ponenda ſpecies in intellectu. Reſpondeo, quòd neceſſitas ponendi ſpeciem illam eſt duplex: *Neceſſitas ponendi ſpeciem intelligibilem eſt duplex.* Vna ex parte naturæ hominis; quia, ut arguebatur in prima ratione, per ſpeciem, quæ eſt in phantaſmate non poteſt intelligere vniuerſalia ſub ratione uniuerſalis: Alia neceſſitas eſt propter eminentiam potentiæ ſuperioris, ne uilificaretur, ut tangebat ultima ratio: Tunc enim eſſet aliquid perfectionis in potentia inferiori, quod non eſſet in potentia ſuperiori: Et potentia ſuperior haberet obiectum præſens mendicatum a potentia inferiori.

¶ Ad primum alterius opinionis dico, quòd in agente eſt duo conſidera-

Quæ ſit ratio agentis, & agendi. re, ſcilicet rationem agentis, & rationẽ agendi, ratio quidem agentis eſt ſingularitas, ratio autem agendi eſt natura, q̃ de ſe non dicit ſingularitatem, & ideo repræſentatiuum illo ſecundo modo repræſentat ſub ratione vniuerſalis: Aliter dicitur, & melius, quòd maior eſt vera quando repræſentatiuum eſt ab aliquo, non vt a cauſa partiali, ſed vt a cauſa totali. ¶ Ad ſecundũ negetur minor, *Duplex præſentia.* ad probationem dico, quòd duplex eſt præſentia. Vna in ratione motiui imprimentis, & ſic obiectum cauſat ſpeciem ad minus particulariter ĩ intellectu poſſibili: Alia eſt preſentia in ratione cognoſcibilis, & ſic ſpecies cauſat præſentiam obiecti. ¶ Aliter poteſt dici, & clarius, quòd obiectum eſt cauſa præſentię ſpeciei in viſione ſenſitiua quãdo viſus informatur ſpecie, ſed ſpecies eſt cauſa præſentiæ obiecti in cognitione abſtractiua. ¶ Ad tertium dicendum, quòd dato, quòd multæ ponantur ſpecies in intellectu, ſicut oportet ponere, & ſic ponit Auguſtinus, non tamen eſt intelle-
10. de tri. c. 5. 6. et 7. & 14 c. 6. ctio ſimul multorum, ſed intelligitur illud primo cuius ſpecies efficacius mouet, & tunc ad illud cognoſcendum voluntas copulat aciem intelligentiæ, nec ſequitur, quòd ſpecies alia nunquã mouebit ad intellectionẽ obiecti, quia tūc erit intellectio obiecti, ſicut ponit Au-
9. de trinit. cap. 6. guſtinus, quando voluntas copulat aciẽ intelligẽtiæ obiecto repræſentato. ¶ Ad
Duplex paſſio in intellectu. aliud dicendum, ꝙ eſt duplex paſſio in intellectu. Vna realiter, qua ſpecies realis gignitur in ipſo, & in iſta conuenit cum ſenſu. Alia eſt paſſio intentionalis, quę recipit obiectum per ſpeciem, vt cognoſcibile, & hic dicitur motus a rebus ad animam. ¶ Ad aliud cum dicitur, ꝙ ſenſus recipit ſpeciem, quia eſt potẽtia organica, dico quòd hoc eſt falſum: ſed
Quare ſenſus recipiat ſpeciem. cauſa quare ſenſus recipit ſpeciem eſt, quia ſenſus eſt potentia cognitiua. ¶ Ad vltimum dico, quòd intellectus eſt in potentia primo tam ad ſpeciem, quàm ad actum, differenter tamen, quia in cognitione intuitiua intellectus eſt primo in potentia ad actum primitate generationis, & eſt in potentia ad ſpeciem primitate perfectionis. In cognitione autẽ abſtractiua eſt ècontrario, quia intellectus eſt in potentia ad ſpeciem primitate generationis, quia ſpecies præcedit, & deinde ſequitur actus. ¶ Ad primum
D. Thomas 1. par. ſummæ q. 79. artic. 6. principale dicitur tripliciter. Primo ſecundum Tho. quòd quãtumcunque ſit ſpecies in intellectu adhuc oportet, ꝙ intellectus conuertat ſe ad phantaſmata, quia primum obiectum intellectus cõiuncti eſt quiditas rei materialis, quæ non eſt niſi in hoc, vel in hoc ſingulari, & quia phantaſma eſt per ſe ſingulariũ, ideo eſt neceſſaria conuerſio ad phantaſmata. ¶ Cõtra hoc obijcitur, quia intellectus non tantum intelligit ſingulare, immo ſecundum ipſum primo intelligit vniuerſale, ſed vniuerſale ſecundũ ſuam indifferentiam nõ cognoſcitur in particulari, vt ſic, ergo non eſt neceſſaria conuerſio ad phãtaſmata ratione ſingularis. ¶ Præterea ſequitur, quòd angelus non poſſet intelligere ſingulare, cũ in ipſo non ſit phantaſma Ideo Sco. di-
Opinio Scoti. cit aliter, quòd cauſa conuerſionis intel-
Cõuerſionis cauſa intellectus ad phãtaſmata ẽ duplex lectus ad phantaſmata eſt duplex: Vna eſt conformitas operationũ: alia eſt aſſiſtentia vtriuſque. Nam ſpecies intelligibilis abſtrahitur a phantaſmate, vt actu per ipſum phantaſiet obiectum particulare phantaſiæ. Alio modo dicitur ſecũ-
Opinio Varronis diſt. 3 pri. ſent. dum viam Varronis, quòd intellectus pro tanto conuertit ſe ad phantaſmata, quia dato, quòd ĩ intellectu ſit ſpecies, quia cum iſta ſpecies ſit ſubtilis non poteſt mouere ipſam animam habitãtem in corpore corruptibili, niſi recurrat ad phantaſmata, & ponitur exemplum, ſicut lumen non poteſt terminare viſum, nec viſus poteſt figi in lumine, niſi inueniat aliquod obſtaculum, ſic intellectus non figitur in ſpecie propria quouſque veniat ad phantaſiæ ſpeciem.

Vtrum in mente ſit imago trinitatis.

Hoc idem quærit Scotus 1. ſent. diſt. 3. q. 9.
D. Bona. 1. ſent. diſt. 3. q. 3.
Alexander Alenſis prima parte q. 61. membro 3. art. 1.
D. Thomas 1. par. q. 93. art. 5. & 6.
Ricardus 1 ſent diſt. 3 q. 1. art. 2.
Durandus circa ſecundam partem. 3 diſt. q. 1.
Franciſcus de Mayronis 1. ſent diſt. 3. q. 4.
Bacconitanus 1. ſent diſt. 3. q. 3.

QVAE-

QVAESTIO V.

QVINTO quæritur. Vtrum in mente ſit imago trinitatis. Videtur, ꝙ non, quia per imaginẽ poteſt inueſtigari illud, cuius eſt imago, ſed per mentem, ſiue animam non poteſt inueſtigari trinitas, ergo in mente non eſt imago trinitatis. ¶Præterea Auguſtinus dicit, quòd quælibet perſona habet illud ĩ quo ponitur imago trinitatis, quia quælibet perſona habet memoriam intelligentiam, & voluntatem, ergo iſta nõ magis repræſentat trinitatem, quàm vnitatem, cum illa ita ſint in vna perſona, ſicut in omnibus. ¶In cõtrarium eſt Auguſtinus, dicens, ibi quærẽda eſt imago, vbi nihil eſt melius in natura noſtra, ſed nihil eſt melius in nobis, quàm anima, ſicut mens, ergo imago trinitatis eſt in mente. ¶Circa iſtam quæſtionẽ quatuor ſunt videnda. Primo, quid eſt imago. Secundo, reſpectu cuius ſit in diuinis. Tertiò, qualiter ſit in mẽte, & in quibus. Quarto, ſi illa in quibus eſt differũt realiter inter ſe, & eſſentia animæ.

15 de trin. cap. 7. et 14

14. de trin. cap. 8.

QVANTVM ad primum ſecundũ viã D. Tho. quòd imago repræſentat diſtinctè ſub ratione indiuidui, veſtigiũ autem repræſentat indiſtinctè, quia ſub ratione ſpeciei, quemadmodum ſi tranſiret equus ſup pulueres, impreſſio derelicta ex pedibus equi eſſet ibi veſtigiũ, & cognoſceretur, quia tranſiens fuit equus, & non homo, imago autem repręſentat ſub ratione induiduí, quia imago Iouis repræſentat Iouem, ſed nõ Cæſarem. ¶Cõtra hoc arguitur, quia ſi eſſet tantum vnum animal in vniuerſo, puta vnus equus, & tranſiret per pulueres, adhuc veſtigium eius non eſſet imago, & tamen illud veſtigium repræſentaret diſtinctè equum ſub ratione indiuidui. Ideo dicitur aliter, quòd imago eſt repræſentatiua totius, veſtigium autem eſt repræſentatiuum partis, & hoc non ſufficit, quia ſecundum Auguſtinum. Si eſſent duo oua ſimilia, vnum repræſentaret aliud, & tamen vnum nõ eſſet imago alterius, quia ſecundum Auguſtinũ ibidem imago ſequitur ipſum, cuius eſt imago per imitationem, & ſic imago eſt repræſentatiua totius per imitationem eius, cuius eſt imago.

D Thom. 1. par. ſummæ q. 45 ar. 7.

lib. 83. q. 74.

DE SECVNDO articulo, ſcilicet reſpectum cuius in diuinis ſit imago in mẽte, dico, quòd trinitas perſonarum, vt totum eſt, conſiſtit in intellectu noſtro quoddam totũ numerale, & perſonæ diuinæ, intelliguntur partes, vel quaſi partes huius totius, & ſic imago non attenditur in nobis reſpectu vnius perſonæ tantum, nec reſpectu illius in quo ſunt vnum, ſed reſpectu totius vnitatis, & trinitatis perſonarum.

Reſpectu cuius ſit imago in diuinis.

AD EVIDENTIAM tertij articuli præmitto, quòd in nobis experimur actum intellectionis, & volitionis, & iſti actus ſunt in poteſtate noſtra, intelligimus enim cum uolumus. Oportet autẽ ponere principia horum actuũ in nobis, & quia actus principiantur in nobis ſub diuerſis rationibus, ideo non eſt intelligibile, quòd idem ſub eadem rõne formali principiet iſtos actus, imò habemus ponere tria principia, ſcilicet memoriam, intelligentiam, & voluntatem. ¶Iſtis præmiſſis dico, ꝙ imago trinitatis non conſiſtit in actibus primis tãtum, vt ſunt intellectus, & volũtas, quia quamuis ibi eſſet conſubſtantialitas, nõ tamen eſſet ibi originatio. ¶Secundo dico, ꝙ imago trinitatis nõ conſiſtit in actibus ſecundis tantum, vt ſunt intellectio, & volitio, quia licet ibi eſſet originatio, non tamen ibi eſſet cõſubſtantialitas. ¶Tertio dicit, ꝙ imago trinitatis conſiſtit in actibus primis, vt ſunt ſub actibus ſecundis, quia illo modo eſt ibi vera conſubſtantialitas, & vera originatio, & intelligo ſic. Anima hẽt in ſe aliquam perfectionem primã, quam voco memoriam, quæ gignit notitiã. Item habet perfectionem primam, quam voco intelligentiam, quæ recipit notitiam, & habet perfectionem, quam voco voluntatem, quę recipit uolitionem, ergo imago trinitatis conſiſtit in primis actibus iſtis, ut ſunt ſub ſecundis.

2. de anima contex. 60.

In quo conſiſtat imago trinitatis.

DE quarto articulo eſt opinio Tho. qui dicit, ꝙ potentiæ animæ in quibus eſt imago trinitatis ſunt diſtinctè realiter inter ſe, & ab eſſentia animę fluẽtes, ſicut accidens a ſubiecto, ſunt tñ accidẽtia inſeparabilia. Et ꝙ ſint accidẽtia probat ſic. Actus, & potentia ſunt in eodem genere,

D. Thom. 1. parte ſummæ q. 77. art. 1. & 8.

genere, ſed actus harum potentiarum ſunt de genere accidentis, ergo potētiæ ſunt accidentia aiæ. ¶ Præterea anima per ſeipſam eſt forma, ſiue actus, ergo ſi potentiæ ſunt idem, quod ſua eſſentia, ſequitur, ꝙ ſicut ipſa eſt principiũ viuēdi, ita eſt principiũ intelligendi, ſed aīa ſemper eſt principium uiuendi, igitur ſemper intelligit, quod eſt falſum. Confirmatur ſic. Agens per eſſentiā ſemper agit, ſed anima nō ſemper agit, ergo nō eſt agens per eſſentiā, ergo potentia per quā agit non eſt ſua eſſentia. Iſtam opinionem non teneo, quia eſt clare cōtra Auguſtinum, hæc inquit tria memoriā, intelligentia, & voluntas, qm̄ non ſunt tres vitę, ſed vna vita, nec tres mentes, ſed una mens, conſequenter utiq; non tres ſubſtantiæ ſunt, ſed una ſubſtantia, & per totũ capitulũ diffusè probat hoc. ¶ Præterea immediatè ordinatũ ad aliquem finem dēt immediate attingere illum finē, ſed anima immediatiſſimè ordinatur ad beatitudinē, ergo immediatiſſimè illam attingit, ſed hoc non eſſet, ſi attingeret per intellectum tanquā per accidēs, ergo &c. ¶ Præterea perfectior eſt forma ſubſtantialis, quàm accidentalis, ſed forma accidentalis ſeipſa exit in actum, ergo &c. ¶ Vltimo ſic, pluralitas, ſiue diſtinctio non eſt ponenda, ſine neceſſitate, ſed hic nulla eſt neceſſitas ad ponendum potentias animæ realiter diſtinctas ab eius eſſentia, ergo non diſtinguũtur realiter. Probatio minoris, quia nulla ratio præcedentis opinionis cōcludit. Prima non concludit, quia equiuocat de potentia, nam potentia accipitur vno modo prout eſt differentia entis, ſic maior eſt uera, alio modo accipitur pro principio actiuo, & productiuo, ſicut eſt in propoſito, ſic maior eſt falſa. Similiter ſecunda probatio nō ualet, quia anima eſt principiũ formale vitæ, ſed ut eſt principium intellectionis, & volitionis reducitur ad genus cauſæ efficientis, ſic non erit ſimile. ¶ Ad confirmationē dico, ꝙ agere per eſſentiā intelligitur dupliciter. Vno modo prout diſtinguitur contra agens dependens, & ſic ſoli Deo competit agere per eſſentiam: Alio mō dr̄ agens per eſſentiam, ut diſtinguitur contra agens per accidens, & iſto modo maior ē falſa. Teneo ergo, ꝙ partes imaginis ſunt realiter idē, vt patet per Auguſtinum, & per rationes factas contra præcedentem opinionem, diſtinguũtur tamen formaliter, tum quia ſi vna potētia diffiniretur in eius diffinitione, non poneretur altera, tum quia etiā aliquid cōpetit intellectui per ſe, quod non cōpetit voluntati. ¶ Ad primum principale dico, ꝙ per imaginem poteſt inueſtigari illud cuius eſt imago, quando ratio imaginis eſt diſtinctè naturaliter cognoſcibilis, nunc autem imago animę eſt tātum credita; & non naturali ratione demonſtrata, quia perſonæ diuinę nō producunt animam inquantum diſtinctè, ideo non valet. ¶ Ad ſecundum dico, ꝙ licet in qualibet perſona ſint iſta tria, tamen non ſunt in ea, vt importāt realem diſtinctionem, & originationem.

Iſta opinio non tenetur ab Authore.

10. de trin. cap. 11.

Vide ꝓ hoc Scotũ in 2. ſent diſtin. 16 vbi has opiniōes videbis.

1. phyſ. cōtex 50.

Agere per eſſentiā intelligitur duobus modis.

10. de trin. cap. 6.

HIC oritur quæſtio; Circa iſtam diſtinctionem quartam quæritur, vtrum hæc ſit vera, Deus genuit alium Deum. Videtur ꝙ ſic, quia hæc eſt vera Deus genuit Deum, aut ergo genuit ſe Deũ, aut alium Deum, nō primo modo, quia nihil eſt quod ſeipſum gignat ſecundũ Auguſtinum, nihil inquit generat ſeipſum, ſed ſaluat, ergo remanet ſecundus modus, ſcilicet ꝙ Deus genuit alium Deum. ¶ Præterea generās diſtinguitur a genito, ſed Deus genuit Deum, ergo Deus genitus diſtinguitur a Deo generante, & per conſequens generat alium Deum. ¶ Præterea Deus generat aliũ, aut ergo Deum alium, & habetur propoſitum, aut alium non Deũ, quod eſt falſum, quia tunc Deus genitus non eſſet Deus. ¶ Contra, ſi Deus genuit alium Deum, ergo ſunt plures dij, ſed hoc eſt falſum, quia dicitur. Audi Iſrael dominus Deus tuus vnus eſt. ¶ In iſta qōne dico breuiter duas concluſiones. Prima eſt, ꝙ iſta eſt vera, Deus genuit Deum. Secunda, ꝙ iſta eſt falſa, Deus genuit alium Deum. ¶ Prima concluſio probatur ſic. Actus perſonalis competit ei, qđ ponitur ad ſignandum ſuppoſitum, ſed Deus in concreto ſignat ſuppoſitũ, ergo actus perſonalis competit Deo, ſed generare eſt actus perſonalis, ergo Deo competit generare, & ſic iſta eſt uera, Deus generat Deum. ¶ Secunda cōcluſio probatur ſic. Cuilibet enti correſpōdet adequate aliquod ens, vel aliquid,

Solus filius ē imago patris quia ꝓductus eſt per modum naturæ non omnis creatura eſt imago licet ſit veſtigium, ſed ſolus homo ac anima humana dicitur imago tri. quæ anima notificat trinitatem perfectiori modo quàm ueſtigium.

1. de trin. cap. 1.

Deut. c. 7.

Ipſe Auctor ponit duas cōcluſiones.

ſed

ſed diuina eſſentia eſt entitas ſingularis, & nullo modo plurificabilis, ut patuit ſupra, ergo ſibi correſpondet adæquatæ aliquod ens, uel aliquid. Sed in re, quæ

Diſt.2.q.1.

eſt hæc non cadit aliqua alietas vt ſic, ergo cum non poſſet dici ibi alia diuinitas, & alia deitas. ſequitur, quòd non poſſit ibi dici alius Deus. Eſt autem notandum, quòd ſicut in creaturis illæ propoſitiones differunt, ſortes eſt alius ab homine; & ſortes ē alius ab humanitate, & ſortes eſt alius in humanitate: ita ēt reſpectu deitatis: alius enim importat negationem identitatis, quando ergo alius prædicatur primo modo negatio tenetur uniuerſaliter reſpectu prædicati, quod intelligitur uniuerſaliter negari à ſubiecto: ideo illa eſt falſa. ſortes eſt alia res ab homine, iſta autem ſimpliciter uera, equus eſt alia res ab homine. Et ideo iſta eſt ſimpliciter falſa de perſona patris, pater eſt alius a Deo. Quando uerò accipitur ſecundo modo: ut ſortes eſt alius ab humanitate ſimpliciter prædicatum negatur uniuerſaliter reſpectu cuiuſlibet non participantis humanitatē, tamen aliquam ueram conſtituit propoſitionem cum dicitur, ſortes eſt alius à lapide humanitate; ſimiliter, Deus pater eſt alius à lapide deitate. facit autem propoſitionem falſam reſpectu illorum, quæ ipſum participant, unde iſta eſt falſa; ſortes eſt alius a Platone humanitate, ſimiliter, pater ē alius a filio deitate. ¶ Tertio modo cum dicitur, ſortes eſt alius in humanitate, intelligendū, quod in hoc modo locutionis alius importat duo. ſ. diſtinctionem illorum, quæ ad inuicem comparantur; & communitatē iſtius, in qua comparantur illa: ita illud commune diſtinguitur, & numeratur in eis; vnde cum dicitur, ſortes eſt alius a Platone in humanitate, importatur diſtinctio inter ſortem, & Platonem, & conuenientia utriuſque in humanitate, cum diſtinctione, & numeratione humanitatis in eis, cum ergo deitas nō numeretur in ſuppoſitis, iſta eſt falſa. ſ. pater eſt alius à filio deitate. ¶ Ad primum principale concedo, iſta eſt uera; Deus genuit Deū, quia, ut patuit in prima concluſione termini concretiue accepti ſupponunt pro ſuppoſitis: Sed quando ulterius arguitur, aut genuit ſe

Dic ut docet Scot. in 24. q uniuerſalium, quomodo iſtæ duæ propoſitiones differāt Sortes differt ab homine, & ſortes differt ab omni homine.

Deum, aut alium Deum; dico unà cum Magiſtro, neutra pars eſt danda. Et ſi q̄ras, aut genuit eundē Deum, aut aliū. ſecundum enim philoſophum. idem, & diuerſum dicuntur de omni, & reducuntur ad cōtradictoria, dico, genuit eundem Deum, non tamen ſequitur, q ſe Deum, immo eſt fallacia figuræ dictionis hoc inferendo, quia cōmutatur, quale quid in hoc aliquid Cum enim dico, genuit eundem Deum, nulla eſt reciprocatio ibi: eſt reciprocatio. ¶ Ad ſecundum dico, ibi eſt fallacia accidentis, quia uariatur habitudo medij. Cum .n. dicitur, generans diſtinguitur à genito, accipitur alietas reſpectu ſuppoſiti, & cum relatione oppoſita. Cum autem dicitur Deus eſt alius a Deo abſolute, ibi non eſt oppoſitio relatiua. ¶ Ad ultimum dico, quòd Deus genuit alium, nō tamen concedenda eſt iſta diſiunctiua, ſcilicet, alium Deum, aut alium. non Deū; quia iſta non ſunt contradictoria. alius Deus, & non alius Deus, ideo eſt concedenda iſta; genuit non alium Deum.

Ly alius poteſt teneri dupliciter adiectiue, & iſto modo eſt falſa, alio mō ſubſtantiue, et ſic eſt uera, ut ſit ſenſus Deus generat alium Deum, id eſt Deus generat aliū qui eſt Deus.

¶ Quod ſi obijcias contra, quia ad negatiuam de prædicato finito, ſequitur affirmatiua de prædicato infinito, cum conſtātia ſubiecti, & ideo ſi genuit non aliū Deum, genuit alium non Deum. Dico, quòd iſta regula, ut dicit Philoſophus, non tenet in complexis, unde iſtæ duæ propoſitiones ſunt falſæ de lapide, lapis eſt lignum album, uel lapis eſt lignum non album; ita in propoſito, iſtæ duæ ſunt falſæ. Deus genuit alium Deum, uel Deus genuit alium non Deum.

1. perhiermenias. cap 5.

DISTINCTIO II.

Vtrum diuina eſſentia generet? uel generetur?

Hec idem quæſitum mouet Scotus primo ſent. diſtinct. 5 q. 1.

Diuus Bonauentura primo ſentent. diſtinct. 5. artic. 1.

Alexander Alenſis prima parte. q. 42. membro 3. artic. 1.

D. Tho.

D. Thomas prima parte. quæſtio. 39 Articul. 5.
Ricardus primo ſent. diſt. 5. q. 1. & 2.
Durandus primo ſent. diſt. 5 q. 1.
Franciſcus de Mayronis in primo ſenten. diſtin. 5. q. 1. & 2.

QVAESTIO I.

7. de trini c. 2. & 12.

POST hæc quęritur. Circa iſtã diſtinctioné quintam quęritur. Vtrum diuina eſſentia generet, uel generetur? Videtur quòd ſic; quia Auguſtinus concedit ſapientiam natam de ſapientia: ergo eadem ratione habet concedere eſſentiam natam de eſſentia. ¶ Pręterea Richardus. Multi inquit ſurrexerunt temporibus noſtris, qui nó audent dicere ſubſtãtiam genitam: ubi expreſſę ponitur, quòd eſſentia generetur. ¶ Præterea, pater generat: ergo eſſentia generat. Probatio conſequentię de quocunq; prędicatur ſubiectũ, & propria paſſio eius; ſed generare eſt propria paſſio patris, ergo cum pater prędicetur de eſſentia, ſimiliter generare prędicabitur de ea. ¶ Præterea, quod prędicatur de aliquo in primo modo dicendi per ſe, poteſt ſupponere pro eo. Exẽplum, nam animal, quod prædicatur per ſe, primo modo de homine, ideo poteſt ſupponere pro homine; unde optime ſequitur, homo currit, ergo animal currit, ſed eſſentia prędicatur de patre in primo modo dicendi per ſe, ergo poteſt ſupponere pro patre. Sed illa eſt uera pater generat, ergo ſimiliter, & illa erit uera, eſſentia generat. ¶ Præterea genitum inquantum genitum eſt aliquid, quia non eſt nihil, ſed aliquid in diuinis eſt eſſentia, ergo eſſentia eſt genita. In contrarium eſt magiſter in litera. ¶ Circa iſtam quęſtionem ponitur opinio Ioachim falſa. Secundo opinio Magiſtri uera.

6. de trinit. cap. 22.

Exemplum

Opinionis Abbatis Ioachim ut habetur extra de ſum. m. trinit. c. damnamus.

QVANTVM ad primum eſt ſciẽdũ, quòd in iſta quęſtione errauit Abbas Ioachim. Cuius error conſiſtit in duobus. Primus error eſt; quia impoſuit magiſtro Petro Lombardo hæreſim imponens ei, quòd poſuerit quaternitatem in diuinis, ſcilicet tres perſonas, & eſſentiam quæ nec generat, nec generatur; ergo ſecundum opinionem Ioachim eſſentia generat, & generatur. Secundus error eſt, quòd unitatem trium perſonarum non poſuit realem, & uerã, ſed collectiuam, & ſimilitudinariam, quod probat ſic, per illud Saluatoris. Volo pater, ut ſint unum in nobis, ſicut & nos unum ſumus. Sed Chriſti fideles non ſunt una res, ſed dicuntur unum propter unitatem fidei, & charitatis; ergo tres perſonę non ſunt una res. Ille ſecũdus error Ioachim fuit omnino intollerabilis, & hęreticus, quia ut arguit Papa in decretali allegata, pater gignendo filium dedit eſſentiam filio, & pater, & filius producendo Spiritumſanctum dederunt eſſentiã Spirituiſancto. Sed iſta communicatio non eſt patris eſſentię, quia eſſentia eſt ſimplex, & indiuiſibilis, ergo tota eadem eſſentiã, quę eſt in patre eſt in filio, & Spirituſancto; ſicut quælibet perſona eſt illa res realiter.

Ioan. c. 7.

¶ Ad argumentum Ioachim reſpondetur ibidem, nam Saluator intendit in oratione ſua, quòd fideles ſint unum in unitate proportionabili, quæ eſt vnitas participata. Et iſta expoſitio probatur per ſimile, quia Saluator dicit. Eſtote perfecti, ſicut & pater ueſter cęleſtis perfectus eſt; certum eſt, quòd Saluator ibi non loquitur de perfectione eſſentiali, ſed de perfectione participata, ergo ſimiliter hic. De primo errore patebit in ſequenti articulo. Propter quod ſciẽdum, quod eſt opinio Magiſtri, in primo cap huius diſtinctionis, quòd diuina eſſentia nec generatur, nec generat, quod probatur ſic. Generans refertur ad genitum realiter, & econuerſo. ſed eſſentia non dicitur relatiue. ergo eſſentia nec eſt generans, nec generatum. ¶ Pręterea generans diſtinguitur realiter a genito: quia nihil eſt, quòd ſeipsũ gignat, ut patet per Auguſtinũ, ſed eſſentia diſtinguitur realiter: ergo eſſentia nec generans eſt, nec genita. ¶ Pręterea nihil generat illud formaliter, quo formaliter eſt, ſed pater formaliter eſt eſſentia, ergo pater non generat eſſentiam. Et ſimili rõne probat Auguſt. quod pater nó eſt ſapiens ſapientia genita; quia ſi ea eſſet ſapiens, ea eſſet, quia ibi idem eſt ſapientia, & eſſentia. ¶ Ad idem arguunt alij ſic.

Vide reſpõſionem Nicolai de Lyra.

Matt. 5.

Vide Alex. de Ales 1. par q 42. membro 3.

1. de tri. c. 1.

7. de tri. capit. 2. et 12.

7 met. con-tex. 22. & 26.

ſic. In creaturis nec materia generat, nec forma, ſed compoſitum tantum; ergo ſimiliter in diuinis eſſentiis non generat, ſed ſuppoſitum, ſiue perſona. Sed hęc ratio non ualet, quia in creaturis ratio, quare forma non generat eſt; quia forma non eſt per ſe exiſtens, ſed ſic non eſt in propoſito: nam eſſentia diuina eſt per ſe exiſtens. Quicquid autem ſit de iſtis opinionibus, opinio tamē magiſtri eſt uera: & confirmatur auctoritate eccleſiæ, quæ eſt maxima auctoritas, ut ponit Auguſtinus in epiſtola, contra fundamenti. Ait enim Papa in Decretali ſuperius allegata. Nos ſacro approbante Concilio credimus, confitemur cum Petro, ideſt Magiſtro ſententiarum, quòd vna quidem res eſt incomprehenſibilis, & ineffabilis, & iſta quidem res, nec eſt generans, nec genita, nec procedens; ſed eſt pater, qui generat, filius, qui gignitur, & Spiritus ſanctus, qui procedit. Et quia Ioachim inferebat, quòd erat quaternitas in diuinis. Ad hoc reſpondit Decretalis ibidem, quòd illa eſt incomprehenſibilis, & ineffabilis. Veraciter eſt pater, filius, & Spiritusſanctus, tres perſonæ ſimul, & ſingillatim quęlibet earundem. Et ideo ſolummodo trinitas eſt in Deo, & non quaternitas: quia quælibet trium perſonarum eſt illa res: uidelicet eſſentia diuina. Si autem quęratur, quare in Logica non admittitur iſta propoſitio, eſſentia generat, uel generatur. Scotus dicit, quòd ratio huius eſt iſta: quando ſubiectum eſt abſtractum ultimata abſtractione, & prædicatum non prædicatur niſi formaliter, & per adiacentiam illa propoſitio non eſt uera, niſi in primo modo dicēdi per ſe; ita quòd nulla ſit diſtinctio inter ſubiectum, & prædicatum. Sed eſſentia eſt vltimate abſtracta, & generare ſemper prædicatur formaliter per adiacentiam: ergo non eſt uera, niſi per ſe primo modo dicendi per ſe, quia eſſentia eſt ad ſe; generare vero eſt relatio, quod autem eſt ad ſe, non eſt idem primo modo cum relatione; ergo iſta non eſt uera: eſſentia generat. ¶ Ad euidentiam maioris dicit, quod in ſubſtantia eſt una abſtractio tantum, ſcilicet quiditatis a ſuppoſito; an in accidētibus autem abſolutis ſunt duæ abſtractiones, ſcilicet vna accidentis a ſubiecto, alia quiditatis à ſuppoſito, puta albedinis ab iſta albedine. In accidentibus autem relatiuis ſunt tres abſtractiones, vna relationis, & fundamenti a ſubiecto: alia relationis a fundamento. Tertia quiditatis a ſuppoſito. Ex quo patet, quòd illa eſt ultimata abſtractio in qua nihil concipitur de re, niſi quod eſt ipſius quiditatis. Ideo dicit Auicenna, quòd equitas eſt tantum æquitas. ¶ Ad euidentiam minoris nota, quòd aduerbia, & participia ſemper in ſuo mō ſignificandi includunt adiacentiam, & modum formalem reſpectu alicuius, quaſi ſuppoſiti, & ideo prædicantur in ſecundo modo dicendi per ſe. Si ergo prędicarentur idemptice, tūc prædicarentur oppoſito modo incluſo in proprio modo ſignificandi.

Opinio Magiſtri uera.

Quō poſſit defendi Abbas Ioachim. Vide Bargium in 1. ſent. diſ. 5.

Pulchra opinio Scoti.

Quomodo in ſubſtantia ſit unica abſtractio.

Cap. 1. & 2.

¶ Ad primum principale reſpondetur per magiſtrum, quòd Auguſtinus accipit ibi ſapientiā pro ſuppoſito, ſiue ypoſtaſi, & non pro natura. ¶ Ad ſecundum dico. Si Richar. loquitur contra magiſtrum, ſicut verba ſua videntur ſonare, teneo Magiſtrum, & nego Richar. & quia Richar. dicit, quòd Magiſter non habet rationem, ſiue auctoritatem pro ſe. Reſpondeo, quòd habet maximam auctoritatem pro ſe; quia auctoritatem eccleſię quę eſt maxima, ut patet ex dictis.

Diſti. 18. primi ſent.

Solum ſufficit authoritas eccleſia.

¶ Ad tertiū nego cōſequētiā, quia ponunt pro ſubſtātiua prędicant per idēptitatē; adiectiua per inhærentiā. ideo iſta, eſt per adiacentiam; pater generat: iſta autem per idemptitatem, eſſentia eſt pater. ¶ Ad probationem dico, quòd licet de aliquo prædicetur propria paſſio, non tamē prędicatur de iſto, de quo prædicatur ſubiectum ſub aliqua alia ratione. Non enim ſequitur, quòd homo eſt riſibilis: ſpecies eſt homo, ergo ſpecies eſt riſibilis. ¶ Ad quartum dico, quòd maior eſt uera, niſi uarietur modus prędicandi: in propoſito autem uariatur modus prædicandi: quia cum dicitur, eſſentia eſt pater, eſt modus prædicandi per identitatem. Cum autem dicitur, pater generat, eſt prædicatio formalis, & per adiacentiam. ¶ Ad ultimum quando dicitur genitum inquantum genitum eſt aliquid, conceditur ſi per ly aliquid intelligas per relationem: ſed nego ſi per ly aliquid intelligas eſſentiam. Iſto enim modo

Eſſe aliquid poteſt eſſe dupliciter, eſſentialiter & ſic eſſentia eſt aliquid, ſecūdo

do

poſitaliter ſic eſſentia, non eſt aliquid ſed perſona, & generans.

do genitum inquantum genitum non eſt aliquid: ſed eſt aliquid.

Vtrum Filius generetur de ſubſtantia Patris?

Hoc idem quæſitum mouet Scotus primo ſent. diſtinct. 5. q. 2.
D. Bona. primo ſent. diſtinctio. 5. quæſt. 2.
Alexander Alenſis prima parte q. 42. membro. 4. artic. 2.
D. Thomas prima parte. q. 41. Artic. 3.
Ricardus primo ſentent. diſt. 5. q. 3.
Franciſcus de Mayronis primo ſent. diſtinct. 5 quæſt. 6.
Bacconitanus pri. ſent. diſtin. 4. q. 1.

QVAESTIO II.

SECVNDO quęritur, Vtrũ filius generetur de ſubſtantia patris? Videtur quòd non; quia ſi filius generaretur, quòd de ſubſtantia patris, aut ly dicit diſtinctionem ab eſſentia, aut non. Si primo modo, ergo eſſentia eſt diſtincta in patre, & filio, quod falſum eſt. Si ſecundo modo, ergo ſicut filius eſt de ſubſtantia patris, ita pater eſt de ſubſtantia filij. ¶ Contra Auguſtinus dicit, nullo modo filium Dei cognoſcetis, ſi hunc de ſubſtantia patris eſſe negatis. ¶ In iſta quæſtione concluſio eſt certa, ſcilicet quòd filius eſt de ſubſtantia patris; ſed difficultas eſt in modo ponẽdi, ideo, primo ponitur una opinio, quæ communiter non tenetur, ſecundo arguitur cõtra iſtam. Tertio dicetur ad quæſtioné ſecundum veritatem.

Contra Maximum lib. 3. cap. 14.

QVANTVM ad primum eſt opinio Henrici, quæ dicit, quod filius Dei ſit de ſubſtantia patris, quaſi de materia. ¶ Ad cuius euidentiam notandum eſt, quod ſicut in creaturis eſt aliquid potentionale, quod præſupponitur generationi: & aliquid formale, quod acquiritur per generationem; & tertio compoſitum ex formali, potentionali, cuius eſt per ſe generatio, ſic ſuo modo eſt in diuinis. nam potentionale, uel quaſi materia ponitur diuina eſſentia. proprietas perſonalis eſt forma, & perſona diuina eſt quaſi compoſitum, quæ includit eſſentiam, & proprietatem perſonalem. Sicut ergò in creaturis poteſt dici, quod illud quod per ſe generatur, ideſt compoſitum eſt de materia, ſic in diuinis filius eſt de ſubſtantia quaſi de materia: quod probatur ſic, filius generatur de aliquo, & non de nihilo, ſed illud de quo aliquid generatur ſe habet ſicut materia, ergo filius generatur de eſſentia, quaſi de materia. Vnus alius doctor tenet eandem concluſionem, quam probat ſic. In creaturis manet idem ſub utroque termino generationis; ex hoc arguitur ſic. Quod manet idem ſub utroque termino generationis poteſt dici ſubiectiue generari: ſed eſsẽtia diuina eſt huiuſmodi, ergo eſſentia diuina generatur ſubiectiue, & per cõſequens eſt materia, uel quaſi materia generationis. ¶ Præterea in eodem eſt tranſmutatio; & terminus trãſmutationis, ſicut in eodem eſt diſpoſitio & forma ad quam diſponit; ſed relatio eſt terminus generationis, & eſt in eſſentia, ergo generatio, quæ eſt uia ad illum terminum eſt in eſſentia, ergo eſſentia eſt quaſi ſubiectum, uel quaſi materia generationis. ¶ Præterea ubicunque eſt potentia actiua, oportet, quod ponatur potentia paſſiua illi correſpondens, ſed in patre eſt potentia actiua ad generationem, ergo & potentia paſſiua de qua generat. ſed hoc non poteſt eſſe niſi eſſentia, ergo. ¶ Vltimo ſic, ſi ignis generat ignem de ſua ſubſtantia idem faceret, quod nunc facit generando de materia aliena: ſed quando ignis generat ignem de materia aliena ſupponitur ſubiectum, & materia, ergo ſi generat ignem de ſua ſubſtantia, tũc eius ſubſtantia eſſet quaſi materia generationis. ergo ſimiliter in generatione diuina pater generando filium de ſua eſſentia ponitur eius eſſentia quaſi materia.

Henricus in ſumma art. 54. q. 3. & in quolib. 8. q. 9.

7. met. contex. 22. & 26.

Gotfredus quolib. 9.

DE SECVNDO articulo dico, quod contra iſtam opinionem arguitur multipliciter. primo ſic. Illud quod ſe habet in generatione tanquam terminus formalis non ſe hẽt ut materia, vel quaſi materia. ſed eſſentia eſt formalis terminus generationis, ergo non ſe habet ut materia, uel quaſi materia. Maior probatur ſic. Quia terminus formalis, & materia habent oppoſitos modos, tum quia illud quod eſt materia generationis,

Scotus contra Henricum ſic arguit.

nis, eſt in potentia ad terminum formalem; eſſentia non eſt in potentia ad ſeipſum, tum quia perſona haberet eſſentiam duplici modo habendi quod eſt inconueniens; quia perſona haberetur eſſentiá per aliquem modum quo remoto nihilominus haberet. Minor probatur multipliciter. tum quia Saluator dicit. Quod dedit mihi pater maius omnibus eſt. quod autem maius eſt omnibus, oportet, quòd illud omnino de ſe ſit infinitum, hoc autem conuenit eſſentiæ, & non relationi. tum quia nulla entitas habetur per generationē, niſi ſit formalis terminus, uel ſit contenta in formali termino generationis; Sed eſſentia non continetur ſub relatione: quia eſſentia dicit perfectionem ſimpliciter. relatio autem non. ergo eſſentia eſt formalis terminus generationis: tum quia illa productio non eſſet generatio, ſed magis eſſet mutatio ad relationem: nam mutationes, & motus ſpecificantur ex terminis ut patet per Ariſto. & commentat. ¶ Secundo principaliter arguitur ſic de ratione materiæ eſt præexiſtere. ſed eſſentia non præexiſtit, niſi in patre. ergo ſi eſſentia haberet rationem materiæ, uel quaſi materiæ hoc ſolū eſt in patre. Tunc arguitur ſic. illi acquiritur terminus formalis generationis, cuius eſt materia. ſed in patre eſt materia, uel quaſi materia per te. ut oſtenſum eſt. ergo patri acquiritur terminus productionis; Sed illud, cui acquiritur terminus productionis eſt filius, uel ſpiritus ſanctus. ergo pater eſt filius, uel ſpiritus ſanctus. quod eſt hæreticum. ¶ Tertio ſic. quando ad productionem effectus concurrit actiuum, & paſſiuum prior eſt naturaliter habitudo actiui ad paſſiuum quam ſit utriuſq; ad productum. ergo ſi in patre eſt fœcunditas actiua, & aliquid correſpondens quaſi materia ad productionem filij prior erit habitudo fœcunditatis ad eſſentiam, quàm ſit habitudo patris ad filium, & cum illa habitudo nō ſit rationis tantum, ſequitur, quòd in diuinis ſit aliqua relatio realis prior illa relatione, quę eſt patris ad filium quod eſt falſum. ¶ Quarto ſic. non eſt imperfectior potētia productiua ad intra, quam potentia creatiua ad extra. ſed potentia creatiua ad extra non præſupponit materiam, nec aliquid quaſi materiam. ergo. ¶ Vltimo ſic, ſecundum Auguſtinum, ut patet per Magiſtrum in litera. Ita eſt ſpiritus ſanctus de ſubſtantia patris, & filij, ſicut filius eſt de ſubſtantia patris. ſed ſpiritus ſanctus ſecundum illos non eſt de eſſentia, ut de materia. quia productio ſpiritus ſancti ſecundum eos eſt per ſufflationem: ergo filius non eſt de ſubſtantia patris, ut de materia, uel quaſi de materia.

Iohan. c. 10.

3. Phyſ. cō-tex. 4.

Contra Maximinum libro 3 c. 4.

QVANTVM ad tertium articulum ſequendo opinionem doctoris noſtri dico cum doctoribus etiam antiquis quòd temporibus etiam Auguſtini nullus fuit auſus nominare in diuinis materiam, uel quaſi materiam. Et tunc pono duo dicta. Primum, quòd filius non eſt de ſubſtantia patris quaſi de materia. Secundum, quòd hoc non obſtante adhuc filius uere eſt de ſubſtantia patris. Primū declaro ſic. Generatio in creaturis duo dicit, ſcilicet mutationem, & productionem, & formales rationes eorum ſunt adinuicem ſeparabiles: nam productio eſt forma ipſius producti, & accidit ſibi quòd ſit cum mutatione. mutatio autem eſt actus ſubiecti mutabilis, quod de priuatione tranſit ad formam: hæc autem duo in generatione creaturarum coniunguntur & ratio eſt propter imperfectionem agentis creati, quod ſemper indiget paſſo. Si autem generans creatum eſſet perfectum agens, & non exigeret materiam dę qua, uel circa quam ageret, ſed poſſet producere effectum ſuum ex ſe, tunc eſſet productio ſine mutatione. Cum ergo in diuinis nihil ſit imperfectionis, oportet, quòd ibi ſit productio perfecti ſine mutatione, ſed materia, uel quaſi materia non exigitur, niſi ratione agentis imperfecti, & ratione mutationis ergo in productione, quacumq; diuina non oportet ponere materiā, uel quaſi materiam. ex his patet per uiam correlarij, quòd generatio non trāſfertur, nec ponitur in diuinis ſub ratione mutationis, quia iſto modo dicit imperfectionem. ponitur autem ſub ratione productionis: Secundum declarandum, ſcilicet, quòd filius uere ſit de ſubſtantia patris debet ſic intelligi, ut ly de non dicat præciſe originationem: quia iſto modo creaturæ eſſent de ſubſtantia Dei; nec præciſe conſubſtantialitatem: quia tunc

Antiqui doctores non nominauerunt materiā uel quaſi materiam in diuinis.

Dionyſius Carthuſianus conatur reſpondere rationibus Scoti, tamē non ſaluat Henricum. nam auſus eſt dicere, quòd eſſentia diuina concipitur exiſtere in patre, alio modo prout concipitur exiſtere in filio communicata. primo modo eſſentia diuina dicitur materia, uel quaſi materia, quia ex ipſa producitur filius. ut autē eſt in filio dicitur terminus formalis generationis, contra diuina eſſentia non

pater

pater eſſet de ſubſtantia filij. ſed ly de dicit originationem, & conſubſtantialitatem ſimul: ut ſit ſenſus. filius eſt de ſubſtantia patris, id eſt, originatur a patre, & conſubſtantiatur ei. Et ex hoc patet, quòd filius non eſt de nihilo, quia ſi forma præexiſteret compoſito, tunc compoſitum non dicitur fieri de nihilo dato, quod non præexiſteret aliquid quaſi materia. Eſſentia autem ad minus, ſecundum noſtrum modum intelligendi præexiſtit, ut forma, ideo non ſequitur, quòd filius ſit de nihilo, & ſic patet ad argumentum primæ opinionis. ¶ Ad argumenta autem alterius opinionis patet ad duo prima dicendo, quòd non concludunt niſi de generatione. quæ accipitur ſub ratione mutationis. Dictum eſt autem, quòd generatio non transfertur, nec ponitur in diuinis ſub ratione mutationis, ſed ſub ratione productionis. ¶ Ad tertium nego maiorem, quia primæ potentiæ actiuæ non correſpondet aliqua potentia paſſiua, quæ ſit materia, uel quaſi materia. ¶ Ad Quartum dico, quòd ſi ignis eſſet agens perfectum, & de tota ſua ſubſtantia generaret ignem, non ſic proprie, de uel, ex materia, ſed ei communicando terminum formalem, quæ eſt ſua ſubſtantia, non eſſet ſua ſubſtantia in potentia ad formam generandi. Deus autem eſt tale ideo communicat eſſentiam tanquam terminum formalem non præſuppoſita materia, uel quaſi materia. ¶ Ad primum principale patet ex dictis, quòd ly de non dicit præciſe originem, nec præciſe conſubſtantialitatem, ſed dicit utrumq; ſub hoc ſenſu. filius eſt de ſubſtãtia patris. i. filius originatur a patre, & conſubſtantiatur ei.

poteſt eſſe ſimul & ſemel materia & terminus formalis, quia diſtinguuntur ex natura propria, materia, & terminus formalis, cum habeant oppoſitos modos.

D. Thomas facit differentiam inter ex, & de, nam omnia ſunt ex Deo tãquã ex principio.

Filius eſt de ſubſtantia patris facit iſtum ſenſum filius eſt originatus, productus a patre & ita eſt de ſubſtantia patris, 1 parte ſummę q. 41. artic. 3.

DISTINCTIO VI.

Vtrum Deus pater genuerit filium uoluntate?

Hoc idem quæſitum mouet Sco. 1. ſen. di. 6. q. 1.
D. Bona. 1. ſent. diſt. 6. q. 2. artic. 1.
Alexander Alenſis prima parte q. 42. membro 5. arti. 1.
D Thomas 1. par. q. 34. art. 1.
Ricardus 1 ſent diſt. 6. q. 2.
Durandus primo ſent. diſt. 5 q. 1.
Franciſcus de Mayronis 1. ſent diſt. 6. q. 1.
Bacconitanus primo ſent. diſt. 6. q. 1.

QVAESTIO I.

PRAETEREA quæritur. Circa iſtam diſtinctionem ſextam quæritur. Vtrum Deus pater genuerit filium uoluntate. Videtur, quòd ſic per Richar. Vultis inquit audire uerbum abbreuiatum ingenitum uelle de ſe habere conformem, atque condignum, quòd idẽ mihi uidetur, quod gignere filium. Ex hoc arguitur ſic. patrem uelle ex ſe habere conformem eſt gignere. ergo ſicut uult uoluntate habere conformem, ita etiam uoluntate generat. ¶ Preterea Auguſtinus contra Maxi. probat filium eſſe equalem patri ſic. Si pater non gignit filium equalem ſibi, aut hoc eſt, quia noluit, & ſic fuit inuidus, aut quia non potuit, & ſic fuit impotens.

6. de trini. cap. 17.

Lib. 3. c. 1. & ponitur diſt. 20.

¶ Preterea, omne inuoluntarium eſt triſte, ſed nihil eſt triſte in diuinis. ergo nec eſt ibi inuoluntarium. ergo pater genuit filium uoluntate.

5. met. contex 6.

¶ In contrarium eſt magiſter in litera, & probatur per Auguſtinum in epiſtola ad Oroſium. voluntas inquit patris præire ſcientiam non poteſt. Et Damaſcenus dicit, quòd generatio eſt opus naturę. In iſta quæſtione ſunt tria uidenda. primo ſi productio filij ſit naturalis. ſecundo ſi poſſit concedi patrem producere filium uoluntate. tertio ſi illa productio ſit neceſſaria.

Lib. 1. ca. 8.

DE PRIMO dicitur omnibus, quòd probat unus doctor ſic. productio ſimpliciter prima eſt naturalis, quemadmodum natura eſt prior arte. ſed productio filij eſt ſimpliciter prima. ergo. Alius doctor probat idem ſic, productio per modum intellectus eſt naturalis. ſed filius producitur per modum intellectus. ergo producitur naturaliter. Alius, ſcilicet Scotus probat hoc idem in reportatis ſuis ſic. Memoria eſt principium mere naturaliter producens. ſed filius producitur a memoria patris. ergo producitur naturaliter. ¶ Ad euidentiam maiorem eſt ſciendum, quòd ad hoc, quòd productio ſit naturalis requiruntur tria. Primò, quòd principium ſit determinatum ad unum. ſecundo, quòd illud principiũ ſit aſſimilatiuum; quia natura eſt uis inſita

Henric. in ſumma art. 58. q. 2.

D. Thom in parte ſummę q. 34. artic. 1.

ficat rebus ex ſimilibus ſimilia procreans. ut principium in ſua operatione nō requirat intellectum dirigentem in operādo: quia illud ex ſe exit in operationem. Illa autem tria ſunt in memoria paterna. Eſt enim principium determinatiuum ad vnum. eſt etiam principium aſſimilatiuum. & eſt tale principium, quòd non requirit intellectum extriuſecum dirigentem. ſed ſeipſa exit immediate in intellectionem.

DE SECVNDO artic. dico. duo ſunt q̄ faciūt dubiū, primū aliquo mō pt concedi, quòd pater generet filiū uolens, & dato, quòd ſic, ſequitur ſecundum dubium ſi pater generet filium uoluntate in ratione principij eliciriui. ¶ Quantū ad primum dicit Goth. quòd pater nō generat filium aliquo modo uolens. quia intellectio patris aliquo modo præcedit quodcunque uelle patris. ſecundum Auguſtinum, ſed intellectio patris, ut patris eſt, ipſa gignitio filij. ergo generatio filij præcedit quodcunque uelle patris.

Gothfredus quol. 5. q. 4.

15. de trin. cap 27.

Minor, probatur, quia eiuſdem potentiæ non poſſunt eſſe duo actus diuerſi; nam actus diſtinguetur per potentias. Sed diceres, quòd generare, & intelligere ſpectant ad potentiam intellectiuam, quæ ſimpliciter eſt una. ergo intelligere, & generare ſunt idem. Sed hæc poſitio nō ualet; quia habet minorem falſam. ideo conſequentia nulla eſt. Falſitas autem minoris probatur ſic. quando aliqua ſic ſe habent, quòd vnum dicit perfectionē ſimpliciter, & aliud non. illa nō ſunt ſimpliciter idem. Sed generare, ſiue dicere non eſt perfectio ſimpliciter, Intelligere autem eſt perfectio ſimpliciter ergo non ſunt ſimpliciter idem. Prima pars minoris probatur ſic. quia ſi generare eſſet pfectio ſimpliciter, cum filius, & ſpiritus ſanctus non generent, ſequitur, quòd non eſſent perfecti ſimpliciter. Secunda pars minoris probatur. quia pater quātum ad intelligere eſt perfecte beatus. Beatitudo autem conſiſtit in perfectione ſimpliciter. ergo intelligere dicit perfectionem ſimpliciter. ¶ Ad argumentum autem primæ opinionis quando dicitur, quòd potentiæ diſtinguuntur per actus. dico, quòd actio in creaturis uno modo accipitur pro actione de genere actionis, alio modo accipitur pro actu ſecundo, qui eſt de genere qualitatis. dico ergo, quòd unius potentiæ eſt unus actus. accipiendo actum pro altero iſtorum modorum; tamen unius potentiæ poſſunt eſſe duo actus quorum vnus corresponderet actui; de genere actionis, & alter correſpondeat actui de genere qualitatis, & ſic eſt in propoſito. quia dicere correſpondet actui de genere actionis, & intelligere correſpondet actui de genere qualitatis. concedo ergo, quòd pater generet filium uolens. Sed hic ſunt tres modi dicendi. Vnus communis, valet, quòd pater genuit filium uolens uoluntate conſequente, ſed non uoluntate antecedente. Alius modus dicendi eſt per diſtinctionem. quia ly uoluntate poteſt teneri, uel ablatiue, in ratione principij, uel aduerbialiter, & primus intellectus eſt falſus. ſecundus uerus, ſcilicet pater genuit filium voluntare, id eſt, uolitiue. Tertius modus dicendi eſt Scoti, quòd pater gignit filium uolens hoc modo: quia in primo ſigno originis pater formaliter intelligit, & tunc etiam poteſt habere actum uolendi. In ſecundo autem ſigno originis pater gignit filium, & uult illam gignitionem uolitione habita in primo ſigno originis. De ſecundo autem dubio in iſto articulo, ſcilicet ſi pater producit filium uoluntate in ratione principij eliciriui. pater per omnes doctores, quòd non. quia principium eliciriuum unius rationis in diuinis non poteſt habere duas productiones adequatas: ſed uoluntas eſt tale principium, & habet pductionem adequatam, ſicut eſt productio ſpiritus ſancti. ergo non poteſt eſſe principium generationis filij.

2. de anima tex. 33.

Actio in creaturis, duobus modis accipitur.

DE TERTIO ARTICVLO dico, quòd productio filij eſt neceſſaria: quod probatur ſic. neceſſe eſſe ſi producitur neceſſario producitur: ſed filius eſt neceſſe eſſe. quia nihil eſt in Deo, quod non ſit neceſſe eſſe. ergo filius de neceſſitate producitur: ſed ſic eſt in propoſito. ergo.

Productio filij eſt neceſſaria neceſſitate antecedente. neceſſitatē antecedentem intelligo neceſſitatem diuinæ eſſentiæ, & concomitantem, per neceſſitatē cōcomitātem, intelligitur neceſſitas, quæ eſt cum productione filij, non autem ſubſequentem, & eſſe ceterae tamē oīa quæ ſunt neceſſaria in diuinis. ſūt neceſſaria unica neceſſitate.

¶ Præterea infinitum actuale ſi producitur neceſſario producitur: ſed ſic eſt in propoſito.

¶ Vltimo ſic productio naturalis nullo mō impedibilis eſt neceſſaria; ſed productio filij eſt naturalis, & nullatenus pt impediri.

pediri ergo eſt neceſſaria. Prima pars minoris patet ex dictis in primo articulo. Secunda pars probatur ſic, quòd enim aliqua actio impeditur, hoc eſt, uel quia habet agens contrarium, uel propter ſubtractionem materiæ, uel propter corruptibilitatem agentis. ſed nulla iſtarum cauſarum eſt in diuinis, ergo iſta productio nõ eſt impoſſibilis. Sed occurrit dubium: qua neceſſitate pater producit filium. Eſt autem ad præſens triplex neceſſitas, ſcilicet coactionis, naturalis determinationis, & requiſitæ perfectionis. Modo dico, quòd pater non producit filium neceſſitate perfectionis poteſt tamen dici, ꝙ producit eum neceſſitate naturalis determinationis: quia memoria paterna, per quã producitur filius, eſt determinata ex ſe ad producendum verbum. Neceſſitatis aũt tertia, ſcilicet requiſitę perfectionis eſt duplex. Vna, quòd hoc eſſet imperfectum ſine illo. Alia, quòd ex plenitudine perfectionis hoc redundat in illud ſicut ponit Auicenna. De ſecunda neceſſitate certum eſt, quòd pater neceſſario producit filium neceſſitate requiſitę perfectionis, quia ſi non produceret filium intellectio paterna non eſſet perfecta. quod ſic probatur. operatio non eſt perfecta niſi ſit in termino: ſed ſi pater non produceret filium eius intellectio non eſſet in termino. quia uerbum eſt terminus intellectionis diuinæ, ergo. ¶ Contra hoc arguit Scotus. Operatio intelligendi eſt perfectio ſimpliciter, ſicut bonitas; ſed poſito per impoſſibile, quòd pater non produceret filium, adhuc eſſet in patre perfecta bonitas. ergo. ¶ Præterea pater non communicat filio, niſi quod habet. ſed ante productionem filij pater habet intellectionem imperfectam; quia habet eam ſine termino per te. ergo pater communicat filio intellectionem imperfectam, & ſic filius, eſt imperfectus. Ideo dicit, quòd in primo ſigno originis omnia eſſentialia ſunt perfectè in patre, & in ſecundo ſigno communicat filio; & ſic ratio opinionis non concludit: quia intellectio in ſe eſt in termino perfectionis, dato, ꝙ non haberet terminum diſtinctum.

Dubium. *Triplex neceſſitas.* *Quomodo pater producat filium neceſſitate naturalis terminationis.* *Neceſſitas requiſitę perfectionis quid.* *6. Met. c. 6* *Vide Scotũ in reportatis.*

¶ Ad primum principale poteſt dici, quòd Rich. intelligit illud de uoluntate concomitante. Alio modo dicitur negãdo Rich. quia ſi illud dicit Rich. oppoſitum tamen uidetur beato Auguſtino, cui eſt magis aſſentiendum. dicit enim, quòd filius procedit quomodo natus, non quomodo datus, id eſt, non pactum uoluntaris, cui conuenit dare. ¶ Ad ſecundum de inuidia dico, quòd non ualet, quia inuidia eſt non tãtum ſubtrahendo bona, quæ poſſent cõmunicari actui uoluntatis immediate, ſed etiam reſpectu quorumcunque, quæ uoluntas poteſt communicare, & non communicat. Nunc autem pater generat uolens, ſed non uoluntate in ratione principij elicitiui, ut patet in ſecundo articulo. ¶ Ad tertium concedo, quòd generatio filij non ſit inuoluntaria ſed ex hoc non ſequitur, quòd uoluntate generat. Multa enim facimus quæ non ſunt inuoluntaria, & tamen uoluntas non eſt principium elicitiuum reſpectu illorum.

5. de trini. cap. 14. & 31.

DISTINCTIO VII.

Vtrum potentia generandi in patre ſit aliquid abſolutum? uel proprietas perſonalis?

Hoc idem quæſitum mouet Scotus 1. Sent. diſtin. 7. q. 1.
D Bona primo ſent diſtin. 7. q. 1. Artic. 1.
D Thomas prima parte q. 41. artic. 5.
Richardus primo ſent diſt 7 q. 1.
Durandus primo ſent diſtin. 7. q 2.
Franciſcus de Mayronis primo ſent. diſt. 7. q. 2.
Bacconitanus primo ſent diſt 5 q. 1.

QVAESTIO I.

HIC QVAERI ſolet. Circa iſtam diſtinctionem ſeptimam quęritur. Vtrum potentia generandi in patre ſit aliquid abſolutum, uel proprietas perſonalis? Et uidetur, quòd ſit proprietas perſonalis per Auguſtinum. Eo inquit pater eſt, quo eſt ei filius. ſed pater paternitate eſt pater. ergo paternitate generat, & ſic potentia generandi eſt reſpectus, ſiue proprietas perſonalis. ¶ Præterea actio propria eſt a propria forma, ſed generare eſt actio propria patris. ergo eſt a proprietate perſonali. Maior patet ex, ubi uult philoſophus, ꝙ effectuum uniuerſalium ſunt cauſæ uniuerſales, & particularium particulares. ¶ Præterea, medium eſt eiuſdem generis cum

5. de Trin. cap. 6. *5. met. c. de cauſa.* *2. phyſ. com. tex. 38.*

cum extremis; ſed illud, quo pater generat, eſt medium inter generans, & genitum, ergo cum generans, & genitum ſunt relatiua oportet, quòd potentia, ſiue illud, quo pater generat dicat relationem. ¶ Præterea, potentia, & actus ſunt eiuſdem generis, ſed actus, ſiue generatio eſt relatio. ¶ Contra Damaſc. dicit, quòd generatio eſt opus naturæ, ſed non eſt opus naturæ in ratione generantis, ut patet ſupra, ergo generatio eſt opus naturæ in ratione potentiæ, vel principij, quomodo ergo erit quid abſolutum.

9. met. con- tex. 13.
Lib. 1. c. 8. diſt. 5.

CIRCA iſtam quæſtionem ſunt tres articuli ſecundum tres opiniones, quarum prima dicit, quod illud, quo pater generat eſt eſſentia, quod probatur ſic. Generans aſſimilat ſibi genitum in forma, qua agit, ſed filius aſſimilatur patri in eſſentia, ergo illud, quo pater generat eſt eſſentia. Et confirmatur ratio ſic. Proprietas perſonalis in diuinis correſpondet proprietati indiuiduali in creaturis; ſed proprietas indiuidualis creaturarum non eſt, quo creaturæ producunt, ſed eſt natura, in qua conueniunt, ergo. ¶ Contra iſtam opinionem arguitur ſic, omnis forma, quæ eſt principium ſufficiens elicitiuum alicuius actionis, ſi per ſe eſt, per ſe poteſt agere illa actione. Exemplum huius eſt in calore ſeparato, quia ſi calor eſſet ſeparatus poſſet calefacere; ſed eſſentia diuina eſt principium generationis per ſe, & conſtat, quòd ſufficiens, ergo eſſentia diuina poſſet per ſe generare, quod eſt falſum. ¶ Præterea producens, & forma, qua producunt habent eandem relationem ad producta; ſed pater, qui eſt producens, refertur ad filium realiter, ergo ſi eſſentia eſt illud, quo pater producit ſequitur, quòd illa realitas refertur ad filium, quod eſt falſum. Maior patet, vbi dicitur, quòd artifex, & ars dicuntur eadem relatione ad artificiatum.

D Thom. 1. par ſumm. q. 41. art. 5.
Exemplum.
2. met. con- tex. 50. & 2. Phyſ con tex 38.

¶ Præterea productio per prius eſt diſtinctiua, quàm aſſimilatiua, quia eſt aſſimilatiua, inquantum eſt forma, eſt aũt diſtinctiua inquantum eſt hoc, ergo per prius eſt productiua inquantum eſt hoc, quàm inquantum forma, ſed ut eſt hoc dicit proprietatem perſonalem. ergo. Maior patet: nam omnis productio eſt diſtinctiua, non autem omnis aſſimilatiua; ſed illud eſt prius, a quo non conuertitur ſubſiſtendi conſequentia, ergo productio prius eſt diſtinctiua, quam aſſimilatiua.

ALIA eſt opinio, quòd eſſentia eſt principium elicitiuum generationis, & relatio eſt principium determinatiuum: Ad cuius euidentiam eſt notandum ſecundum iſtam opinionem, quòd omnis actio poſitiua debet habere principium poſitiuum; ſed in diuinis non ſunt niſi duo poſitiua, ſcilicet eſſentia, & relatio. Relatio non poteſt eſſe principium elicitiuum generationis; quia non poteſt eſſe nec principium, nec terminus motus, ergo oportet, quòd eſſentia ſit principium elicitiuum, ſed eſſentia eſt indeterminata ad hanc, uel illam productionem, ſcilicet generationem, & ſpirationem, ergo oportet, quòd aliquid determinetur. ſed determinatur per relationem, ergo relatio eſt principium determinatiuum, & eſſentia principium elicitiuum ¶ Contra iſtam opinionem arguitur ſic. Duplex eſt indeterminatio. Vna eſt potentiæ actiuæ illimitatæ ad plures effectus: ut patet in ſole. Aliæ potentiæ paſſiuæ, ut patet in materia, tunc arguitur ſic. Illud, quod eſt indeterminatum indeterminatione potentiæ actiuæ, non oportet, quòd per aliquid determinetur, ſed eſſentia diuina eſt indeterminata indeterminatione potentiæ actiuæ, ergo eſſentia non determinatur per relationem. ¶ Præterea, quando aliquid eſt indeterminatum ad duos, uel plures effectus non ex equo, ſed ſecundum poſito priori ex ſe abſque alia determinatione producit ſecundum: ſed eſſentia eſt huiuſmodi reſpectu generationis, & ſpirationis, quia per prius ſe habet ad generationem: ergo poſita generatione non oportet ponere principium determinatiuum reſpectu ſpirationis.

Doctor in quolib q. 2. artic. 3. adducit hanc opinionem Henrici.
5. Phyſ. con tex. 10.
Duplex indeterminatio. pro hoc vide Scotũ in 1. diſt 3. q. 7. & diſt. 8. q. ultima.

¶ Præterea eſſentia, ut eſſentia ſecũdum ſe eſt principium elicitiuum: ſed eſſentia, ut eſſentia non poteſt determinari per relationem. dicente Damaſc. proprietates inquit determinant ypoſtaſes, non naturam. Alia eſt opinio Scoti, quæ primo ponit vnam diſtinctionem. ſecundo ſoluit queſtionem, diſtinctio eſt

Elicitiuum idem eſt ac ſi diceret principiatiue
Lib. 3. c 6.
Opinio Scoti.

Multiplex potentia. 5. Met. con tex. 17. 6. met. contex. 4.

iſta q̃ potẽtia multipliciter accipit. Vno modo potentia logica, quæ dicit non repugnantiam terminorum. Alio modo accipitur potentia prout diſtinguitur contra actum, ſicut dicitur, quòd actus, & potentia diuidunt ens; & illo modo idem ens prius eſt in potentia, quam in actu, & uniuerſalis potentia non eſt in Deo, quia Deus eſt purus actus. Alio modo accipitur potentia prout eſt principium agendi, & patiendi, & accipiendo potentiam prout eſt principium patiendi non ponitur in Deo; quia potẽtia illo modo dicit imperfectionem. Accipiendo autem potentiam prout eſt principiũ agendi ſic potẽtia accipitur dupliciter. Vno modo quãtum ad illud, quod per ſe ſignificat. Alio modo quantum ad illud, quod per ſe denominat. Loquendo uero de potentia quantum ad illud, quod per ſe ſignificat, dico, quod dicit relationem, ſiue proprietatem ſicut potẽtionalitas. Loquendo autem de potentia quantum ad illud, quod per ſe denominat, id eſt, loquendo de fundamento proximo illius relationis præciſe circunſcriptis quibuſcunque concurrentibus: Tũc

Solutio quæſtionis.

Doctor ſoluit quæſtionem, & tenet duas concluſiones. Prima, quòd potentia ſic ſumpta non dicit relationem. Secunda, quòd dicit quid abſolutum. ¶Præterea, concluſio ſic probatur. Omnis relatio

Omne principium agẽdi eſt ens abſolutum, ſecundũ Scotum, potentia generatiua eſt ſic, ergo.

eque naturaliter reſpicit ſuum correlatiuum proprium. ſi ergo potentia generandi in diuinis diceret relationem non diſtinguerentur ibi duæ productiones, quarum una eſt per modum naturæ, alia per modum uoluntatis, quod eſt inconueniens. ¶Præterea, ſi talis potentia eſſet relatio potẽtiæ paternitas eſſet ſimpliciter perfectior filiatione. ¶Probatur conſequentia primo ſic. Illud quo ꝓducens producit, ſi non eſt eiuſdem rationis cum forma producti continet eam uirtualiter, & eſt perfectius ea, ſed filiatio non eſt eiuſdem rationis cum paternitate, ergo ſi paternitas eſt illud, quod pater generat, ſequitur, quòd paternitas contineat filiationem, & ſic eſt perfectior ea. Secundo ſic. Filius filiatione nihil producit, nec ad intra, nec ad extra, ſed pater per ſe producit filium paternitate, ergo paternitas eſt perfectior filiatione: ſecunda concluſio ſic probatur, quod eſt perfectionis in principio productiuo, non tollit ab eo rationem principij productiui, ſed communicare ſe ſecundum idemptitatem naturalem, & adequatam ponit perfectionem in principio productiuo, ergo non tollit ab eo rationem principij productiui. Sed ſi per impoſſibile Deus generaret alium Deum realiter diſtinctũ, diuinitas eſſet principium generandi, ergo quamuis pater generat filium communicando ſibi naturam propter illam communicationem non eſt negandum, quin eſſentia, & diuinitas ſint principium generandi. ¶Præterea, aliquid abſolutum eſt terminus formalis generationis, ergo aliquid abſolutum eſt illud,

Diſt. 5. q. 2.

quo pater generat. Antecedens eſt probatum, ſupra. Conſequentia probatur, quia impoſſibile eſt agens, uel generans communicare terminum formalem productionis, niſi agat forma eque perfecta, ſi agit vniuoce, uel forma perfectiori, ſi agat equiuoce. Sed in diuinis nihil eſt eque perfectum, vel perfectius eſſentia diuina, ſiue abſoluto, ergo abſolutum eſt illud, quo pater communicat terminum formalem filio. ¶Sed contra iſtã opinionem adducuntur tria argumenta facta contra primam opinionem: ſed ego dico, quòd iſta argumenta non concludunt: vnde reſpondeo ad ea. ¶Ad primum, quando dicitur omnis forma, quæ eſt principium ſufficiens, &c. dico, q̃ maior eſt falſa, niſi illud principium intelligatur elicitiuum, & per ſe exiſtens, & ſit in potentia propinqua ad operandum.

Exemplum.

Exemplum huius, ſpecies in oculo eſt principium uidendi, tamen ſi poneretur per ſe non poſſet uidere, quia non eſt in potentia propinqua ad uidendum non in oculo. Ita in propoſito eſſentia non eſt in potentia propinqua ad operandum non in ſuppoſito. ¶Ad ſecundum dico, quòd maior eſt uera in creaturis, ubi eſt diſtinctio realis inter cauſam, & principium, quo cauſat, & ſic eſt dependentia eſſentialis. Sed in diuinis non eſt uera: quia nec eſt ibi dependentia eſſentialis, nec diſtinctio realis eſſentię, & principij. ¶Ad illud dico; quòd duplex

Duplex eſt prius.

eſt prius, unum a quo non conuertitur ſubſiſtendi conſequentia, aliud eſt prius cauſalitate: tunc dico, quòd non ſemper

prius

prius ſecundum conſequentiã eſt prius ſecundum cauſalitatem, & ita concedo, ꝙ diſtinguere in generatione eſt prius communius, quàm aſſimilare, quia multa diſtinguuntur, quæ non aſſimilantur; ſed diſtinguere non eſt prius in generatione, quàm aſſimilare, & hoc ſecundum cauſalitatem. ¶ Ad primum principale, dico, quòd quando ablatiuus conſtruitur cum uerbo ſignificat principium agẽdi, ut corpus diſgregat albedine, quando autem conſtruitur cum nomine, tũc non ſignificat principium formale agendi, ſed ſignificat principium formale dandi eſſe, ut corpus eſt album albedine. Cum ergo dicitur per Auguſtinum, quòd pater eſt eo pater, quo eſt ei filius, uerũ eſt formaliter, ſed non in ratione principij agendi.

Commune duplex.

¶ Ad ſecundum dicendum, ꝙ cõmune eſt duplex, ſcilicet per identitatẽ, & per informationem, uel per alia uerba ſic, quòd eſt unum commune ſecundum rationem, tamen numeratum in pluribus ſecundum rem, & in his uera eſt ꝓpoſitio Philoſophi. Alio modo eſt aliquid commune ſecundum rem nullo modo pluriſicatum, & hoc tantum eſt in diuinis, & in talibus non eſt uera propoſitio Philoſophi, quia a tali cõi bene põt eſſe operatio propria. ¶ Ad tertium dico, ꝙ maior eſt uera de medio, quod conficitur ex extremis, non tamen eſt uera de medio ſumpto per quandam conuenientiam, & proportionem, ſicut patet, quando angelus intelligit ſe: nam medium .i. intellectio eſt accidens, & extrema ſunt ſubſtantia.

Intellectio Angeli eſt accidens.

Vel poteſt dici, quòd potẽtia generãdi non eſt medium inter patrem, & filium, ſed potentia potius ſe tenet ex parte vnius extremi .ſ. ex parte patris. ¶ Ad ultimum dico, ꝙ maior eſt uera de potentia, quæ opponitur actui, talis autẽ potentia non ponitur in Deo, ut ſupra patuit in dictis ex tertia opinione.

Vtrum generatio diuina ſit equiuoca, vel uniuoca?

Hoc idem quærit Sco 1. ſen. diſt. 7. q. 1.
D. Bona. 1. ſent. diſt. 9. q. 1. artic. 1.
Alexander Alenſis 1. parte q. 42. membro 1.
Durandus 1. ſent diſt. 4 q. 1.
Franciſcus de Mayronis 1. ſent. diſtinctio. 4. q. 5.

QVAESTIO II.

SECVNDO quæritur. Vtrum generatio diuina ſit equiuoca, vel uniuoca? Et videtur quia ſit equiuoca, quia illa generatio eſt equiuoca, in qua termini generationis diſtinguuntur ſpecie; ſed paternitas, & filiatio ſunt termini generationis, & diſtinguuntur ſpecie, ergo eſt generatio equiuoca. Minor patet. Maior probatur: tum quia non eſt maior differentia in principijs, quàm in principiatis; tum quia relationes ſunt ita idem eſſentiæ, ſicut perſonæ, ergo propter iſtam identitatem non debet negari differentia ſpecifica relationũ, ſicut nec perſonarum. Secundo ſic, ubi duę ꝓductiones differunt ſpecie, ibi producta differunt ſpecie; ſed productiones in diuinis differunt ſpecie, ergo producta, & per conſequens productio eſt æquiuoca. Minor patet, quia in diuinis non eſt niſi uniuoca productio unius rationis. Probatio maioris: tum quia aliter non eſſet proportio productionum in diuinis ad producta: tum quia productiones ſunt eiuſdem rationis cum productis. Actus enim diſtinguuntur per obiecta ex ſecũdo de anima. ¶ Præterea, quod eſt perfectionis ſimpliciter eſt ponẽdum in Deo; ſed in creatura differentia ſpecifica eſt ꝑfectior, quam numeralis; quia differẽtia ſpecifica eſt de perfectione uniuerſi, differentia autem numeralis non, ergo differentia ſpecifica eſt ponenda in productionibus diuinis; ſed differentia ſpecifica ponit generationem æquiuocam, ergo generatio diuina eſt æquiuoca.

Opinio Varronis.

Vide Franciſcum de May. diſt. 4 1. ſent. tenẽtem cum Scoto, quòd iſta generatio ẽ uniuoca, cũ generans, & genitum habeant eãdem naturam.

¶ Contra. Auguſtinus dicit, quòd filius eſt imago patris, quia ſimilis patri; ſed ſimilitudo præſupponit generationem vniuocam, ergo generatio diuina eſt vniuoca.

7. de Tri. et ad Ianuarium.

¶ Circa iſtam quæſtionem ſunt duæ opiniones contrariæ. Vna eſt Varronis dicentis, quòd generatio diuina eſt æquiuoca. Cuius rationes ſunt illæ, quę poſitæ ſunt ad primam partem quæſtionis. Alia opinio eſt Scoti, quòd generatio diuina eſt uniuoca, quod probat ſic. In ſuppoſito genito,

Opinio Scoti.

In ſuppoſito genito et generãte ſunt duo.

& generante ſunt duo, ſcilicet natura, & proprietas indiuidualis, ergo uniuocatio debet attendi, aut penes naturam, aut penes proprietatem indiuidualem, ſiue perſonalem. Si primo modo habetur propoſitum; quia cum ibi ſit omnimodo idemptitas in natura, ſequitur, quòd generatio illa ſit uniuoca. Si ſecundo modo ſequitur, quòd nulla generatio ſit vniuoca; quia proprietates indiuiduales generantis, & geniti in nullo conueniunt. ¶ Præterea, generatio eſt diſtinctiua, & aſſimilatiua; perfectior autem ratio eſt in ea aſſimilandi, quàm diſtinguendi; quia aſſimilare competit ſibi tanquam forma, diſtinguere autem competit ſibi inquantum hoc; Sed perfectior eſt ratio formæ, quam ſit ratio hecceitatis, ergo generatio debet dici vniuoca ex eo, quòd eſt aſſimilatiua, ſed generatio diuina eſt maximè aſſimilatiua, ergo eſt uniuoca ¶ Præterea omnes conditiones per quas poteſt probari generationem eſſe uniuocam competunt generationi filij Dei, ergo eſt uniuoca. Antecedens patet; quia illa generatio habet perfectiſſimum terminum, & eſt aſſimilatiua. ¶ Sequendo ergo iſtã opinionem poteſt dici ad rationes primæ opinionis. Ad primum dico, quòd in diuinis propriè non eſt ſpecies, nec differentia ſpecifica, nec ratio generis, ut patebit in ſequenti diſtinctione. Bene tamen concedo, quòd paternitas, & filiatio ſunt alterius rationis; quia magis diſtinguitur paternitas a filiatione, quàm paternitas a paternitate. Et quando dicitur, quòd conſtituta differunt ſpecie nego illud ¶ Ad probationem eſt dicendum, quòd aliqua magis diſtingui poſſunt intelligi dupliciter. Vno modo, quòd in nullo conueniunt. Alio modo, quòd non ſunt compoſſibilia, verbi gratia, ut homo, & album plus diſtinguuntur, quam album, & nigrum accipiendo diſtinctum primo modo; ſed album, & nigrum plus diſtinguuntur ſecundo modo, ſunt enim eiuſdem generis, non tamen ſunt compoſſibilia ſicut album, & homo. Ergo cum dicitur, quòd non eſt maior diſtinctio in principijs, quam in principiatis illud concedo quantum ad incompoſſibilitatem; quia ſicut impoſſibile eſt paternitatem eſſe filiationem, ita impoſſibile eſt patrem eſſe filium. Sed nego illam propoſitionem quantum ad conuenientiam; nam differentię ſpecificę ſunt primo ſeipſis diuerſę, & in nullo conueniunt; & tamen ſpecies conſtitutę per eas conueniunt in genere. ¶ Ad ſecundum quando dicitur, quòd productiones ſunt alterius rationis negetur ſecunda pars maioris; quia ſecundum Philoſophum per motum rectum, & per motum circularem poteſt acquiri idem ubi numero, & tamen motus rectus, & motus circularis tantum differunt, quòd ſunt alterius rationis, & quòd non ſunt adinuicem comparabiles, ut patet. Et quando probatur, quòd aliter non eſſet proportio producentis ad productum, dico, quòd non oportet omnimodam proportionem hic eſſe. Et quando ulterius dicitur, quòd productiones ſunt eiuſdem rationis cum productis, concedo quantum ad aliquid; quia ſicut productiones ſunt relatiuę, ita & producta, uel perſonæ productę dicuntur relatiuè.

Ratio formę eſt perfectior quam hecceitatis.

Aliqua magis diſtingui poſſunt intelligi dupliciter.

5. Phyſ. con tex. 31. 33. & 35.

¶ Ad ultimum dico, quòd in creaturis differentia ſpecifica eſt perfectior, quàm differentia numeralis; ſed in diuinis propoſito illa non habet ueritatem, nec euidentiam. Ratio autem quare in creaturis differentia ſpecifica eſt perfectior, quàm numeralis hæc eſt propter finitatem creaturarum; quia nulla creatura eſt, quæ habeat in ſe entitatem infinitam, ideo quod non eſt ibi in una ſpecie ponitur in alia propter maiorem perfectionem uniuerſi, in diuinis autem non eſt ſic, quia ibi ponitur entitas infinita, quæ continet in ſe perfectiones omnium.

Differentia ſpecifica eſt perfectior numerali.

DISTINCTIO VIII.

Vtrum veritas ſit principalius in re? uel in intellectu?

Hoc idem quærit Scotus ſexto metaphyſ. quæſtio. 8.

D. Thomas prima parte. quæſt. 16 Artic. 1.

QVAE-

QVAESTIO I.

HIC QVAERITVR de veritate. Circa iſtam diſtinctionem octauam quę ritur de veritate. Vtrum ueritas ſit principalius in re, uel in intellectu? Et uidetur, quòd in re. quia quando aliqua di cuntur ad conuertentiam ubi unum eſt principaliter, ibi reliquum, ſed ens, & uerum dicuntur ad connertentiam, & ens principalius eſt in re ergo, & uerum.

6. met. con- tex. 8.

¶ Contra. Philoſophus dicit, quòd uerum, & falſum ſunt in mente. bonum, & malum ſunt in re. ¶ Circa iſtam quęſtionem ſunt tres opiniones. Vna dicit, quòd uerum, & falſum principalius ſunt in intellectu. ſecundario autem in re propter duas rationes ¶ Prima ratio eſt, quã do aliquid conſiſtit in ſola habitudine ibi principalius eſt, ubi terminatur. Sed ueritas inquantum eſt manifeſtatio rei ad intellectum conſiſtit in habitudine, ergo ibi principalius eſt ubi terminatur, ſed terminatur ad intellectum, ergo principalius eſt in intellectu. ¶ Secunda ratio, ueritas ſecundum rationem ſuã formalem dicit adequationem paſſiuam rei ad intellectum, ſed iſta adequatio principalius eſt in intellectu, ergo. Alia opinio omnino eſt contraria, quòd ueritas principalius eſt in re, ſecundario in intellectu propter duo. Primo, quia veritas, quæ eſt in intellectu eſt propter ueritatem, quæ eſt in re, quia ab eo, quòd res eſt uel non eſt oratio dicitur uera, uel falſa. ſed propter unumquodque tale, & illud magis ex primo poſteriorum. ergo ueritas principalius eſt in re, quàm in intellectu. Secundo ſic, veritas ſigni eſt minus principalius, quam ueritas ſignati. ſed ueritas, quæ eſt in intellectu eſt ueritas ſigni. illa autem quæ eſt in re eſt ueritas ſignati ¶ Tertia opinio mediat, & bene, quòd ueritas poteſt accipi duobus modis, uno modo fundamentaliter, alio modo formaliter: ut dicit habitudinem rei ad intellectũ. primo modo eſt in re principalius, & conſecutiuè in intellectu, & iſto modo currunt argumenta ſecundæ opinionis. ſecũdo modo principalius eſt in intellectu, ſecundario autem in re, & ſic currunt argumenta primæ opinionis, & patet per hoc ad argumenta principalia ¶ Sed occurit hic unum dubiũ, quia ubi eſt plus de fundamento ibi plus eſt de habitudine, ſiue relatione, ſicut patet diſcurrendo per omnes relationes. ſed ueritas fundamentaliter ſumpta eſt principalius in re ergo etiam formaliter, ſiue habitudinaliter ſumpta eſt principalius in re, & ſic nõ principalius in intellectu. Adhoc dicetur infra in quæſtionibus de relationibus Dei ad creaturam. *diſtin. 30.*

Veritas, & falſitas. apprehenſiue ſũt in intellectu quoniam intellectus apprehẽdit eã & nunciatiue ſicut in uoce, quoniam ore ꝓferuntur.

Per modum cauſæ eſt in re tãquã in ſubiecto.

Vtrum Deus ſit immutabilis?

Hoc idem quæſitum mouet Scotus 1. Sent. diſt. 8. q. 5.
D. Bona primo ſent diſtin. 3. q. 3. Artic. 2.
Alexander Alenſis 1. par. q. 4. memb. 2.
D. Thomas. 1. par. q. 49. art. 1.
Ricardus 1. ſent. diſtinct. 8 q 2.
Durandus primo ſent diſtin. 8. q. 3.
Franciſcus de Mayronis 1. ſent. diſt. 9. q. 2.

QVAESTIO II.

SECVNDO quæritur de immutabilitate Dei. Vtrum Deus ſit immutabilis? Videtur, quòd non. *2. Topi. c. 3* quia motis nobis mouentur omnia, quæ in nobis ſunt. ſed Deus eſt in nobis, & nos ſumus mutabiles. ergo Deus eſt mutabilis. In contrarium eſt Magiſter in litera, qui probat per multas auctoritates Deum eſſe immutabilem. In iſta quæſtione concluſio eſt certa, ſcilicet, quòd Deus eſt immutabilis. ſed oportet uidere quantum ualeant rationes, quæ ad hoc adducuntur. Iſtam concluſionem probat Philoſophus in ſeptimo probat eam ſic. Omne quod mouetur ab alio mouetur. ſed non eſt abire in infinitum in motis, & mouentibus. ergo eſt deuenire ad unum mouens immobile. *7. Phyſ. cõ tex. 2. & inde.* Maior ꝓbatur. quod quieſcit ad quietem partis non mouetur a ſeipſo, ſed ab alio. ſed omne, quod mouetur, quieſcit ad quietem partis. ergo omne quod mouetur ab aliquo alio mouetur. *7. Met. con tex. 2.* Minor, probatur ſic. Si eſt abire in infinitum in mouentibus, & motis, tunc motus infinitus eſt in tempore finito. cõſequẽs eſt falſum, ut probatum eſt. ergo, & antecedens. Antecedẽs huius rationis *6. Phyſ con tex. 62. & circiter.*

 probatur

probatur ſic ibidem, quando aliquid mouet ex eo, quòd mouetur ſimul mouet, & mouetur, ut ſi b, mouet a, & mouetur, a, c, ſimul, & in eodē tempore, b, mouebit, & mouebitur, & ſic ī tota coordinatione mouentium, & motorum erit. Eſt autem aduertendum ſecundum Philoſophum ibidē, quòd cum a, mouetur a, b, & b, a, c, & ſic in infinitū quamuis totus motus ſit infinitus, motus tamē a, tantum & cuiuslibet per ſe eſt motus finitus. Tūc arguitur ſic. Motus a, eſt infinitus, ergo eſt in tēpore finito, uocetur ergo illud tempus b, ſi cum mouetur a, per b, quod eſt tempus finitum mouentur omnia alia mouentia, & mobilia in illa coordinatione, & illa ſunt infinita ꝑ te, & ſimul ſūm pta, & illa faciūt motum infinitum, ergo motus infinitus erit in tēpore finito. Forte dices, quòd iſtorum mouētium, & motorum non eſt unus motus numero, hoc improbat Philoſophus ꝑ hoc, quòd mouens, & motum debēt eſſe ſimul, ſicut declaratur per iſtā rationem. Omne quod mouetur, aut mouetur a principio intrinſeco, aut a principio extrinſeco. Sed ea quæ mouētur a principio intrinſeco patet quòd in eis mouens, & motum ſunt ſimul. Similiter, & in his, quæ mouentur a principio extrinſeco mouens, & motum debent eſſe ſimul, quod probatur ibidem ſic, quod mouetur a principio extrinſeco mouetur altero iſtorum quatuor modorum, ſcilicet, pulſione, tractione, uectione, & vertigine, ſed nectio, & uertigo reducuntur ad pulſionem, & tractionem. In pulſione autem, & tractione mouens, & motum ſunt ſimul, quia pulſio eſt motus a mouente, tractus autem eſt motus ad ipſum mouens, ergo. ¶ Secundo probatur iſta concluſio, per diuiſionem mouentium, & motorum ſic, primū mouens non mouetur ab alio, nec a ſe, ergo nullo modo mouetur, conſequentia patet. ¶ Antecedens probatur: quantum ad primam partem ſic. Si primum mouēs mouetur ab alio, aut hoc eſt per accidēs, aut per ſe, ſed non mouetur per accidēs, tum quia quod per accidens ineſt nō de neceſſitate ineſt, & ſic poteſt non ineſſe. tum quia in motu ſunt tria, ſcilicet mouens, inſtrumentum, & res mota, ſed inſtrumentum mouet, & mouetur. Res autem mota mouetur, & non mouet, ergo

7. Phyſ. con tex. 10.

8. Phyſ. con tex. 31.

Inſtrumentum mouet, & n. mouetur.

mouens mouet, & non mouetur, tum quia Anaxagoras poſuit intellectum, id eſt, primam cauſam impaſſibilem, & immobilem. Nec etiam primum mouens mouetur per ſe; quia eodem modo eſſet in qualibet ſpecie motus, & ſic proijciēs lapidem proijceretur per ſe, quod eſt falſum. ¶ Secunda pars antecedentis, ſcilicet, quòd primum mouens non mouetur a ſe, probatur dupliciter, tum quia relationes oppoſitæ, ſcilicet mouentis, & moti eſſent in eodem ſimul, tum quia idem ſimul eſſet in actu, & potentia. Scotus dicit, illam rationem non concludere, ſcilicet immobilitatem Dei; quia non plus concludit, niſi quòd principium mouens non mouetur, ut corpus, uel ut virtus in corpore: nam ſequendo dicta Philoſophi non uidetur inconueniens aliquid moueri, dato quòd non mouetur ab alio, quod patet ex primo Phyſicorum, ubi arguens contra meliſſum, qui dicebat unū ens eſſe immobile: ait ſic, propter quod dicitur ens immobile, ſi unum omnia, quaſi dicat, hoc non ſequitur, & ſubiungit, ſicut pars vna aquæ cum ſit hæc, mouetur in illa aqua, quare & omnis aqua ſic mouetur, & amplius ſubiungit. Si unū: propter quid alteratio non eſſet, quaſi dicat non ſequitur. ¶ Præterea, Phyſicorū, ubi probat motum localem eſſe ſimpliciter primum dicit, quòd mouens ſeipſum mouet ſe ſecundum primum motum. ¶ Præterea, ſuæ rationes nihil concludunt niſi de mouente vniuoco; ſicut ipſemet dicit in litera, primum autem mouens non eſt mouens uniuocū, ſed equiuocum, ſed rationes ſoluemur diffuſò lib. 2. Vtrum angelus cognoſcat ſe per eſſentiam ſuam. probatur ergo immobilitas Dei ex hoc, quòd eſt ſumme ſimplex, & neceſſe eſſe: & arguitur ſic. Quod eſt ſumme ſimplex non mouetur mutatione accidētali, ſed Deus eſt ſumme ſimplex, ergo non mouetur mutatione accidentali. Vlterius quod neceſſe eſt eſſe nō mouetur mutatione ſubſtantiali, puta de non eſſe ad eſſe, ſed Deus eſt neceſſe eſſe, ergo non mouetur mutatione ſubſtantiali, tunc ultra. Omne quod mouetur, aut mouetur mutatione ſubſtantiali, aut mutatione accidentali, ſed Deus, nec mouetur ſubſtantialiter, nec accidentaliter, ut probatum eſt, ergo eſt immutabilis.

Opinio Scoti.

1. Phyſ. con tex. 6.

8. Phyſ. con tex. 55. & 12. Met. cō tex. 38.

Li. 2 diſt. 3

Motis nobis & eſſet: mouentur, quæ in nobis sūt .s materia, forma, et accidentia.

bilis. ¶Ad argumentum in contrarium dico, quòd motis nobis omnia quæ ſunt in nobis per informationem mouentur. Deus autem non eſt in nobis per informationem, ſed per illapſum, quare non ualet.

Vtrum Deus ſit ſimplex per carentiam omnis compoſitionis?

Hoc idem quæſitum mouet Sco. 1. ſen. di. 8. q. 1.
D. Bona. 1. ſent. diſt. 8. q. 1. artic. 1.
Alexander Alenſis prima parte q. 1. membro 2.
D Thomas 1. par q. 3. art. 2.
Ricardus 1. ſent. diſt. 8. q. 1. arti. 1.
Durandus 1. ſent. diſt. 8. q. 4.

QVAESTIO III.

TERTIO quæritur de diuina ſimplicitate, & quæruntur duo. Primo. Vtrū Deus ſit ſimplex per carentiam omnis compoſitionis? Videtur quòd non. Quod non eſt perfectionis non eſt ponēdum in Deo, ſed ſimplicitas nō eſt perfectionis, ergo non eſt ponenda in eo. Probatio minoris. Si ſimplicitas eſſet perfectionis, tunc quodlibet habens ſimplicitatem eſſet perfectius non habente eam, & ſic materia eſſet perfectior compoſito, quod eſt falſum. In contrarium eſt magiſter in litera, & probatur per Auguſtinū. Deus inquit ſumme ſimplex eſt. ¶Circa iſtam quæſtionem premitto unum, ſcilicet, quòd per ſummam ſimplicitatem intelligo carentiam omnis compoſitionis actualis, & aptitudinalis, ita quòd habēs ſummam ſimplicitatem, nec eſt compoſitum, nec alteri componibile, & hoc dico propter materiam, & relationes creaturarum, quæ quamuis non includant compoſitionem actualem includunt tamen potentialem; quia ſunt entia alteri componibilia, hoc præmiſſo ſunt tres articuli ponendi, primo ſi in Deo eſt compoſitio ex materia, & forma Secundo, ſi ibi ſit compoſitio ſubiecti, & accidentis. Tertio, ſi ibi eſt compoſitio generis, & differentiæ.

6. de Tri. c. 6. & 22.

Materia includit compoſitionē potentialem.

QVANTVM ad primum dico, quòd in Deo non eſt compoſitio ex materia, & forma ſicut patet per Philoſophum, & probatur rationibus ſic. Cauſalitas materiæ, & formæ non eſt ſimpliciter prima, quia de neceſſitate præſupponit cauſalitatem efficientis, & finis, ſicut imperfectum præſupponit perfectum, ergo ſi in Deo eſt compoſitio ex materia, & forma illa compoſitio præſupponit cauſam effectiuam, & ſic Deus non eſſet primum efficiens. ¶Secundo ſic. In eo quod eſt ſumme independens non debet poni aliquod dependens: ſed materia dependet. Deus autem non eſt dependens, ergo. ¶Tertio ſic, neceſſe eſſe non eſt compoſitum: ſed Deus eſt neceſſe eſſe, ergo non eſt compoſitus. Maior probatur: quia illa componentia, uel ſunt neceſſe eſſe, & ſic ſunt in ultimata actiuitate, uel actualitate, & non faciunt per ſe unum. Sequeretur etiam, quòd aliquid eſſet neceſſe eſſe propter duas rationes; quarum una remota nihilominus eſſet neceſſe eſſe; ſi autem non eſſet neceſſe eſſe, tunc Deus ſiue neceſſe eſſe includeret poſſibile eſſe, quod eſt inconueniens. ¶Quarto ſic. Infinitum non eſt alteri componibile, ſed Deus eſt infinitus, ergo. Probatio maioris, componibile caret perfectione eius, cum quo eſt componibile: ſed infinitum non caret perfectione, ergo non eſt alteri componibile.

12. met. com tex. 42.

Cuius oppoſitum probatum eſt diſt. 2. q. 1.

DE SECVNDO articulo dico duas concluſiones. Prima, quòd in Deo non eſt compoſitio ex ſubiecto, & accidente corporali, ſicut eſt quantitas. Secunda, quòd non eſt ibi compoſitio ex ſubiecto, & accidente ſpirituali ſicut eſt intellectio, & uolitio. Primam concluſionem probat Philoſophus, Deus habet potentiam infinitam, ſed potentia infinita non poteſt eſſe in magnitudine, ergo Deus non habet magnitudinem. Probatio minoris, quia potentia infinita, uel eſſet in magnitudine infinita, & hoc non, quia nulla talis magnitudo eſt, ut probatur tertio Phyſicorum, tractatu de infinito, uel eſſet in magnitudine finita, & hoc non; quia maior utrius eſt in maiori ma-

In Deo non eſt compoſitio ex ſubiecto, & accidente.

8. Phyſ. com tex. 78. & 12. met. com tex. 41. & inde.

3. Phyſ. ca. de infinito.

gnitudine.ergo infinita virtus eſt in finita magnitudine,ergo. Ratio iſta eſſet efficax , ſi illa nirtus poneretur extenſa ad extenſionem magnitudinis;ſed ponitur, quòd nõ ſit extenſa,immo quòd ſit einſdem rationis in parte,& in toto, ſicut ponitur de anima rationali, quæ tota eſt in toto,& in qualibet parte corporis : tunc argumentum non concludit ; quia virtus infinita eſſet in magnitudine infinita.Ideo aliter probatur concluſio ſic. Remoto priori remouetur poſterius, ſed cõpoſitio ex materia,& forma eſt prior compoſitione partium quantitatiuarum, & illa non ponitur, ergo nec iſta. Poſſunt etiam adduci ad illam concluſionem rationes poſitę in præcedenti articulo,ſcilicet ex parte efficientis,& dependentię, & neceſſe eſſe,& ſic infiniti. ¶Secunda concluſio huius articuli poſſet etiam probari eiſdem rationibus:ſed adducũt ſpeciales rationes philoſophi.tum quia uileſceret eius intellectus,ſi intelligere eſſet aliud ab eo: tum quia illud intelligere eſſet cum labore,& fatigatione,quia intellectus eius eſſet pręciſe in potentia contradictionis. Aliqui probant idem ſic:ubi potentia,& obiectum ſunt eiuſdem rationis,uel idem ibi actus idem ſunt .In Deo idem ſunt obiectum,& potentia intellectus:ergo actus eſt idem.ſic non eſt actus creaturæ ſed ratio non ualet,quia angelus intelligit ſe ,& tamen actus intelligendi , & eſſendi non ſunt idem ſpecie in angelo.

Vide 7.q. quolib.

12.Met.cõ tex.51.

Mouẽs principale eſt ſimul cũ moto, quo ad contactum uirtualem, ſed non quo ad contactũ mathematicum oportet quòd ſemp ſint ſimul.

DE TERTIO articulo ſunt opiniones. Vna dicit,quòd in Deo eſt compoſitio ex genere,& differẽtia,quia Deus per ſe eſt in genere , quod probant per Boetium,qui uidetur ponere duo genera in diuinis.¶Præterea Commen.dicit, quòd Deus eſt menſura omnium ſubſtãtiarum, ſed unumquodq; menſuratur ꝑ illud,quod eſt perfectiſſimum in ſuo genere,ergo Deus eſt in genere ſubſtantię. ¶Præterea ſi Deo repugnaret eſſe in genere,hoc eſſet propter ſuam ſimplicitatem ſed hoc non obſtat.quia angeli ſunt ſimplices,& tamen ponuntur in genere. ¶Alia eſt opinio quã teneo, quòd Deus non eſt in genere . Quia ſi Deus eſſet in genere, ſic maxime eſſet in genere ſubſtantiæ;ſed hoc genus dicitur a ſubſtando , & ſubſtat accidentibus , ſecundum Auguſtinum.Deus autem non ſubſtat accidentibus, ergo . ¶Præterea genus eſt pars ; ſed Deus eſt ſimpliciſſimus non habẽs partem. ergo.¶Præterea illud,quod ſe habet per indifferẽtiam ad quodlibet genus,non eſt in genere, ſed ea, quæ dicuntur de Deo, ſunt huiuſmodi.quia eſſentialia in Deo ſunt formaliter infinita; relationes non quia eſſentialia dicuntur per indifferentiam ad finitum , & infinitum.perſonalia autem dicuntur per indifferentiam ad finitum ,& non finitum . genus autem non habet indifferentiam ad illa,ergo. Maior probatur , quia realitas a qua accipitur genus eſt potentiale reſpectu realitatis a qua accipitur differentia. Infinitum autem non eſt potentiale.ergo.Reſponſio,quòd ratio iſta accipit vnum falſum,ſcilicet quòd realitas a qua accipitur genus eſt alia a realitate, a qua accipitur differentia . ¶Sed illud non ualet,quia eſt contra Ariſtotelem, ubi dicit , quòd diffinitio eſt ſermo longus partes habens, & propterea tunc in diffinitionibus eſſet nugatio,& genus cõplete diffiniret ſine differentia . ſed hoc magis diſcutietur lib.2.de Compoſitione angelorum. Adducitur autem ab alijs iſta ratio. ¶Quod continet perfectiones omnium generum non eſt in genere.ſed Deus eſt huiuſmodi,ergo. ¶Præterea,ultimo arguitur per Auicennam , octauo Metaph cap.4. Neceſſe eſſe non eſt in genere,ſed Deus eſt neceſſe eſſe. ergo non eſt in genere. ¶Ad primum alterius opinionis dico , quòd Boethius non ponit duo genera in diuinis , ſed duos modos prædicandi, ſcilicet ad ſe ,& ad aliud.

Li.1 de tri.

10.met Cõmen 7.

Opinio Scoti, ꝙ Deus non ſit in genere.

7.de tri.c. 5.uel 32.

8.Met.com tex.9.

Li.2.diſt.3

D.Tho.1. parte ſumme q.3.artic.5.in ſolutione principali.

¶Ad ſecundum dico , quòd menſura eſt duplex intrinſeca,& extrinſeca.Intrinſeca bene eſt in eodem genere cum menſurato,ſed extrinſeca non. Deus autem eſt menſura extrinſeca ſubſtantiarum , & non intrinſeca. ¶Ad tertium dico,quòd angeli non habent illam ſimplicitatem , quam Deus habet. quia in eis cadit compoſitio ex ſubiecto , & accidente , uel ex materia, & forma.ſecundum aliquos.

Ad primum principale dico , quòd maior poteſt negari. quia relationes originis non dicunt perfectionem ſimpliciter, & tamen ponuntur in Deo. ¶ Vel aliter poteſt dici,quòd ſimplicitas propriè ſumpta non dicit perfectionem , ut patuit in

princi-

Materia nõ eſt compoſita compoſitione ex his ſed cũ his.

principio queſtionis. ſed dicit carentiam omnis compoſitionis, ita quòd habens eam, nec eſt compoſitum, nec alteri componibile. materia autem quamuis nõ ſit compoſita ex re, & re ſ eſt tamen alteri componibilis.

Vtrum cum ſimplicitate diuina ſtet aliqua diſtinctio ex natura rei perfectionum attributalium?

Hoc idem quæſitum monet Scotus primo ſent. diſtinct. 8 q. 4.
D Thomas prima parte q. 41 artic. 5.

QVAESTIO IIII.

Attributa in Deo ponuntur, ut innoteſcat perfectio infinita Dei.

QVARTO quæritur. Vtrum cum ſimplicitate diuina ſtet aliqua diſtinctio ex natura rei perfectionum attributalium? Videtur quòd non; quia quod tollit ſummam unitatem nõ eſt ponendum in Deo. ſed talis diſtinctio tollit ſummam vnitatem. ergo. Maior patet. quia ens, & unum conueniuntur. ergo, quod tollit ſummam unitatem tollit ſummam entitatem: nihil autem eſt ponendum in Deo, quod tollit ſummam eius entitatem, ergo. Minor patet: quia contraria in eodem mutuo ſe expellunt. ſed unum, & diſtinctum ſunt contraria, ergo ubi eſt diſtinctio, ibi non eſt ſumma vnitas. ¶ In contrarium arguitur. quia ſi inter attributa non eſſet aliqua diſtinctio ex natura rei. tunc uno attributo cognito omnia cognoſcerentur, & ſic ſuperflueret inueſtigatio ſanctorum, & philoſophorũ, qui inueſtigati ſunt plures perfectiones attributales in Deo. ¶ Circa iſtã quæſtionem primo ponetur opinio falſa. ſecundo uera tertio dicetur ad rationes falſæ opinionis.

4. Meth. tex. 3.

D. Tho. in 1. ſcripto 1. ſent. diſt 2. q. 1.

QVANTVM ad primum eſt una opinio Tho. & Gothfredi, quòd inter attributa eſt tantum diſtinctio per actum intellectus ſiue rationis. Et ſummatim recolligendo rationes doctorum, qui iſtam opinionem defendunt ſunt 18 rationes. ¶ Prima quia Anſelmus dicit in monologion c. 17. quicquid de ſumma eſſentia dicitur uno modo, & una conſideratione eſt. ¶ Secundo ſic. Comment. multiplicitas in Deo non eſt, ſed in intellectu. ¶ Tertio ſic, quia Auguſtinus in libro de duplici habitaculo dicit, quòd ſapientia in Deo non eſt magis ſapientia, quàm bonitas, ſed ſi eſſet aliqua diſtinctio inter ſapientiam, & bonitatem, tũc ſapientia eſſet magis ſapientia, quàm bonitas. ¶ Quarto ſic, quod omnino nulla res eſt, nihil eſt. per Auguſtinum acceptis ergo formalitatibus in ſuis præciſis rationibus, aut ſunt res, aut non res, ſiue nihil, non nihil, ergo res, ſed ſunt plures formalitates, ergo plures res. ¶ Quinto ſic, formalitates ſe habent ad res, ſicut inferius ad ſuperius, ſed multiplicato inferiori multiplicatur ſuperius, ergo ſi ſunt plures formalitates erũt plures res. ¶ Sexto ſic, cuius formalitas eſt ſua realitas, a quo illud diſtinguitur formaliter, & diſtinguitur realiter. ſed cuiuſlibet attributi cum ſit ſimpliciter ſimplex, ſua formalitas eſt ſua realitas. ergo a quocunque illud diſtinguitur formaliter diſtinguitur, & realiter. ¶ Septimo ſic differentia, & conuenientia opponuntur. ergo ſicut conuenientia formalis ad realem, ita differentia realis ad formalem; ſed quæ conueniunt formaliter conueniunt realiter. ergo, quæ differunt formaliter differunt, & realiter ¶ Octauo ſic, quot modis dicitur unum oppoſitorum tot modis, & reliquum, ſed omnis conuenientia, uel eſt realis, uel rationis, ergo omnis differentia, uel eſt realis, uel rationis. ¶ Nono ſic, proprietas non excedit ſuũ proprium ſubiectum, quia dicuntur ad conuertentiam, ſed differentia eſt proprietas entis, ergo nõ excedit rationem entis. ſed omne ens, uel eſt reale, uel rationis ſecundum Philoſophum, qui diuidit ens in ens in anima, & extra animam. ergo omnis differentia, uel eſt realis, vel rationis. ¶ Decimo ſic, quando aliquid ſequitur ad aliud eodem utrobique addito adhuc ſequitur illud ex primo priorum. ſed formalitas infert realitatem, ergo differentia formalis infert differentiã realem. ¶ Vndecimo ſic. Auguſtinus dicit, quòd iuſtitia, & bonitas in creaturis nõ ita ſicut in Deo, duæ qualitates ſunt; ſed quæ iuſtitia ipſa, & bonitas. ſed prædicatio in abſtracto non eſt uera niſi ſit per ſe prædicatio, cum ergo iſta prædicatio

c 12. Metaem. 39.

De doctrina Chriſtiana.

Vide Gothfredum quolib. q. 1.

5. Met. cen tex. 14.

15. de Tri. cap. 5.

catio

catio ſit in abſtracto, ergo eſt uera; & ſic nulla eſt ibi diſtinctio ex natura rei.

¶Duodecimo ſic, quodlibet attributum diuinunı, quia eſt realiter infinitum nō compatitur ſecum aliquam realitatem, quam realiter non includit, ergo ſimiliter cum quolibet attributum ſit formaliter infinitum, non compatitur aliquid ſecum, quod formaliter non includat.

¶Decimotertio ſic, diſtinctio rei, & rei facit compoſitionem, quia compoſitio nihil aliud eſt, quàm cum alio poſitio, ſed in Deo nulla eſt compoſitio, ergo.

3 de anima contex. 38.

¶Decimoquarto ſic, ſcientiæ ſecantur quemadmodum, & res de quibus ſunt, ergo ſi eſt aliqua diſtinctio media, quæ nec eſt realis, nec rationis erit quędam ſcientia, quæ nec eſt realis, nec rationis, quod eſt inconueniens. ¶Decimoquinto ſic. Inter rem, & rationem non cadit medium, ergo nec inter differentiam realem, & rationis cadit medium.

¶Decimoſexto ſic formalitas dicitur a forma, ergo multiplicatis formalitatibus, multiplicantur, & formæ, quemadmodum multiplicato abſtracto multiplicantur concreta: ergo ſi in Deo ſunt plures formalitates ſunt etiam plures formæ. ¶Decimoſeptimo ſic. Inconueniens eſt in Deo ponere ſummam vnitatem, & non ſummam unitatem, ſed tu ponis unitatem ſummam, & non ſummam, quia ponis unitatem realem, & formalem, quæ eſt ſumma, & vnitatem realem, & non formalem, quæ non eſt ſumma vnitas. ¶Decimooctauo arguitur per rationem, quæ facta eſt ad principale, quia talis diſtinctio tollit ſummam unitatem.

Opinio Scoti verior, quam ſequitur Author.

¶Alia eſt opinio uerior, quam ſequor, quòd inter attributa diuina eſt aliqua non idemptitas, ſiue diſtinctio ex natura rei circumſcripto omni opere, & actu intellectus; & poteſt iſta diſtinctio uocari modalis, uel formalis: non tamen intelligo iſtam diſtinctionem per poſitionem, ſed per abnegationem inquantum hoc formaliter, non eſt illud. Ideo doctor noſter dicit, quòd melius eſt uti illa negatiua non idem: quam diſtinctum. Concluſio ergo principalis, ſcilicet, quòd attributa aliquo modo diſtinguuntur ex natura rei. Probatur propter Auguſtinum. Dicit enim Maximinus, Deum non eſſe ſimplicem, ſed eſſe ibi tria ſuppoſita realiter diſtincta, contra quem ait Auguſtinus. Si potes, inquit Deum intelligere magnum, bonum, & ſapientem &c. ſine compoſitione, quomodo non potes intelligere patrem, & filium, & ſpiritum ſanctum in vna ſimplici eſſentia? ſed iſta ratio non ualet, imo eſſet falſa conſequenter, niſi eſſet ibi aliqua diſtinctio ex natura rei, ergo. ¶Præterea; Damaſ. Si iuſtum, & ſi bonum, & ſi quid tale dixeris non naturam Dei dicis, ſed quæ circa naturam ſunt. ¶Tertio ſic, diſtinctio attributorum eſt fundamentum diſtinctionis emanationum perſonalium; quia filius procedit, ut uerbum in intellectu. ſpiritus autem, ut amor in uoluntate. Ex hoc arguitur ſic, quando aliquid eſt principium unius productionis reſpectu cuius aliud non poteſt eſſe principium, illa non ſunt idem ex natura rei, ſed intellectus eſt principium productiuum uerbi, uoluntas eſt principium productiuum ſpiritus ſancti, & non econuerſo, ergo. Reſpondetur, quòd eſſentia diuina cum relationibus principiat illas diuerſas emanationes. ¶Contra omnis relatio eque naturaliter reſpicit ſuum correlatiuum, ergo eſſentia diuina ſub ratione harum relationum eque naturaliter reſpicit illas productiones, & ſic non ponitur in Deo duplex productio, ſcilicet naturalis, & libera. ¶Et præterea in illo primo inſtanti originis antequam generetur filius, aut eſſentia diuina eodem modo ſe habet ex natura rei, uel alio, & alio modo, ſi alio, & alio modo habetur propoſitum, ſi eodem modo, ergo filius ex ui productionis ſuæ non eſſet magis imago patris, quàm ſpiritus ſanctus, quod eſt contra Auguſtinum.

Quomodo attributa diſtinguātur ex natura rei.

Lib. 3. contra Maximinum.

Lib. 1. c. 4.

7. de Tri. c. ultimo.

¶Pręterea quarto ſic, diſtinctio præcedens rationem principij diſtinctiui non eſt talis per diſtinctiuum, ſed diſtinctio intellectus, & attributorum ad eſſentiam præcedit intellectionem, quæ eſt principium diſtinctiuum eorum, quæ diſtinguuntur ſecundum rationem, ergo non eſt per actum intellectus. Probatio minoris; quia ſi nulla diſtinctio eorum præcederet iſta non magis diſtinguerentur intellectione, quam natura, quia quicquid diſtinguitur intellectione,

ctione, ut eſt omnino indiſtincta a natura diſtinguitur etiam natura. Reſpondetur, quòd argumentum non ualet; quia ſi per impoſſibile eſſet ſola intellectio, ipſa eſſet nata diſtinguere, & natura non.

¶ Contra, quando unum aptum natum eſt diſtinguere, & aliud non, iſta non ſemper ſunt idem omnino, ſed intellectus eſt aptus natus diſtinguere, & natura per te, ergo non ſunt omnino idem.

¶ Quinto ſic, quæ non ſunt tantum adinuicem idem quãtum aliquid eſt idem ſibi ipſi, illa non ſunt idem ex natura rei omnino, ſed intellectus, & uoluntas ſunt huiuſmodi, ergo. Probatio minoris, quia intellectus diuinus ſic eſt idem ſibi ipſi, quòd intelligit mala, uoluntas autem diuina non uult mala.

Voluntas diuina non uult mala.

¶ Sexto ſic contradictoria non uerificantur de eodem ſecundum rem, ſed contradictoria uerificantur de intellectu, & uoluntate, quia, ſicut dictum eſt, uoluntas diuina non vult mala, & intellectus diuinus intelligit mala, ergo. Reſpondetur, quòd contradictio tollitur propter diuerſa connotata; ſed hoc non ualet, quia intellectus connotat aliquid, quod uoluntas non connotat, ergo non ſunt idem, quia connotare, & non connotare ſunt contradictoria. ¶ Septimo ſic, quæcumque in ſuis formalibus rõnibus diſtinguuntur, ubicunque ſunt, ibi diſtinguuntur, ſed attributa in ſuis rationibus formalibus diſtinguuntur, ergo.

¶ Octauo ſic, quæ non includunt ſe inuicem in ſuis rationibus diffinitiuis illa formaliter diſtinguuntur; ſed attributa diuina ſunt huiuſmodi, ergo.

¶ Nono, & ultimo ſic, de eadem re ſimplici poſſunt haberi plures conceptus obiectiui, ut patet per Commẽtatorem.

12. met. Cõmen. 39.

¶ Quero ergo ad quid terminantur illi conceptus; quia uel ad idem penitus, & tunc eſt nugatio, aut ad aliud, & aliud per intellectum fictum, & tunc eſſent fictiui, uani, aut ad aliud, & aliud extremum exiſtens in re, & ſic habetur propoſitum maximè; quia reſpectu eſſentiæ diuinæ ſimplicis intellectus intuitiuus nullam facit diſtinctionem, niſi ſecundum quòd exiſtens eſt.

Reſpondet ad motiua primę opinionis.

CIRCA TERTIVM articulum reſpondeo ad motiua primæ opinionis.

¶ Ad prima tria ſic dico, quòd ex maiori differentia, & manifeſta concluditur minor, quæ eſt immanifeſta, ut ex differentia creaturarum concluditur differentia idearum, non autem differentia formalis, quia in ordine, uel ratione eorum, quæ diſtinguuntur ex natura rei eſt minima, ideo eſt immanifeſta, natura aliqua diſtingui ex natura rei poteſt eſſe dupliciter, ſcilicet fundamentaliter, & formaliter. Ille autem auctoritates intelligendæ ſunt de idemptitate fundamentali, non formali, ſiue modali.

¶ Ad quartum dico, quòd poteſt negari illa propoſitio diſiunctiua, quia attributa in ſuis præciſis rationibus ſunt ultimate abſtracta, in quibus non oportet alteram partem contradictionis concedere per Auicennam. Aliter poteſt dici concedendo, quòd ſunt res, ſed non ſequitur, ergo ſunt plures res ſimpliciter, immo eſt fallacia ſecundum quid ad ſimpliciter, arguere ex pluribus modalibus plures res ſimpliciter.

5. met. c. 8.

Quid ſit fallacia ſecundum quid, ad ſimpliciter.

¶ Ad quintum nego minorem in diuinis, tum propter illimitationem fundamenti, ratione cuius idemptificantur realiter, quia perſona eſt inferior ad eſſentiam, & tamen non ſequitur, ſunt plures perſonæ, ergo plures eſſentiæ.

¶ Ad ſextum nego minorem, & ad probationem, ſcilicet, quòd quodlibet attributum eſt ſumme ſimplex dico, quòd hoc non excludit ſimplicitatem diuinam, ut patebit infra decimotertio argumento.

¶ Ad ſeptimum cum dicitur, ſicut conuenientia formalis ad realem, ita differentia formalis ad differentiam realem, dico, illud eſt falſum, quia conuenientia formalis includit neceſſario realem, ſed differentia formalis non ſic includit realem; quod patet, quia quę conueniunt in homine, conueniunt in animalitate, & tamen, quæ differunt in homine, non differunt in animalitate. ¶ Ad octauum nego illam propoſitionem, quæ dicit, quòd omnis cõ-

uenientia,

uenientia, uel eſt realis, uel rationis. Eſt enim dare conuenientiam mediam, qua aliquid eſt idem formaliter ſibi ipſi. ¶ Ad nonum dico, quòd proprietas non excedit ſuum ſubiectum; ſed ens extra animam diuiditur in ens reale, & in ens formale, ſiue modale, & ideo ponitur illa non idemptitas formalis. ¶ Ad decimum nego maiorem in diuinis. quia perſona infert eſſentiam, & tamen non ſequitur, ſi ſunt plures perſonæ, ergo plures eſſentiæ. Similiter eſſentialia inferũt eſſentiam, & tamen non ſequitur? ſunt multa eſſentialia, ergo multæ ſunt eſſentiæ. ¶ Ad undecimum dico, quòd prædicatio in abſtracto non eſt uera, niſi ſit per ſe in primo modo in creaturis. ſed in diuinis eſt uera; cuius ratio eſt infinitas diuina. propter quam illa realiter idemptificantur. ¶ Ad duodecimum nego conſequentiam; quia infinitum adueniens alicui non uariat formalem eius rationem, & quia attributa in ſuis formalibus rationibus diſtinguuntur; ideo infinitate adueniente ubicumque ſunt formaliter diſtinguuntur. ¶ Ad decimumtertium nego maiorem; quia trinitate ſimpliciſſima exiſtente, eſt trium perſonarum realis diſtinctio. Ideo eſt notandum, quòd illa quatuor habent ſe per ordinem. diſtinctio, unio, compoſitio, & reſolutio. Ita quòd diſtinctio eſt prior vnione, & unio eſt prior compoſitione, & compoſitio eſt prior reſolutione. ſed prius poteſt eſſe ſine poſteriori, ergo poteſt eſſe diſtinctio ſine compoſitione. ¶ Ad decimumquartum dico, quòd non oportet ponere ſcientiam mediam, quæ nec ſit realis, nec rationis. quia ſcientia realis non ſolum eſt de ente reali. ſed etiam de modis entis. ¶ Ad decimumquintum dico, quòd accipiendo rem pro re reali, & formali non cadit medium inter rem, & rationem, ſed accipiendo rem pro reali tantum, ſic cadit medium inter rem, & rationem, ſcilicet formale, & modale. ¶ Ad decimumſextum dico cum dicitur. formalitas dicitur a forma. dico, quòd eſt falſum, ſed dicitur, uel a modo reali ſecũdum aliquos, uel a quiditate formali ſecundum alios, uel a ratione diffinitiua ſecundum quoſdam, dato tamen, quòd diceretur a forma argumentum adhuc non ualet. quia eſſentiale dicitur ab eſſentia, & tamen multiplicatis eſſentialibus non multiplicantur eſſentiæ. Similiter perſonalia dicuntur a perſona, & tamen in eadem perſona ſunt multa perſonalia. ¶ Ad decimumſeptimum dico, quòd oportet ibi ponere diſtinctionem ſummam, & non ſummam, ſiue ſummum, & non ſummum. nam paternitas, & filiatio ſummæ diſtinguuntur, ita quòd non poſſunt eſſe in eodem ſuppoſito. Sed filiatio & ſpiratio non ſumme diſtinguuntur; quia ſunt in eodem ſuppoſito filij. ¶ Ad ultimum, quòd etiam fuit argumentum principale nego minorem. ¶ Ad probationem dico, quòd quælibet diſtinctio opponitur unitati, nec eam excludit. Eſt enim unitas realis, cui opponitur diſtinctio realis, & eſt unitas ſimplicitatis, cui opponitur pluralitas compoſitionis. Et eſt idemptitas formalis, cui opponitur diſtinctio formalis. Et eſt unitas rationis, cui opponitur diſtinctio rationis. Sic ergo diſtinctio formalis non excludit unitatem realem, & ſimplicitatis, de qua arguebatur.

Sunt plura eſſentialia. ergo plures eſſentiæ nõ ualet, quia arguitur a plurificatione poſterioris, ad plurificationẽ prioris, eẽntiale enim eſt ueluti actus ſecundus reſpectu eſſentiæ diuinæ, & per conſequens ueluti poſterius.

Diſtinctio Vnio compoſitio, & reſolutio ſe habent per ordinem.

Formalitas pro nunc nõ dicitur a forma.

Vide Authorem formalitatum n 3 articu.

DISTINCTIO IX.

Vtrum generatio filij ſit æterna?

Hoc idem quærit Scotus 1. ſent. diſt. 9 q. 1.
D. Bona 1. ſent diſt. 9. q 3 art. 1.
Alexander Alenſis prima parte q 42 membro. 5 artic. 1.
D Thomas prima parte. quæſtio. 42. Art. 2.
Durandus primo ſent. diſt. 9 q. 4.
Franciſcus de Mayronis 1. ſent. diſt. 9 q 1.

QVAESTIO I.

NVNC ad diſtinctionem perſonarum &c. Circa diſtinctionem nonã quæritur. Vtrum generatio filij ſit æterna? Videtur quòd non. quia ubi eſt idem eſſe, & duratio ſi eſſe habet principium, & duratio habet principiũ, ſed in filio Dei idem eſt eſſe, & duratio. & eſſe habet principium, puta patrem. ergo, & duratio habet principium. Sed duratio, quæ habet principiũ non eſt æterna. ergo iſta duratio non eſt eterna. ¶ Præterea generatio, & corruptio ſunt mutationes oppoſitæ; ſed cor-

corruptionem neceſſario præcedit eſſe, ergo omnem generationem neceſſario præcedit nõ eſſe, ſed nullum tale eſt æternum, ergo &c. ¶ In cõtrarium eſt Magiſter in litera, qui probat quadruplici ter intentum. ¶ Circa iſtam quæſtionẽ ſunt quatuor uidẽda. Primo ſub qua ratione ponitur generatio in diuinis. Secundo ſi illa generatio eſt æterna. Tertio ſi eſt eadem æternitas patris, & filij. Quarto ſi in illa æternitate eſt aliqua prioritas patris ad filium.

Generatio in creaturis duo dicit.

DE PRIMO dico, generatio in creaturis duo dicit, ſcilicet mutationem & productionem. Iſtorum autem ſunt aliæ, & aliæ rationes formales, & ab inuicẽ ſine contradictione ſeparabiles; quia mutatio eſt actus ſubiecti mutabilis, qđ tranſit de potentia ad actum, ut patet, productio autem eſt formaliter ipſius producti, cui accidit, quòd fiat cum mutatione. Ad propoſitum illa applicando, dico quòd generatio non ponitur in diuinis ſub ratione mutationis; quia ut ſic dicit imperfectionem propter potentialitatẽ annexam, & nihil tale eſt ponendum in Deo: ponitur ergo generatio in diuinis ſub rõne productionis, ut eſt terminus producti, & non ſub ratione mutationis, ut eſt ſubiectum mutati.

Generatio non ponitur in diuinis ſub ratione mutationis.

DE SECVNDO articulo dico, ꝙ generatio filij eſt æterna, probo. Agens ex ſe ſufficiens, & a nullo dependens producens per modum naturę, & ſine motu habet productionem ſibi coæuam. Sed tale agens eſt Deus pater reſpectu generationis filij, ergo habet illam generationem ſibi coæuam: Sed ipſe eſt æternus, ergo iſta generatio eſt æterna, maior patet, quia agens non poteſt habere effectum ſibi coæuum, hoc eſt, uel quia dependens, uel quia inſufficiens, uel quia non agit per modum naturæ, uel quia agit per motum. Omnes autem iſtę circunſtantiæ excluduntur in maiore. Poſſunt etiam ad iſtam concluſionem adduci probabilitates, quas adducit Magiſter in littera. Require ibi.

Pulchra probatio.

DE TERTIO articulo dico, ꝙ eſt eadem æternitas numero patris, & filij. Cuius ratio eſt illa, quorum eſt vnũ eſſe exiſtentiæ, eorum eſt vna duratio, quia duratio reſpicit eſſe exiſtentiæ; Sed patris, & filij eſt unum eſſe exiſtentiæ; non dico ſubſiſtentiæ, ergo eorum eſt vna duratio, ſiue æternitas.

Qualibet perſona licet habeat proprium eſſe ſubſiſtentiæ tamen habet unicum eſſe exiſtentiæ.

DE QVARTO articulo ſunt opiniones. Vna dicit, quòd inter diuinas perſonas eſt ordo, non tamen cum priori, & poſteriori, quod probat ſic. Vbicunque eſt origo, ibi eſt ordo, ſed inter diuinas perſonas eſt origo, ergo ibi eſt ordo. Sed ubi ordo fundatur ſupra idem indiuiſibile, ibi non eſt prius, neque poſterius, talis autem ordo fundatur ſupra idem indiuiſibile, ergo in illo ordine non eſt ratio prioris, & poſterioris.

Opinio Altiſiodorenſis.

¶ Alia opinio fundatur in dictis doctoris noſtri, quòd prioritas accipitur quinq; modis, quia eſt prioritas durationis, naturæ, perfectionis, rationis, & originis. In diuinis autem non cadunt tres primę prioritates, quia ut patet per Auguſtinum loquens de tribus perſonis diuinis. Nullus ab horum præcedit alium æternitate, aut excedit magnitudine, aut ſuperat poteſtate: ponitur autem in patre prioritas rationis, & originis reſpectu filij; quia agere præſupponit eſſe: ſed pater producit filium, ergo aliquo modo ratione, uel origine pater præſupponitur filio, per iſtam prioritatem originis nihil aliud intelligo, niſi a quo aliud, & ipſum a nullo, ſicut filius a patre, & pater a nemine. In iſto articulo accipiatur illud, quod plus placet, quia inferius plus, & magis declarabitur.

Proprietas accipitur quinq; modis.

Libro de fide ad Petrũ.

Agere præſupponit eſſe.

Quid ſit prioritas originis.

¶ Ad primum in oppoſitum dicitur, ꝙ eſt equiuocatio de principio, quia, ut patet per Philoſophum contra Melliſſum, principium aliter dicitur de principio temporis, & generationis. Sed iſta ſolutio non valet: nam uerum eſt in creaturis, quòd aliter eſt loquendum de principio temporis, & aliter de principio generationis quia generatio, & duratio non ſunt idem, cuius contrarium eſt in propoſito, ideo argumentum accipiebat ſic, ubi idem eſſe, & duratio, ſi aliquid eſt principium eſſendi, eſt etiam principium durationis. Ideo dico ad argumentum, quòd maior eſt uera ubi eſſe geniti præcedit non eſſe, ita quòd ante eſſe eſt non eſſe, quod non conceditur in propoſito; quia nullo modo eſt intelligendum in filio non eſſe ante eſſe.

Diſt. 12. q. 2.
1. Phyſ. com tex. 6.

In filio non eſt ante eſſe.

¶ Ad ſecundum dico, quòd argumentum

tum

tum bene uadit de generatione ſumpta ſub ratione numerationis; ſed non de generatione ſumpta ſub ratione productionis, quomodo ponitur generatio in Deo, ut patet ex primo articulo huius quæſtionis.

DISTINCTIO X.

Vtrum ſpiritus ſanctus producatur per actum uoluntatis?

Hoc idem quæſitum mouet Scotus 1. Sent. diſt. 10. q. 1.
D. Bona. primo ſent. diſtin. 10. q. 1 Artic. 1.
Alexander Alenſis prima parte. q. 43. membro 3. artic. 2.
D. Thomas. 1. par. q. 41 art. 2. ad tertium.
Ricardus 1. ſent. diſtinct. 10. q. 1.
Durandus primo ſent diſtin. 10. q. 1.
Franciſcus de Mayronis primo ſent. diſtinct. 10. quæſt. 1.
Baconitanus pri. ſent. diſtin. 11. q. 1.

QVAESTIO I.

TVNC poſt filij æternitatem, &c. ¶ Circa diſtinctionem decimam quæritur. Vtrum ſpiritus ſanctus producatur per actũ uoluntatis? Videtur quod non; quia unius naturæ eſt unicus modus communicandi ſecundum Commentatorem, ſed natura diuina communicatur per actum intellectus, ergo non per actum uoluntatis. *8. Phyſ. Com. 46.*

¶ Præterea, natura eſt uis inſita rebus ex ſimilibus ſimilia procreans. Sed ſpiritus ſanctus eſt ſimilis patri in natura, ergo producitur per actum naturæ.

¶ Præterea nihil producitur per actum uoluntatis, niſi præcognitum ſecundum Auguſtinum, ſed ſpiritus ſanctus non eſt præcognitus, ergo, probatio minoris. Non enim præcognitur cognitione abſtractiua: quia illa eſt imperfecta, nec intuitiua; quia illa eſt reſpectu obiecti exiſtentis, ſed ſpiritus ſanctus non exiſtit antequam producatur, ergo. *15. de Tri. cap. 27.*

¶ In contrarium eſt Auguſtinus, ubi dicit. Spiritus ſanctus exit quomodo datus, ſed exire per modum doni eſt exire per actum uoluntatis, ergo. *5. de Tri. c. 14. uel 32.*

¶ Præterea, ſicut ſe habet intellectus ad generationem filii, ita uoluntas ad productionem ſpiritus ſancti: ſed generatio filij eſt per actum intellectus, ergo productio ſpiritus ſancti eſt per actũ uoluntatis.

¶ Circa iſtam quæſtionem quatuor ſunt uidenda. Primo ſi in Deo eſt uoluntas. Secundo ſi uoluntas eſt in Deo ſub ratione principij productiui. Tertio ſi ſpiritus ſanctus producitur per actum uoluntatis. Quarto remouebuntur aliqua dubia.

DE PRIMO dico, quòd in Deo eſt uoluntas, quod probatur ſic. In ente perfecto ſimpliciter eſt omnis perfectio ſimpliciter, alias non eſſet perfectum ſimpliciter. Sed Deus eſt perfectus ſimpliciter: ergo in eo eſt omnis perfectio ſimpliciter: ſed uoluntas eſt perfectio ſimpliciter: ergo eſt in Deo, probatio aſſumpti, perfectio ſimpliciter eſt illa, quæ in quolibet eſt melius ipſum, quàm non ipſum ſecundum Anſel. ſed uoluntas in Deo eſt melior, quàm non uoluntas, ergo. ¶ Præterea, beatitudo non eſt ſine actu intellectus, & uoluntatis, ſed in Deo eſt perfecta beatitudo, ergo in eo eſt actus uoluntatis, & per conſequens uoluntas. ¶ Tertio probatur illa concluſio a Thoma, primo ſic. Sicut appetitus ſenſitiuus ſequitur cognitionem ſenſitiuam, ita appetitus intellectiuus ſequitur cognitionem intellectiuam. ſed ubicunq; eſt ſenſus, ibi eſt appetitus ſenſitiuus, ergo ubicunq; intellectus, ibi eſt appetitus intellectus, ſiue uoluntas, ſed in Deo eſt intellectus, ergo eſt in eo uoluntas. *Vide diſt. 8. & eſt tem. q. de attributis q. 4.* *Imonologij c. 15.* *10. ethi. c. 2* *D. Thom. 1. par. q. 19. art. 1.*

DE SECVNDO articulo patet ſatis per hoc, quod dictum eſt ſupra requ. ibi. *Diſtin. 2. q. ult. art. 2.*

DE TERTIO articulo dicit una opinio, quòd eſſentia diuina eſt immediatum principium harũ productionũ, ſ. generationis, & ſpirationis, & ſic ſpiritus ſanctus producit immediate per actũ naturæ, quòd autem eſſentia diuina ſit immediatũ principium harũ productionum; probatur primo ſic, fecunditas in diuinis proportionatur fecunditati in *Reſpondetur, & ne-*

crea-

gatur, quòd ſimpliciter non ſola eſſentia concurrat, ſed bene principaliùs, uolũtas uero, ut principium particulare

creaturis: ſed in creaturis fęcunditas eſt per aliquid prius in intellectu, & uoluntate, quia conuenit aliquibus, quæ carent intellectu, & uoluntate, ergo fęcunditas in diuinis eſt per aliquid prius in intellectu, & uoluntate, ſed illud eſt natura, ergo &c. ¶ Secundò ſic, iſtæ productiones ſunt determinatæ ad unum, ergo habent principium determinatum ad unum. Sed intellectus, & uoluntas cum ſint potentiæ rationales non determinantur ad unum; quia ualent ad oppoſita per Philoſophum, natura autem determinatur ad unum, ergo. ¶ Tertio ſic, per potentiã harum productionum communicantur perſonis diuinis productis perfectiones diuinæ. Sed intellectus, & uoluntas non includunt ſecundum ſe omnes perfectiones diuinas, ergo non communicantur perſonis productis omnes perfectiones diuinę, quod falſum eſt. ¶ Iſtam opinionem non teneo, quia deſtruit magnam partem libri beati Auguſtini, dicit enim, quòd ſpiritus ſanctus exit quomodo datus. ¶ Præterea, fęcunditas in diuinis correſpondet fęcunditati in creaturis per te, ſed fęcunditas in creaturis non eſt natura; quia per te forma accidentalis eſt principium productiuum ſubſtantiæ, ſicut ponis exemplum de calore, ergo fęcunditas productionis nõ eſt natura immediatè in Deo. ¶ Præterea, eſſentia diuina eſt immediatum principium harum productionum: ſed in eſſentia diuina, ut ſic, non eſt ordo, ergo inter iſtas productiones non erit ordo. ¶ Præterea, eſſentia diuina eſt omnino ſecundum ſe eiuſdem rationis, ergo iſtæ duæ productiones erunt eiuſdem rationis. Dico ergo, quòd eſſentia diuina non eſt immediatum principium harum productionum. Quia ſicut ſupra dictum eſt filius ex ui ſuæ productionis non eſſet magis imago patris, quam ſpiritus ſanctus, quòd eſt contra Auguſtinũ. Et ſic pono, quòd ſpiritus ſanctus producitur per actum uoluntatis. Hoc ſic declarat doctor noſter. Quia quicquid de ratione ſua formali eſt principium productiuum, ubicunque eſt ſine imperfectione priuſquam intelligatur habere productum adequatum, poteſt producere, & ſi eſt neceſſe eſſe neceſſario producit. Sed in Deo eſt uoluntas fęcunda ſub ratione principij productiui ex pręcedenti articulo, & eſt neceſſe eſſe, ergo habens eam neceſſario producit illo modo; quemadmodum uoluntas finita habens obiectum amabile finitum, & adequatum producit amorem finitum, ita uoluntas infinita; ſicut eſt uoluntas diuina habens obiectum amabile infinitum producit amorem infinitum adequatum. Sed infinitum eſt per ſe ſubſiſtens & habens amorem infinitum per ſe ſubſiſtentem: hunc amorem per ſe ſubſiſtentem dico ſpiritum ſanctum. ¶ Ad primum alterius opinionis nego maiorem, ſi intelligitur omnimodo: quia in nobis per intellectum, & uoluntatem producitur aliquid inhęrens, in Deo autem aliquid ſubſiſtens: Et iterum dato, quòd eſſet uera, argumentum eſſet contra eos: ſicut patet per inſtantiam factã de calore. ¶ Ad ſecundum dico, quòd uoluntas reſpectu productionis ad intra eſt determinata ad unum. Et cum dicis, quòd ſunt ad oppoſita: concedo reſpectu eorũ quæ ſunt ad extra. ¶ Ad tertium dico, quòd propter infinitatem identificantur omnia realiter in Deo, & ideo per illã potentiã commmunicantur perſonis diuinis productis omnes perfectiones.

5. de Trin. c. 14. uel 15.

7. de Trin. cap. ultimo.

Quō ſpiritus ſanctus producatur per actum uoluntatis.

Infinitum eſt per ſe ſubſiſtens.

Infinitas eſt rõ, qua mediãte uoluntas eſt communicatiua naturæ

DE QVARTO articulo occurrunt duo dubia. ¶ Primum quomodo uoluntas diuina ſit principium communicandi naturam cum hoc non competat uoluntati creaturæ. ¶ Secundum dubiũ eſt, ſi productio ſpiritus ſancti eſt neceſſaria, & quomodo iſta neceſſitas ſtat cum libertate. ¶ Ad principium dicitur dupliciter. Vno modo, quòd natura in diuinis accipitur quadrupliciter. Vno modo dicitur natura eſſentia in qua tres perſonę exiſtunt. Secundo modo dicitur natura principium actiuũ naturale, cui cõpetit aſſimilare, & ſic dicitur eſſentiale contractum ad notionale. Tertio modo dr̃ natura quęlibet uis naturaliter exiſtẽs in natura primo mõ dicta. Quarto modo dicitur natura incommutabilis neceſſitas ordinata ad aliquem actum. ¶ Ad propoſitum dico, quòd intellectus & uoluntas ſunt potentia communicandi diuinã naturam non inquantum intellectus, & uoluntas, ſed inquantum natura: tertio modo dicta per conſiſtentiam naturæ primo modo dictæ.

Henricus in ſũma art. [illegible]

¶ Alio

Opinio Scoti.

¶ Alio modo dicitur ſecundum uiã Scoti, quòd uoluntas eſt principium communicandi naturam diuinam, non uoluntas ut uoluntas. Sed uoluntas, ut infinita, quæ infinitas eſt proprius modus uoluntatis diuinæ, ſicut, & cuiuſlibet attributi & hoc dicebatur in præcedenti articulo, quòd uoluntas eſt principium amoris adequati: quia quemadmodum amor eſt infinitus, ita, & uoluntas eſt infinita, & èconrrario. ¶ Si obijcias, quòd infinitas eſt eiuſdem rationis cum intellectu, & uolũtate, ergo etiam productiones ſunt eiuſdem rationis. ¶ Præterea, quod repugnat alicui ſecundum ſuam rationem abſolutam, non competit ſibi ꝓpter infinitatem: quia infinitas non dat actiuitatem alicuius alterius uirtutis; ſed dat intenſionem in ſe. Sed uoluntati repugnat ſecundum rationem abſolutam communicare naturam; quia tunc etiam competeret creaturæ, ergo. ¶ Præterea unde uoluntas habet iſtam infinitatem? Si habet ex ſe, ergo ubique habet, quod eſt falſum, ſi ab eſſentia, ergo concurrit coaſſiſtentia naturę ſecundum præcedentem opinionem. ¶ Ad primum dicitur, ꝙ iſte productiones non diſtinguuntur rõne infinitatis, quę eſt in principijs, ſed rõne libertatis, quæ eſt in uolũtate, & naturalis intellectionis, q̃ eſt in intellectu. ¶ Ad ſecundum nego minoré, non enim repugnantia eſt ibi ratione uoluntatis ut ſic, ſed ratione libertatis ſuperuenientis. ¶ Ad tertium dico, quòd uoluntas habet infinitatem fundamentaliter ab eſſentia, & ſic fundamentaliter ibi requiritur, ſed formaliter habet a ſe. ¶ Quantum ad ſecundum dubium principale iſtius articuli dico, quòd productio ſpiritus ſancti eſt neceſſaria, probo, quia ſumme perfecto conuenit nobiliſſima productio: ſed productio neceſſaria eſt nobiliſſima, ergo. ¶ Præterea, neceſſe eſſe ſi producitur neceſſario producitur: ſed ſpiritus ſanctus eſt neceſſe eſſe, ergo neceſſario producitur. Notandum autem, quòd illa neceſſitas non eſt coactionis, ſed eſt naturalis determinationis, uel ſecundum aliquos requiſitę perfectionis, ſicut expoſitum eſt ſupra. ¶ Sed adhuc remanet dubium, quomodo iſta neceſſitas ſtet cum libertate, ponitur enim uoluntas diuina ſumme libera. ¶ Ad hoc reſpondetur quadrupliciter. Vnus dicit, quòd uoluntas poteſt conſiderari dupliciter. Vno modo ut natura, & ſic producit de neceſſitate. Alio modo inquantum libera eſt, & ſic producit contingenter, & ſic nõ eſt principium ſpiritus ſancti. Alius dicit, quòd licet ſit neceſſitas, ut actus tẽdit in obiectum ſuum, tamen non eſt neceſſitas, ut actus elicitur a potẽtia. Alius dicit, quòd uoluntas ut elicit actum ibi libertas, ut autem ſe terminat, uel firmat in actum, ſic eſt ibi neceſſitas ¶ Doctor autem noſter dicit ſic, quòd ibi eſt libertas, & neceſſitas, quia ſicut natura habet ſuam ꝓpriam neceſſitatem, & ſuam contingentiam inquantum poteſt deficere, ita libertas habet ſuam neceſſitatem, & ſuã contingentiam, qui poteſt capere capiat ſicut dicit ipſemet in ſuis reportatis: nã neceſſitas naturalis non ſtat cum libertate, ſed neceſſitas uoluntatis bene ſtat cum libertate. ¶ Ad primum principale dictum eſt diſt. 2. quod non eſt inconueniens eandem naturam communicari duabus productionibus, ſicut idem ubi numero acquiritur per motum rectum, & circularem, qui motus tantum diſtinguuntur, quòd non ſunt adinuicem cõparabiles. ¶ Ad ſecundum dico, quòd ex illa diffinitione habetur, quòd ſpiritus ſanctus ex ui ſuæ productionis non eſt imago patris, quod conceditur per Auguſtinum. ¶ Ad tertium dico, quòd aliud eſt, eſſe amorem præcognitum, & aliud eſt obiectum præcognoſci dico enim, quòd ad actum amoris neceſſe eſt obiectum eſſe præcognitum, ſed non oportet ipſam dilectionem eſſe præcognitam, Sic in propoſito obiectum eſt præcognitum: puta eſſentia diuina, ſed non oportet dilectionem ipſam, ſcilicet ſpiritum ſanctum eſſe præcognitum: quare &c.

Voluntas eſt principium amoris.

Quo diſtinguũtur ꝓductiones.

Quo productio ſpiritus ſancti ſit neceſſaria.

Duplex neceſſitas.

diſt. 6. ar. 2

Voluntas duobus modis conſideratur.

Opinio Scoti.

Vide Scot. in reportatis diſt. 11. q. 1.

Neceſſitas naturalis non ſtat cũ libertate.

5. Phyſ. com tex. 23.

7. Phyſ. com tex. 21.

7. de Trin. quõ ſpiritus ſanctus dicatur imago Vide D. Thom. 1. parte q. 35. artic. 2.

DISTINCTIO II.

Vtrum ſpiritus ſanctus procedat a filio?

Hoc idem quærit Scotus 1. ſent. diſt. 12. q. 1.
D. Bona 1 ſent. diſt. 12 q 1 art 1.
Alexander Aleuſis prima parte q 43. membro 4 artic. 4.
D. Thomas prima parte quæſtio. 36. Art. 2.

Ricardus

Ricardus 1. ſent. diſtinct. 11. q. 1.
Franciſcus de Mayronis 1. ſent. diſt. 11. q. 1.
Bacconitanus primo ſent. diſt. 11 q. 1.

QVAESTIO I.

NVNC DICENDVM eſt ſpiritum ſanctum eſſe &c. Circa iſtam diſtinctionem u. queritur. Vtrum ſpiritus ſanctus procedat a filio. Videtur, quòd non, per Damaſcen. Spiritum inquit ſanctum ex patre dicimus, ex filio non dicimus. *Lib. 1. c. 11.*

¶ Præterea, quod quieſcit in aliquo non exit ab eo; ſed ſpiritus ſanctus quieſcit in filio, ut dicitur in legenda ſancti Andreæ, ergo.

¶ In cõtrarium eſt Simbolum Athanaſij ubi dicitur; qui a patre filioque procedit.

¶ Circa iſtam quæſtionem, primo ponitur error grecorum, ſecundo ueritas latinorum, tertio ſolutio argumentorum.

QVANTVM ad primum dicunt greci, quòd ſpiritus ſanctus procedit a patre, & non a filio, quod probant. ¶ Primo ſic, nihil eſt ponendum circa articulos fidei, quod non eſt expreſſum in euangelio. Sed ſpiritum ſanctum procedere a filio, non eſt expreſſum in euangelio, ergo. ¶ Secundo ſic, ſicut eſt in imagine creata, ita ponitur in imagine increata, ſiue in Deo, ſed in imagine creata, id eſt, in nobis amor non procedit a uerbo: ſed ſpiritus ſanctus dicitur amor: uerbũ autem dicitur filius, ergo. ¶ Tertio ſic, ſi ſpiratio paſſiua eſt propria uni perſonę, ergo & actiua conſequentia probatur: quia quęlibet iſtarũ relationũ eſt ęque ꝑfecta, & ęque incõicabilis. ¶ Quarto ſic, nihil omnino ſimplex eſt a pluribus producibile, alias eſſet maior ſimplicitas in principiato, quàm in principio. Sed ſpiritus ſanctus eſt omnino ſimplex, ergo non eſt a pluribus ſuppoſitis productibilis. ¶ Quinto ſic, aut pater ſufficienter ſpirat ſpiritum ſanctum, aut inſufficienter, non inſufficienter, ergo ſufficienter, & ſic non producit eum filius, quia uanum eſt fieri per plura, quod poteſt fieri per pauciora.

Rationes Grecorum, quod ſpiritus ſanctus procedat a patre, & non a filio.

¶ Vltimo ſic, non eſt minoris perfectionis in filio intellectus quàm uoluntas, ſed per intellectum filius non producit uerbum, ergo nec per uoluntatem producit ſpiritum ſanctum.

DE SECVNDO articulo dico iſtam opinionem eſſe falſam ſicut patet per multas auctoritates quas adducit Magiſter in litera, & per determinationẽ eccleſiæ, ut patet extra de ſumma Trini. Et illa eſt maxima auctoritas, ut ponit Auguſtinus contra epiſtolã Fundamẽti. Adducuntur etiã ad hoc rationes Rich. ubi probat eam tripliciter. Primo ſic. Filius eſt perfecta imago patris: ſed non eſſet perfecta imago patris niſi produceret ſpiritum ſanctum, ergo. ¶ Secundo ſic, eadem eſt potentia in patre, & filio, ſed non eſſet eadem potentia in eis, ſi filius non produceret ſpiritum ſanctum, ſicut & pater, ergo. ¶ Tertio ſic, inter perſonas diuinas debet eſſe ſumma germanitas, ſed non eſſet ſumma germanitas, niſi, uel ſpiritus ſanctus produceret filium, uel econuerſo. Sed ſpiritus ſanctus non producit filium, ergo filius producit ſpiritũ ſanctum. ¶ Aliter probatur illa concluſio a Thoma. ¶ Primo ſic. Si ſpiritus ſanctus non procederet a filio, non diſtingueretur ab eo realiter; ſed hoc eſt falſum, ergo. Sed hæc ratio non ualet: quia maior eſt falſa, ut patebit in ſequenti quæſtione.

Cap. firmiter. 6 de Trin.

Quõ filius ſit imago patris. Vide D. Thom. 1 par 35. artic. 2.

Germanitas perſonarũ conſiſtit in conſubſtantialitate, & origine.

D. Thom. 1. par ſumma q. 36. ar. 2.

¶ Adducitur alia ratio taliter. In eſſentialiter ordinatis ultimum non reducitur ad primum, niſi per ſecundum, ergo perſona ſpiritus ſancti non reducitur ad primam, ſcilicet perſonam patris, niſi per filium, ergo procedit ab eo. ¶ Vltimo ſic, perfecte uolitum præſupponit perfectè cognitum; ſed ſpiritus ſanctus eſt perfecte uolitus, ergo præſupponit filium, qui eſt perfectè cognitus.

¶ Sed nec iſte rationes concludunt, quia non plus habetur ex eis, niſi quod ſpiritus ſanctus præſupponit filium. Sed aliquid poteſt eſſe præſuppoſitum alteri, & tamen non eſſe principium productiuum perfectum illius? Et ideo adducitur ultima ratio talis, habens principium productiuum perfectũ priuſquam intelligatur habere ꝓductũ adæquatum, pro illo principio producere, non dependeat, & ſi eſt neceſſe eſſe

Impugnatio.

 neceſſa-

neceſſario ꝓducit. Sed filius habet principium productiuũ ſpiritus ſancti priusq̃ intelligatur productum poni, & non dependet, ergo. Minor patet, nam ſpiratio præſupponit aliquo modo generationem in illo ante priori cõmunicatur filio omnis perfectio abſoluta ſicut eſt uoluntas fęcunda, quæ eſt principium ſpiritus ſancti. Aſſumptum melius declarabitur infra. Et nunc probatur breuiter ſic. actus primi perfecti qualem ordinem habent inter ſe talem ordinem habent in eliciendo ſuos actus; ſed in patre intellectus, & uoluntas ſunt perfecti actus, & habent quendam ordinem; quia fęcunditas intellectus conſtituit patrem non ante fęcunditas uoluntatis, ergo. ¶ Confirmatur ab alijs; quia ſicut uelle ad intelligere, ita ſpirare ad generare. ſed uelle neceſſario præſupponit intelligere, ergo ſpirare præſupponit generare.

Spiratio præſupponit generationem

Diſtinc 12 in fine.

Opinio Grecorum.

DE TERTIO articulo. Ad primum opinionis Gręcorum negatur maior. nam Chriſtum deſcendiſſe ad inferna eſt articulus fidei, & tamen non eſt expreſſus in euangelio. vnde multa tradita ſunt quæ nõ ſunt expreſſa in euangelio, & iſta multa quædam per ſcripturam, quædam per conſuetudinem ſecundum quòd opportunitas temporis exigebat quando noue hereſes exurgebant. ¶ Ad ſecundum dico, ꝙ non eſt ſimile; quia in creaturis nõ communicatur uerbo fęcunditas uoluntatis. In diuinis autem propter infinitatem fit communicatio uerbo. ¶ Ad tertium negatur conſequentia; quia natura diuina non poteſt pluribus productionibus haberi in una perſona, tamen una perſona poteſt communicare pluribus productionibus naturam. ¶ Ad quartum nego maiorem. quando ſuppoſita producentia producunt unico principio, & unica productione, ſicut pater, & filius ſe habent in productione ſpiritus ſancti. ¶ Ad quintum dico, ꝙ pater ſufficienter producit, & filius ſimiliter. ſed non duabus productionibus; ſed unica tantum, & unico principio. ¶ Ad ultimum dico, ꝙ in filio non eſt ita fęcunditas intellectus, ſicut uoluntas. quia intellectus, ut communicatur filio habet terminum adequatum, uoluntas uero non. ¶ Ad principalia argumenta dicitur uno modo, ꝙ Damaſcen. & alij fuerunt illius opinionis: Aliter dicitur, quòd uoluntas quę eſt principium ſpiritus ſancti eſt in filio a patre. In patre autem a nullo; & ideo dicit ex patre dicimus: accipiens uoluntatem pro ſpiritu ſancto. qui etiam, ut quieſcit in filio, eſt a patre. Aliter poteſt dici ſecundum uiam magiſtri Alexandri, quòd proceſſio in creaturis uno modo dicitur in exitu motus localis, qui eſt a termino a quo, ad terminum ad quem. Alio modo dicitur in exitu cauſati, a cauſa, & ſic requirit tantum terminum a quo. Græci autem tranſtulerunt nomen proceſſionis in diuinis a proceſſione primo modo, & ſecundum iſtum modum negant ſpiritum ſanctum procedere a filio. Latini autem acceperunt proceſſionem ſpiritus ſancti ſecundo modo.

Inter Latinos, & Grecos qſt tantum differẽtia verbalis vide Scotũ.

Vide Alexandrum 1 parte q 43. arti. 9. Græci quomodo tranſtulerint nomen proceſſionis

Vtrum ſpiritus ſanctus diſtingueretur realiter à filio ſi non procederet ab eo?

Hoc idem quærit Scotus quinto ſententiarum diſtinc. 11. q. 2.
D. Thomas prima parte q. 36. Artic. 2.
Ricardus primo ſenten diſtinc. 11. q. 2.
Durandus primo ſent diſtinc. 11. q. 2.
Franciſcus de Mayronis primo ſententiarum diſtinct. 11. q. 2.
Bacconitanus primo ſent. diſtinct. 13. q. 1.

QVAESTIO II.

SECVNDO quæritur. dato, quòd ſpiritus ſanctus non procederet a filio. Vtrum diſtingueretur realiter ab eo? Videtur, quòd non. quia Dama. dicit, ꝙ omnia ſunt unum in diuinis, ubi non obuiat relationis oppoſitio. Sed ſi ſpiritus ſanctus non procederet a filio, non haberet relationem oppoſitam ad ipſum. ergo non diſtingueretur realiter. ¶ Contra. Auguſt. dicit. ſpiritus ſanctus non eſt filius; quia exit quomodo datus, non quomodo natus. ¶ Circa iſtam queſtionem ſunt duę opiniones contrarię. Vna Thomæ ubi dicit, quòd ſi ſpiritus ſanctus non procederet a filio, nõ diſtingueretur

Lib. 1.

5. de Tri. cap. 14. vel 32.

D. Thom. 1. parte q. 36. artic. 4.

a filio

D.Thom.1. par q. 36. artic.

a filio, quod confirmant aliqui tripliciter. ¶Primo ſic, relatio, aut diſtinguit ſe cundum eſſe, aut ſecundum quiditatem, non ſecundum eſſe; quia ſic tranſit in eſſentiam, ergo ſecundum quidditatẽ. Sed ſecundum quiditatem tantum reſpicit oppoſitum, ergo tantum diſtinguit ab op poſito: Sed ſi ſpiritus ſanctus non proce deret a filio non haberet relationes oppoſitas, ergo. ¶Secundo ſic, ſi relationes diſperatę poſſent ſufficienter diſtinguere perſonas, cum in patre ſint duæ relationes tales puta generatio, & ſpiratio actiua, tunc pater eſſet duę perſonæ, qđ falſum eſt. ¶Tertio ſic, quãdo aliqua conueniunt in aliquo communi, & differunt, oportet, quòd differant per differentias proprias cadentes in aliquo cõ muni, ſicut patet de homine, & equo conuenientibus in animali, & differentibus per rationale, & irrationale; Sed filius, & ſpiritus ſanctus conueniunt in eſſentia, ergo ſi differunt, oportet, quòd differant per differentias proprias: ſed iſtę ſunt relationes originis, ergo ſi non eſt origo in eis ſequitur, quòd nec diſtin ctio ¶Alia opinio, quam teneo dicit oppoſitum, ſcilicet, quòd ſpiritus ſanctus ſi non procederet a filio adhuc diſtingue retur ab eo realiter, quod probatur.

Vide etiam Egidiũ quo lib.1. q.16.

Opinio Scoti quàm ſequitur Author.

¶Primo ſic, quocunque aliquid formaliter conſtituitur in eſſe, eodem etiam diſtinguitur ab omni alio: ſed filius filiatione conſtituitur in eſſe filiali, ergo filiatione diſtinguitur ab omni eo, quod non eſt filius, & ſic etiam diſtinguitur a ſpiritu ſancto dato, ꝙ non procederet ab eo. Maior patet, quia eodem eſt aliquid ens, & unum ens, & ſi unum ergo indiſtinctum in ſe, & diſtinctum ab omni alio. Minor probatur: quia filius, aut filiatione eſt filius, aut ſpiratione actiua, non ſpiratione actiua: quia illa eſt communis ſibiipſi, ꝙ patri: ergo filius filiatione conſtituitur in eſſe filiali. ¶Secundo ſic, productiones totales habent terminos totales diſtinctos: quia aliter idem terminus totalis haberet eſſe a duabus productionibus totalibus: Sed generatio, & ſpiratio ſunt huiuſmodi, ergo non ſunt ad eundem terminum totalem. ¶Tertio ſic, ſi ſpiritus ſanctus procederet a filio, & non a patre, adhuc diſtingueretur a patre realiter; quia ſi detur oppoſitum cum ſpiritus ſanctus ſit productus a filio, patet eſſet a filio, ergo ſimiliter ſi procederet a ſolo patre, & non a filio adhuc diſtingueretur a filio realiter. ¶Et ideo eſt notandum, quòd aliqua poſſunt diſtingui realiter, uel per relationes oppoſitas, uel per relationes diſperatas, & tunc facta ypotheſi, ſcilicet, quòd ſpiritus ſanctus nõ procederet a filio, licet non diſtinguerentur per relationes oppoſitas, diſtinguerentur tamen realiter per relationes diſperatas. ¶Et per hoc primum alterius opinionis, quando dicitur, quòd, aut relatio diſtinguit ſecundum eſſe, aut ſecundum quiditatem, concedo, quòd diſtinguit utroq; modo, tu dicis non, quia trã ſit in eſſentiam, concedo, quòd tranſit realiter, ſed manet formaliter, & ſic diſtinguit non ſolum a relatione oppoſita; ſed etiam diſperata. ¶Ad ſecundum nego conſequentiam; quia relationes diſperatę actiuę non ſunt conſtitutiue diuerſarum perſonarum, ſic generare, & ſpirare in patre; ſed relationes diſperatę paſſiuę ſunt perſonarum conſtitutiuę, ſicut patet de generari, & ſpirari.

Aliqua poſſunt diſtingui duobus modis.

¶Ad tertium concedo, quòd filius, & ſpiritus ſanctus diſtinguuntur per differentias proprias; ſed ille non ſunt relationes originis oppoſitę; ſed relationes diſperatę: Et eodem modo dicitur ad argumentum principale.

DISTINCTIO XII.

Vtrum pater, & filius ſpirent Spiritum ſanctum, inquantum ſunt unum, uel inquantum ſunt diſtinctum?

Hoc idem quærit Scotus 1. ſent. diſtĩctio. 12. q.1.
D. Bona. 1. ſent. diſt. 12. q. 1. art. 1.
D. Thomas prima parte. quæſtio. 36. Articul. 4.
Richardus primo ſent. diſt 11 q. 2. & 3.
Durandus primo ſent. diſt. 11. q. 3.
Franſcus de Mayronis in primo ſenten. diſtin. 12. q. 1.
Bacconitanus primo ſent. diſt 12. q. 1.

QVAESTIO I.

ITEM quæritur vtrum pater, & filius ſpirent ſpiritum ſanctum? Circa iſtã diſtinctionem 12. quæritur primo. Vtrum pater, & filius ſpirent ſpiritum ſanctum inquantum ſunt unum, uel inquantum ſunt diſtincti? Et uidetur, quod inquantum ſunt diſtincti, quia actio eſt ſuppoſiti, ergo plurium ſuppoſitorum ratio eſt una actio: Sed pater, & filius ſunt diſtincta ſuppoſita, ergo non ſpirant vna ſpiratione, & ſic ſpirant ſpiritum ſanctũ inquantum diſtincta. ¶ Contra; Auguſtinus dicit pater, & filius ſunt unum principium ſpiritus ſancti, ſicut pater, & filius, & ſpiritus ſanctus ſunt unum principium creaturæ. Sed creaturæ producuntur ab eis inquantum unum, ergo.

1. Met. in prohæmio.

5. de Trin. cap. 14.

¶ Circa iſtam quæſtionem ſunt tria uidenda. Primo ſi pater, & filius ſunt unum principium ſpiritus ſancti, Secundo ſi principiant ipſum inquantum ſunt vnũ, uel inquantum diſtincti. Tertio, ſi principiant ipſum vniformiter.

DE PRIMO dico, quòd ſic. Cuius ratio eſt, quia pater generando filium communicat ei omnem perfectionem abſolutam, quæ ei repugnat, & ſic communicat ei uoluntatem fęcundam, quæ eſt principium ſpiritus ſancti, cum igitur ſit eadem uoluntas fęcunda in patre, & filio, ſequitur, quòd pater, & filius ſunt unum principium ſpiritus ſancti.

¶ Confirmatur hoc, quod habetur extra. 6. decretalium de fide chatolica ubi ait Gregorius fideli, ac deuota perfeſſio ne fatemur, quòd ſpiritus ſanctus eternaliter ex patre, & filio non tanquam a duobus principijs, ſed tanquam ex uno principio unaque ſpiratione procedit.

Patet extra de ſumma Tri & fide catholica et in 6 lib decretalium.

DE SECVNDO articulo ſunt tres modi dicendi. Vnus eſt Thomæ, quòd quantum ad uim ſpiratiuam ſpiritus ſanctus procedit a patre, & filio inquantum unum, ſed quantum ad ſuppoſita producentia ſpiritus ſanctus procedit a patre, & filio inquantum ſunt diſtincti. ¶ Alius modus dicendi eſt, quòd pater, & filius producunt ſpiritum ſanctum inquantum unum omnino: Cuius ratio eſt; quia ly inquantum reduplicat cauſam formalem; ſed eadem eſt cauſa, ſiue uoluntas in patre, & filio reſpectu ſpiritus ſancti, ergo producunt ipſum inquantum unum. ¶ Tertius modus dicendi eſt, quòd actus ſpirandi poteſt conſiderari præciſe in ſe, & ſic non producunt ſpiritum ſanctum inquantum unum, nec inquantum diſtincti ſed abſtrahit ab utroque ſicut ponit Auicenna, de equitate, quæ abſtrahit ab uno, & multis. Alio modo poteſt conſiderari actus ſpirandi inquantum ſimplex, & perfectus, & quia hoc eſt ex unitate principij, ideo producunt inquantum unum.

D. Thom. 1. par q 36. artic. 4 in ſolutione primi argumẽti.

5. Met. c. 1

DE TERTIO articulo dico, quòd actus ſpirandi in propoſito poteſt conſiderari tripliciter, uel in ſe, uel inquantum eſt terminus, uel inquantum comparatur ad ſuppoſita agentia. Duobus primis modis pater, & filius uniformiter ſpirant ſpiritum ſanctum, ſed tertio non quia quòd pater ſpirat habet a ſe, filius autem habet a patre. ¶ Ad argumentum in contrarium dico, quòd plurium ſuppoſitorum non poteſt eſſe una actio, ſi agant diſtinctis principijs quo; Sed quando agunt in eodem principio quo, tunc poſſunt habere unam actionem; ſed ſic eſt in propoſito; quia in patre, & filio eſt penitus eadem uoluntas fęcunda, & tunc talium principiorum uel ſuppoſitorum poteſt eſſe una actio.

Actus ſpirandi conſideratur tribus modis.

Vtrum generatio filij præcedat productionem ſpiritus ſancti?

Hoc idem quæris Scotus 1. ſent diſtictio 12. q. 1.

D. Thomas prima parte q. 36. artic. 4. in ſolutione primi argumenti.

QVAESTIO II.

SECVNDO quæritur. Vtrum generatio filij pręcedat productionem ſpiritus ſancti? Videtur, quòd non; quia qualis eſt ordo in principiis, talis eſt ordo in principiatis, ſed principiũ generationis nõ pręcedit principium ſpirationis, ergo. Probatio minoris.

noris, principium generationis eſt natura, ſiue intellectus, qui non procedit voluntatem, quæ eſt principium ſpirationis. ¶Contra. ſic ſe habet generatio ad ſpirationem, ſicut generatum ad ſpiratum; ſed generatum præcedit ſpiratū, cum ſit eius principium, ergo.

Opinio D. Thomæ ubi ſupra. ¶Circa iſtam quæſtionem ſunt duæ opiniones contrariæ. Vna dicit, quòd in diuinis nulla eſt prioritas naturæ, ſed ſolum rationis, ſiue intellectus: ſicut fuit ſupra expoſitum. *Diſt. 9. require.* ¶ Alia opinio dicit, quòd eſt aliqua prioritas originis, & ponit, quòd generatio præcedit ſpirationem, quòd probat multipliciter.

Opinio Scoti. ¶Primo ſic, quando aliquæ productiones ſic ſe habent adinuicem, quòd terminus vnius productionis eſt principiū alterius, una præcedit origine aliam, ſed terminus generationis puta filius eſt principium ſpirationis, ergo.

¶Secundo ſic, illa proceſſio, quæ completur, & ſtat in dualitate eſt prior proceſſione, quæ completur, & ſtat in Trinitate, quemadmodum binarius eſt prior ternario, ſed generatio filij completur in dualitate; proceſsio autem ſpiritus ſancti in trinitate, ergo.

¶Tertio ſic, ubi principia non ſe habent per æqualitatem, ibidem emanationes non ſe habent per æqualitatem, nec principiata, ſed principia iſtarum emanationum non ſe habent per æqualitatem ad ſuppoſitum; quia intellectus fecundus eſt prior uoluntate, quod patet per hoc, quia intellectus fecundus conſtituit patrem, uoluntas autem fecunda non tum ſit communis ſibi, & filio, quare, &c.

¶Vltimo ſic, quando ſuppoſitum abſque ordine indifferēter reſpicit plures actus, poteſt unum eorum ponere, altero non poſito, & econuerſo. *Exemplum.* Exemplum, homo indifferenter ſe habet ad uidere, & audire, ideo poteſt uidere, non audiendo, & audire non uidendo, ergo ſi pater ſine ordine reſpicit iſtas productiones poteſt ponere unam, altera nōn poſita, & ſic poteſt ſpirare ſpiritum ſanctum, dato quòd non generet filium. ¶Sed iſtud argumentum implicat dubium unum non prætermittendum, ſcilicet ſi pater non generaret filium utrum poſſet producere ſpiritum ſanctum? Et dicunt aliqui quòd ſic. *4. de Trin. cap. 20.* Primo quia pater eſt principium totius deitatis, & ita habet omnem fecunditatem apud ſe, ergo circumſcripto filio poteſt producere ſpiritum ſanctum. *Henrici quodlib. 5. q. 3.*

¶Præterea nō ſunt magis indiuiſi actus ſecundi, quantum ad ſeparabilitatem, quàm actus primi, ſed actus primi in patre puta eſſe ingenitum, & eſſe patrem, poſſunt ſeparari per Auguſtinum, qui dicit, quòd ſi pater non genuiſſet filium, nihil prohiberet ipſum ingenitum eſſe, ergo ſimiliter in iſtis actibus ſecūdis poterit eſſe ſpirare ſine generare. *5. de Trin. cap. 3.*

¶Iſtud tamen non credo eſſe uerum; quia ubi actus primus neceſſario præſupponit alium actum primum, neceſſario eſt uerum, quòd actus ſecundus præſupponit actum ſecūdum: Sed uoluntas fœcunda non eſt ſine intellectu fœcundo, ut iam probatum eſt, ergo ſpirare non eſt ſine generare. Confirmatur ab alijs; quia ſicut uelle ad intelligere, ita ſpirare ad generare, ſed uelle non eſt ſine intelligere, ergo nec ſpirare ſine generare. *Cōfirmatio aliorum.*

¶Præterea, non exiſtente priori, naturaliter non eſt poſterius; ſed generatio filij cum eſt naturalis, eſt maximè prima, ergo non exiſtente iſta, non erit ſpirare.

¶Ad primum alterius opinionis dico, quòd quamuis pater habeat omnem fœcunditatem, habet tamen eam ordine quodam, quia uoluntas fœcunda præſupponit intellectum fœcundum (ut dictum eſt.)

¶Ad ſecundum dicit Varro, quòd argumentum non ualet; quia maior connexio eſt in actibus ſecundis, quàm ſit inter eſſe patrem, & eſſe ingenitum; & ideo non ſequitur, ſi illa poſſunt ſeparari, ergo, & iſta poſſunt. *Varro præſenti diſt.*

¶Ad argumentum principale patet ex dictis quomodo in illis principijs poteſt eſſe ordo.

DISTINCTIO XIII.

Vtrum generatio filij diſtinguatur a productione ſpiritus ſancti?

Hoc idem quærit Scotus primo ſent. diſtincti. 13. q. 1.

Alexander Alenſis prima parte. q. 43. membro 2.
D.Thomas prima parte q. 27. Artic. 2.
Ricardus primo ſententiarum diſtinctio. 13. quæſtio. 2.
Durandus primo ſententiarum diſtinctio. 13. quæſtio. 2.
Bacconitanus in corpore quæſtionis. 13. quæſt. vnica.

QVAESTIO I.

POST hęc cõſiderandum circa iſtã diſtinctionem. 13. quæritur primo. Vtrũ generatio filij diſtinguatur a productione ſpiritus ſancti? Videtur quòd non; quia generatio diſtinguitur ab alijs mutationibus per hoc quod eſt ad eſſe ſubſtantiale: ſed productio ſpiritus ſancti eſt ad eſſe ſubſtantiale, ergo illa productio eſt generatio. ¶ Præterea motus diſtinguuntur penes terminos ſed generatio, & ſpiratio habent eundem terminum formalem ſcilicet eſſentiam. ergo ¶ Præterea quæcunque uni, & eidem ſunt eadem, inter ſe ſunt eadem: ſed generare, & ſpirare ſunt idem patri, uel eſſentię, ergo. ¶ Contra. productio per modum nati non eſt eadem cum productione per modum dati ſecundum Auguſt. ſed generatio eſt per modum nati, ſpiratio per modum dati, ergo. ¶ Circa iſtam quæſtionem eſt primo ſciendum quid dicitur opinando. ſecundo quid dicitur ueraciter ſententiando.

5. Phyſ. cõ tex. 4. & 48.

5. de tri. cap. 14.

QVANTVM ad primum eſt una opinio, quæ diem iſtas duas productiones diſtingui p terminos totales ad quos ſunt; quia una eſt ad filium, alia ad ſpiritum ſanctum. Et confirmatur per philoſophũ q ponit motus, ſiue uias diſtingui per terminos. ſed generatio, & ſpiratio ſunt uię ad perſonas, ergo. ¶ Contra, productiones, quæ non habent eſſe per terminos non diſtinguuntur per terminos: quia eodem modo eſt aliquid ens, & vnũ ſed iſte productiones non habent eſſe per terminos ſed habent eſſe ſeipſis formaliter, ergo. ¶ Præterea motus non diſtinguuntur penes terminos niſi ubi forma fluens eſt eiuſdem rationis cum forma terminante: Sed in propoſito generatio, quæ eſt uia non eſt eiuſdem rationis cum termino: quia generatio eſt relatio; terminus autem cum ſit eſſentia eſt quid abſolutum, ergo non diſtinguitur a ſpiratione penes terminos. Ideo eſt alia opinio Gotfredi quolibet, qui dicit iſtas productiones diſtingui per hoc puta, quòd generatio eſt ab una perſona, puta a patre, ſpiratio autem a duabus perſonis ſcilicet a patre, & filio. ¶ Contra, diſtinctio ſuppoſitorum in quibus eſt idem principium, quo non eſt cauſa diſtinctionis productionum alterius rationis. Exemplum. quòd ſi eadẽ albedo numero eſſet in equo, & lapide non eſſet principium uiſionis alterius rationis: ſed in iſtis ſuppoſitis eſt idem principium quo, ergo. ¶ Præterea ſecundum iſtam uiam poſſent poni infinite perſonæ in diuinis; quia poſſet poni quarta perſona a tribus, & quinta a quatuor, & ſic in infinitum. ¶ Præterea omnis differentia reducitur ad aliqua primo diuerſa, quæ ſunt diſtincta circunſcripto omni alio, ſed circunſcripto omni alio ab unitate uel dualitate ſuppoſitorum non uidetur, quòd illa unitas, uel pluralitas ſit ratio diſtinguendi perſonas, ergo. ¶ Ideo eſt alia opinio, quòd ille productiones diſtinguuntur penes compoſſibilitatem, & incompoſſibilitatem, quia generari ſtat cum ſpirare, ſicut patet in filio, ſed ſpirari non ſtat cum generare in ſpiritu ſancto.

Aegidius diſtinc. præſenti art. 2.

5. phyſ. com tex. 4. & 48.

4. met. com tex. 3.

Gothfredus quol. 5. q. 3 & quolib. 7. q. 4.

Exemplum.

Alia opinio.

¶ Contra illam opinionem arguitur ſicut contra præcedentem per duo ultima argumenta: Et præterea oportet aſſignare rationem huius compoſſibilitatis, & incompoſſibilitatis: Ideo eſt alia opinio quòd ille productiones diſtinguuntur per rationes prioris, & poſterioris. quia generatio eſt prior, ſpiratio autem eſt poſterior. ¶ Sed contra hoc arguitur. Relatio non diſtinguitur a relatione per relationem; ſed iſte productiones ſunt relationes. ergo non diſtinguuntur per prius, & poſterius, quæ ſunt relationes.

D. Thom. 1. parte ſummę 27. artic. 4 in ſolutione primi argumenti.

HIS ergo opinionibus omiſſis de ſecundo articulo, dico tres concluſiones. ¶ Prima, quòd iſte productiones diſtinguuntur ſeipſis quidditatiue, & formaliter.

¶ Secun-

¶Secunda concluſio, quòd arguitiue diſtinguuntur ex terminis. ¶Tertia, quod elicitiue diſtinguuntur ex principijs, quę ſunt memoria, & uoluntas. ¶Prima concluſio probatur ſic, nihil eiuſdem rationis eſt plurificabile in diuinis: ſed ille productiones plurificantur; quia ſunt duæ, ergo. ¶Præterea plurificabile in pluribus numero poteſt plurificari in infinitum per Auicennam, ergo ſi ille productiones differunt ſolum numero, & non quiditatiue poſſunt plurificari in infinitum. ¶Secunda concluſio probatur. illa diſtinctio eſt arguitiue ex terminis, quæ innoteſcit ex terminis: ſed iſta eſt huiuſmodi, ergo. ¶Tertia concluſio probatur ſic. ille productiones quarum una eſt a memoria, alia a uoluntate diſtinguuntur elicitiue ab illis; ſed generatio eſt a memoria ſpiratio, a uoluntate, ergo ¶Pręterea memoria eſt principium aſſimilatiuum, uoluntas autem non eſt principium aſſimilatiuum: Sed filius eſt imago patris propter ſimilitudinem, ſpiritus autem ſanctus non, ergo principiatiue eſt ab illo.

1. Met.

¶Contra primam concluſionem obijcitur ſic. Quę non ſunt a ſeipſis formaliter, non diſtinguuntur ſeipſis formaliter; ſed generatio, & ſpiratio ſunt huiuſmodi, ergo non diſtinguuntur ſeipſis formaliter. ¶Præterea quæ diſtinguuntur ſeipſis formaliter non conueniunt in aliquo; ſed generatio, & ſpiratio conueniunt; quia de ambobus dicitur productio, ergo non diſtinguuntur ſeipſis formaliter. ¶Contra tertiam concluſionem obijcitur ſic, quia diſtinctio rationis non eſt cauſa diſtinctionis realis; ſed intellectus, & uoluntas diſtinguuntur ſolum ratione, ergo non ſunt cauſæ diſtinctionis emanationum, quæ eſt realis. Ad primum nego maiorem: quia differentiæ ſpecificæ non ſunt a ſeipſis effectiuæ, & tamen ſunt ſeipſis formaliter diſtinctæ. ¶Ad probationem cum dicitur eodem modo eſt aliquid ens, & unum concedo effectiue, ſed non formaliter. ¶Ad ſecundum dico, quòd illis, quæ ſunt ſeipſis formaliter diſtincta, poteſt eſſe aliquid commune communicate prædicationis, & ſic eſt in propoſito, nam generatio, & ſpiratio conueniunt in productione, quia de eis dicitur prædicatione tantum. ¶Ad tertium dicitur uno modo per interemptionem maioris inſtantia de ideis, quæ differunt ſolum ratione, & ſunt principia diſtinctionis realis ideatorum. Sed hoc non ualet; quia ens rationis eſt ens diminutum ſolum habens eſſe in intellectu: ſed ens ſic diminutum non eſt propria ratio entis ueri, & perfecti. Quia cauſa, uel eſt uniuoca, & hęc eſt æqualis perfectionis cum effectu, uel eſt equiuoca, & ſic eſt maioris perfectionis, ergo.

Contra primam concluſionem.

Ens rationis eſt ens diminutum.

¶Pręterea unius effectus oportet unam per ſe aſſignare cauſam in ſuo ordine; ſed ens rationis non facit per ſe unum cum ente reali, ergo. Ideo oportet negare minorem illius argumenti, quia ſicut patuit ſupra, inter attributa eſt aliqua diſtinctio ex natura rei. ¶Ad primum principale dico, quòd generatio nó tranſfertur ad diuina ſub ratione mutationis; ſed ſub ratione productionis cuius termini ſunt producens, & productum; & quia producens unam productionem elicit naturaliter, aliam vero non. ideo eſt ibi diſtinctio, ergo. ¶Ad ſecundum dico, quòd maior non eſt uera niſi ubi iſta propoſitio habet ueritaté, ſcilicet quòd forma flués ſit eiuſdem rationis cum forma terminante, ut melius patuit ſupra diſt. 2. q. ulti. articulo ſecundo, requirere, nunc autem generatio non eſt eiuſdem rationis cum termino formali; quia generatio eſt relatio, terminus auté eſt quid abſolutum. ¶Ad tertium dico quando duo comparátur ad aliquid illimitatum non ſequitur ex unione eorum in tertio unio eorum inter ſe. ¶Exemplum, ego ſum hic cum Deo, & Papa eſt Romę cú Deo, ex hoc non ſequitur, quòd ſimus ſimul Papa, & ego. Ita eſt in propoſito, nã cauſa unitatis productionis in eſſentia eſt infinitas eſſentiæ quæ ratio deficit in productionibus comparátur inter ſe, & in ſuis pręciſis rationibus, ergo.

Diſt 8. q. ul tima.

De gloſſulam quã dat Scotus in 13. huius primi et Author formalitatum in c. de diſt. & identitate formali.

Vtrum generare, & ſpirare in patre ſint idem realiter?

Hoc idem quærit Scotus primo ſent. diſtin. 13. q. 1.

D. Thomas prima parte. quæſt. 41. Arti-cu. 1.

QVAESTIO II.

SECVNDO quæritur ſine argumentis. Vtrum generare, & ſpirare in patre ſint idem realiter? Circa iſtam quæſtionem ſunt duæ opiniones contrariæ. Vna opinio dicit, quòd ſint idem realiter quod probat. Primo ſic. Quæcunq; ſubſiſtunt, ſi differunt realiter conſtituunt ſuppoſita diſtincta realiter; ſed generare, & ſpirare ſubſiſtunt in patre, ergo ſi differunt realiter conſtituunt ſuppoſita diſtincta realiter, quòd eſt hereticum dicere, ergo. Probatio minoris: quia ille relationes, aut ſunt inhærentes, & hoc non propter ſimplicitatem diuinam, aut ſubſiſtentes, & habetur propoſitum ¶ Secundo ſic, quæ prædicantur de ſe inuicẽ prædicatione dicente, hoc eſt, hoc, non diſtinguuntur realiter; ſed generatio actiua, & ſpiratio actiua ſic prædicantur de ſe inuicem in patre, ergo. ¶ Tertio ſic, omnia ſunt unum in diuinis, ubi non obuiat relationis oppoſitio ꝑ Damaſc. Sed inter generare, & ſpirare non obuiat relationis oppoſitio, ergo ſunt idem realiter. Alia opinio tenet oppoſitum ſcilicet, quod differat realitate formalitatis, quod probat primo ſic, quæ ſic ſe habent, quòd vnum communicatur altero non communicato, illa non ſunt idem omnino ex natura rei, ſed generare non communicatur filio, ſpirare autem communicatur filio, ergo. ¶ Secundo ſic, quæ non poſſunt conuenire uni, & eidem reſpectu eiuſdem, non ſunt omnino idem ex natura rei, ſed generare, & ſpirare non conueniunt patri realiter reſpectu eiuſdem perſonæ, ſed reſpectu diuerſarum perſonarũ. ¶ Tertio ſic, ſicut generare ad generari, ita ſpirare ad ſpirari, tunc per locum a tranſmutata proportione, ſicut ſe habet generari ad ſpirari, ita generare ad ſpirare, ſed generari, & ſpirari non ſunt idem ergo. ¶ Quarto ſic, relatio producentis non eſt eadem cum relatione producti; ſed generari eſt relatio producti, ſpirare autem relatio producentis, ergo nõ ſunt idem filio, ergo eadem ratione generare, & ſpirare non ſunt idem in patre.

D. Thom. 1. parte ſummæ q. 41 artic. 1.

L.b. 1. Opinio Scoti.

Opinio Scoti probab.

¶ Si teneatur iſta opinio, quæ uidetur probabilior: poteſt reſponderi ad argumenta primæ opinionis. ¶ Ad primum gloſando maiorem cum dicitur: quæcunque ſubſiſtunt ſi differunt realiter, conſtituunt diuerſa ſuppoſita realiter uerum eſt ſi ſubſiſtunt propria ſubſiſtentia a ſe. Relationes autem quamuis ſubſiſtant in ſe, non tamen propria ſubſiſtentia a ſe, ſed ſubſiſtunt ex infinitate eſſentiæ largientis eis ſubſiſtentiam. ¶ Ad ſecundũ reſpondetur uno modo per interemptionem minoris. Alio modo diſtinguendo, ſcilicet, quòd ibi eſt uera prædicatio per identitatem, non tamen formaliter.

Relationes quo ſubſiſtant.

¶ Ad tertiũ patet ꝑ illud qđ eſt ſupra dictum, quia non tantum fit diſtinctio per relationem originis, ſed etiam per relationes diſperatas. In patre autem generare, & ſpirare ſunt relationes diſperatæ. &c.

Diſt. 11.

DISTINCTIO XIIII.

Vtrum in diuinis ſit aliqua proceſſio?

Hoc idem quærit Scotus primo ſent. diſtin. 14. q. 1.

D. Thomas prima parte. quæſt. 27. Articu. 4 in ſolutione primi argumenti.

QVAESTIO I.

PRAETEREA diligẽter notandum. Circa diſtinctionem 14. & duas ſequentes quæruntur tria. ¶ Quæſtio prima. Vtrum in diuinis ſit aliqua proceſſio? Videtur quod non, quia proceſſio includit motum; ſed in diuinis non ponitur motus, ergo nec proceſſio. In contrarium eſt. Auguſtinus & etiam habetur in ſimbolo Athanaſij, qui ex patre filioque procedit. ¶ Circa iſtam quæſtionem, ſi uellemus ſequi principia Commen. & Auicennam haberemus negare in diuinis omnem proceſſionem; quia eſt principium apud eos, quod in eo quod eſt ex ſe neceſſe eſſe, nulla eſt proceſſio per eo, quòd proceſſio includit potẽtialitatem, & omnis potentialitas repugnat ei, quòd eſt neceſſe eſſe, ſed Deus eſt neceſſe eſſe, ergo in Deo non eſt proceſſio, ſed iſta concluſio eſt falſa, nec ratio ualet, ut pa

15. de Tri. cap. 17.

5. Met. 1. Met.

tuit

Diſtin. 2. q. vltima. tuit ſupra, ponendo ergo proceſſionem in diuinis ſunt tria uidenda, primo ſub qua ratione ponitur proceſſio ibi, ſecundo quare appropriatur ſpiritui ſancto, tertio ſi proceſſio ſpiritus ſancti paſſiua eſt idem realiter cum relatione conſtitutiua ſpiritus ſancti.

DE PRIMO dico conformiter his, quę dicta ſunt ſupra 5. & 9. diſtinctionibus; quia quemadmodum generatio ponitur in diuinis ſub ratione mutationis: quia illo modo includit potentialitatem: ſed ſub ratione productionis, ita proceſſio in diuinis ſub ratione productionis, & non ſub ratione mutationis; quia illo modo includit potentialitatem, & habet imperfectionem annexam.

Quomodo proceſſio appropriatur ſpiritui ſancto. DE SECVNDO articulo dico, quòd proceſſio appropriatur ſpiritui ſancto; quia exitus a uoluntate per modum amoris eſt proceſſio: ſed ſpiritus ſanctus exit a uoluntate patris, & filij per modũ amoris, ergo ſibi attribuitur proceſſio, ſecundo eſt hoc propter penuriam nominum; quia enim productio filij uocatur generatio; ideo ad diſtinctionem illius productio ſpiritus ſãcti uocatur proceſſio.

D. Thom. 1. parte ſummæ q. 27. arti 4 in ſolutione argumẽti primi. DE TERTIO articulo ſunt opiniones una dicit, quòd proceſſio paſſiua diſtinguitur realiter a relatione conſtitutiua ſpritus ſancti; quod probat, primo ſic. Relationes, quarum una eſt prior, altera poſterior, non ſunt idem realiter, ſed proceſſio paſſiua eſt prior relatione conſtitutiua ſpiritus ſancti, cum ſit uia ad ipſam, ergo diſtinguitur realiter ab ea. Secundo ſic, ſicut ſe habet proceſſio actiua ad relationem conſtitutiuã filij, ita ſe habet proceſſio paſſiua ad relationem conſtitutiuam ſpiritus ſancti; ſed ibi eſt differentia realis, ergo, & hic. Minor probatur, quia proceſſio actiua reperitur ſine relatione cõſtitutiua filij, & eſt in patre. ¶ Alia opinio dicit oppoſitum, quod

Opinio Scoti. probatur ſic. Primo unius ſuppoſiti ſimpliciter ad alterum non eſt niſi unica relatio originis: ſed ſpiritus ſanctus eſt vnũ ſuppoſitum ſimplex: ergo non refertur ad patré, uel ad filiũ, niſi unica relatione originis: ſed refertur ad eos proceſſione paſſiua, & relatione cõſtitutiua, ergo hæc & illa ſunt una relatio realiter. ¶ Secũdo ſic, ſi ſpiratio paſſiua diſtingueretur a relatione conſtitutiua ſpiritus ſancti, ergo illa relatio ſuperflueret; quod eſt inconueniens. Probatio conſequentiæ. Omnis relatio, quæ ponitur in diuinis eſt conſtitutiua, uel diſtinctiua, illa autem proceſſio facta ypotheſi alias ypoſtaſi, non erit conſtitutiua, nec diſtinctiua, ergo.

¶ Ad primum alterius opinionis negetur minor, quamuis proceſſio præſupponat generationem, non tamen antecedit relationem conſtitutiuam ſpiritus ſancti: quia ſunt idem. ¶ Ad ſecundum negetur maior: quia ſpiratio actiua quaſi aduenticia filio, & non conſtituit ipſum: quia eſt communis patri, ſed proceſſio paſſiua conſtituit ſpiritum ſanctum, nec eſt ſibi illo modo aduenticia.

¶ Ad argumentum principale patet per dicta in primo articulo, quòd nõ ponitur ibi proceſsio ſub ratione mutationis, ſed ſub ratione productionis, quare non ualet, & tantum de quæſtione.

DISTINCT. XV. & XVI.

Vtrum aliqua perſona diuina mittat ſe ipſam?

Hoc idem quæſitum mouet Scotus primo ſent. diſtinct. 14. 15. & 16.

D. Bona. primo ſent diſtinct. 13. quæſt. 3. & 4. art. 1.

Alexander Alenſis prima parte q. 7 1. membro. 1.

D. Thomas prima parte q. 43. artic. 1. 4. 5. & 7.

Ricardus primo ſentent. diſt. 15. q. 1. & 2.

Durandus primo ſent. diſt. 16. q. 1.

QVAESTIO II.

SECVNDO quæritur. Vtrum aliqua perſona diuina mittat ſeipſam? videtur, quòd non; quia ſi mitteret ſeipſam ageret in ſe: ſed nihil agit in ſe, ergo. In contrarium eſt Magiſter in litera.

¶ Ad euidentiam huius quæſtionis ſunt duo

Miſſio duplex. duo prænotanda, primo, quòd miſſio eſt duplex, ſcilicet ad intra, & ad extra, hic autem non quæritur de miſſione intra; quia ut patet per Magiſtrum, qui probat *4. lib de tri. cap. 10.* per Auguſtinum, quòd nulla perſona mittitur niſi quæ habeat aliam de qua ſit, & iſto modo filius, & ſpiritus ſanctus mittuntur, pater autem non. Quæritur ergo hic de miſſione ad extra. Secundo notandum, quòd in diuinis ſunt aliqua purè eſſentialia, aliqua purè notionalia, & aliqua ſunt mixta ex eſſentiali, & notionali. Purè eſſentialia ſunt, quæ competunt tribus perſonis, ut iuſtitia, & ſapientia, & huiuſmodi. Purè notionalia ſunt, quæ non competunt tribus perſonis, ſed uni tantum, ut paternitas, filiatio, & ſimilia. Mixta autem dicũtur, quæ includunt aliquod eſſentiale, & aliquod notionale, ut cum dicitur ſapientia genita. Cum enim dico ſapientiã dico eſſentiale, cum autem dico genitam dico notionale, ergo ſimul accipiendo ſapientiã genitam dico eſſentiale, & notionale.

Quæ ſint purè eſſentialia. *Quæ ſint purè notionalia.* *Quæ ſint mixta.*

¶ Ad propoſitum applicando dico, quòd hoc uerbum mitti eſt mixtum ex eſſentiali, & notionali, quia uno modo dicit relationem originis, quæ conuenit uni perſonæ tantum, & omne tale eſt notionale. ¶ Secundo modo dicit habitudinẽ ad creaturam, quæ conuenit tribus perſonis, & omne tale eſt eſſẽtiale, & eſt efficientia creaturarum, quæ efficientia cõpetit tribus perſonis: quia opera trinitatis ſunt indiuiſa ad extra, per Auguſtinum: Quod autem ſic competit tribus perſonis largè poteſt dici eſſentiale.

Quid ſit mitti in pluribus locis. *Opinio Magiſtri.*

¶ His præmiſsis dico ad quæſtionem, quòd de eo ſunt duæ opiniones. Vna eſt Magiſtri, quæ eſt, quòd perſona mittat ſeipſam: quod probat primo ſic. Mittere eſt effectum cauſare, in quo habeatur perſona, uel origo perſonæ, ſed effectum ad extra nõ efficit una perſona ſine alia ſecundum Auguſtinum, in pluribus locis, qui ponit, quòd opera trinitatis ſunt indiuiſa ad extra, ergo una perſona non mittitur, ſine alia, & ſic cum una perſona mittitur ipſa mittit ſeipſam.

¶ Secundo ſic. Mittere, & mitti habent ſe, ſicut incarnare, & incarnari, ſed incarnare conuenit tribus, licet incarnari ſit proprium uni, ergo mittere eſt commu- *Libro 3. de* ne tribus. ¶ Tertio ſic. Ambro. per tractãs illud Eſaiæ. Spiritus dñi ſuper me, &c. *ſpiritu ſancto cap. 2. vel 3.* dicit ſic. Cum non diffinitum fuerit a Propheta, a quo datus ſit filius, oſtenditur datus gratia trinitatis, ut etiam filius *Eſaiæ 1.* ipſe dederit ſe. Hæc Ambro. Si autem filius a ſe datus eſt, ergo a ſeipſo miſſus eſt, ut infert Magiſter.

¶ Alia opinio dicit oppoſitum, quod probat. Primo ſic: quia mitti eſt originari, ergo mittere eſt originare: ſed nulla perſona originat ſeipſam, ergo nulla ꝑſona mittit ſeipſam. ¶ Secundo ſic. Mittere dicit auctoritatem, ſed nulla perſona accipit authoritatẽ a ſe, ergo nulla perſona mittitur a ſe. Iſtis non obſtãtibus poteſt *Author defendit Magiſtrum.* teneri opinio Magiſtri, & poteſt reſponderi ad argumenta alterius opinionis.

¶ Ad primum cum dicitur. Mitti eſt originari, ergo mittere eſt originare. Nego conſequentiam, quia non oportet omnimodam correſpondentiã eſſe inter actiuum, & paſsiuum, ſicut patet per rationẽ factam pro opinione Magiſtri de incarnare, & incarnari. ¶ Ad ſecundum dicitur, quòd auctoritas dupliciter accipi- *Authoritas dupliciter accipitur in diuinis.* tur in diuinis. Vno modo per ordinem principij ad intra, & de iſta uerum eſt, quod aſſumitur. Alio modo accipitur auctoritas pro cauſalitate ad extra reſpectu creaturæ, & ita competit tribus perſonis. ¶ Ad primum principale utrum aliquid poſsit agere in ſeipſum, nihil ad præſens dico; quia de hoc dicetur, ta- *In 2. ſent. diſt 3. q. 4.* men dico, quòd perſona poteſt agere in ſeipſam iſto modo, quòd cauſet in ſe ſolum reſpectum rationis. Nam per illam miſsionem, qua perſona mittit ſe nõ ponitur in ea, niſi quidam reſpectus rõnis: quia Dei ad creaturam nulla eſt relatio realis, ut patebit infra diſtinctione 30.

Vtrum ſpiritus ſanctus aliquando fuerit uiſibiliter miſſus?

Hoc idem quæſitum mouet Sco. 1. ſen. diſt. 16. D. Thomas. 1. par q. 43. art. 7.

QVAESTIO III.

TERTIO quęritur. Vtrũ ſpiritus ſanctus aliquando fuerit viſibiliter miſſus? Et videtur quòd non; quia filius eſt minor patre inquantum viſibiliter miſſus, ſecundum Auguſtinum, ſed ſpi- *4. de Trin.*

Diſt.15. ritus ſanctus non ponitur minor patre; ergo non ponitur uiſibiliter miſſus. ¶ In contrarium eſt Magiſter in littera. Circa iſtam quæſtionem dicuntur tria per ordinem per modum trium concluſionum. ¶ Primo, quòd ſpiritus ſanctus nõ debuit uiſibiliter mitti tempore legis ſcripturæ. ¶ Secundo, quòd debuit uiſibiliter mitti tempore quo fuit eccleſia primo fundata. ¶ Tertio ſub quibus ſpeciebus ſpiritus ſanctus fuit uiſibiliter miſſus. *Pulchræ ꝓbationes.* ¶ Primum probatur dupliciter. Primo ſic, tempore quo non fuit plenitudo gratiæ non debuit mitti ſignum plenitudinis gratiæ, ſed tempore legis ſcriptæ non erat tempus plenitudinis gratiæ, ergo non debuit tunc temporis mitti ſignum plenitudinis gratiæ, ſed tale ſignum eſt miſſio uiſibilis ſpiritus ſancti, ergo. ¶ Secundo ſic, Spiritus ſanctus non debuit uiſibiliter mitti ante miſſionem filij: ſed illo tempore non erat miſſus uiſibiliter filius, ergo. Probatio maioris: quia ſicut productio ſpiritus ſancti præſupponit generationem filij: ita uiſibilis miſſio ſpiritus ſancti debet præſupponere uiſibilem miſſionem filij. ¶ Secundum principale declaratur dupliciter. Primo ſic. Maximũ ſignum adhiberi debet ad credendum ea, quæ ſunt maximè difficultatis; ſed maxime difficultatis eſt credere illa, quæ prædicata ſunt in principio eccleſiæ, ergo debuit ibi adhiberi maximum ſignum, ſed hoc eſt uiſibilis miſſio ſpiritus ſancti, ergo. ¶ Secundo ſic. *Duplex gratia.* duplex eſt gratia, una perſonalis, alia cauſalis, & uocatur gratia cauſalis, quæ ponitur in capite per redundãtiam ad membra; ſed propter gratiam perſonalem mittitur ſpiritus ſanctus inuiſibiliter, ergo propter gratiam cauſalem, quæ maior eſt, debuit ſpiritus ſanctus mitti uiſibiliter, ſed iſta gratia habuit ortum in prima eccleſiæ fundatione, ergo. Sed quęreres, quare ſpiritus ſanctus nunc non mittitur viſibiliter. *Quare ſpiritus ſanctus nunc non mittitur uiſibiliter.* Reſpondetur, quia ſpiritus ſanctus fuit miſſus ad fidei confirmationem, ſed nunc fides eſt optime firmata, & radicata, ergo non oportet nunc ſpiritum ſanctũ viſibiliter mitti. ¶ De tertio principali dico, quòd ſpiritus ſanctus, fuit primo miſſus in columbæ ſpecie. ſecundo in ſpecie nubis candidæ. tertio in ſpecie flatus quarto in ſpecie linguæ igneæ. Et ratio horũ eſt, quia habentes ſpiritum ſanctũ debent ipſum imitari, & ideo miſſus eſt in ſpecie columbæ ad deſignandum humilitatem. *Multis modis fuit miſſus ſpiritus ſanctus, & quare.* Miſſus eſt in ſpecie nubis lucidæ ad illuſtrãdum ueritatem. Miſſus eſt in ſpecie flatus ad copulandum fraternam charitatẽ. Vltimo miſſus eſt in ſpecie linguę igneę propter charitatem ad prædicandam perfectam ſanctitatem. Iuxta illud, quod canit ſancta eccleſia: ignis uibrante lumine linguæ figuram detulit &c. ¶ Ad argumentum in contrarium reſpondet Magiſter, dicens ſic. *Diſt.16.c.3* Cur ſpiritus ſanctus non dicitur minor patre, cum & ipſe creaturam aſſumpſerit, in qua apparuit, & reſpondet, ꝙ ſpiritus ſanctus aliter aſſumpſerit creaturam, aliter filius: nam filius accepit creaturam per unionem. Spiritus aũt ſanctus non; quia filius ita accepit hominem, ꝙ factus eſt homo: ſpiritus autem ſanctus non ita accepit columbã ut fieret columba.

DISTINCTIO XVII.

Vtrum charitas ſit aliquid creatum in anima? uel ſit ipſe ſpiritus ſanctus?

Hoc idem quærit Scotus primo ſent. diſtinct. 17. q. 1.

D. Bonauentura primo ſent. diſtin. 16. quæſt. 1. art. 1.

Ricardus primo ſentent. diſt. 17. q. 4.

Franciſcus de Mayronis primo ſent. diſtinct. 17. quæſt. 1.

QVAESTIO I.

IAM NVNC accedamus. Circa iſtam diſt. 17. in qua tractat Magiſter de miſſione ſpũs ſancti ꝑ infuſionẽ charitatis, quęritur primo de eſſentia charitatis. Vtrũ charitas ſit aliquid creatum in anima, uel ſit ipſe ſpũs ſanctus? Et vr, ꝙ ſit formaliter ſpũs ſanctus, ꝑ Aug. qui, inquit, diligit proximũ, conueniens eſt, ut ipſam dilectionem diligat. *8. de Trin. cap. 7.* ſed dilectio eſt Deus, ergo qui diligit proximum diligit Deum, ſed minor huius rationis accipit dilectionem, ſiue charitatem formaliter. alias in ſillogiſmo eſſent quatuor

15. de Tri. cap. 18.

quatuor termini, ergo charitas eſt ipſe Deus. ¶ Præterea, Auguſtinus nullum eſt donum iſto dono excellentius, quod eſt charitas, ſed nullum donum eſt excellentius eo dono, quod eſt ſpiritus ſanctus, ergo charitas eſt ipſe ſpiritus ſanctus. ¶ Præterea, omnis creatura poteſt intelligi non bona; quia eſt ens per participationem, ſed charitas non poteſt intelligi non bona, ergo charitas non eſt aliquid creatum. ¶ In contrarium arguitur, nihil eſt album formaliter, niſi per albedinem formaliter inhærentem; ſed ſpiritus ſanctus non eſt forma inhærens, ergo oportet ponere charitatem creatam inhærentem animæ. ¶ Circa iſtam quæſtionem primo ponitur opinio Magiſtri, ſecundo opinio uera modernorum, tertio dicetur ad rationes ꝑ opinione Magiſtri.

His tamen non obſtantibus eſt reuerentia tanti uiri, melius eſt reducere Magiſtrū ſent. ſed neſcio quo'em meliorem ſententiam.

QVANTVM ad primum eſt opinio Magiſtri, quòd charitas non ſit aliquid creatum in anima; ſed ſpiritus ſanctus ſpeciali aſſiſtentia mouet animā ad actum meritorium. Et quòd charitas non ſit aliquid creatum probatur multipliciter. ¶ Primo ſic, ſicut actus habitus acquiſiti ad habitum acquiſitū, ita actus habitus infuſi ad habitū infuſū, ſiue creatum, ſed habitus acquiſitus creatus dat delectabiliter, & faciliter operari, ex ſecundo ethicorum, ergo ſimiliter habitus infuſus, ſi poneretur, daret delectabiliter operari, ſed hoc non eſt uerum, quia non magis delectabiliter operatur peccator, nunc de nouo dono iuſtificatus, quam ante, ergo non eſt ponenda charitas infuſa, ſiue creata. ¶ Secundo ſic, nō eſt ponenda pluralitas ſine neceſſitate; ſed nulla neceſſitas eſt ponendi charitatem creatam in anima, ergo. Probatio minoris. Charitas creata, ſi ponitur in anima, ponitur, ut moueat ipſam ad diligendum, ſcilicet propter hoc non ualet ponere charitatem, quia uoluntas ex ſe poteſt moueri ad diligendum bonū ſibi oſtenſum. ¶ Tertio ſic habēs, habitum utitur eo cum uoluerit, per Comment. 3. de anima; ſed non experimur, quòd habens charitatem utatur ea cum uoluerit: ſicut patet in uiris contemplatiuis, qui aliquando eliciunt actum cum maiori conatu: aliquando cum minori, ergo. ¶ Quarto ſic: quicquid poteſt cauſa prima mediante cauſa ſecunda in genere cauſæ efficientis, poteſt per ſe immediate, ſed charitas creata, ſi ponitur, habet ſe in ratione cauſæ efficientis reſpectu actus, ergo Deus poteſt hoc per ſe immediate. Cum ergo nulla pluralitas ſit ponenda ſine neceſſitate, non uidetur, quòd debeat poni charitas creata in anima. ¶ Quinto ſic, quanto aliqua potentia eſt magis actiua, tanto minus determinatum per habitum, ſed uoluntas eſt magis actiua, quàm intellectus, ergo minus determinatur per habitum: ſed in intellectu non ponitur aliquis habitus creatus, qui correſpondeat charitati, ergo ſimiliter in uoluntate non ponitur charitas creata.

D. Dionyſius dicit, Charitatem eſſe ſpiritū ſanctum poſſe intelligi tribus modis.

Primo exēplariter, & ſic uerū eſt dicere, q ſpiritus ſanctus eſt charitas. ſ exēplum noſtri amoris, ac noſtræ charitatis.

Secūdo cauſaliter uera eſt eius opinio, quia uerum eſt dicere, quòd ſpiritus ſanctus eſt charitas cauſaliter, quia eſt cauſa effectiua bonorum.

DE SECVNDO articulo arguitur contra Magiſtrum, & uidetur, quòd neceſſe ſit ponere charitatem creatam in anima. ¶ Primo ſic, nihil dicitur formaliter agere aliqua actione, quod non eſt in actu formali ſecundum illud, quod eſt proxima ratio agendi: ſed aſſiſtentia ſpiritus ſancti non dat animæ actum formalem, ergo per iſtam aſſiſtentiam anima non agit opera meritoria: ſed anima agit iſta opera formaliter, ergo principium erit in ea formaliter: ſed hoc eſt charitas, ergo charitas eſt aliquid creatum in anima. Maior patet ex ſecundo de anima, per hoc enim, q anima eſt quo uiuimus infert Philoſophus animam eſſe formam corporis. ¶ Secundo ſic, nulla actio eſt in poteſtate agentis, niſi habeat formam, per quam poſſit agere: ſed aſſiſtentiam ſpiritus ſancti non habet anima, ut formam, ergo nulla actio meritoria eſt in poteſtate noſtra, quod eſt falſum, & ſic oportet ponere charitatem creatam eſſe, quæ informat animam. ¶ Tertio ſic, peccator ante pœnitentiam eſt iniuſtus, poſt pœnitentiam autem eſt iuſtus: ſed iniuſtitia cum ſit priuatio non remouetur a ſubiecto, niſi per poſitionem habitus oppoſiti: ſed hoc per charitatem creatam: ergo. ¶ Quarto ſic, peccator ante pœnitentiam eſt indignus uita æterna: & poſt pœnitentiam eſt dignus vita æterna, ergo nunc ſibi aliquid inhæret, quod prius non inhærebat: Iſtud autem non eſt fides, nec ſpecies: quia iſta erant in peccatore ante conuerſionem, ergo eſt

Tertio ſi intelligatur formaliter, ita, quòd iſta charitas formaliter ſit perſona ſpiritus ſancti hoc modo nō poteſt eſſe & ſi ita Magiſter ſententiarum intellexit errauit.

Scotus inquit, quòd

atione in habitationis & non formaliter pōt dici ſpiritus ſanctus charitas.

& ibi charitas inhærens: & ſic habetur propoſitum. ¶ Quinto ſic: Deus non acceptat peccatorem ante conuerſionem ad uitam æternam, & poſt conuerſionem acceptat ipſum ad uitam æternam, ergo oportet, quòd ſit ibi aliqua alietas: quare nunc acceptat, & prius non acceptat: hæc autem alietas non poteſt aſſignari ex parte Dei: quia eſt immutabilis: ergo eſt ex parte peccatoris, ſed hoc non eſt ratione fidei, nec ſpeciei, ergo eſt ratione charitatis creatæ, quæ nūc ineſt, & prius non inhærebat. Dico ergo, quòd oportet ponere charitatem creatam in anima, ut beatificetur, & hoc de potentia Dei ordinata, non abſoluta, quia de tali potentia Deus poſſet aliquem ſaluare ſine habitu charitatis infuſo.

Franciſcus de Mayronis. hoc idē conſiderat & dicit, quod ſi opinio noſtra non teneatur cōiter a Theologis, tamen pōt aliquo modo defendi, nā opinio iſta pōt intelligi de potentia Dei abſoluta, quia Deus, & ſpiritus ſanctus de potentia ſua abſoluta pōt cauſare, efficere, ac in nobis producere dilectionem meritoriam, ſine habitu, ſeu habituali charitate, ac ut donum eſt, ut habitus infuſus, & ſic poteſt

DE TERTIO articulo. Ad primum pro opinione Magiſtri negetur maior, quia habitus acquiſitus aggeneratur per frequenter agere, ut probat Philoſophus in principio ſecundi Ethichorum. Ideo dicitur ibi, quòd ſignum aggenerati habitus eſt delectabiliter operari, habitus autem infuſus non ſic acquiritur per frequenter agere. ¶ Ad ſecundum negetur minor, vt neceſſitas reſpicit potētiam Dei ordinatam. ¶ Et ad probationem cū dicitur, quòd uoluntas poteſt ex ſe moueri ad diligendum bonum ſine charitate. Dico, quòd uerum eſt de dilectione naturali: ſed non eſt uerum de dilectione meritoria, quæ præſupponit charitatem creatam, ſicut agere præſupponit eſſe. ¶ Ad tertium dico, quòd maior eſt vera de habitu acquiſito per frequenter agere: ſed non eſt uera de habitu infuſo, ſicut eſt charitas. ¶ Ad quartum concedo, quòd ſpiritus ſanctus poſſet immediatè cauſare actum meritorium; ſed tunc talis actus non eſſet in poteſtate noſtra: & ideo de potentia Dei ordinata eſt factū, ut præſupponatur charitas creata. ¶ Ad quintum negetur minor pro ſillogiſmi: quia intellectus dum eſt in via, vel habet habitum ſcientialem ſecundum vnam opinionem, uel habet ſpeciē, quæ informat intellectum ſecundum aliā opinionem. In prima autem habet ad minus lumen gloriæ, & hoc correſpondet habitui charitatis in anima. ¶ Ad primum principale exponitur ratio Auguſtini, quòd bene ualet ſub iſto ſenſu, qui diligit proximum ſi reflectat ſe ſuper dilectionem diligit iſtam dilectionem; ſed qui diligit dilectionem creatam, cum ſit bona per participationem multo magis diligit dilectionem, quæ eſt bona per eſſentiam; ſed dilectio, quę eſt bona per eſſentiam eſt Deus, ergo qui diligit proximum diligit Deum, & ſic patet quomodo Auguſtinus accipit dilectionem. ¶ Ad ſecundum dico inter dona creata nullum donum Dei eſt excellentius iſto dono, quod eſt charitas.

poteſt ſaluari Magiſter ſent.

Vide Franciſcum in 4. diſt. 17. q. 1.

¶ Ad tertium dico, quòd charitas creata eſt quoddam bonum limitatum, & per conſequens deficit ſibi aliquis gradus entitatis, & ſic poteſt dupliciter conſiderari. Vno modo quantum ad entitatem poſitiuam; & ſic non poteſt intelligi non bona. Alio modo conſideratur quantum ad carentiam alicuius gradus; quia non eſt infinita; & ſic pōt intelligi non bona.

Vtrum charitas, uel quicunque habitus ſit principium actiuum reſpectu actus?

Hoc idem quæſitum mouet Scotus 1. Sent. diſt. 17. q. 2.

Franciſcus de Mayronis in primo ſentent. diſtin. 17. q. 4.

QVAESTIO II.

SECVNDO quæritur. Vtrum charitas, vel quicunque habitus ſit principium actiuum reſpectu actus? Videtur, quòd nō, quia relatio non eſt principiū motus, ſed habitus eſt relatio; quia eſt de numero eorum, quæ ſunt ad aliquid, ergo. ¶ Pręterea, accidens non eſt principium actiuum reſpectu actus recepti in potentia, cuius eſt accidens: ſed actus recipitur in potentia habituata, & eſt ei accidens ergo. ¶ Contra. habitus eſt quo habens utitur cum uoluerit, per Commen. ſed uti competit agenti, ergo habitus hēt ſe effectiuè reſpectu actus. ¶ Præterea, habens habitum operatur faciliter, delectabiliter, expeditè, & prōpte, ſed iſtæ cōditiones non eſſent uerè, niſi

5. Phyſ. com tex. 10.

7. Phyſ. com tex. 17.

3. de anima Com. 18.

niſi habitus eſſet principium actiuum reſpectu actus, ergo.

¶ Circa hanc quæſtionem ſunt quatuor articuli, ſecundum, quòd de ea ſunt quatuor opiniones.

Henricus quolib. 4. q. 10.

VNA opinio dicit, quòd aliter loquendum eſt de habitibus infuſis, aliter de acquiſitis: nam habitus acquiſiti nō ſunt cauſæ ſubſtantiæ actus, ſed ſunt cauſæ expeditionis in actu, habitus autem infuſi ſunt totales cauſæ iam ſubſtantiæ actus, quam etiam expeditionis in actu.

¶ Contra iſtam opinionem quantum ad illud, quod dicit de habitu infuſo, quòd ſit cauſa totalis ſubſtantiæ actus, & expeditionis in actu. Arguitur primo ſic. Illud ſine quo aliquid ſimpliciter non poteſt, & cum quo ſimpliciter poteſt eſt potentia, uel pars potentiæ, ſed ſine habitu ſimpliciter non poſſumus, cum habitu ſimpliciter poſſumus, ergo habitus eſt potentia, uel pars potentiæ, cuius oppoſitum dicit Philoſophus.

3. ethicorū.

¶ Præterea, omnis forma, quæ eſt ſufficiens principium alicuius actionis, ſi per ſe eſt, poteſt agere illa actione, ſed habitus eſt per ſe ſufficiens principium ſubſtantiæ actus, ergo ſi eſſet aliquis habitus ſeparatus poſſet per ſe operari.

¶ Præterea, illa actio non eſt libera, cuius principium actiuum totale eſt mere naturale, ergo nulla actio mere eſſet libera. ¶ Præterea, ſequitur, quòd habens ſemel charitatem nunquam poſſet peccare mortaliter, quod eſt manifeſte falſum: conſequentia probatur, quia habens formam prædominantem ſuæ actioni non poteſt moueri contra inclinationem illius formæ, ſicut patet de corporibus mixtis in quibus dominatur terra, quæ non poteſt ex ſe moueri ſurſum, ſed ſi charitas, ſiue habitus eſſet principium totale actus prædominaretur in actione meritoria, & ſic habens eam non poſſet ex ſe moueri ad contrarium.

Gothfredus quolib. 9. q. 4.

IDEO eſt alia opinio, quòd habitus eſt cauſa intenſionis in actu, & potentia eſt cauſa ſubſtantiæ actus, ita quod duobus in effectu puta ſubſtantiæ, & intenſioni correſpondent duo in cauſa, puta potentia, & habitus.

¶ Contra intenſio actus facit per ſe unū cum actu, quia eſt intrinſecus gradus illius; ſed a quo eſt effectiue indiuiduum ab eodem eſt intenſio, ſiue gradus illius, ſed ſubſtantia actus eſt potentia, ergo & intenſio. ¶ Præterea, quandocunq; principium naturale concurrit cum cauſa libera, illud principium coagit quantum poteſt, & hoc quia eſt principium actiuum naturale; ſed habitus eſt tale principium cum ſit quædam qualitas naturalis, ergo ſemper agit quantum poteſt, & ſic ſemper cauſabit actum eque intenſum, cuius contrarium experimur.

Quid ſit habitus.

¶ Præterea, ſi habitus eſt totalis cauſa intenſionis in actu, hoc eſt in aliquo gradu ſignato, qui uocetur a, & ſic uoluntas, quæ eſt cum iſto habitu poteſt habere actum intenſum in gradu a, fiat ergo uoluntas aliqua perfectior prima uoluntate, quæ excedit eam ſecundum proportionem ad gradum a, & tunc uoluntas non habituata poterit in effectum eque perfectum, ſicut voluntas habituata.

3. Opinio poteſt ſuſtineri, vide Scotum.

IDEO eſt tertia opinio, quæ dicit, quòd habitus nullam actionem, uel actiuitatem habet reſpectu actus, ſed tantummodo habet inclinare potentiam, ut eliciat actum, & quòd habitus non habeat talem actiuitatē, probat ſic primo. Nulla duo ſpecie diſtincta ſunt ſibiinuicem cauſę æquiuocę: ſed actus, & habitus diſtinguuntur ſpecie, ergo non ſunt ſibiinuicem cauſæ equiuocæ, ſed actus eſt cauſa equiuoca habitus: quia habitus generantur ex actibus, ergo habitus nō eſt cauſa actus. ¶ Secundo ſic, quando duo effectus comparantur ad eādem cauſam neceſſario unus eorum præcedit ſecundum totam ſuam ſpeciem; ſed aliquis habitus, & actus comparantur ad potentiam tanquā ad cauſam, ergo vnus eorū ſimpliciter præcedit ſecundū totā ſpēm ſuā; ſed aliquis actus neceſſario pręcedit habitū, ergo omnis actus ſimpliciter præcedit, & ſic nō cauſatur ab habitu. ¶ Tertio ſic, ſi habitus eſt cauſa equiuoca actus, ergo cauſa ipſius habitus eſt nobilior habitu: ſed illa cauſa eſt actus; quia habitus generantur ex actibus, ergo actus eſt nobilior habitu: ſed potētia exiſtens ſub habitu elicit actū, ergo multo fortius poterit hoc potentia exiſtens ſub actu, & ſic potentia eliciet actum mediante actu, quod eſt inconueniens.

Quo habitus generentur ex actibus. Vide Scotū in 1. diſt 3.

QVARTA opinio ponit, quòd habitus eſt cauſa partialis reſpectu actus perfecti, ita quòd potentia, & habitus ſunt duæ cauſæ partiales integrantes

Quarta opinio poteſt ſuſtineri, Vide Scotū

vnam

vnam totalem, ſed quæ ſit nobilior dubium eſt. Videtur enim, quòd ſit habitus, tum quia habitus habet inclinare, tum quia habitus habet determinare potentiã: Sed oppoſitum uidetur; tum quia potentia eſt illimitatior, tum quia potentia agente habitus coagit, & non econtrario, tum quia actus non eſſent ita liberi. ¶ Circa autem iſtum ſecundum modum nõ oportet hic multum immorari: poteſt tamen quantum ad primum modum rationabiliter ſuſtineri, quòd habitus eſt cauſa partialis reſpectu ſubſtantiæ actus, & intentionis in actu.

¶ Ad argumenta tertiæ opinionis reſpondetur. Ad primum ſic, quòd maior eſt uera de cauſis totalibus, eſt autem falſa in cauſis æquiuocis partialibus, ſicut ponitur habitus reſpectu actus, & eodem modo. Ad ſecundum dico enim, quòd maior eſt uera in cauſis totalibus.

¶ Ad tertium, quòd eſt difficilius dico: quòd non oportet actum generatiuum habitum eſſe rationem agendi, quo ſicut habitus generatus poteſt eſſe ratio quo, & ſi dicas. Quicquid eſt cauſa cauſæ eſt cauſa cauſati. Reſpondetur, quòd uerum eſt ſicut remotum quo, & non ſicut propinquum quo. ¶ Ad primum principale dico, quòd habitus poteſt accipi dupliciter. Vno modo formaliter pro reſpectu, & ſic eſt relatio, nec eſt principiũ actus. Alio modo ſumitur fundamentaliter pro ut eſt prima ſpecies qualitatis, & ſic eſt principium actus. ¶ Ad ſecundum nego maiorem; quia ſpecies eſt accidens in intellectu, & tamen non eſt principium intenſionis, ſiue cognitionis abſtractiuè, quæ eſt actio immanens in intellectu.

Quo ſit intelligenda iſta propoſitio, quicquid eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati.

DISTINCTIO VIII.

Vtrum charitas, quæ eſt donum creatum augeatur?

Hoc idem quæſitum mouet Scotus 1. Sent diſt. 17. q. 3.
D. Bona. primo ſent. diſtin 17. q. 1.
D. Thomas 1. ſecundæ q. 52. Artic. 1. & 2.
Ricardus 1 ſent diſtinct. 17. q. 1.
Durandus 1. ſent. diſt. 17 q 5.
Franciſcus de Mayronis diſtinctio. 18. q. 2.
Baccenitanus pri ſent. diſtin. 15. q 1.

QVAESTIO I.

IN SECVNDA parte diſtinctionis 17. & in diſtinctione 18. tractat Magiſter de augmento charitatis, & de dono. ideo quæritur. Vtrum charitas quæ eſt donum creatum augeatur? Videtur quòd non: quia quod augetur poteſt augeri in infinitum, ſicut patet in numeris, ergo charitas non augetur.

¶ Præterea, quod poteſt augeri, poteſt minui; ſed charitas non poteſt minui, ergo non poteſt augeri. ¶ Contra, charitas eſt habitus inclinans ad dilectionem: ſed dilectio augetur, ergo, & charitas augetur.

¶ Circa iſtam quæſtionem ſunt quatuor videnda. Primo, ſi charitas augetur: ſecundo de modo quo augetur. tertio propter primum agumentum ſi poteſt augeri in infinitum. quarto propter ſecundũ augmentum, ſi poteſt minui.

DE PRIMO dico, quòd ſic, quod probatur per Auguſtinum in epiſtola ad Bonifacium Papam. Charitas inquit meretur augeri, ut aucta mereatur perfici.

¶ Item patet per Auguſtinum. In his, quæ non ſunt mole magna, idem eſt melius eſſe, & quod maius eſſe, ſed una charitas eſt melior alia, ergo. *6. de Trin. c. 7. uel 8.*

¶ Item tertio præmium correſpondet habitui charitatis; ſed præmium unius eſt maius præmio alterius. ergo, & charitas vnius erit maior charitate alterius; & per conſequens augetur.

¶ Item quarto, quia per charitatem eſt homo Deo gratus, & carus, ſed unus eſt magis carus Deo, quam alius, ſicut Chriſtus eſt magis carus Deo quocunq; alio, ergo eſt maior charitas in eo, & ſic augetur charitas.

DE SECVNDO articulo ſunt opiniones. Vna eſt Thomæ, quæ ponit duas cõcluſiones. Prima, ꝙ nec charitas, nec aliqua forma accidentalis ſecundum ſe recipit magis, aut minus. *D. Thom 1. ſecundæ. q. 52. arti. 1. & 2.*

¶ Secũda cõcluſio, quod augetur, & recipit magis, & minus propter maiorem, & minorem diſpoſitionem in ſubiecto.

¶ Prima cõcluſio probatur: tũ quia forma ſubſiſtit in indiuiſibili, & inuariabili eſſentia; tum quia forma eſt in ſimplici, & inuariabili eſſentia conſiſtens per au-

ctorem,

6 principiorum 8 met. contex. 10.

ctorem. tum quia formæ huius habent ſe ſicut numeri, tum quia inter gradum formæ præcedentem, & illum, qui ſibi adderetur nulla poteſt eſſe diſtinctio: quia diſtinguerentur ſpecie, uel numero. non primo modo; quia tunc fieret augmentatio per aliquid alterius rationis; nec ſecundo modo: quia iſti gradus conueniūt poſtmodum in identitate numerali ¶ Secunda conditio probatur ſic. Nam lumen in aere recipit magis, & minus propter maiorem, & minorem diſpoſitionem, quæ eſt in ſubiecto. Ideo dicit philoſoph. quòd forma non recipit magis, & minus niſi forſan, ut eſt in materia cū ait. quemadmodum nec numerus habet magis, aut minus. nec quæ ſecundum ſpeciem ſubiecta. ſed ſiquidem cum materia.

8. met. contex. 10.

Subſtātia ſuſcipit magis & minus ſecundum eſſe indiuiduale quia includit gradus, licet non ſuſcipiat magis, & minus ſecundum eſſe ſpecificum. Vide Antonium Andream in 2. met q. vnica.

¶ Contra iſtam opinionem arguitur primo ſic. ſi forma præciſe intenditur propter maiorem, uel minorem diſpoſitionem, quæ eſt in ſubiecto, aut illa diſpoſitio eſt eiuſdē rationis cum forma, quæ intenditur, aut alterius rationis. Non primo modo; quia tunc fieret augmentatio per aliquid alterius rationis; quod ipſi negant. Si ſecundo modo cum iſta diſpoſitio recipiat ſecundum ſe magis, & minus. ergo forma ſecūdum ſuam eſſentiam recipiet magis, & minus cum ſit eiuſdem rationis. ¶ Secundo ſic. illa forma, aut totaliter participatur a ſubiecto, aut non participatur totaliter, ſed ſecundum gradum. non primo. quia tunc in quolibet ſubiecto forma eſſet eque intenſa, quod eſt falſum. ergo ſecundo modo ſcilicet participatur ſecūdum gradus, contra arguitur. omne tale quod habet gradus in ſua eſſentia recipit magis, & minus. ergo forma accidētaliter ſecundum ſuam eſſentiam recipit magis, & minus. ¶ Tertio ſic. Augmentatio cum ſit uera actio terminatur ad aliquid, uel ergo ad gradum, qui præexiſtebat, uel ad alium gradum. non primo modo; quia factum facere nihil eſt facere. ergo ſecundo modo, & habetur propoſitum. ¶ Quarto arguit quidam ſic. iſta diſpoſitio, uel eſt forma abſoluta, uel relatiua, ſi abſoluta. ergo qua ratione ipſa recipit magis, & minus pari ratione, & forma, quæ intenditur ſecundum ſe recipit magis, & minus. Si uero eſt forma relatiua ſequuntur duo inconuenientia. primum, ꝙ relatio recipiet magis, & minus. quod eſt cōtra philoſoph. in prædicamentis. ſecundum eſt, quòd relatio eſt terminus motus, quod eſt contra philo.

Cap. de relatiuis.

¶ Ad argumenta illius opinionis. Ad primum cum dicitur, quòd forma conſiſtit in indiuiſibili Et ad ſecundum, quòd forma eſt ſimplex. Reſpondetur eodem modo. Nam forma eſt ſimplex, ut excludit compoſitionem partium quantitatiuarū. ſed cū illa ſimplicitate poteſt ſtare unio partium, ſiue graduum uirtualium. ¶ Ad tertium dicitur, quòd propoſitio philoſophi tenet de formis ſubſtātialibus, & differentijs ſpecificis, non autem de formis accidētalibus. ¶ Ad quartum dico, quòd argumentum non ualet. nam duę guttæ aque ante vnionem diſtinguūtur numero, & tamen cum coniunguntur cōueniunt in idēptitate numerali.

5. phyſ. contex. 10.

Quem forma dicatur ſimplex.

Gotfredus quol. 7. q. 7

¶ Alia opinio ē Gothfredi, quòd charitas, & omnis forma accidentalis ſic augetur, quòd quando maior gradus charitatis, uel qualitatis acquiritur realitas præcedens totaliter corrumpitur, & forma ſequens continet præcedētem in uirtute. Quòd autem realitas præcedens totaliter corrumpatur. probatur primo ſic. Termini motus ſunt incompoſſibiles; ſed charitas præcedens eſt terminus a quo, & gradus qui acquiritur eſt terminus ad quem. ergo cum iſte acquiritur præcedens totaliter corrumpitur. ¶ Secundo ſic. Sicut acquiritur aliud, & aliud, ubi in motu locali, ſic alius, & alius gradus in formę intenſione, uel augmentatione. ſed in motu locali ubi a quo totaliter dimittitur, cum ubi ad quem acquiritur, ergo. ¶ Contra iſtam opinionē arguitur multipliciter. Primo ſic; In ſacramento altaris uariatis ex innouatis ex toto ſpeciebus deſinit ibi eſſe corpus chriſti; Sed ſecundum iſtam opinionem modica augmentatione facta generatur noua quantitas, & corrumpitur pręcedens. ergo ſtatim deſinit ibi eſſe corpus Chriſti i ſpeciebus modicum condenſatis. quod eſt inconueniens. ¶ Secundo ſic ponatur, quòd calor ſecundum quatuor gradus ſit in aliquo ſubiecto, & ex alia parte frigus circunſtans corrumpat tantum unum de illis gradibus tunc quero de tribus gradibus remanentibus; quia aut ſunt actu in calore ut prius aut acquirunt de nouo eſſe. Si primo modo. ergo non ſolum continebantur prius

5. phyſ. contex. 26. & alibi.

in virtute illius quarti gradus perfectionis. Si aũt ſecundo mõ: tunc quæro a quo acquirunt iſtud nouũ eſſe, quia uel ꝑ frigus quod non põt eſſe cũ ſit oppoſitũ caloris, uel per virtutem cœli quod non põt fieri cũ ſit cã indeterminata ad frigus, & calorẽ, aut per aliuni calorẽ præexiſtentẽ quod ẽt fieri non põt cũ non ſint tres ibi gradus quouſque ceſſet ibi eſſe prior calor. ¶ Tertio, ſic. Eo mõ concedit philoſophus motũ in accidentibus quo negat eũ in ſubſtantijs, ſed motus negatur a ſubſtãtijs per hoc, ꝙ ſubſtantia non manet. ergo in motu augmentationis ſubſtantia debet manere. Confirmatur per philoſophũ primo de generatione. oportet iquit ſaluare rõnẽ, & eſſentiam, & exiſtentiam eius quod augetur. Et ibidẽ dicit, ꝙ oportet auctum manere ¶ Quarto ſic. in eodẽ inſtanti quo elicitur actus meritorius poteſt Deus charitatem augere. ergo ille actus præſupponit charitatẽ. tunc quæro quã, quia non præſupponit illam nouam partem quæ acquiritur pro eo ꝙ pars illa ſequitur actũ, ſicut præmiũ ſequitur meritum. ergo præſupponit illam, quæ præexiſtebat, & per cõſequens non corrũpitur, quia alias in eodẽ inſtanti eſſet, & nõ eſſet.

5. Phyſ. con tex. 10. & 7 Phyſ con tex. 2.

¶ Ad argumenta primæ opinionis dico, quòd termini motus ſunt incompoſſibiles ſecundũ ꝙ habent oppoſitionem, ſed gradus iſti non habent oppoſitionẽ rõne entitatis poſitiuæ. ſed rõne priuationis, q̃ includebatur in gradu præcedenti, & cõcedo, ꝙ illa priuatio non manet. ¶ Ad ſecundum dico, ꝙ augmentatio non eſt ſimilis motui locali ſimpliciter, ſed eſt ſimilis motui locali qui eſt de loco minori ad locũ maiorẽ. Et ideo ſicut quando aliquis mouetur de loco minori ad locum maiorem non corrũpitur prior locus. ita in propoſito quando aliquid augmentatũ. ¶ Alia eſt opinio Scoti quam teneo, ꝙ charitas augetur per aduentum nouæ charitatis ſiue realitatis, quæ facit per ſe unum cum charitate præexiſtẽte, quod probatur ſic. Sicut eſt de intentione actus ad formã. ita debet eſſe de intentione, uel augmentatione formæ. Sed actus intendit per hoc ꝙ aduenit de nouo forma, a qua eſt actus. Nam multæ candelæ accenſæ magis illuminant. ergo eodem modo forma intenditur per hoc, ꝙ aduenit ſibi realitas. ¶ Secundo ſic, augmentatio uel terminatur ad nihil, quod eſt impoſſibile, uel ad aliquid, & tunc, uel terminatur ad gradum præcedentem, quod eſt impoſſibile, quia factum facere nihil eſt facere, uel terminatur ad nouum gradum, & habetur propoſitum. ¶ Tertio ſic. Sicut ſe habet quantitas ad extenſionem, ita qualitas ſe habet ad intentionem, ſed quantitas augetur per nouam partem quantitatis. ergo qualitas per nouam partem qualitatis.

Q̃uo charitas augeatur ſecundũ Scotum. per gradus vide in 20. q. q̃uo lib. artic. 1. & int. diſt. 17. q. 3.

DE TERTIO articulo dicit vna opinio, quòd de charitate contingit loqui dupliciter. Vno modo ſimpliciter & in ſe. Alio modo per comparationem ad ſubſtantiam, primo modo poteſt augeri in infinitum, ſecundo modo non. pro eo ꝙ capacitas ſubiecti eſt finita. ¶ Contra iſtã opinionem arguit Varro per Auguſtinũ in enchiridion, ubi dicit ſic. Minuitur cupiditas charitate creſcente donec charitas ad tantam magnitudinem perueniat qua maior eſſe non poſſit.

D. Thomas 1. 2. q. 52. art. 1 & in 2. ſent. diſt. 42. ar. 1.

¶ Preterea Auguſtinus dicit; Chriſtus tãtam habuit gratiam quantam potuit recipere, Et ſecũdum Magiſtrum, Deus non potuit de charitate plus ſibi conferre, ſed ſi charitas poſſet augeri in infinitum Chriſtus potuiſſet maiorem gratiam accipere, & Deus maiorem conferre niſi ponas, quòd Chriſtus habuit charitatem infinitam in actu, quod non tenetur.

15 De tri. c. 13 & 14. 3. Sen. diſt. 10.

Chriſtus habuit charitatem creabilem. Vide Scotum. 13. diſtinctio. tertij libri ſentent.

¶ Præterea, Commentator dicit, quòd duo ſunt modi augmentationis, quorum unus uadit ad potentiam. alius ad actum: Et ſubdit, quòd in augmentatione, quæ uadit ad actum quantum contingit accipere de potentia contingit accipere de actu. Sed in augmentatione charitatis itur ad actum. ergo ſi poteſt charitas creſcere in infinitum contingit accipere charitatem creatam infinitam in actu: quod communiter non tenetur. Ideo ipſe Varro dat aliam viam, ſcilicet, quòd augmentatio poteſt fieri. uel ſecundum partes eiuſdem quantitatis, uel ſecundum partes eiuſdem proportionis. primo modo charitas non augetur in infinitum. ſed ſecundo modo ſemper tamen acceptum eſt finitum, ſicut ſi accipiantur duæ lineæ quarũ vna uix eſſet quatuor pedum, & alia ſex pedũ.

3. Phyſ cõmen. 69. Vide pro expoſitione Cõmentatoris ipſum Scotum in 3. ſent. diſtin. 13. q. 4.

Opinio Varronis.

Si iſta ſecunda adderetur primæ ſecundum partes eiuſdem quantitatis non augeretur in infinitum. ſed ſi adderetur ſecundum partes eiuſdem proportionis, talis augmentatio iret in infinitum. ſemper tamen acceptum eſſet finitum, quia illa finitas eſſet in actu permixto potentię, quę potentia numquam reducitur ad actum completum, ut ponit philoſophus circa finem 3. phyſicorum.

D. Thomas 1. ſecundæ. q. 71. ar. 4.

DE QVARTO articulo dicit prima opinio, quòd charitas per peccatum mortale totaliter corrumpitur. per peccatum ueniale minuitur. Probatio, quia cauſæ eiuſdem rationis ſecundum analogiam habent effectus eiuſdem proportionis ſecundum analogiam. Sed peccatum mortale, & ueniale cum oriantur ex eadem radice fomitis ſunt eiuſdem rationis. ergo habent effectus eiuſdem proportionis ſecundum analogiam. ſed peccatū mortale totaliter corrumpit charitatem, ergo veniale diminuit.

¶ Præterea ponatur, quòd ſint duo homines habentes ęqualem charitatem, & vnus peccet venialiter, & alius non. Tunc quæritur, aut peccatum veniale diminuit charitatem aut non. Si ſic: habetur propoſitum. ſi non. ergo Deus diligit æqualiter peccantem & non peccantem. quod eſt inconueniens. ¶ Sed contra pono, quòd Deus infundat alicui minimam charitatem qua minor creari non poſſit, & ille peccet uenialiter. quæro aut diminuit aut non: ſi non minuit charitatem: habetur propoſitum. ſi ſic. ergo totaliter corrumpit: quia non eſt dare minus minimo.

Gratia non opponitur formaliter peccato originali. Vide Scotum in 4. ſent. diſt. 4. q. 6.

¶ Præterea omnes partes charitatis ſunt eiuſdem rationis. ſed idem eſt iudicium de parte, & de toto. ergo ſi peccatum ueniale poteſt diminuere charitatem quantum ad vnum gradum. tunc multiplicatis peccatis uenialibus poterit charitas per peccata uenialia totaliter tolli. quod eſt incōueniens. ¶ Ideo dico aliter quòd diminutio charitatis poteſt accipi uel in comparatione ad Deum, & ſic concedo quòd poteſt minui: quia quemadmodum Deus poteſt unum charitatis gradum apponere ita poteſt ſubtrahere. uel poteſt accipi per comparationem ad creaturam & hoc uel per peccatum mortale. concedo, quòd nō minuitur. ſed totaliter tollitur. Si per peccatum ueniale. dico quòd non diminuitur quantum ad ſubſtātiam. diminuitur tamen quātum ad feruorem, tum quia ueniale inclinat ad mortale: tū quia charitas non ita inhæret animæ cū peccato ueniali ſicut ſine peccato veniali.

Diminutio charitatis p peccatū ueniale diminuitur quātum ad feruorem, non quantū ad ſubſtantiā.

¶ Ad primum alterius opinionis dico quòd mortale, & ueniale non ſunt eiuſdem rationis. ideo non habent effectus cōſimiles ſm analogiā. dato tñ, ꝙ hēant effectus cōſimiles. dico ꝙ eſt ſimilitudo i hoc, quòd mortale totaliter corrumpit. ueniale autem diminuit quantum ad feruorem non quantum ad ſubſtantiā. ¶ Ad ſecundum dico, ꝙ ſicut eſt præmium eſſentiale, & accidentale ita eſt dilectio eſſentialis, & accidentalis. Deus autem æqualiter diligit dilectione eſſentiali peccantem, & non peccanté uenialiter. ſuppoſito tamen ꝙ habeant eandem charitaté. ſed diligit eos non ęqualiter dilectione accidentali. quia peccantem uenialiter vult punire aliqua pęna temporali.

Pręmiū duplex.

Dilectio duplex.

¶ Ad argumenta principalia patet ex dictis. ¶ Ad primum patet ex tertio articulo. ¶ Ad ſecundum patet ex quarto.

DISTINCTIO XIX.

Vtrum perſonæ diuinæ ſint ęquales ſecundum magnitudinem?

Hoc idem quæritur Scotus 1. ſent. diſt. 19 q 1.
D. Bona. ſent diſt. 19. q. 1 Artic. 1.
Alexander Alenſis prima parte q. 47 membro 1.
D. Thomas prima parte q 42. Artic. 4.
Durandus 1 ſent. diſt. 19 q. 1.
Franciſcus de Mayronis 1 ſent diſt. 20. q. 1.

QVAESTIO I.

NVNC poſtquam coęternitatem. Circa iſtam diſtinctionem xix. quęritur primo. Vtrum perſonę diuinę ſint ęquales ſecundum magnitudinem? Et uidetur, ꝙ non. quia ubi non eſt fundamentū æqualitatis ibi non eſt ęqualitas: ſed in perſonis diuinis non eſt fundamentum ęqualitatis. ergo non ſunt ęquales. Probatio minoris. fundamentū ęqualitatis eſt quātitas, quia ſecundum philoſophū in prædicamētis proprium eſt quantitati ſecundū

Cap. de quātitate.

cam

eam ęquale vel inęquale dici.ſed in Deo non eſt quãtitas: quia Deus eſt ſine quãtitate magnus ſecundũ Auguſtinũ, ergo. ¶ Præterea, quod dicit imperfectionem non eſt ponendum in Deo, ſed ęqualitas dicit imperfectionem, ergo ęqualitas nõ eſt ponenda in Deo, ſiue in perſonis diuinis. Probatio minoris, quia quod repugnat perfectioni creaturarum nõ dicit perfectionẽ: ſed equalitas repugnat perfectioni creaturarũ ſecundum Auguſtinũ. ubi dicit. Si omnia eſſent ęqualia iam omnia non eſſent omnia. ergo ęqualitas non dicit perfectionem ¶ Contra Athan. in ſimbolo dicit diuinæ perſonæ coęternæ ſibi ſunt, & coæquales. ¶ Circa iſtam qõnem ſunt quatuor videnda per modum quatuor concluſionum. primo quid eſt fundamentum ęqualitatis tã proximum quã remotũ, ſecundo ſi perſonæ diuinæ ſint æquales, tertio ſi æqualitas dicit relationẽ poſitiuam, quarto ſi æqualitas plurificatur in diuinis.

5. De trin. c. 1.

83 q. 41.

DE PRIMO dico, ꝙ philoſophus diſtinguit relationẽ in relationẽ identitatis ſimilitudinis & ęqualitatis, & dicit ꝙ iſta ſunt eadẽ quorũ ſubſtantia eſt vna. Similia uero ſunt quorum qualitas una. Et ſic fundamentũ remotũ identitatis eſt ſubſtantia propinquũ fundamentũ eſt unitas ſubſtantiæ, fundamẽtum vero remotum ſimilitudinis eſt qualitas, & propinquum eſt vnitas illius qualitatis. Similiter remotũ fundamentũ a qualitatis eſt quantitas. Sed notandũ, ꝙ quantitas eſt duplex. ſ. quantitas molis, & quantitas uirtutis. Et Auguſtinus dicit ꝙ in hisquę nõ ſunt mole magna idẽ eſt melius eſſe quod maius eſſe. unde licet in Deo non ponatur quantitas molis. ponitur tamen in eo quantitas uirtutis, ſicut probat philoſophus circa finem octaui phiſicorum.

5. Met. com tex. 20.

Duplex quãtitatis.
6. de tri. c. 7

DE SECVNDO articulo dico, ꝙ perſonæ diuinę ſunt æquales ſecundũ magnitudinẽ uirtutis. quod probatur ſic. Extrema realiter diſtincta habẽtia magnitudinẽ eandẽ uirtutis non ſecudũ magis, & minus ſunt æqualia. ſed perſonę diuinæ realiter diſtinguuntur, & habent eandem magnitudinem virtutis non ſecundũ magis, aut minus. ergo ſunt ęquales. Probatio minoris. Magnitudo virtutis nõ ſumitur per cõparationem ad actus notionales, ſicut ad intra, ſed per cõparationẽ ad extra, ut patebit diſt. ſeq. ſed omnẽ uirtutem ad extra, quam habet vna perſona habet, & alia, nõ ſecundum magis, & minus ergo.

DE TERTIO articulo dico, ꝙ æqualitas in uoce importat priuationẽ, quia ut patet decimo Methaphiſic. ęquale opponitur priuatiue magno, & paruo. ſed æqualitas in re importat relationẽ poſitiuã, uel poſitionẽ. quia illa relatio nõ eſt poſitiua quæ cõpetit Deo ratione fundamẽti poſitiui: ſed ęqualitas eſt hmõi. ergo ęqualitas dicit relationẽ poſitiuã. Probatio minoris. nã fundamẽtũ æqualitatis eſt eſſentia uel perfectio attributalis, & ratio fundamenti eſt infinitas per quæ eſt poſitiua.

DE QVARTO articulo ſic dicit Rich. ꝙ æqualitas in diuinis non plurificatur. Cuius rõ eſt. quia relatio multiplicatur ad multiplicationẽ fundamẽti. Sed in perſonis diuinis eſt vnũ fundamentum ęqualitatis. puta eſſentia diuina. ſ. magnitudo, uel infinitas. ergo eſt ibi una ęqualitas. ¶ Sed teneo oppoſitũ. Cuius ratio ẽ, ubi plurificantur fundamenta illo modo, ꝙ nõ ſunt totaliter idẽ extra intellectum ibi plurificantur relationes: ſed fundamẽta æqualitatis plurificantur iſto modo, ꝙ non ſunt totaliter idẽ extra intellectũ, ergo plurificatur ibi ęqualitas. Probatio minoris. nam æqualitas accipitur pœnes perfectiones attributales. puta pęnes ſapientiam, iuſtitiã, & huiuſmodi, & iſte perfectiones attributales non ſunt omnino idẽ extra intellectũ, immo diſtinguuntur aliquo mõ ex natura rei. ut fuit probatũ ſupra di. 8. quęre &c. ¶ Ad argumentũ præcedẽtis opinionis dico ꝙ licet in Deo nõ ſit niſi una infinitas fundamentaliter ſumpta, tamẽ loquendo formaliter quodlibet attributũ hẽt ſuã infinitatẽ. ita ꝙ hæc formaliter non eſt illa vnde infinitas ſapientiæ nõ eſt eadẽ formaliter cũ alio infinita te bonitatis, quod patet ſic illud quod remanet formaliter infinitũ, alio circũſcripto hẽt propriã infinitatẽ, ſed quodlibet attributũ eſt huiuſmodi. nã aliis circumſcriptis per impoſſibile remanet proprie infinitas, ergo. Sed inſtabis, quia cum in Deo ſint proprietates attributales infinitæ, erunt ibi infinitæ infinitates. Reſpondetur, ꝙ ſi ſunt infinitę perfectiones attributales in Deo oportet cõcedere, ꝙ erũt infinitę infinitates. ſi aũt nõ ſunt ibi infinitæ perfectiones attributales tunc nõ ſunt

1 Sent. diſt. 19 art. 1.

Scotellus tenet oppoſitum.

Quõ in Deo ſit una infinitas, & plures infinitates.

extremum. ſed in filio eſt fundamentum relationis paternitatis ad filium, & extremum ibidem eſt pater, ergo. ¶ Contra iſtam opinionem arguitur ſic. Primo. Quando aliquid eſt in alio ſecundum partem, tunc eſt in illa ſicut competit parti eſſe in eodem. ſicut ſi ego ſum in loco per pedes, & pedes ſunt ibi localiter, ſequitur qđ ego ibi ſim localiter. ergo ſi pater eſt in filio per eſſentiā, ſequitur, ꝙ ſic pater in filio ſicut eſſentia eſt in filio, Sed eſſentia eſt in filio formaliter. ergo pater erit in filio formaliter. quod eſt falſum. ¶ Præterea quod conuenit ſuppoſito inquantum incommunicabile nullo modo conuenit eſſentiæ. ergo econtrario quod conuenit eſſentię ratione qua eſt communicabilis nullo modo conuenit ſuppoſito. Sed eſſe in filio conuenit eſſentiæ ratione qua eſt cōmunicabilis. ergo nullo modo conuenit ſuppoſito. ¶ Ideo eſt alia opinio doctoris noſtri quæ tria declarat. ¶ Primo quomodo una perſona ſit in alia. ¶ Ad cuius euidentiam notādum quòd aliquid conuenit alicui ratione partis ſicut ponit phyloſophus ꝙ homo ſanatur. quia cor uel pectus ſanatur. ¶ Secundo modo aliquid conuenit alicui toti. ita ꝙ non conuenit alicui eius parti ut præciſe: ut hominem eſſe riſibilem. Et homo eſt uerum in omnibus corporibus ethero genis ideſt partium diſſimilium. ¶ Tertio modo conuenit aliquid alicui communi. ita ꝙ conuenit cuilibet eius parti. ſicut patet de igne, & in corporibus homogenijs. nam totus ignis eſt calidus, & quælibet eius pars eſt calida. ¶ Ad propoſitum una perſona eſt in alia non ſicut natura in ſuppoſito, nec ſicut forma in materia; ſed ſicut ſubſiſtens in ſubſiſtente. Subſiſtere autem. i. incommunicabiliter per ſe eſſe conuenit perſonæ primo. Nō autem dicitur de perſona: quia præciſe dicitur de relatione uel de eſſentia, & ſic una perſona eſt in alia ſecundum ſe totā per preſentiam intimitatis. quod probatur per Ambroſium in hymno. totus in uerbo pater, & totus in patre filius. ¶ Præterea Auguſt. Propter unitatem naturalem totus pater eſt in filio, & ſpiritu ſctō: Eſt quoque ſpiritus ſctūs in patre, & filio, nullusque horum eſt extra quēlibet ipſorum propter unitatem diuinæ ſubſtātię. ¶ Secundo declarat, quæ eſt ratio iſtius inexiſtentiæ, & dicit, ꝙ non eſt eſſentia præciſe, quia tunc pater eſſet in ſe, quod eſt falſum eo modo quo ſaluator intelligit patrem eſſe in filio, & econtra. Nam illa inexiſtentia requirit diſtinctionem. Pater autem non diſtinguitur a ſeipſo, ergo iſto mō non eſt a ſeipſo. ¶ Secunda ratio illius inexiſtentiæ non eſt relatio originis. tum quia relationes originis, non ſunt einſdem rationis, & ſic perſonæ non eſſent in ſe inuicem uniformiter; tū quia dato ꝑ impoſſibile, ꝙ una perſona nō originetur ab alia, adhuc una eſſet in alia propter unitatē naturę. tum quia in creaturis quando pater generat filium eſt inter eos relatio originis, & tñ pater nō eſt in ſuo filio, nec ecōuerſo, qua non habēt identitatem naturæ. Et ideo dicit, ꝙ ratio iſtius inexiſtentiæ eſt eſſentia, & relatio ſimul, quia ſicut diſtinctio ꝑſonæ non fundat ſimilitudinem per ſe, ita eſſentia cum relatione eſt ratio iſtius inexiſtētiæ quāuis eſſentia ſit principalior rō. ¶ Tertio declarat. Si iſte modus eſſendi in. poſſit reduci ad aliquem illorum modorum eſſendi in quos ponit philoſoph. & dicit, ꝙ nō. Cuius rō eſt. quia in omnibus alijs modis eſſendi in. eſt aliqua diſtinctio in natura, uel totalis, uel partialis. Sed in natura diuina nulla eſt talis diſtinctio ergo illa inexiſtentia non reducitur ad aliquē iſtorum modorum. ¶ Ad argumētum autem opinionis præcedentis qñ dicitur, ꝙ ſi aliquid competit alicui primo, cōpetit cuilibet eius parti ęque primo patet, ꝙ hoc falſum eſt. quia eſſe riſibile competit homini primo, & tamē non competit cuilibet eius parti ęque primo. ¶ Ad ſecundum ita poſſet argui contra eum de continentia ratione partis ſed dico, ꝙ inconueniens eſt idem continere, & contineri qui eſt per modum eſſendi in. per informationem. ſic aūt nō ponitur una perſona in alia. quia ut dictum ē iſte modus eſſendi in. non reducitur ad aliquem iſtorum modorum quos ponit philoſoph. & ſic patet ad quæſtionem. ¶ Ad primum principale dico, ꝙ non ſequitur confuſio in perſonis, quia ipſe ponebat quodlibet eſſe in quolibet ſicut pars eius, & quòd quodlibet poterat fieri a quolibet. Sed perſona non ponitur ſic in perſona ſicut pars vel aliquid eius, & ideo nō ſequitur confuſio. ¶ Ad ſecundū negetur philoſo.

Vide Ricardum in quarto diſtinc. 19. q. 3. bene declarantem.

Opinio Scoti.

5. phyſ con tex. 1.

Quomodo una perſona ſit ī alia ſubſiſtere quend.

In libro de fide ad Petrum cap. 1.

Nota & bene.

4. phyſ con tex. 23.

4. phyſ. con tex 23.

non eſſet uerum, niſi eſſent ęquales in potentia. Tertio ſic. aut pater genuit ſibi filium æqualem in potentia aut non. Si ſic habetur propoſitum. Si non hoc fuit: quia uoluit, & tunc fuit inuidus aut, quia non potuit, & ſic fuit impotens. Tertio ſic. pater carnalis generaret ſibi filium æqualem ſi poſſet. ergo multo magis Deus qui eſt pater potens generat ſibi filium æqualem in potentia ¶ Iſta concluſio poteſt confirmari aliter ſic. pater generãdo filium communicat filio quicquid habet præter relationes originis. ſed pater habet potentiam, quæ non dicit relationẽ originis; ergo communicat eam filio. ¶ Præterea ſicut pater communicat filio ſapientiam, ita communicat ei potentiã, quia utrunque dicit perfectionem attributalem. Sed pater communicat filio omnem ſapientiam: ergo communicat ei omnem potentiam.

Poſſibile duobus modis ſumitur.

DE TERTIO articulo, dico q̃ obiectum potentiæ actiuæ eſt poſſibile. poſſibile autem accipitur dupliciter. vno modo, ut opponitur impoſſibili. alio modo ut opponitur ei quod eſt neceſſariũ. potentia autem diuina non extendit ſe ad poſſibile primo modo, quia iſto mõ poſſibile eſt Deum eſſe, & tamen hoc nõ eſt terminus alicuius potentiæ actiuæ, ergo oportet q̃ illa potẽtia actiua aſpiciat poſſibile ſecundo modo. ſ. ut opponitur neceſſario ex ſe. Sed quicquid eſt in Deo eſt ex ſe neceſſarium, & quicquid eſt extra Deum eſt poſſibile eſſe, ergo potentia actiua in qua perſonæ diuinæ ſunt æquales ſe extendit ad omne poſſibile eſſe, & ſic ad omne quod eſt extra Deum.

De hoc vide diffuſius. 7. q. quolib.

Occurrunt duo dubia.

¶ Sed occurrunt hic duo dubia, quia potentia actiua in qua perſonæ diuinæ ſunt æquales ponitur in Deo ad extra. Sed ſicut ait Commentator. ſi talis potentia actiua ponitur in Deo ad extra. tunc non erunt agentia ſecundario in uniuerſo. uel ſi ſunt erunt ſuperflua, quod eſt incõueniens, quia tunc entia non haberent proprias actiones, & per conſequens nec proprias eſſentias. Et ſubdit, quòd qui ponunt hoc non habent cerebrum naturaliter ad bonum aptum. ¶ Secundum dubium eſt: quia quod ſe habet in ratione finis non ſe habet in ratione efficientis. ¶ Ad primũ dicitur, q̃ poſita illa potẽtia reſpectu omnis, oſſibilis adhuc agentia ſecundaria non erunt ſuperflua. quod declaratur a quibuſdam per hoc, q̃ agens primarium & ſecundarium non cõcurrunt ad effectum eodem modo A quibuſdam uero declaratur per hoc, quòd actio illa partim eſt a Deo, & partim a creatura, quia actio poteſt conſiderari inquantum ens, & ſic a Deo, uel inquantum hoc ens, & ſic eſt a creatura. A quibuſdam uero declaratur per hoc, quòd non eſt minus potentia infinita diuina, quam eſſentia, ſed propter infinitatem eſſentiæ diuinę nõ poteſt produci aliquod creatum quando ſtatim illabitur ei eſſentia diuina, ergo potentia diuina habet illabi cuilibet actioni agentis ſecundarij,

9. Met. cõ. 7. vide etiã Scotum 7. q. quolib.

Q̃ Agentia ſecũdaria non eriũt ſuperflua.

Vide Scotũ in 1. ſent diſtinct. 1 q. 1. quòd Deus reſpẽ creaturæ eſt cauſa effi iens, & finalis, cau a exemplaris eſt idem quòd cauſa efficiens eſt formalis ut extrinſe us ꝑficiens.

¶ Ad ſecundum dico ſecundum ſanctos, & philoſophos, quòd Deus ſe habet reſpectu creaturæ in genere triplicis cauſæ ſcilicet efficientis, finalis, & exẽplaris. ¶ Ad primum principale nego conſequẽtiam, nec probatio minoris ualet. nam rõ Rich. probat, q̃ non ſunt duo omnipotentes eſſentialiter diſtincti, quia hẽrẽt duas uirtutes diſtinctas, ſed non eſt ſic in propoſito, quia perſonæ diuinæ ſunt idẽ in eſſentia & habẽt uirtutẽ actiuam eandẽ in numero. ¶ Ad ſecundũ dico, q̃ maior hẽt ueritatem quando prima cã & ſecũda habent aliam, & aliã uirtutẽ actiuã, Quãdo aũt habent eandẽ uirtutẽ actiuã ſicut eſt in propoſito tunc maior non eſt uera. Et ob hoc ad tertium concedo. n q̃ recipiẽs uirtutẽ actiuã ab alio non æquatur ei in potẽtia ſi recipit uirtutem diſtinctã. Sed quando eſt eadem uirtus numero in recipiente, & dante tunc nõ oportet. Sed adhuc remanet dubiũ quod tangit Proculus, quia ſi eſt æqualis uirtus in procedẽte, & producto puta in pr̃e, & filio, quæ eſt cauſa, q̃ pater poteſt generare & filius non. Ad hoc fuit reſponſum ſupra, quia ſuppoſitum recipiens formam per productionem adæquatam illi formæ non põt per illam formam producere. filius autẽ recipit eſſe per productionem adæquatam ei. ideo non poteſt generare.

Propoſitione prima de cauſis c. 4. & 2. metacont 2.

Diſt. 2.

Vtrum potentia generandi cadat ſub omnipotentia?

Hoc idem quæritur Scotus 1. ſent. diſt. 20. Aegidius lib. 1. diſt. 20 q 2.

ris eſt perfectionis, poſſibile aũt ſibi correſpondẽs dicit imperfectionẽ, & q̃a q̃d eſt perfectionis in creaturis poteſt transferri ad diuina, ideo potentia generandi transfertur in diuinis ſub ratione potentiæ actiuæ: ſed non ponitur ſuum correlatiuum, ſcilicet poſſibile, ut dicit imperfectionem, ſed ſub ratione principij, & ſic potentia generandi eſt ad filium tanquã ad principium. ¶ Ad primum principale dicunt aliqui, quòd maior eſt falſa, quia maioris latitudinis eſt negatio quã affirmatio, quia plus negat non homo quam ponat homo. Aliter poteſt dici & melius ſecundũ uiam Varronis, quòd maior eſt vera ſi in affirmatione, & negatione accipiatur uere dici de omni, & dici de nullo eo modo quo ponit Philoſophus primo priorum, ſcilicet, quòd dici de omni eſt, quando nihil eſt ſummere ſub ſubiecto de quo non dicatur prædicatum, ſed ſic non eſt in propoſito. ¶ Ad ſecundum dico, quòd Auguſtinus arguit contra Maximinum, qui ponebat filium Dei eſſe creaturam, hoc autem poſito bene ſequitur, quòd ſi pater non poſſet generare filium, quòd non eſſet omnipotens. Aliter dicitur, quòd argumentum Auguſtini tenet gratia materiæ, quia ex hoc ſequitur quòd pater non haberet naturam diuinã quę eſt communicabilis, & ſic non eſſet omnipotens. ¶ Ad ultimum dico, quòd non eſt ſimile de omniſcientia, & de omnipotentia: quia omniſcientia reſpicit pro obiecto ens neceſſarium, & ens poſſibile. omnipotentia autem reſpicit pro obiecto ens poſſibile tantum.

Opinio Varronis præſenti diſt.

Maximinus fuit de ſecta Arrij.

DISTINCTIO XXI.

Vtrum illa propoſitio ſit uera, Solus pater eſt Deus?

Hoc idem quæſitum mouet Scotus primo ſent. diſtinct. 21 q. 1.

Alexander Alenſis prima parte. q. 60. membro 3. artic. 3.

D. Thomas prima parte. quæſtio. 32. Articul. 4.

Richardus primo ſent diſt. 21 q. 3.

Durandus primo ſent. diſt. 21. q. 1.

Franciſcus de Mayronis diſtinctio. 21 q 1.

QVAESTIO I.

HIC ORITVR quęſtio. Circa diſtinctionem, xxj. quæritur? Vtrum illa ꝓpõ ſit uera. Solus pater eſt Deus. Et vr̃ q̃ ſic, q̃a ſolus Deus q̃ eſt pr̃ ẽ Deus, ergo ſolus pater eſt Deus, antecedens probatur ſic. Solus Deus, qui eſt pater eſt deitas, ſed deitas eſt Deus, ergo ſolus Deus q̃ eſt Deus pater eſt Deus, cõſequẽtia probatur: quia ſequitur ſolum animal quod eſt homo currit, ergo ſolus homo currit, ergo ſimiliter tenet hic. Contra eſt Auguſtinus. ¶ In iſta quæſtione ſunt tria uidenda: Nam quia hic ponitur unus terminus relatiuus, ſcilicet pater, ideo oportet primo uidere ſi unum relatiuum eſt de primario conceptu alterius. Secundo. quia hic ponitur dictio excluſiua, ſcilicet ſolus, ideo oportet uidere ſi dictio addita uni relatiuo excludat aliud. Tertio oportet uideri de principali quæſito.

6. de Trin. c. 8.

DE PRIMO articulo eſt opinio AEgidij, qui dicit, quòd unum relatiuũ non eſt de conceptu primario alterius, ſed de ſecundario, quod probat ſic, primo quando aliquid eſt de conceptu primario alterius ſi immediate additur illi facit nugationem, ut ſi dicitur homo animal, eſt nugatio quia animal eſt de conceptu primario hominis, ergo ſi relatiuum eſt de conceptu primario relatiui, tunc dicendo, pater filij, uel duplum dimidij eſſet nugatio, quod eſt incõueniẽs. ¶ Præterea, quæ differunt realiter realitate oppoſita, unum non eſt de conceptu primario alterius, ſed correlatiua ſunt huiuſmodi, ergo. ¶ Præterea nihil eſt de conceptu primario alicuius niſi ſit de intrinſeca eius ratione: ſed relatiuum non eſt de intrinſeca eius rõne correlatiui, ergo unum eſt de conceptu primario alterius. ¶ Contra iſtam opinionem objicitur ſic, illud cuius principalis conceptus eſt ad aliquid, illud in ſuo primario conceptu includit aliud, quia ponitur in eius diffinitione, ut patet in prædicamentis, ergo unum relatiuum in ſuo primario conceptu includit correlatiuum ¶ Præterea illud includitur in primario conceptu alterius ſine quo non poteſt intelligi, ſed relatiuum inquantum relatiuũ non

Lib. 1. diſt. 21.

Cap. de relatione.

matio conceptu eius ut idem, ſicut ponebatur exemplum de homine, & de animali, ſed bene excludit illud quod eſt de eius primario conceptu ut aliud, ut ſicut ponuntur relatiua.

¶ Ad ſecundum dico, quòd non ualet, quia non eſt ſimile de parte, & de toto, & de relatiuis adinuicem, quia pars ut eſt in toto non eſt aliud a toto. Relatiuum autem eſt a ſuo correlatiuo.

DE TERTIO articulo dico, quòd iſta propoſitio ſolus pater eſt Deus non eſt uera.

¶ Ad cuius euidentiam præmitto tres regulas de dictionibus excluſiuis, & ex illis probabitur intentum tripliciter.

Exemplum.

¶ Prima regula eſt iſta, quòd excluſiua affirmatiua infert uniuerſalē affirmatiuā de terminis tranſpoſitis. Exemplum huius cum dicitur, ſolus ſortes currit, infert iſtam, omne currens eſt ſortes.

¶ Secunda regula eſt, quòd excluſiua affirmatiua de p̄dicato finito infert uniuerſalem negatiuam de prædicato infinito. Exemplum huius cum dicitur, ſolus ſortes currit, infert iſtam, nullus non ſortes currit, uel iſtam, nullus alius a ſorte currit.

Exemplum.

¶ Tertia regula, quòd excluſiua affirmatiua habet duas propoſitiones exponentes, quarum una eſt affirmatiua, altera negatiua, & ubi aliqua illarum exponentium eſt falſa, ſequitur, quòd expoſita eius ſit falſa. Exemplum huius cum dicitur ſolus ſortes currit, habet unam exponentem affirmatiuam ſcilicet ſortes currit, & aliam negatiuam ſcilicet nullus alius a ſorte currit, & ubi aliqua iſtarum eſt falſa, ſequitur, quòd expoſita ſit falſa.

Ex prima regula probatur.

¶ Ex prima regula probabitur falſitas huius propoſitionis ſolus pater eſt Deus: ſic excluſiua affirmatiua infert uniuerſalem affirmatiuam de terminis tranſpoſitis. Sed cum dicitur ſolus pater eſt Deus, illa eſt excluſiua affirmatiua, ergo infert uniuerſalem affirmatiuam de terminis tranſpoſitis, puta illam, omnis Deus eſt pater, ſed illa eſt falſa, nam filius eſt Deus & tamen non eſt pater, ergo falſa eſt iſta ſolus pater eſt Deus.

Ex ſecunda regula probatur.

¶ Ex ſecunda regula probatur ſic, excluſiua affirmatiua infert uniuerſalem negatiuam, ſed ſolus pater eſt Deus, eſt excluſiua affirmatiua, ergo infert uniuerſalem negatiuam, puta nullus alius a patre eſt Deus, ſed iſta eſt falſa, ergo & illa.

Ex tertia regula probatur.

¶ Ex tertia regula probatur ſic. Excluſiua affirmatiua habet duas exponentes, & ubi una illarum eſt falſa, expoſita eſt falſa, ergo iſta ſolus pater eſt Deus habet duas exponentes unam affirmatiuam, ſcilicet pater eſt Deus, & aliam negatiuam ſcilicet nullus alius a patre eſt Deus ergo ubi aliqua iſtarum eſt falſa expoſita erit falſa, ſed in propoſito iſta exponens eſt falſa ſcilicet nullus alius a patre eſt Deus, ergo expoſita eſt falſa ſcilicet ſolus pater eſt Deus.

Solus pater eſt Deus, quo iſta propoſitio ſit exponenda.

¶ Ad argumentum principale dico, quòd antecedēs pōt accipi, uel in ſenſu diuiſionis, & tunc eſt uera, iſto modo ſolus Deus qui eſt pater eſt Deus pater, uel in ſenſu compoſitionis, & tunc eſt falſa &c.

DISTINCTIO XXII.

Vtrum Deus ſit nominabilis à nobis?

Hec idem quæſitum mouet Scotus primo ſenten. diſtinc. 22. q 1.

D. Bonauentura primo ſenten diſtinc. 22. q 1. Articulo 1.

Alexander Alenſis prima parte q. 48. membro 1.

D. Thomas prima parte, quæſt. 13. Articul. 1.

Ricardus primo ſententiarum. diſtinc. 22. quæſtio 1.

Durandus primo ſententiarum diſtinctio 22. quæſtio 1.

Franciſcus de Mayronis primo ſententiarum diſtinc. 22 q. 1.

Hoc idẽ quærit Scotus primo ſent. diſtin. 23. q. 1
Franciſcus de Mayronis 1. ſent. diſtinc. 24 q. 2.
Bacconitanus primo ſent. diſtinc. 14. q. 1.

QVAESTIO I.

PRAEDICTIS adijciẽdũ eſt. Circa iſtam diſtinctionem xxiij. quæritur primo. Vtrum nomẽ perſonę ſit nomen primæ, vel ſecundæ intentionis? Et uidetur, ꝙ non ſit nomen primæ intentionis: quia nihil primæ intentionis plurificatur in diuinis, ſed perſona plurificatur, ergo non eſt nomen primæ intentionis. ¶ Præterea ſicut indiuiduum ſe habet in omni natura, ita perſona in natura intellectuali, ſed indiuiduum eſt nomen ſecundæ intentionis, ergo & perſona. Probatio minoris, indiuiduum, & vniuerſale ſunt oppoſita: quia habent fieri circa idẽ, ſed uniuerſale dicit ſecundam intentionem, ergo & indiuiduum. ¶ Præterea negatio non eſt nomen primæ intentionis ſed perſona dicit negationem: quia dicit incommunicabilitatem, ergo non dicit primã intentionem. ¶ Contra ſecunda intentio non eſt per ſe terminus realis productionis, ergo perſona non eſt ſecunda intentio. ¶ Præterea ſecunda intentio nõ adoratur: ſed perſona adoratũ, ergo. ¶ Præterea trinitas non conſiſtit in cõceptibus ſicut ſunt ſecundæ intentiones, ſed trinitas conſiſtit in perſonis, ergo perſona nõ dicit intentionem ſecundam. ¶ Circa iſtã quæſtionem ſunt duo uidenda. Primo q̃d importetur per nomen primæ, vel ſecundæ intentionis. Secũdo principale q̃ſitũ.

Res habet duplex eſſe. DE PRIMO quantum ad præſens ſpectat, dico, ꝙ res habet duplex eſſe, q̃a habet eſſe in anima, ut cognitum in cognoſcente, & habet eſſe extra aĩam, ut eſſe reale, primo res eſt ſecunda intentio, & nomen ſibi impoſitum dicitur nomen ſecundæ intẽtionis. Sed res ſecundo mõ dicta ſm, ꝙ habet eẽ extra aiam ẽ 1. intẽtio, & eius nomẽ dr̃ nomẽ 1. intentionis.

Libro primo diſtinc. præſenti. CIRCA ſecundum articulum ſunt opiniones, una Varronis, ꝙ perſona eſt nomen ſecundæ intentionis. Rationes autem ad hoc poſitę ſunt ad primam partẽ q̃ſtionis. Notant aũt aliqui iſtius opinionis, ꝙ licet perſona dicat aliquid ſecũdæ intentionis, tamen non dicit illud in abſtracto, ſed in cõcreto, & ideo poteſt prædicari, de re primæ intentionis, & ſupponere pro ea, ſicut ſpecies: puta homo, ut eſt ſecunda intentio prędicatur de Petro, & poteſt ſupponere pro eo. *Vide etiam Egidium, et Henricum.* ¶ Alia opinio eſt ad oppoſitum, ꝙ perſona dicat primam intentionem, & non ſecundam ſicut patet per rationes factas ad ſecundam partem queſtionis. *Vide Scotũ in reportatis diſtinc. 25. q. 2.* ¶ Et pręterea cõfirmatur ſic, diffinitio exprimit id quod eſt eſſe rei cuius eſt: ſed diffinitio perſonæ exprimit primam intentionem, ergo nomen perſonæ eſt nomen primæ intentionis, minor probatur per Richar. qui dicit, ꝙ perſona eſt intellectualis naturæ indiuidua ſubſiſtentia. *4. de tri. ca. 22.* ¶ Præterea ſecunda intentio eſt relatio rationis, ſed perſona non dicit relationem rationis, ergo. ¶ Præterea perſona eſt obiectum fruitionis: ſed nulla intentio ſecunda eſt obiectum fruitionis, ergo perſona non eſt ſecunda intentio. ¶ Iſtã opinionem tenendo. Reſpondent ad primum argumẽtum ſic, ꝙ nihil primæ intentionis plurificatur in diuinis. nego iſtam, quia relationes originis dicunt primam intentionem, & tamen plurificantur: Ideo eſt ſciendum, ꝙ aliqua poſſunt plurificari duobus modis. *Aliqua poſſunt plurificari duobus modis.* Vno modo, ꝙ plurificata ſunt eiuſdẽ rationis, & ſic concedo, ꝙ nihil primæ intentionis plurificatur in diuinis. Secundo modo aliquid plurificatur ita, ꝙ plurificata ſunt alterius rationis, & ſic negetur maior. ¶ Ad ſecundum dico, ꝙ eſt ad oppoſitum, quia indiuiduum non dicit ſecũdam intentionem, ut patebit. ¶ Ad probationem cum dicitur, uniuerſale dicit ſecundam intentionem, ergo, & indiuiduũ, nego conſequentiam. *Secundo libro de indiuiduatione.* Aliquando. n. unũ oppoſitorum poteſt dicere relationem rationis, & aliud oppoſitum relationem realem, nam identitas eſt relatio communis in creatura, & tamen diſtinctio eſt relatio realis. ¶ Ad tertium negetur minor, quia perſona dicit ſubſiſtentiam, & ſubſiſtentia non dicit negationem, ſed poſitionem, & cum probatur dicit incommunicabilitatem, quæ eſt negatio, dico ꝙ iſta incommunicabilitas dicit entitatem alteri nõ cõicabilẽ, & ſic eſt in ꝓpoſito &c.

Vtrum ens, & unum dicant eãdem rem?

Author formalitatum 1. Artic. & oẽs Scotiſtę.
Auicenna 7. met. cap. 1.

QVAE-

QVAESTIO II.

QVIA vero in penultimo capitulo iſtius diſtinctionis ſcilicet ibi, iam ſufficienter tractat Magiſter de uno. Ideo quæritur. Vtrum ens, & unum dicant eandem rem? Et videtur, quòd non. quia paſſio dicit aliam rem a ſubiecto: ſed unum eſt paſſio entis, ergo dicit aliã rem ab ente. ¶ Præterea, quando aliqua dicunt eandem rem ſi unum addatur alteri facit nugationem, ſed dicendo ens unum nulla eſt nugatio, ergo non dicunt eandem rem. ¶ In contrarium eſt phyloſophus. Idem inquit eſt homo, & unus homo. ¶ Circa iſtam queſtionem ſunt tres articuli ſecundũ tres modos dicẽdi.

4. met. contex 3.

QVIA vnus modus dicendi eſt Auicennę ſcilicet, ꝙ ens, & unum non dicũt eandem rem, quod probatur ſic. Quod abſtrahit ab aliquo, & ab eius oppoſito non dicit eandem rem cum illo, ſed ens abſtrahit ab uno, & eius oppoſito, ergo ens, & unum non ſunt idem. minor probatur per Auicennam, ubi dicit, ꝙ equitas ex ſe nec eſt unum nec multa. ¶ Præterea ſi ens, & unum eſt idem, ergo quod non eſt unum non eſt ens, ſed multitudo non eſt una, ergo multitudo non eſt ens, quod falſum eſt. Iſtã rationem ponit Auicenna dicit ſic. Si illud quod intelligitur de uno omnino eſſet idem, quod intelligitur per ens tunc multum ſecundum, quòd multum non eſſet ens ſicut nõ eſt unum. ¶ Præterea accidens non eſt idem cum ſubiecto, ſed unum eſt accidens entis, ergo non eſt idem cum ente. Iſta ratio trahitur ab Auicenna, vbi dicit, ꝙ unum non eſt ſubſtantia, quia non recipitur in certificatione, uel in rectificatione id eſt in diffinitione quidditatis ſubſtantię: ſed eſt concomitans ſubſtantiam ſicut iam noſti, ergo unum non eſt ſubſtantia.

5. met. ca 1. *8. met. ca 6 in principio* *3. met. circa v. e liñ ca 3*

ALIVS modus dicendi eſt Commẽtatoris 4. Metaphyſicę, ubi diſtinguit duplicem unitatem ſcilicet unitatem, quæ eſt paſſio entis, & unitatem, quæ eſt principium numeri, & dicit, quòd unitas, quæ eſt paſſio entis dicit eandem rẽ cũ ente. Iſta concl. Commenr. poteſt probari multipliciter. Primo ſic. Quęcunque duo addita uni nullam diuerſitatem faciunt, dicunt eandem rem, & ſunt penitus idẽ, ſed ens, & unũ ſunt huiuſmodi, ergo. Minor probatur quia idem eſt homo, & unus homo. ¶ Præterea quecunq; una generatione generãtur, & una corruptione corrumpuntur dicunt eandem rem, ſed ens, & unum una generatione generantur, & una corruptione corrumpuntur, ergo &c. & ambę rationes ſunt philoſophi. ¶ Tertio arguit Cõmen. in ſpeciali contra Auicennam ſic. Si unum dicit realitatem aliam ab ente tunc aut realitas unius eſt eadem cum ſua unitate, aut non. Si ſic. eadem ratione fuit ſtandum in primo ſcilicet, ꝙ unitas entis nõ dicit aliam realitatem ab ente. Si non quæram de illa ſicut de priori in infinitum. ¶ Præterea quod prædicatur ęqualiter de omni ente non dicit eandem rem ab entitate, ſed unitas prædicatur ęqualiter de omni entitate, ergo. ¶ Præterea. Si unitas entis dicit aliam rem ab ente, eadem ratione unitas ſubſtantiæ dicit aliam rẽ a ſubſtãtia, aut ergo iſta eſt ſubſtantialis, aut accidentalis. Si accidẽtalis, ergo ſubſtantia eſt una per accidens, quod eſt falſum. Si ſubſtantialis, aut eſt materia, aut forma, aut cõpoſitum, ſed non eſt aliquod iſtorum, ergo unitas ſubſtantiæ non dicit aliam rem a ſubſtantia, & ſimiliter unitas entis non dicit aliam rem ab ente.

4. met. com. 3. *Ens & vnũ ſignificant aliam, & aliam naturam ſecundum Auicẽnam 7. met. cap. 1.* *4. met. cõ. 3*

TERTIVS modus dicendi quem ſequor ponit duas concluſiones. Primo quòd ens, & unum dicunt eandem rem fundamentalem. ¶ Secunda quod ens, & unum non idem per ſe primo, ſed differunt formaliter. Prima concluſio poteſt probari per rationes Comment. & alias, quæ poſitæ ſunt in præcedenti articulo. ſecunda concluſio probatur ſic, quod ponitur in diffinitione alicuius, ut additamentum non includitur per ſe primo modo in ratione quidditatiua illius. Iſta patet, quia oppoſitum prędicati infert oppoſitum ſubiecti. Sed ens cedit, ut additamẽtum in ratione cuiuſlibet ſuæ paſſionis. minor probatur, ubi dicitur, quòd ſubſtãtiam cadit in diffinitione ſuæ paſſionis, ut additum. ¶ Præterea, quæ differunt diffinitione non includunt ſe primo modo, ſed ens, & unum ſunt huiuſmodi, ſm̃ tranſlationem Cõment. ergo ens, & unũ

Opinio Scoti quem ſequitur author. *7. met. contex. 19.* *4. met. cã. 3*

non

non ſunt per ſe primo idem. ¶ Præterea, Si unum includit ens quidditatiuè, uel per ſe primo modo, aut includit ipſum præciſe, aut non præciſe. Non primo modo, quia idem ens eſſet paſſio ſuiipſius, ergo includit aliquid aliud. Sit ergo illud aliud a. aut ergo a. includit ens quidditatiuè, uel per ſe primo modo, aut non. Si non. ergo unum bis includit ens, & ſic erit proceſſus in infinitum. Si aſit includitur habetur propoſitum. ¶ Reſpondet ad illa

Quære Occham

Guilelmus Occham, & dicit, quod rationes non ualent, quia ſupponitur in eis, quod ens habeat proprias paſſiones, & hoc eſt falſum, quia entis non ſunt paſſiones, ſed

primo met. cap. 2.

quaſi paſſiones ſecundum Auicennam. Et etiam quia eius paſſio eſſet nihil: quia paſſio eſt extra rationem ſubiecti, & quod eſt extra rationem entis nihil eſt. Contra illud obijcitur, quia clare eſt contra phi-

4. met contex. 5.

loſophum, ubi uult, quòd ſicut linea inquantum linea habet paſſiones, & numerus inquantum numerus: ita ſunt aliquæ paſſiones entis inquantum ens. ¶ Præterea, ſcientia realis conſiderat paſſiones entis, inquantum reales ſunt circa proprium ſubiectum: ſed methaphyſica eſt ſcientia realis, cuius ſubiectum eſt ens, er-

4 met. cō. 1.

go entis ut ſic ſunt paſſiones ueræ. Nec ualet quod ipſe adducit, quia tunc paſſio entis nihil eſſet, quia ly ens non dicitur de ſuis paſſionibus primo, dicitur tamen de eis denominatiuè. ¶ Tunc reſpondeo ad argumenta pro opinione Auicennæ, cum dicitur primo. Quando aliquid abſtrahit ab aliquo, & ab eius oppoſito nõ eſt idem cum illo, concedo quod hoc eſt uerum de identitate omnimoda, quæ eſt omnino adequata re, & modo: ſed nõ eſt ſimpliciter uera, quia eſſentia abſtrahit ab eſſe, & non eſſe, & tamen idem eſt realiter cum eſſe licet non formaliter. ¶ Ad ſecundum dicitur uno modo, quòd multitudo includit unitatem, & ſic etiam includit entitatem. Aliter dicitur ſic, quod ſicut multitudo non eſt una, ita non eſt

Quomodo multitudo ſit una.

ens: ſed ſicut eſt una, ita eſt ens. Sed multitudo non eſt tamen una unitate ſimplici eſt tamen una unitate aggregationis. ergo ſimiliter multitudo non eſt ens ſimplici entitate, ſed ens entitate aggregata. ¶ Ad tertium dico, quod unum nec eſt accidens, nec ſubſtãtia: ſed ſicut ens inquantum ens abſtrahit a ſubſtantia, & accidẽte ita, & eius unitas. ¶ Ad primum principale concedo, quòd paſſio realiter diſtincta a ſubiecto dicit aliam rem a ſubiecto, ſed unitas non eſt talis paſſio, quia licet diſtinguatur formaliter ab ente, eſt tamen idem realiter cum ente. ¶ Ad ſecundum reſpondet Cõment. quod non ſequitur

4 met. cõ. 3

nugatio, quia licet dicant eandem rẽ, dicunt tamen eam diuerſis modis, & propter diuerſitatem iſtam modalem non intendit Cõment. tantum differẽtiam rationis: ſed aliquam differentiã ex natura rei, quæ uocatur ab alijs uirtualis, uel formalis, uel intentionalis.

DISTINCTIO XXIIII.

Vtrum in diuinis ſit propriè numerus?

Hoc idem quæſitum mouet Scotus primo ſent. diſtinc. 24. q. 1.
D. Bona. primo ſent. diſtinc. 24. q. 1. Artic. 1.
Alexander Alenſis prima parte q. 45. mẽbro 1.
D. Thomas prima parte q. 30. Artic. 3.
Ricardus primo ſenten. diſtinc. 23. q. 1.
Durandus primo ſent. diſtinct. 24. q. 1.
Franciſcus de Mayronis primo ſent. diſtinct. 24. & 25.

QVAESTIO I.

SIC diligenrer inquiri. Circa iſtã diſtinctionem 24. & ſequẽtem, quæritur primo. Vtrum, in diuinis ſit propriè numerus? Et uidetur, quod ſic, quia ubi eſt uere unitas, & trinitas, ibi eſt uere numerus. Sed in diuinis eſt uere unitas, & trinitas: quia unitas eſſentialis, & trinitas perſonalis, ergo in diuinis erit propriè numerus. ¶ Præterea trinitas eſt numerus. ſed in diuinis eſt trinitas. Confirmatur

Primo cœli contex. 2.

per philoſophum, per hunc quidem numerum, ſcilicet ternarium adhibuimus nos magnificare unum Deum. ¶ Contra numerus eſt ſpecies quantitatis diſcrete, ubi ergo nõ eſt quãtitas nõ eſt numerus, ſed in diuinis non eſt quantitas, ergo nec numerus. ¶ Circa iſtam quæſtionẽ ſunt tria uidenda. primo ſi numerus habet aliquã entitatem in re. Secundo ſi habet aliquam unitatem. Tertio propoſitum.

Vide Magiſtrum.ſent. diſt. 24 & D. Thomam prima par te ſummæ q. 30. ar. 3.

DE PRIMO ſunt duæ opiniones contrariæ. Vna, quòd numerus non habet aliquam entitatem in re. Cuius ratio eſt iſta. Illud quod habet entitatem in re exiſtit anima non eſiſtente, anima non exiſtit: ſed numerus non exiſtit anima nõ exiſtente ergo numerus non habet entitatem in re. numerus non eſt ſine numerante ideſt ſine anima. ¶ Alia opinio eſt in contrarium ſcilicet quòd numerus habet entitatem in re. unde Auicenna dicit, quòd numerus habet eſſe in rebus, & habet eſſe in anima, & illud quod dixerunt quidam, quòd numerus non habet eſſe in anima hoc uerum eſt.

3. Met. cõ. 5

¶ Præterea, illud quod eſt per ſe ſenſibile habet entitatem in re: ſed numerus eſt per ſe ſenſibilis. ergo.

¶ Præterea, quod eſt ſpecies prædicamenti poſitiui habet entitatem in re. ſed numerus eſt huiuſmodi, quia eſt ſpecies quantitatis per quam numerus habet entitatem in re. Si teneatur iſta opinio potest dici ad argumentum præcedentis opinionis ſicut ponit Commentator, quòd aliqua entia ſunt totaliter in intellectu, aliqua partim in re, & partim in intellectu, & in iſto membro ponitur numerus, unde cum dicitur, numerus non eſt, anima non exiſtente. concedo quantum ad illud quod eſt, ab anima, ſed nego de entitate quam habet in ſe. Aliter poteſt dici, quòd numerus non eſt, anima non exiſtente, uerum eſt quantum ad percipi. ſed non quantum ad eſſe.

Quære hoc in reportatis diſt. 21. q. 3.

4. Phyſico. com. 131.

Quõ numerus ſit in anima.

DE SECVNDO articulo ſunt etiã opiniones cõtrariæ. Vna dicit, quòd numerus non habet vnitatem. Cuius ratio eſt iſta. vnum, & multa ſunt oppoſita, & oppoſita non poſſunt eſſe ſimul, ſed numerus neceſſario dicit multitudinem. ergo non habet unitatem. Alia opinio eſt ad oppoſitum, vnde Auicenna ubi ſupra vnuſquiſque numerorum ſpecies eſt per ſe, & eſt unus in ſe inquantum in ſe eſt ipſa ſpecies.

Opinio contraria de numero.

3. Met. c. 5.

¶ Præterea Ariſtoteles ſex non ſunt tria, & tria, ſed ſemel ſex.

5. Met. con tex. 19.

¶ Præterea, quod habet proprias ſpecies, ſiue diſtinctas habet vnitatem: ſed numerus eſt huiuſmodi. ergo. maior patet per Auicennam. Si teneatur ſecunda opinio poteſt dici ad argumentum contrariæ opinionis per Auice[nna]m, quòd vnum, & multa non ſunt proprie oppoſita; ſed concomitatur ea oppoſitio: nam unum oppoſitum non conſtituit alterum; ſed vnum conſtituit multitudinem ergo non ſunt directe oppoſita. ¶ Sed eſt dubium, ſi numerus dicit vnitatem a quo ſit eius vnitas. Et dicitur ad hoc primo, ꝙ unitas ultimo adueniens eſt cauſa vnitatis ſibi formalis numeri: quia formæ, & numeri recipiunt ſimilitudinem comparatorum. ex octauo meth. Sed forma ultimo adueniens eſt cauſa unitatis ſubiecti. ergo vnitas ultimo adueniens eſt cauſa unitatis numeri. ¶ Sed contra hoc arguitur ſic. Si unitas ultimo adueniens, eſt cauſa unitatis numeri aut hoc conuenit ſibi inquantum vnitas, aut inquantum diſtans non primo modo, quia forma alicuius informat omnes partes, ſed illa unitas ultima non informat omnes alias unitates, quæ ſunt partes numeri. Non ſecundo modo, ſcilicet inquantum diſtans: quia cuius formale conſtitutiuum eſt relatio ipſum conſtitutum erit relatiuum Sed diſtantia eſt relatio. ergo ſi unitas eſt cauſa numeri inquantum diſtans, tunc numerus erit in prædicamento relationis, quod eſt contra philoſophum in prædicamentis. Ideo dicitur aliter, quòd vnitas numeri eſt ex aggregatione unitatum. ¶ Contra, in iſta vnitate non cõſiſtit forma numeri in qua non conſiſtit ratio prioris, & poſterioris. Sed in aggregatione unitatum non eſt ordo prioris, & poſterioris ergo. Ideo aliter dicitur, quòd unitas numeri conſiſtit in aggregatione facta ab animo, & forte prima opinio eſt vera nec ratio contra eam concludit. Cum enim dicitur, quòd vnitas uel eſt forma numeri inquantum vnitas, uel inquantum diſtans. Concedo, ꝙ inquantum unitas aliis adueniens. Et cũ obijcitur. Contra, quia iſta unitas non informat alias vnitates præcedentes. dicendum, quòd uerum eſt immediate: ſed informat omnes mediate ſicut ſuppoſita pluralitate formarum ultima informat mediantibus aliis.

3. Met. c. 5

. Met. c. 6

Dubium an numerus dicat unitatẽ.

Vnitas numeri ex quo ſit.

DE TERTIO articulo dicitur vno modo ſi numerus habet unitatem formalem ita, quòd unitas aduenies ultimo ſiue ſit cauſa unitatis numeri, ſiue unitas habeat unitatem ex vnitatibus aggregatis, tunc in diuinis non ponitur numerus. ſi autem numerus ſit ab anima tantum,

Vera opinio Scoti.

tunc

tunc in diuinis conceditur numerus. Et hæc eſt opinio Scoti. ¶ Alio modo dicitur ſic, ꝙ omnis numerus fundatur ſuper unitatem, vnitas autem eſt triplex, una quæ conuertitur cum ente, alia quæ ſe habet in ratione partis, & tertia quæ é principium continui. ¶ Ad propoſitum in diuinis eſt numerus, cuius principium eſt vnitas quæ conuertitur cum ente, & hoc ſuppoſita pluralitate ſuppoſitorum: ſed nō eſt in diuinis numerus, qui aſpicit vnitatem ſecundo modo, & tertio modo dictam, quia in diuinis non eſt ratio partis, nec ratio continui, & per hoc patet ad argumenta principalia.

Triplex vnitas.

In diuinis omnia ſunt vnum, vide in reportatis diſtinc. 22 q. 3.

DISTINCTIO XXV.

Vtrum perſona in diuinis dicat ſubſtantiam? vel relationem?

Hoc idē quæſitū mouet Scotus 1. ſent. diſtin. 25 quæſtio 1.

D. Bonauentura primo ſenten. diſtinc. 25. q. 1. Artic. 1.

Alexander Alenſis prima parte q 55. mēbro 2.

D. Thomas prima parte. quæſt. 29. Articul. 4.

Ricardus primo ſententiarum. diſtinctio 25. quæſtio 1.

Durandus primo ſententiarum diſtinctio 23. quæſtio 1.

Franciſcus de Mayronis primo ſententiarum diſtinc. 24 q. 4.

QVAESTIO I.

SECVNDO quæritur. Vtrum perſona in diuinis dicat ſubſtātiam, uel relationem? Et uidetur ꝙ dicat ſubſtantiam: quia ad interrogationem factam per quid reſpondetur ſubſtātia. Sed quærendo quid eſt. Reſpondetur perſona, per Auguſt. ergo perſona dicit ſubſtantiam. ¶ Contra, ſubſtantia non plurificatur, nec numeratur in diuinis: ſed perſona plurificatur, & numeratur in diuinis, ergo non dicit ſubſtantiam. ¶ Ad iſtam queſtionem dico tres concluſiones.

7 de tri. c. 7

PRIMA, ꝙ perſona non dicit relationem originis. Cuius ratio eſt iſta, nulla relatio originis, ſiue propria eſt cōmunis tribus, ſed perſona eſt nomen cōmune tribus, ſecūdum Auguſt. ſi ſunt inquit tres perſonæ, commune eſt eis hoc quod eſt perſona, ergo perſona non dat relationem originis, ſiue propriam.

7. de tr. c. 5

SECVNDA concluſio eſt iſta, ꝙ perſona non dicit relationem communē, quod probatur ſic. Ad quodcunque relatiuum dicitur inferius ad idē dicitur relatiuum ſuperius, licet non eque primo. Exemplum huius, nam ad quodcunque dicitur duplum dimidij ad idem dicitur multiplex dimidij. Sed pater dicitur filij pater, ergo ſi perſona dicit relationem cōmunem tunc perſona patris diceretur perſona filij quod eſt falſum.

Exemplum.

Pater nō eſt perſona filij nec conuerſo 7. de tri. cap. 5.

TERTIA concluſio eſt iſta, ꝙ perſona non dicit quidditatem. i. ſubſtantiā, accipiēdo ſubſtantiā pro eſſentia. Cuius ratio eſt: quia ſubſtantia ſiue quidditas pro eſſentia accepta non numeratur nec multiplicatur in Deo, ſed perſona multiplicatur, & numeratur, ergo. ¶ Reſtat ergo uidere ſi perſona non dicit relationē propriam, nec communē, nec eſſentiam quid ergo dicit? Et dico hic duas concluſiones ſecundum duas opiniones. Nam ſi teneatur opinio, quæ ponit perſonam dicere negationem, tunc perſona aliquid connotat, & primo illud de quo dicitur primo. ſ. patrem, & filium, & ſpiritum ſanctum, & ſecundario connotat relationes conſtitutiuas patris, & filij, & ſpiritusſancti, & tertio connotat eſſentiam. Si autē teneatur alia opinio, ꝙ perſona dicit aliquid poſitiuum, tunc non dicit nec ſubſtantiam nec relationem, ſed abſtrahit ab utroque, & hanc uiam ſequitur Scotus. ¶ Ad argumentum in contrarium dico, quòd ad interrogationem factam per quid non ſemper reſpondetur ſubſtantia, quia quid quandoque querit diffinitionem, quandoque querit illud de quo aliquid dicitur. Vnde heretici querebant ab Auguſtino quid tres, vt ſi diceret eſſentiam, tunc illi inferrent tres eſſentias. Ideo Auguſtinus reſpondebat perſonas diuinas ſubſtantiuum determinatum adiectiuè.

Perſona numeratur ſecū duas opiniones tactas in q de perſona diſtinc. 23.

Opinio Scoti.

Primo Topic. cap. 4. 10 met. contex 7.

DISTINCTIO XXVI.

Vtrum perſonæ diuinæ conſtituantur in eſſentia perſonali per relationes originis?

Hoc idem quæſitum mouet Scotus pimo ſenten. diſtinc. 26 q 1.
D Bona primo ſenten. diſtinc. 26. q. 3.
D. Thomas. 1. par q. 40. art 2.
Ricardus primo ſenten. diſtinc. 26. q. 1.
Durandus primo ſenten diſtinc. 26. q. 1.
Franciſcus de Mayronis primo ſententiarum diſtinc. 26. q. 1.

QVAESTIO I.

NVNC de proprietatibus
perſonarum. Circa iſtam
diſtinctionem 26. quæri
tur. Vtrum perſonæ diui
nę conſtituātur in eſſen-
tia perſonali per relatio-
nes originis? Et uidetur, ꝙ non, quia ubi-
cunq; conſtituenda ſunt alterius rationis,
ibi conſtituta ſunt alterius rationis. Sed
relationes originis ſunt alterius rationis,
ergo perſonę diuinæ conſtitutæ eſſent al
terius rationis. Sed vbi conſtitutā ſunt al
terius rationis ibi eſt productio equiuo-
ca, ergo in diuinis eſſet generatio equiuo
ca, cuius contrarium probatum eſt ſupra.
¶ Præterea relationes communes diſtin
ctiones requirunt in extremis ſicut rela-
tiones originis, & eque ſunt eadem eſ-
ſentiæ diuinæ, ſed relationes communes
non conſtituunt perſonas, ergo nec rela-
tiones originis. ¶ Præterea cui eſt notum
conſtitutiuum ei eſt notum conſtitutum.
ſed cognita proprietate relatiua filij non
cognoſcitur filius, ergo filius non conſti-
tuitur proprietate relatiua filii. Probatio
minoris dicitur prouer quod nomē eius,
& quod nomen filii eius ſi noſti, & ſic co
gnoſcebat proprietatem filii, & tamen
ignorabat filium. ¶ Præterea relationes
mouentis, & moti ſunt compoſſibiles in
eodem ſuppoſito, ſicut patet quando vo-
luntas vult, ergo ſimiliter relationes pro
ducentis, & producti ſunt compoſſibiles
in eodem ſuppoſito, & ſic non conſtituūt
ſuppoſitum. ¶ Contra Boethius. Eſſentia
continet unitatem relatio autem multi-
plicat trinitatem. ¶ Circa iſtam quæſtio-
nem oportet primo videre ſi generatio ge
neraliter ſumpta ponit aliquam entitatē
in re, & hoc patebit li. ij. q. iiij. diſtinc. j.

In 2. q. 7. diſtinc.

Prouer. capit. 3.

In fine libri pu de tri.

INSISTENDO ergo circa prin-
cipale quæſitum ſunt tres articuli ſecun-
dum tres opiniones. Prima eſt Magiſtri,
videlicet, ꝙ perſonæ diuinæ ſeipſis con-
ſtituuntur, & diſtinguūtur, & ſic nō opor
tet querere quomodo cōſtituantur, & di-
ſtinguantur. Quod probat primo ſic, per
ſona diuina eſt eque ſimplex ſicut eſſen-
tia: ſed eſſentia diuina propter ſuam ſim-
plicitatē a quocunq; diſtinguitur ſeipſa
diſtinguitur, ergo & perſona ſeipſa diſtin
guitur. ¶ Præterea abſtractum, & concre-
tum idem ſignificant, ſed pater, & pater-
nitas habent ſe ſicut abſtractum, & con-
cretum, ergo idem ſignificant, ergo dice-
re patrem paternitate diſtingui eſt dice-
re ſeipſum ſeipſo diſtingui. ¶ Contra iſtā
opinionem obiicitur ſic, quæ nō ſunt pri
mo ſeipſis diuerſa aliquo mō diſtinguun
tur, & oportet querere de eis quomodo
diſtinguuntur: ſed perſonæ non ſunt pri-
mo ſeipſis diuerſe, quia conueniunt in eſ
ſentię, ergo oportet quærere de eis quo-
modo diſtinguuntur. ¶ Præterea in patre
eſt generatio actiua, & ſpiratio actiua, ſed
in filio eſt ſpiratio actiua, & non genera-
tio actiua, ergo oportet querere quomō-
do diſtinguatur pater a filio. ¶ Præterea ſi
pater ſeipſo diſtinguitur a filio pari ratio
ne ſeipſo diſtinguitur a ſpiritu ſancto, er
go habet eandem relationem ad filium,
& ſpiritumſanctum, ergo ecōtrario filius
& ſpiritusſanctus habebunt eandem rela
tionem ad patrem, quod eſt falſum. ¶ Ad
primum opinionis Magiſtri concedo, ꝙ
perſona eſt equę ſimplex ſicut eſſentia, ta
men perſona includit aliqua quorū vnū
nō eſt aliud formaliter unde pater inclu
dit eſſentiam, & paternitatem ſimiliter fi
lius includit eſſentiam, & filiationem, &
pater, & filius conueniunt in eſſentia nō
in proprietate relatiua, ideo quærit quo
primo diſtinguuntur. ¶ Ad ſecundum di
co, ꝙ concretum, & abſtractum idē ſigni
ficant ſed differunt in modo ſignificandi
quia concretum ſemper ſignificat ſubſi-
ſtens in forma uel natura, ſed ſubſiſtēs in
ſuppoſito includit eſſentiam, & relationē
& perſonæ ſubſiſtentes conueniunt in eſ
ſentia, & in proprietate selatiua, ideo quę
ritur quomodo diſtinguuntur.

Opinio magiſtri, & prepoſitiui.

Vide Scotū in primo diſtinc 4 q 1.

ALIA eſt opinio cōmunis, ꝙ perſo-
næ conſtituūtur in eſſentia perſonali per
relationes. Quod probatur ſic, perſonę,
aut conſtituuntur p relationes, aut p ab-
ſoluta, ſed non conſtituuntur p abſoluta,
ergo cōſtituuntur per relationes. Proba-

Cōmunis opinio quoniā fere omnes Doctores eā tenent exce

ptis Grego- rio Arimi- nenſe, & D. Bona. di ſtinc. 25. pri mi ſent. q. 1. & Iohanne de Ripis diſt. 25. & 26. D. Tho. in par te Summæ. q. 40. artic. 2. inquit quod relatio cõſtituit nõ ut origo ſi- cut proprie tas.

tio minoris, perſona non conſtituitur eo dem abſoluto, quo conuenit cum alia per ſona, ergo alio abſoluto, ſed abſolutũ ad- ditum abſoluto facit compoſitionem, & ſic in Deo eſſet cõpoſitio, quod ẽ falſum. ¶ Præterea abſolutũ aut omnino manet, aut omnino tranſit, ſi omnino tranſit tũc non conſtituit perſonã, ſi omnino manet fuit compoſitionẽ. ¶ Præterea eadẽ natu ra numero nõ põt eſſe in pluribus ſuppoſi tis abſolutis, ſed eſſentia diuina eſt eadẽ numero in pluribus ſuppoſitis, ergo illa ſuppoſita nõ ſunt abſoluta, nec conſtituũ tur per abſolutum. ¶ Præterea relationes originis ſm oẽs ſunt in perſonis, aut er- go iſtæ relationes conſtituunt perſonas, aut non. Si conſtituunt habetur propoſitũ ſi non conſtituunt, ergo ſunt aduentici, & accidentales, & relationes rõnis, quia ſupponũt pſonas iam cõſtitutas. ¶ Præte rea eſſe abſolutũ dicit pfectionem ſimpli citer, ergo perſonæ nõ conſtituũtur p ab ſoluta. Minor probatur, quia cõſtitutiuũ vnius perſonæ non eſt in alia perſona, & ſic aliqua perfectio ſimpliciter eſſet ĩ una perſona, quæ nõ eſſet in alia. Si ergo quæ ratur p quid conſtituũtur perſonæ dr̃, ꝙ per relationes originis, quia iſtę relatio- nes primo conſtituunt, ꝗ primo pullulãt in eſſentia, ſed huiuſmodi ſunt relationes originis, ergo relationes originis conſti- tuũt perſonas. Et ſi ulterius q̃ratur quo ea dem natura poteſt eſſe in pluribus ſuppo ſitis realiter diſtinctis dicitur ꝙ hoc ẽ pp infinitatẽ eſſentiæ, & quia ſuppoſita ſunt relatiua. Idẽ.n. illimitatũ poteſt eſſe fun- damentũ plurium relationũ oppoſitarũ.

ALIA opinio dicit, ꝙ perſonæ cõſti tuant p modos intrinſecos abſolutos qui modi ſunt nobis incogniti, determinãtur aũt nobis perſonæ trinitatis p relatiuas proprietates, ita ꝙ quaſi a poſteriori per iſtas relationes aliqualiter cognoſcimus perſonas. Quòd aũt pſonæ conſtituãtur per abſoluta, & non p relationes probat ſic. Illud quod pſupponit perſonã iam cõ ſtitutam nõ conſtituit eã; ſed relatio præ ſupponit pſonã iã conſtitutã, ergo. Proba tio minoris. Nã illud quo aliqd refert nõ conſtituit ipſum quod refertur; ſed perſo na refertur relatione, ergo relatio pſuppo nit pſonam iã conſtitutã. ¶ Præterea ori- ginans ẽ prius generatione originato: q̃a agere præſupponit eſſe in aliquo priori

D. Bona. in primo ſent. diſtinc. 25. q. 1.

quo quæritur, quia ſuppoſitum, vel eſt ad ſe, vel ad aliud. Si ad ſe tunc conſtituitur per abſolutum. Si ad aliud puta ad origi- natũ, ergo agere præſupponit eſſe. ¶ Præ- terea cõſtitutiuum ſuppoſiti in aliqua na tura facit per ſe unum cũ illa natura: ſed relatio non facit p ſe vnum cũ eſſe ſubſtã tiali, ergo non conſtituit pſonã diuinam, quę eſt aliquid in eſſe ſubſtantiali. ¶ Præ terea quod eſt extra rõnem ſubſtãtiæ nõ conſtituit aliquid in eſſe ſubſtantiali: ſed relatio eſt extra rationẽ ſubſtantiæ, ergo non cõſtituit perſonã diuinã. Dico ergo ꝙ inter tres opiniones 2. eſt verior, & ma gis catholica: quia ſaluator, volens expri mere perſonarũ trinitatẽ ipſam expſſit no minibus relatiuis dicens. Euntes baptiza re eos in nomine pris, & filij, & ſpũſſancti. ¶ Præterea Ioãnes in canonica ſua. Tres ſunt, qui teſtimoniũ dãt in cęlo, pater, ver bũ, & ſpiritusſanctus. ¶ Præterea Damaſ. Oĩa ſunt vnũ in Deo pter generare, & ge nerari, & ſpirare, & ſpirari qbus ab inui- cem differunt ſanctæ tres hypoſtaſes. ¶ Pr terea Aug. in multis locis, quicquid ad ſe dr̃ cõmune eſt tribus, ſed conſtitutiuũ perſonę non eſt cõe tribus, ergo nõ eſt ad ſe, & p conſequens nõ eſt relatiuũ. ¶ Præ terea Boethius. Eſſentia continet unita- tem, relatio multiplicat trinitatem. ¶ Præ terea arguitur p rationes ſic. Inter perſo- nas diuinas eſt maxima cõnexio, ſed non eſſet inter eas cõnexio ſi conſtituerentur per abſoluta, ergo. ¶ Præterea cuius cõſti tutiuum eſt abſolutũ põt intelligi p ſe eſ- ſe ſine alio abſq; contradictione: Sed pa- ter non poteſt intelligi, uel eſſe ſine filio, ergo. ¶ Vltimo ſic, illa ſunt formalia cõſti tutiua aliquorum quibus circunſcriptis ipſa remanent penitus indiſtincta: Sed re lationibus circunſcriptis a perſonis ipſæ remanent penitus indiſtinctæ, ergo perſo næ conſtituuntur p relationes. ¶ Ad argu menta tertiæ opinionis, quæ poſuit perſo nas diſtingui per modos intrinſecos ab- ſolutos ſiue p proprietates abſolutas Rñ deo ad primum per interemptionẽ mino ris. Ad pbationẽ cũ dicitur, ꝙ illud quo aliquid refertur non cõſtituit ipſum, dico ꝙ hoc verum ẽ in relationibus creatura- rum, quæ ſunt accidẽtia. ſed iſta ppoſitio eſt falſa de relationibus diuinis, ꝗ nõ ſunt accidentia: ſed ſunt relationes ſubſiſten tes. ¶ Ad ſecũdum dicitur multipliciter,

Secũda opi- nio eſt ve- rior.

Matth. vlti mo.

Cap. 5. lib. 1.

Lib. de trin.

In fine libri ſui de trin.

Ad argumẽ ta 3. opinio nis.

Relatio ac- cipitur duo- bus modis.

primo, ꝙ relatio dupliciter poteſt accipi, ſ. inquantum relatio, uel inquantum proprietas. Et iſto modo relatio diuina conſtituit, & præcedit. Aliter dicitur, ꝙ relatio dupliciter dicitur in diuinis. ſ. relatio inquantum relatio, & relatio inquantum origo, & iſto ſecundo modo relatio diuina conſtituit, & præcedit. Aliter dicitur, ꝙ in relationis eſt ſimultas, & prioritas. Si multas quidem naturæ, & prioritas originis, quæ harum ſolutionum ſit uerior dicetur infra. ¶ Ad tertium dico, ꝙ relatio eſt duplex. ſ. inhærens ſicut in creaturis, & per ſe ſubſiſtens ſicut in diuinis, prima relatio non facit per ſe unum cum natura, ſed ſecunda. ¶ Sic eodem modo ad quartum. Concedo. n. ꝙ relatio inhærens non conſtituit ſuppoſitum in eſſe ſubſiſtētiæ, ſed relatio diuina non eſt inhærens ſed ſubſiſtens. ¶ Ad primum principale dico, ꝙ generatio æquiuoca non accipitꝰ pęnes ſuppoſitum, ſed pęnes terminũ formalem ipſius geniti. Et ideo ubi eſt ſimilitudo immo ſumma idemptitas inter generans, & genitum reſpectu termini formalis ibi eſt maxima generatio vniuoca, & non ęquiuoca. Sic autem eſt in propoſito, quia eſſentia, quæ eſt terminus formalis generationis eſt penitus eadem in patre, & filio. ¶ Ad ſecundum dicunt antiqui, & bene quamuis aliqui arguant cõtra, ꝙ relationes originis conſtituunt, & non relationes communes, quia ille relationes, quæ primo pullulant in eſſentia. Relationes autem primo pullulãtes ſunt relationes originis. ¶ Ad tertium dico, ꝙ eodem modo cognoſcitur filius quõ cognoſcitur relatio conſtitutiua filij: Et q̃a relatio conſtitutiua filij cognoſcitur in cõi, ideo filius cognoſcitur in cõi. Ille ãt ſapiens quærebat notitiam filij magis in ſpeciali. ¶ Ad ultimum dico, ꝙ quędam ſunt relationes cauſæ, & cauſati, quædam ſunt relationes producentis, & producti, q̃dã ſunt relationes mouẽtis, & moti. Relationes cauſæ, & cauſati nõ ſunt compoſſibiles nec in eadem natura, nec in eodẽ ſuppoſito. Sed mouentis ad motum ſunt compoſſibiles in eodem ſuppoſito, & in eadem natura, & hoc, quia mouentis ad motũ eſt dependentia accidentalis. Non eſt autem inconueniens aliquid accidentaliter dependere a ſeipſo. Iõ non eſt ſimile de relatione mouentis, & moti, & de relatione producentis, & producti, eo ꝙ relationes producentis, & producti ſunt cõpoſſibiles in eadem natura, ſi illa natura eſt illimitata, ſicut eſt natura diuina, ſed non ſunt cõpoſſibiles in eodẽ ſuppoſito.

D Thom. 1. parte ſummæ q 40. ar. 2.

Diſt. 28.

Relatio duplex.

Dicimus q̃d pater conſtituitur per eſſentiam tanquã ꝑ principium conuenientiæ. ꝑ paternitatẽ tanquã per principium differẽdi patris à quolibet alio.

Relationes ſunt in triplici differentia.

DISTINCTIO XXVII.

Vtrum uerbum mentis creatæ ſit intellectio actualis.

Hoc idm quęrit Scotus 1. ſenten. diſt. 27. q. 1.
D. Thomas prima parte q. 34. Artic. 1.
Durandus primo ſent. diſtinct. 26. q. 2
Franciſcus de May. 1. ſent diſt. 27 q. 1.
Bacconitanus 1. ſen. diſt. 27. q. 1.

QVAESTIO I.

HIC quæri poteſt: Circa iſtã xxvij. diſtinctionem quæruntur duo, unum de uerbo noſtro, aliud de uerbo diuino. De uerbo noſtro, quæritur. Vtrum uerbum mentis creatæ ſit intellectio actualis? Videtur, ꝙ non, per Aug. Verbum quod foris ſonat, ſignum eſt eius uerbi, quod intus latet. Sed uerbum, quod foris ſonat ſignificat obiectum non actualem intellectionem, ergo uerbum eſt obiectum. *15. De trin. c. 11 & 25*

¶ Præterea, Aug. dicit, fantaſma chartaginis hoc eſt uerbum eius, ſed fantaſma ſumitur pro ſpecie chartaginis, ergo uerbum eſt ſpecies, & non intellectio actualis. *8. de trin. cap. 6.* ¶ Contra Aug. in ſermone de Natiuitate Ioannis Baptiſtæ aſſignans differentiam inter uocem, & uerbum, dicit, quòd uox eſt index cogitationis, uerbum autẽ eſt ipſa cogitatio. ¶ Circa iſtam quæſtionem, propter dubium primi articuli oportet uidere ſi uerbum quod foris ſonat. i. uerbum ſenſibile ſignificet principaliter conceptum mentis, uel rem extra. Secundo dicetur ad quæſtionem.

DE PRIMO ſunt quatuor modi dicendi, unus, quòd uerbũ ſenſibile principaliter ſignificat conceptum mentis, quia philoſophus dicit in lib. perylıerme nias, quòd uoces ſunt ſigna earum, quæ ſunt in anima paſſionum. *1. Opinio.* *1. Perihermenias c. 1.*

¶ Præterea, Aug in enchiridion dicit, ꝙ nomina ſunt impoſita ad ſignificandum conceptiones animorum.

¶ Præ-

¶ Præterea, uerbum ſenſibile illud principaliter ſignificat in quo conſiſtit ueritas uel falſitas. Sed ueritas uel falſitas conſiſtunt principaliter in mente, ergo uerbum ſenſibile principaliter ſignificat conceptum mentis. Alia opinio dicit, quòd uerbum ſenſibile principaliter ſignificat rem ad extra, quia alias nulla eſſet propoſitio uera, niſi in qua prædicaretur idẽ de ſeipſo, dicendo enim homo eſt animal eſſet dicere conceptus hominis eſt conceptus animalis. ¶ Præterea illud principaliter ſignificat uerbum, quod primo concipitur a loquente, ſed illud eſt res extra, ergo. Alia opinio dicit, quòd uerbum ſenſibile habet duplicem habitudinẽ, una ad proferentem, & ſic ſignificat conceptũ mentis, aliam ad audientem, & ſic ſignificat rem extra. Quarta opinio dicit, ꝙ uerbum ſenſibile duo ſignificat. ſ. cõceptum mentis ut a quo emanat, & rem extra quã imponitur ad ſignificandum. ¶ Sed obijcitur contra iſtam opinionem. Omne uerbum ſiue omnis uox eſt ſic equiuoca, uel analoga: quia ſignificat diuerſa. Reſpondetur, quòd uox non eſt equiuoca ex eo, quòd ſignificat diuerſa tantum, ſed quia ſignificat diuerſa obiectiuæ: ſed uerbum non ſic ſignificat, quia ſignificat conceptum mentis, ut a quo emanat, rem autem ſignificat, ut obiectum.

Secunda opinio.

Tertia opinio.

DE SECVNDO articulo ſunt opiniones duę. Vna Henrici qui dicit, quòd uerbum non eſt intellectio actualiter ſed eſt notitia declaratiua. Modus autẽ ſuus ponendi eſt iſte, primo dicit intellectum eſſe nudum, & iſte intellectus nudus recipit notitiam ab obiecto, quæ uocatur notitia eſſentialis in qua intellectione intellectus eſt pure paſſiuus, ſecundò, ꝙ intellectus eſt immaterialis, & conuertit ſe ſupra ſe, & intellectus informatus notitia priori exprimit notitiam declaratiuam in qua intellectus ſic informatus ſe habet actiue, & iſta notitia declaratiua dicitur uerbum. Et conſimiliter ponit uerbum in diuinis, ponit enim, ꝙ generatur uerbum diuinum per conuerſionem intellectus paterni ſupra intellectum informatum notitia ſimplici. ¶ Contra iſtam opinionem obijcitur ſic, quia irrationale uidetur eãdem potentiã eſſe actiuam reſpectu unius actus, & paſſiuam reſpectu alterius, uiſus enim nõ eſt paſſiuus reſpectu unius actus uidẽdi, & actiuus reſpectu alterius, ergo intellectus, nõ ẽ actiuus reſpectu notitiæ ſimplicis, & paſſiuus reſpectu notitiæ declaratiuæ. ¶ Præterea ſi illa notitia eſſentialis, uel ſimplex eſt principium declaratiuæ notitiæ, hoc eſt, aut quando eſt, aut quando non eſt. Si quando eſt tunc duo actus erunt ſimul in eadem potentia. Si quando non eſt ergo nõ ens eſt cauſa gignẽdi eus. ¶ Præterea imperfectus non eſt cauſa gignendi perfectius, ſed notitia ſimplex ẽ imperfectior. notitia declaratiua, ergo non eſt ratio gignendi eam. ¶ Præterea illud quod dicit de conuerſione intellectus diuini ad formationem uerbi uidetur eſſe falſum: quia conuerſio eſt actio: ſed actiones ſunt ſuppoſitorum, ergo illa cõuerſio eſt alicuius ſuppoſiti. Et tunc quæro cuius ſuppoſiti ſit: quia aut eſt ſuppoſiti filij, aut ſuppoſiti patris, ſi eſt ſuppoſiti filij cum illa conuerſio præcedat generationẽ filii per te. ſequitur, ꝙ ante filium ſit filius, quod eſt hęreticũ. ſi dicas quod ẽ ſuppoſiti patris, ſic arguit ſic. Cuius eſt intellectus ut cõuertit ſe ſupra intellectũ iformatũ notitia ſimplici eius eſt ut recipiat notitiã declaratiuã, ut patet per philo. nono metaphy. Ex iſtẽte.n. paſſo ſummæ diſpoſito ſtatim ſequitur actio, ſiue receptio, ſed primæ ꝑſonæ.ſ. ſuppoſiti patris eſt intellectus, ut conuertit ſe ſupra intellectũ informatũ notitia ſimplici, ergo eius intellectus eſt, ut conuerſus recipiat notitiam declaratiuam, ſed notitia declaratiua eſt ipſum uerbum, ergo uerbum ſiue filius idem eſt quod pater, quod eſt hęreticum. Alia eſt opinio doctoris noſtri, ꝙ uerbũ eſt intellectio actualis. Ad cuius euidentiam ſciẽdum, ꝙ uerbum eſt actus intelligentiæ productus uel genitus a memoria perfecta non habens eſſe ſine actuali cognitio ne repræſentans ſecundam perſonam in trinitate.i. uerbũ diuinũ. 1. & 2. conditio patet per Auguſt. tertia conditio patet ꝑ Auguſt. quarta conditio patet per eundẽ uerbũ enim noſtrũ inquiſiuit beatus Auguſtinus de uerbo diuino. Ex his colligitꝰ ꝙ uerbũ ſpectat ad actũ intelligentię, ſed intelligẽtia ſtrictè ſumẽdo eſt intellectus actualiter, & obiectũ cognitũ eſt ſpẽs, ſed uerbũ, nec eſt ſpẽs, nec obiectũ, ergo ẽ intellectio actualis. Sed remanet dubiũ, ſi quęlibet actualis intellectio ẽ uerbũ, & dr

Henricus lib. 6. q. 1. & in Sũma artic. 54. q. 10. & quodli. 2. q. 2.

primo met. in prohęmio

Opinio Scoti.

9. de tri. ca. ultimo. 15. de tri. cap. 10. & 24.

vno modo, quòd non, quia oportet addere notitiam declaratiuam. ¶ Cõtra, ſi uerbum eſt notitia declaratiua, ergo in quocunq; eſt notitia declaratiua formaliter ibidẽ ẽ formaliter verbũ, ſed i pr̃e ẽ formaliter notitia declaratiua, ergo in pr̃e ẽ formaliter verbũ, quod ẽ falſum. Minor probatur: quia pater diligit ſe, & iſta dilectio eſt ſui ipſius declaratiua. Ideo aliter dicitur, ꝙ uerbũ eſt intellectio actualis, quæ eſt terminus inquiſitionis, quia uerbum eſt proles, & partus, ſed nõ eſt partus niſi quia repertum, non autem eſt repertum non quia inquiſitum, ergo uerbum dicit terminum inquiſitionis. ¶ Contra hoc obijcitur, tum quia Deus nõ haberet uerbum de ſe, tum quia angeli non haberent uerbum de naturaliter ſibi cognitis, tum quia beati in patria non haberent verbum de eſſentia diuina, quia non eſt in eis talis inquiſitio. Ideo aliter dicitur & melius, ꝙ verbum eſt actualis intellectio quæ eſt notitia genita, & propter hoc in patre non eſt formaliter verbum, quia non eſt in eo formaliter notitia genita.

Verbũ quid ſit ſecũdum alios.

Verbũ quid ſit ſecundũ Scotum.

¶ Notandum autem, ꝙ verbũ eſt duplex ſcilicet perfectum, & imperfectum. Imperfectum quidem requirit actualem ordinem inquiſitionis. Perfectum aũt verbum non: ſed ſic ſufficit habitualis cognitio uel notitia eius quæ eſt uerbum. ¶ Ad primum principale ſi teneatur quarta opinio poſita in primo articulo, patet, ꝙ uerbum eſt ſignum conceptus ut a quo emanat, eſt ſignum rei ad quam ponitur ſignificandum. ¶ Ad ſecundum patet cum dicitur, ꝙ fantaſma cartaginis eſt uerbum eius, dico ꝙ uerum eſt effectiue ſed non formaliter, nam uerbũ producitur a memoria, & memoria non includit intellectũ ſed obiectum, vel aliquid ſupplens vicẽ obiecti vnde fantaſma cartaginis .i. ſpecies eius eſt verbum eius: quia effectiuè, uel cauſatiue ſe habet ad verbum: quia ſupplet vicem obiecti, quare &c.

Verbum duplex.

Cap. 15. de magnis.

Vtrum Verbum Diuinum ſit proprium perſonæ Genitæ? vel ꝑ alia verba?
Vtrum verbum Diuinum dicat quid eſſentiale? vel perſonale?

Hoc idẽ quæſitũ mouet Scotus 1. ſent. diſtin. 27 Franciſcus de Mayronis 1. ſent. diſtinc. 27.

QVAESTIO II.

SECVNDO quæritur. Vtrum verbum diuinum ſit proprium perſonæ genitæ, uel per alia uerba? Vtrum uerbum diuinum dicat quid eſſentiale, vel perſonale? Et videtur, ꝙ dicat eſſentialẽ. Quia ſecũdum Auguſtinum uerbum eſt cum amore notitia, ſed omnia poſita in iſta diffinitione uerbi ſunt eſſentialia, ergo verbum eſt quid eſſentiale. ¶ Contra, Auguſtinus dicit. Eo eſt uerbum, quo filius: ſed filius eſt quid perſonale, ergo eſt uerbum. ¶ Circa iſtam quæſtionem ſunt duo articuli ſecundum duas opiniones: una eſt ſingularis quam nullus tenet excepto uno .ſ. ꝙ uerbum non dicatur ꝑſonaliter in diuinis, quod ꝓbat ſic.

9. de Tri. cap. 10.

7. de tri. c. 4

Opinio Durandi præſenti diſtin.

QVOD non dicit emanationẽ realem non dicit aliquid perſonale: ſed uerbum non dicit emanationem realem, ergo uerbum non dicitur perſonaliter. Probatio minoris. Verbum dicit emanationẽ intellectualem alias intelligibilem ab intelligente: ſed taliter emanatio non eſt realiter, imo eſt emanatio rãtionis, ergo. ¶ Præterea uerbum & dicere conſimiliter ſe habent in Deo, ſed dicere eſt eſſentiale, & non perſonale, ergo & uerbum. Probatio minoris, quia quod eſt commune tribus eſt eſſentiale, ſed dicere eſt cõmune tribus, quia fundatur ſuper actum creandi, qui conuenit tribus, iuxta illud pſal. dixit, & facta ſunt, ergo dicere eſt eſſentiale. ¶ Præterea de ratione uerbi eſt, ꝙ ſit declaratiuum, & declarare conuenit rõne eſſentię, ergo uerbũ eſt q̃d reale.

Pſal. 148.

ALIA opinio eſt ad oppoſitum, & illam teneo, ſcilicet, ꝙ uerbum eſt perſonale, & proprium perſonę genito. Et iſtã opinionem tenet Magiſter in litera, iſtius diſtinctionis. Pro qua arguitur ſic. Abſtractum & concretum idem ſignificat. Exemplum huius nã paternitas ſignificat relationẽ, ſimiliter pater ſignificat relationẽ, ſed uerbum, & uerbatio ſe habent ſicut concretum, & abſtractum, ergo idẽ ſignificat, ſed uerbatio ſignificat relationẽ, ergo & uerbum, ſed talis relatio eſt perſonaliter, ergo uerbum dicit quid perſonale. ¶ Præterea illud quod de ſua ratione

Author tenet opinionem Magiſtri cap. 6. Iſtius diſtinctionis.

importat

importat rationem imaginis eſt perſonale: ſed uerbum de ſua ratione importat imaginem, per Auguſtinum, ergo uerbum eſt perſonale. ¶ Prætérea illud quod dicit filius in natura non intelligēte hoc dicit uerbum in natura intelligente: ſed filius in natura non intelligente eſt relatiuum, ergo, & uerbum in natura intelligente (ſicut eſt natura diuina) dicit relatiuum, & ꝑ conſequēs eſt perſonale. ¶ Vltimo ſic, quod dicit emanationem realē in diuinis eſt perſonale: ſed uerbum eſt huiuſmodi, per Auguſtinum, ergo uerbū eſt perſonale ¶ Per hoc patet ad primum alterius opinionis quia minor eſt falſa, & cum probatur, ꝙ uerbum dicit emanationem intellectionis dico, ꝙ emanatio ab intellectu eſt duplex. Vna dicit relationē rōnis, & iſta cōuenit creaturis. Alia dicit relationem realem, & iſta habet locū in Deo. ¶ Ad ſecundum dico, ꝙ minor eſt falſa nec probario ualet, quia dicere dupliciter dicitur in diuinis. Vno modo ꝓ imparare, & iſto modo accipitur dicere reſpectu creationis. Alio modo accipitur dicere proprie ut dicit productionem ꝑ modum memoriȩ, & illud dicere conuenit formaliter ſoli filio. ¶ Ad ultimum dico ꝙ declarare per modum emanationis competit ſoli filio, quia ex vi ſuȩ emanationis ipſe ſolus eſt imago patris. ¶ Ad argumentum in contrarium. Auguſt. dicit illud de uerbo creato, & non de uerbo diuino. Nam ad informationem uerbi creati concurrit uoluntas, quæ copulat actiuū intelligentiæ obiecto cognito, ideo dicit verbum eſt cum amore notitia.

6. de tri. capit. vltimo.

7. de tri c. 7

Emanatio duplex.

Dicere duobus modis dicitur in diuinis.

DISTINCTIO XXVIII. & XXIX.

Vtrum ingenitum ſit proprietas patris?

Hoc idem quærit Scotus primo ſent. diſtin. 28. q. 1.
D Bonauentura primo ſenten diſtinc. 28 q 3.
Alexander Alenſis prima parte q. 59 mēbro 3.
D. Thomas prima parte. quæſt. 33 Articul. 4.
Ricardus primo ſententiarum. diſtinctio 22. quæſtio 8.
Durandus primo ſententiarum diſtinctio 28. quæſtio 2.
Franciſcus de Mayronis primo ſententiarum diſtinc. 28 q. 1.

QVAESTIO I.

PRAETEREA conſiderare oportet. Circa iſtam diſ. 28. & 29. q̄runt̄ tria. primo. Vtrum ingenitum ſit proprietas patris. Et uidetur, ꝙ non, quia proprietas perſonaliter non dicitur de eſſentia, ſed hęc eſt uera, eſſentia eſt ingenita, ergo ingenitum non eſt proprium patris. Minor probatur ſic. Ad affirmatiuam de prędicato finito ſequitur negatiua de prędicato infinito, ſed hæc eſt uera, eſſentia eſt non genita, & hæc eſt de prædicato finito, ergo hæc eſt uera, eſſentia eſt ingenita. de prædicato infinito, ſicut eam probat Auguſt. ubi vult quòd idem ſit ingenitum, & non genitum. ¶ Præterea quod eſt proprium uni perſonæ non dicitur de altera, ſed ingenitum dicitur de ſpiritu ſancto, ergo non eſt proprietas patris. Minor probatur ſicut minor præcedentis rationis. In contrarium eſt Magiſter in litera. ¶ Circa iſtam quæſtionem ſunt duo uidenda. Primum quomodo ingenitum cōuenit patri, ſecundo ſi eſt ꝓprietas patris.

2. peryher. cap. 1.

5. de tri. c. 7

QVANTVM ad ptimum dico, ꝙ ingenitum eſt multipliciter multiplea. Cuius ratio eſt iſta, dictio compoſita ex particula multiplici, & ex particula priuatiua eſt multiplex multiplicitatȩ particulȩ affirmatiuȩ, & multiplicitatȩ priuationis, ſed ingenitum eſt huiuſmodi, quia cōponitur ex genito, & ex in. quod dicit priuationem. Genitum autem, & priuatio dicuntur multipliciter, ergo ingenitū dicitur multipliciter. Maior patet, philo. diſtinguit impoſitam penes multiplicitatem poſitione, & penes multiplicitatē priuationis. Prima pars minoris. ſ. ꝙ ingenitum dicatur multipliciter patet, quia genitum dicitur uno modo per reſpectum ad terminum totalem ſicut ponit philo. ꝙ ſolum compoſitum per ſe generatur, ſecundo dicitur genitum terminus formaliter puta forma tertio dicitur genitum quodlibet productum large tamen. Similiter priuatio dicitur multipliciter. Nam aliquid priuatur aliquo quando caret eo quod competeret ei ſecundum ſuam ſpeciem, ſicut homo dicitur priuatus uiſu, quia u dere competit homini ſecundum

5. Met. context. 17.

5. met context. 27.

5 met. context. 23. & 26.

Priuatio dicitur multis modis.

quòd homo, ſecundo priuatur aliquid quando caret eo quod debet habere ſecũdum rationem generis propinqui, ſicut talpa priuatur uiſu quem deberet habere ſecundum, ꝙ animal quod eſt genus propinquum, tertio priuatur aliquid quãdo caret aliquo, ꝙ deberet habere ſecundũ rationẽ generis remoti, ſic lapis priuatur animalitate, quæ deberet ei competere ſecundum rationem entis, uel ſubſtãtiæ.

Ingenitum dicitur tribus modis.

Ex his dico, quòd ſimiliter ingenitum dicitur tripliciter. Vno modo ſecundum, ꝙ dicit negationem extra genus prædicamenti, quia non eſt ab aliquo nec per generationem, nec per ſpirationem nec per aliquam productionem, & ſic ingenitum competit ſoli patri. Alio modo dicitur ingenitum prout dicit negationem infra genus i. ſecundum, ꝙ negat vnum modum producendi, qui dicitur generatio, & ſic ſpiritus ſanctus poteſt dici ingenitus, quia non generatur. Alio modo dicitur ingenitum prout dicit negationẽ productionis in ratione termini producti totaliter, ut totalitas aſpicit ſuppoſitum, puta incõmunicabilem ſubſiſtentiam, & ſic eſſentia poteſt dici ingenita.

Quõ eſſentia ſit ingenita.

DE SECVNDO principali, ſ. ſi ingenitum eſt proprietas patris dicit vna opinio duo, primo, ꝙ ingenitum proprie non dicit proprietatem perſonalem, quia nihil dicit proprietatem perſonalem niſi quod ſpectat ad dignitatẽ: ſed ingenitum cum dicat negationem nõ ſpectat ad dignitatẽ, ergo nõ dicit proprietatem perſonalem, ſecundo dicit, ꝙ ingenitũ dicit proprietatem ratione connotati inquantum connotat fœcunditatem quę eſt in patre reſpectu generationis filij, & productionis ſpiritus ſancti. ¶ Contra primum dictum obijcitur, quia proprietas perſonalis dicit dignitatem ſiue nobilitatẽ eũ proprietas unius perſonæ non ſit in altera, ſequitur, ꝙ aliquid dignitatis, & nobilitatis ſit in vna perſona, quod non ſit in alia. ¶ Contra ſecũdum obijcitur ſic. Ingenitum aut connotat fœcunditatẽ reſpũ generationis, & hoc per Auguſt. Si pater non genuiſſet filium nihil prohiberet eũ ingenitum eſſe, aut connotat fœcunditatẽ reſpectu productionis ſpiritus ſancti, & hoc non, quia dato per impoſſibile, ꝙ nõ produceretur ſpiritus ſanctus adhuc poneretur aliud ſuppoſitum ingenitum. Id dico, ꝙ ingenitum ſub propria ratione ut dicit non eſſe ab alio eſt proprietas pr̃is, & non oportet, ꝙ dicat dignitatẽ: ſufficit tamen ſibi ꝙ non dicat oppoſitum. ſ. indignitatem. Vnde ſicut relationes originis non dicunt perfectionẽ ſimpliciter nec imperfectionẽ ita innaſcibilitas non dicit dignitatem, nec indignitatem. Si autẽ uelis omnino concedere, ꝙ proprietas dicat dignitatem. Reſpondeo diſtinguẽdo, quia dignitas eſt duplex. ſ. abſoluta & perſonalis, & ſic licet ingenitũ non dicat dignitatem abſolutam, poteſt tamen concedi, ꝙ dicat dignitatem perſonalem. Ex dictis in primo articulo patet ad argumẽta principalia quõ ingenitum dicitur de eſſentia, & de ſpiritu ſancto.

D. Bona. li. 1. diſt 27. q. 1. & diſ. 28. q. 1. & diſt. 13. q. 4

q. de tri. c. 6.

Vide Scotũ 5. q. quolib.

Dignitas duplex.

Vtrum innaſcibilitas ſit proprietas conſtitutiua patris?

Hoc idem quærit Scotus 1. ſenten. diſt. 28. q. 2.
D. Bona. primo ſent. diſt. 27. q. 2. & 28. q. 1. & diſt. 13 q. 4.
D. Thomas prima parte q. 40. Artic. 2. & 4.

QVAESTIO II.

SECVNDO quæritur. Vtrum innaſcibilitas ſit proprietas cõſtitutiua patris? Vr̃ꝙ ſic, quia pater aut conſtituitur paternitate, aut innaſcibilitate: ſed non conſtituitur paternitate, ergo cõſtituitur innaſcibilitate. Probatio minoris, prius eſt ſuppoſitum quod agat, & generet: quia agere præſupponit eſſe, ergo pr̃ in illo priori, aut eſt ſuppoſitum ad ſe, & ſic non conſtituitur paternitate, aut eſt ad aliud: puta ad filiũ, & ſic filius eſt anteꝗ generet. ¶ Preterea hęc eſt uera ĩ diuinis innaſcibilitas eſt paternitas, ergo ſi pater conſtituitur paternitate ſequitur, ꝙ conſtituatur innaſcibilitate. ¶ Contra ſi filius conſtituitur filiatione, ergo pater conſtituitur paternitate, & ſic non conſtituitur innaſcibilitate. ¶ Circa iſtã qõnem primo ponetur una opinio, ſecundo una alia, tertio dicetur ad argumenta primæ opinionis.

Agere præſupponit eſſe.

QVANTVM ad primum dicit vna opinio antiqua, ꝙ innaſcibilitas eſt proprietas conſtitutiua patris, quod probatur

D. Bona. in princ. diſt. 27. q. 2. & diſt. 28. q. 1

tur ſic. Perſona patris cum ſit prima conſtituitur per primam proprietatē: ſed innaſcibilitas eſt prima proprietas, ergo conſtituit patrem. Minor probatur multipliciter. ¶ Primo per Auguſtinum. Si pater non genuiſſet filium nihil prohiberet eum ingenitum eſſe. ¶ Secundo ſic, quia innaſcibilitas dicit modum eſſendi, paternitas autem dicit modum communicandi, ſed modus eſſendi eſt prior mō cōicādi, ergo innaſcibilitas eſt prior pāni tate. ¶ Tertio illa eſt prima proprietas ad quā ſtat ultima reſolutio, ultima reſolutio ſtat ad innaſcibilitatē, ergo innaſcibilitas eſt prima proprietas. Minor probatur, dicimus enim ꝙ ſpiritus ſanctus eſt a patre, & filio, filius autem a ſolo patre, pater autem a nullo, ſed eſſe a nullo eſt eſſe ingenitum. ¶ Quarto ſic, innaſcibilitas dicit carentiam originis ad primum, paternitas autem dicit ordinem ad ſecundum. Sed prior eſt comparatio ad primū, quàm ad ſecundum, ergo innaſcibilitas eſt prior paternitate. ¶ Secundo arguitur principaliter pro opinione ſic. Illud conſtituit patrem quo pater generat, ſed pater generat innaſcibilitate, ergo innaſcibilitas conſtituit patrem. Probatio minoris filius non generat, quia eſt genitus, ergo pater generat, q̃a eſt ingenitus. ¶ Tertio ſic, proprietas conſtitutiua eſt incommunicabilis, ſed paternitas non eſt incōmunicabilis cum reperiatur in creaturis. Innaſcibilitas autem eſt incommunicabilis, ergo innaſcibilitas conſtituit patrem. Pro iſta opinione poſſunt adduci quinque rationes, quæ ſunt poſitæ ſuperius, pro tertia opinione illius quæſtionis, require ſupra cum ſolutionibus.

5. De trin. c. 6.

Diſt. 27.

ALIA eſt opinio, quā teneo, quòd innaſcibilitas non eſt proprietas conſtitutiua patris, pro qua congrue arguit Sco. ſic, primum ſuppoſitum diuinum non poteſt conſtitui per illud quod dicit priuationem formaliter, ſed innaſcibilitas dicit priuationem formaliter, ergo. Maior patet: quia ſuppoſitum in diuinis conſtituitur per illud quod habet eſſe reale priuatio autem nullam realitatem dare poteſt.

Vide Scotū in reportatis diſt. 28. q. 1.

¶ Præterea, ſi illa perſona conſtitueretur in eſſe perſonali per innaſcibilitatem ſequetur, quòd eſſet magis neceſſe eſſe quā aliæ perſonæ, ſed hoc eſt inconueniens, ergo prima perſona non conſtituitur, per innaſcibilitatem. Maior probatur, quia iſta proprietas cum ſit relatiua non habet eſſe per connexionem cum alijs.

¶ Præterea, perſonæ ſunt æquæ perfectæ in perſonalitate, ſed filius, & ſpiritus ſanctus conſtituuntur in eſſe perſonali per proprietates relatiuas, ergo, & pater.

¶ Vltimo ſic. Inter perſonas diuinas eſt eſſentialiſſima connexio: ſed ſi pater conſtitueretur per innaſcibilitatem non eſſet talis connexio inter perſonas, quia magis ſunt connexa relatiua, quàm abſoluta, ergo pater non conſtituitur per innaſcibilitatem.

¶ Ad primum alterius opinionis reſpondeo per interemptionem minoris.

¶ Ad primam probationem per Auguſtinum dicitur uno modo, quòd Auguſtinus non reſpexit ad naturam eſſendi, ſed ad naturam intelligendi tantum, quòd intellectus poteſt fieri ſuper ingenitum, & non ſuper genuiſſe: ſicut intellectus poteſt fieri ſuper ſiccitatem non ferendo ſe ſuper corruptionem humorum. Aliter dicitur, quòd illud uerbum non eſt Auguſtin. principaliter, & ex intentionē, ſed habet illud uerbum ab Arrianis contra quos diſputabat, & ideo accipit illam propoſitionem non tanquam ſuam, ſed tanquam datam ab aduerſario.

¶ Ad ſecundam propoſitionem illius minoris, dico, quòd paternitas dicit modū communicandi, & modum eſſendi. ¶ Ad tertiam probationem minoris dico, ꝙ nō eſt ab alio, bene tamen eſt ultima proprietas in reſoluendo, ſed non in conſtituendo. In reſoluendo dico, quia relatio paternitatis dicit eſſe a nullo. ¶ Ad quartam probationem dicit Scotus, quòd negatio reſpectu ad primū eſt prior in abſolutis, non tamen in reſpectiuis, quæ conſtituūtur relatione poſitiua, ſicut eſt in propoſito.

Scotus in reportatis diſ. 28. q. 1.

¶ Ad ſecundum nego minorem, ad probationem quare filius non poteſt generare, dico, ꝙ ratio eſt non quia eſt genitus, ſed quia habet principiū generandi per productionem adæquatam ſicut patuit.

Diſt. 2.

¶ Ad tertium dico, ꝙ proprietas conſtitutiua non tantum debet eſſe incōicabilis, ſed etiam poſitiua, & quia ingenitū nō dicit proprietatē poſitiuā, ideo nō cōſtituit paternitas autem eſt proprietas poſitiua

&

& conſtitutiua. Et cum dicis paternitas eſt communicabilis, dico quòd paternitas inquantum paternitas eſt communicabilis, ſed non inquantum diuina.

Quo paternitas ſit cõmunicabilis & incommunicabilis.

¶ Ad primum principale negetur minor. ad probationem dicitur uno modo ſecundum uiam Thomæ, quòd paternitas poteſt dupliciter conſiderari, ſcilicet inquãtum relatio, & ſic non præcedit, uel inquantum proprietas, & ſic conſtituit, & præcedit.

¶ Contra proprietas inquantum proprietas conſtitutiua aut dicit entitatem ad ſe aut ad aliud, ſi dicit entitatem ad ſe, ergo conſtituit ſuppoſitum abſolutum, ſi autẽ dicit entitatem ad aliud, ideſt ad filium, ergo filius eſt antequam generetur ſicut ſuppoſitum primum, puta patris præcedit generationem, dicitur diſtinguendo de relatione, quia eſt relatio ut relatio, & eſt relatio, ut origo, & iſto ſecundo modo conſtituit, & præcedit.

D. Thomas 1 parte ſummæ q. 40. ar. 2. & 4.

¶ Contra iſtam ſolutionem arguitur ſicut contra præcedentem, quia relatio ut origo aut dicit entitatem ad ſe aut ad aliud, ſi ad ſe, ergo conſtituit ſuppoſitum abſolutum, ſi ad aliud puta ad filium, ergo filius eſt ante generationem origine. Ideo dicitur aliter, quòd pater, & filius ſunt relatiua, relatiua autem ſunt ſimul natura, ſed cum iſta ſimultate ſtat prioritas originis ſicut ponitur per Auicennam ubi vult, quòd cauſa, & cauſatum ſunt ſimul natura, & tamen origine cauſa præcedit cauſatum.

Prioritas naturæ duob. modis accipitur apud Scotum. Vide 4. q. quolib.

¶ Ad ſecundum dicitur, quòd iſta nõ eſt uera identice, uel formaliter paternitas eſt innaſcibilitas: quia quando una formalitas uerificatur de alia prædicatione identica oportet, quòd ambę, uel ad minus altera dicat infinitatem: ſed nec paternitas nec innaſcibilitas ſunt infinitæ cum non dicant perfectionem ſimpliciter, &c.

Vtrum in diuinis ſit ratio principij?

Hoc idem quęrit Scotus primo ſenten. diſtinct. 29. quæſt. 1.
D. Bona. 1. ſent diſt. 29. q. 1 Articul 1.
Alexander Alenſis prima parte q. 70. membro 1. Art. 1.
D. Thomas prima parte. q 33. Artic. 1.
Ricardus 1 ſent diſt. 29. q. 1.
Durandus 1 ſent. diſt. 29. q. 1.

QVAESTIO III.

TERTIO quæritur ex materia, & concluſione diſtinctionis. Vtrum in diuinis ſit ratio principij? Videtur, quòd nõ, quia principium, & cauſa ſunt idẽ, ſed in diuinis non eſt ratio cauſæ, ergo nec ratio principij. Contra. Magiſter in littera, & Auguſtinus patet eſt principium totius deitatis.

6. Met. c. 1. 4 de trin. c. 20.

¶ Circa iſtam quæſtionem pono quinque concluſiones.

PRIMA eſt, quòd in Deo eſt, uere ratio principij quæ probatur ſic, ubi eſt uera productio ibi eſt principium: ſed inter perſonas diuinas eſt uera productio, ergo eſt uere principium.

Quo in Deo ſit rõ principij.

SECVNDA concluſio eſt iſta, ꝙ in Deo non eſt principium ſub ratione cauſæ. Cuius ratio eſt iſta. Cauſa eſt ad quam ſequitur effectus in diuerſitate naturæ: ſed in diuinis non eſt diuerſitas naturæ: quia eadem eſt eſſentia numero in tribus perſonis, ergo non eſt ibi principium ſub ratione cauſæ.

In Deo non eſt principium ſub ratione cauſę.

TERTIA concluſio eſt, quòd perſonę diuinæ per comparationem ad creaturam ſunt principium & cauſa, quia ubi eſt effectus cum diuerſitate naturę ibi eſt principium, & cauſa, ſed creaturæ ſunt effectus Dei in diuerſitate naturæ, quia creaturis non communicatur diuina natura, ergo reſpectu creaturarum perſonæ ſunt principium, & cauſa.

Quo perſonæ diuinæ ſint principium, & cauſa.

QVARTA concluſio, quòd principium dictum de principio ad intra non dicitur uniuoce, quia enti reali, & enti rationis nihil eſt commune uniuocum, ſed principium ad intra dicit relationem realem, principium autem ad extra dicit relationem rationis, ut per principium accipitur habitudo, ergo principium non dicitur uniuoce de eis. Minor patet, quia Dei ad creaturam non eſt relatio realis.

QVINTA concluſio, quòd principium dictum de principio ad intra reſpe

ctu

ſtu generationis filij, & de principio ad intra reſpectu ſpirationis ſpiritus ſancti dicitur uniuoce, quod probatur ſic. Ratio neutra reſpectu aliquorum eſſentialiter incluſa in eis dicitur vniuoce: ſed principium eſt huiuſmodi, ut dicitur de principio generationis, & ſpirationis, quia poteſt eſſe certa certitudo de principio, ut ſic ignorato, utrum ſit hoc, uel illud principium igitur dicitur vniuoce de hoc, & de illo principio.

Cauſa, & principium non conuertuntur theologicæ loquendo.

¶ Ad argumentum in contrarium dico, quòd principium in plus ſe habet quàm cauſa, quia omnis cauſa principium, ſed non econuerſo. Ideò in Deo ponitur ratio principij ad intra ſine ratione cauſæ, quia cauſa eſt ad effectum cum diuerſitate naturæ.

DISTINCTIO XXX.

Vtrum Deus referatur relatione reali ad creaturas? vel ſic. Vtrum Dei ad creaturas ſit relatio realis?

Hoc idem monet Scotus primo ſent. diſtinct. 30 q. 2.
Alexander Alenſis prima parte. q. 53. membro 4. artic. 2.
D. Thomas prima parte. quæſtio. 13. Articul. 7.
Richardus primo ſent diſt 30 q. 4.
Durandus primo ſent. diſt. 30 q. 3.
Franciſcus de Mayronis 1. ſent diſt 30 q. 2.
Bacconitanus. 1. ſent. diſt. 29. q

QVAESTIO I.

SVNT enim quedã q̃ſt. Circa iſtam diſtinctionẽ xxx. q̃rit̃ Vtrũ Deus referat̃ relatione reali ad creaturas? uel ſic. Vtrum Dei ad creaturas ſit relatio realis? Videtur, quòd ſic, quia ſcientia refertur realiter ad ſcibile, ſed Deus habet ſcientiam realem de creaturis, ergo refertur realiter ad creaturas.

Scientia nõ refertur ad ſcibile in actu, ſed ad ſcibile in potentia.

¶ Præterea relationes fundatę ſup actionem, uel paſſionem, uel ſuper potentiam actiuam, uel paſſiuam ſunt reales, ſed tales ſunt relationes Dei ad creaturas inquantum Deus eſt cauſa effectiua creaturarum, ergo.

¶ Præterea, relationes fundatæ ſuper quantitates ſunt reales: ſed tales ſunt relationes inæqualitatis Dei ad creaturas, quia illa inæqualitas eſt in uirtute infinita Dei, & in uirtute finita creaturæ, ergo.

¶ Præterea illa relatio eſt realis, quæ manet circunſcripto opere intellectus: ſed circumſcripto omni opere intellectus, Deus eſt dominus creaturæ, ergo iſta eſt relatio realis.

¶ Præterea ſicut forma denominat ſubiectum, ita eſt in ſubiecto: ſed dominus realiter denominat Deum, quia Deus realiter eſt dominus creaturæ, ergo iſta relatio eſt in Deo, & ſic Dei ad creaturam eſt relatio realis.

¶ Præterea diſtinctio realis dicit relationem realem, ſed inter Deum, & creaturam eſt diſtinctio realis, ergo Dei ad creaturam eſt relatio realis.

¶ Contra relatio realis non eſt ſine depẽdentia: ſed Deus non dependet a creatura, ergo non habet relationem realem ad creaturam.

¶ Circa iſtam quæſtionem ſunt duo uidẽda. Primo ſi relatio in creaturis differat realiter a fundamento. Secundo principale quæſitum, primum articulum vide *Lib. 2. q. 4. art. 3.*

DE SECVNDO articulo, ſcilicet ſi Dei ad creaturam eſt relatio realis communiter doctores concordant in partem negatiuam, ſed diuerſitas eſt in modo probandi: Henricus probat eam ſic. Illud quod eſt realiter relatum eſt realiter ad aliud ordinatum, quod autem eſt ad aliud ordinatum dependet ab eo, & quod dependet eſt mutabile: quod autẽ eſt mutabile eſt imperfectum: quia caret perfectione ad quam mutatur, quod autem eſt imperfectum eſt limitatum, ſed Deus non eſt limitatus, nec imperfectus, nec mutabilis, nec dependet a creatura, ergo Deus non refertur realiter ad creaturam: Et quia aliquis poſſet inſtare contra potentiam deductionis: quia in perſonis diuinis eſt uera relatio, & tamen vna non eſt imperfecta reſpectu alterius, nec dependet. Ideo intelligendum eſt

Henricus quolib. 3. q. 4.

cum

eum dicitur relatum ad aliud ordinari de relatiuo diuerſo in natura, perſonæ autem diuinæ non ſunt diuerſæ in natura.

Arguitur contra Henricum.

¶Cõtra iſtam rationem obijcitur primo ſic. Si eſſent duo albiſſima in ſummo inter ea eſſet relatio ſimilitudinis, & tamen vnum nõ dependeret ab alio, ſicut a quo reciperet perfectionem.

¶Preterea agens creatum licet ſit imperfectum tamen inquantum agit eſt perfectum, quia agere competit ſibi ratione actus, ſed agens inquantum agit dicitur relatiue, ergo non eſt de ratione eius q̃d dicatur relatiue eſſe imperfectum.

¶Præterea, ſi a. inquantum cauſat b. dicitur ad b. relatiue dependeret ab a. & ſic idem dependeret ab alio, & terminaret dependentiam eius, a quo dependeret, & ſic eſſet circulatio in eſſentialiter ordinatis, quod eſt inconueniens, ex primo poſteriorum.

D. Thomas prima parte ſummæ. q. 13 ar. 7. in ſolutione principali.

¶Aliter probatur concluſio principalis a Thoma ſic. Relatio realis eſt ſub ordine reali; ſed Deus non habet ordinem realẽ ad creaturam, quia eſt ſupra omnem ordinem, ergo Deus non refertur realiter ad creaturas, hæc ratio nihil ualet, quia in ea eſt fallacia conſequentis: arguit enim ab inferiori ad ſuperius negando; ac ſi diceretur non eſt homo, ergo non eſt animal, nam omnis ordo eſt relatio, ſed non omnis relatio eſt ordo: quia ordo dicit relationem prioris ad poſterius; ſed non omnis relatio dicit talem realem ordinem ſicut patet in relationibus æquiparantiæ.

¶Præterea ordo dicit habitudinem prioris ad poſterius, ſed Deus eſt prior reſpectu creaturæ, ergo non eſt extra totum ordinem ad creaturam. Si dicas quòd ordo ille non eſt relatio patet quòd petis principium, quia hoc debes probare. Ideo

Opinio Doctoris ſubtilis 1. ſent. diſt. 30. q. 2

probatur aliter concluſio a doctore noſtro ſic: nam in Deo inueniuntur duo .ſ. quòd eſt neceſſe eſſe & quòd eſt ſumma ſimplicitate ſimplex. Et primo arguitur ſic. In eo quod eſt ſummæ neceſſe eſſe nõ ponitur aliquid quod non eſt neceſſe eſſe, ſed Deus eſt ſummæ neceſſe eſſe, ergo non eſt in Deo aliquid quod non eſt neceſſe eſſe: ſed talis relatio, quæ eſſet Dei ad creaturam non eſſet neceſſe eſſe, ergo Dei ad creaturam non eſt relatio realis. Probo aſſumpti proſillogiſmi. Relatio nõ eſt plus neceſſe eſſe quàm terminus, ſed terminus huius relationis non eſt neceſſe eſſe, quia eſt creatura, quæ eſt poſſibilis eſſe, ergo illa relatio non eſt neceſſe eſſe. Secundo ſic. Ex ſimplicitate Dei propter diuinam ſimplicitatẽ quicquid eſt in Deo eſt idem, quod Deus, ſed iſta relatio ſi ponatur non poteſt eſſe idem quod Deus, ergo Dei ad creaturam non eſt relatio realis. Probatio minoris, quia ſi iſta relatio eſſet idem quod Deus, ergo Deus eſſet corruptibilis. Probatio conſequentiæ, quando aliqua duo ſunt unum realiter ſi unũ eſt corruptibile, & reliquũ eſt corruptibile, ſed illa relatio eſt corruptibilis, ergo Deus eſt corruptibilis. Minor probat: quia ad corruptionẽ termini corrumpitur relatio, ſed terminus huiuſmodi relationis, puta creatura eſt corruptibilis, ergo relatio eſt corruptibilis.

¶Poſſes forte dicere, quòd argumentum non cogit, quia relatio non poteſt manere termino non manente ſicut motus habet relationem realem ad terminum antequam terminus ſit, immo poſtquam terminus eſt, motus non eſt, quia habitibus præſentibus in materia ceſſat motus.

Primo de generatione cõ tex. 55.

¶Contra, unumquodque plus dependet ab eo per quod non diffinitur, quam ab eo per quod diffinitur; ſed relatio diffinitur per terminum & non per fundamentum, ergo plus dependet a termino, quam a fundamento, ſed relatio non poteſt eſſe ſine fundamento; ergo nec ſine termino poteſt eſſe.

¶Præterea eſſentialius eſt relationem eſſe ad quam eſſe in. ſed ut eſt in neceſſario præſupponit fundamentum; ergo ut eſt ad neceſſario habet terminum. Nec inſtantia de motu ualet: quia motus habet terminum intrinſecum.

Scientia duplex.

¶Ad primum principale dico, quòd ſciẽtia eſt duplex: quædam eſt, quę eſt cauſa rerum, & quædam eſt, quæ eſt cauſata a rebus: Scientia autem iſto ſecundo modo ſumpta refertur ad ſcibile, ſed ſcientia primo modo ſumpta quæ eſt, cauſa rerum ſicut eſt ſcientia diuina non refertur relatione reali ad res creatas.

¶Ad ſecundum dicitur, quòd maior eſt uera quando agens eſt poſſibile, quando autem agens eſt ex ſe neceſſarium, & perfecte ſimpliciter, tunc non eſt uerum ſicut in propoſito.

¶Aliter

¶Aliter dicitur, quòd agens inquantum agens actione non dependente a termino non habet relationem realem ad ipſum, de agente autem dependente eſt uerum quod aſſumitur, Deus autem eſt agens independens.

¶Eodem modo ad aliud dico, quòd relatio fundata in quantitate eſt realis, ſed inæqualitas Dei ad creaturas principaliter fundatur in quantitate uirtutis infinite, quæ non dependet.

Deum eſſe dominum poteſt intelligi duobus modis.

¶Ad quartum dico, quòd Deum eſſe dominum, poteſt intelligi dupliciter, ſ. relatiuæ, & ſubſtantiuæ. Circumſcripto, ergo omni intellectu, adhuc Deus eſſet dominus ſubſtantiuæ quantum ad totam realitatem, ſed non relatiuæ ſicut hic qritur.

Vide in reportatis diſtinc. 30 q. 2.

¶Eodem modo ad quintum de denominatione, quando dicitur Deus eſt realiter dominus, ſi ly realiter determinat cõpoſitionem, ſic eſt uera propoſitio, quia uerum eſt, quòd Deus eſt dominus, ſi autem determinat prædicatum in compoſitione ad Deũ abſolute nulla eſt ibi realitas, niſi eſſentia diuina, ſi autem determinat prædicatum diuinum in comparatione ad creaturam, in qua eſt realiter ſic Deus realiter eſt dominus, quia creatura realiter eſt ſerua, ſed nihil reale ponitur in Deo præter ſuam eſſentiam diuinam.

Diſtinctio ſumitur duobus modis.

¶Ad ultimum dico, quòd diſtinctio ſumitur duobus modis. Vno modo per poſitionem, & ſic eſt relatio realis. Alio modo per abnegationem inquantum hoc realiter non eſt illud, & iſto modo diſtinctio non dicit relationem realem. Inter Deum autem, & creaturam cadit diſtinctio iſto ſecundo modo, & non primo modo.

Vtrum noua relatio creaturæ ad Deum, exigat nouam relationem Dei ad creaturam?

Hoc idem mouet Scotus primo ſent diſtinct. 30 q. 1.
D. Bona. 1. ſent diſt. 30. q. 1 Articul. 1.
Alexander Alenſis prima parte q. 53. membro 2.
D. Thomas prima parte. quæſtio. 13. Articul. 7.
Richardus primo ſent. diſt. 30. q. 3.
Durandus primo ſent. diſt. 30 q. 1.
Franciſcus de Mayronis 1. ſent diſt 30. q. 1.
Baconitanus. 1. ſent. diſt. 30. q. 1.

QVAESTIO II.

SECVNDO quæritur. Vtrum noua relatio creaturæ ad Deum exigat nouam relationem Dei ad creaturam? Videtur, ꝙ ſic, per Aug. Sicut non poteſt eſſe ſeruus qui non habet dominum, ita non poteſt eſſe dominus, qui non hẽt ſeruũ, ſed Deus hẽt ſeruũ de nouo, ergo. *15. de tri. cap. 19.*

¶ Præterea, relatiua ſunt ſimul natura, ſed creator, & creatura ſunt relatiua, ergo ſunt ſimul natura, ſed hoc non eſt, niſi noua relatio in creatura exigat nouam relationem in Deo. *Ariſt. cap. de relatiuis.*

¶Contra, ſicut ſe habet ęternum ad temporale, ita ſe habet temporale ad æternũ, ſed nullum æternum dicitur de temporali: ergo nullum temporale dicit de æterno, & ſic noua relatio in creatura nõ exigit nouam relationem in Deo.

¶Ad iſtã qõnem dico tres concluſiones.

PRIMA, ꝙ creatura de nouo refertur ad Deum, quę probatur ſic, ubi eſt nouum fundamentum, ibi eſt noua relatio poſito termino, ſed creaturæ capiunt nouum eſſe ſecundum nouum fundamẽtũ, alias nihil reale crearetur, & eſt ibi terminus Deus, ergo eſt noua relatio in creatura ad Deum. *1. cõcluſio.*

¶Præterea, creatio paſſiua de nouo eſt in creatura, ſed relatio paſſiua dicit relationem ad Deum, ergo in creatura eſt noua relatio ad Deum.

SECVNDA concluſio eſt, ꝙ propter iſtam nouam relationem in creatura nulla noua relatio exigitur in Deo correſpondens. Cuius ratio eſt iſta, quia ſi exigeretur in Deo noua relatio ad creaturã, aut illa eſſet realis aut rõnis, nõ primo modo, quia probatum eſt in præcedenti qõne, ꝙ in Deo non eſt relatio realis ad creaturam, non etiam ſecundo modo, qa iſta relatio rõnis aut eſſet fabricata per actum intellectus creati, & hoc non, quia dato, ꝙ nullus eſſet intellectus creatus adhuc creatura diceretur relatiue ad Deũ, aut eſſet per actũ itellectus diuini, & hoc nõ, qa tũc intellectus diuinus mutarẽ, & hoc nõ, qa nõ põt aliquid trãſire de vno *2. cõcluſio.* *Nulla eſt relatio in Deo, ſed ſi eſt, eſt ſolũ relatio rationis.*

contra-

contradictorio ad aliud ſine mutatione, ſed creare, & non creare ſunt contradictoria, ergo Deus non poteſt aliquid de nouo in ſe creare ſine mutatione.

3. cõcluſio. TERTIA concluſio eſt, quòd nouam relationem creaturæ ad Deum terminat Deus ſub ratione abſoluti.

¶ Ad cuius euidentiam notandum, quòd philoſophus ponit tres modos relationis *5. Met. con tex. 20.* ſcilicet modum numeri, modum potentiæ, & modum menſuræ. Et ponit differẽtiam per hoc; quòd in duobus primis modis eſt mutua relatio. In tertio autem modo non eſt relatio mutua, ſicut patet de ſcientia, & ſcibili. Nam ſcientia dicitur *Exemplum.* ad ſcibile, ſed non omne ſcibile dicitur ad ſcientiam. Exemplum de quadratura circuli: ſed omnes relationes, quæ ſunt inter Deum, & creaturam ſunt de tertio modo, ergo non eſt, ibi mutua relatio ita, quòd creaturæ dicũtur relatiuæ ad Deũ, ſed non econuerſo, ergo Deus terminat illam relationem ſub ratione abſoluti.

¶ Præterea, aut Deus terminat nouã relationẽ creaturæ ad ipſum ſub rõne abſoluta, uel ſub rõne relatiua. Si primo mõ hr̃ propoſitũ. Si ſecũdo mõ, aut ille reſpectus eſt relatio realis, & hoc non, ut patet ex præcedenti quæſtione; aut eſt relatio rationis, & hoc non, quia uel eſſet per actũ intellectus creati, uel per actum intellectus diuini; non primo modo, quia dato, quòd nullus eſſet intellectus creatus adhuc creatura diceretur relatiuæ ad Deũ, non etiam ſecundo modo, quia tunc intellectus diuinus eſſet mutabilis, ut arguebatur in præcedenti quæſtione.

¶ Ad primum principale dico, quòd pro tanto non poteſt eſſe ſeruus, niſi ſit dominus: quia dominus denominatur ab iſta relatione, quæ ad ipſum terminatur tanquam ad aliquid ſui, non tamen quòd fiat aliqua nouitas in Ipſo.

Duplex relatiuum ſecundum eſſe, & ſecundum dici. ¶ Ad ſecundum dico, quòd relatiua de primo modo, & ſecundo modo ſumpta ſunt mutua, & ſic ſunt ſimul natura, ſunt enim relatiua ſecundum eſſe: ſed relatiua de tertio modo non ſunt mutua. Sunt enim relatiua ſecundum dici: Et iſto modo ponitur relatio Dei ad creaturam. Eſt enim illa relatio ſecundum dici, & non ſecundum eſſe.

DISTINCTIO XXXI.

Vtrum æqualitas ſit relatio realis?

Hoc idem quærit Scotus primo ſenten. diſtinct. 31. quæſt. 1.
Alexander Alenſis prima parte q. 54. membro 1. Art. 1.
D. Thomas prima parte. q 42. Artic. 1.
Ricardus 1. ſent diſt. 31. q. 1.
Durandus 1 ſent. diſt. 31. q. 1.
Franciſcus de Mayronis primo ſent. diſtinct. 31. q. 1.
Bacconitanus 1. ſen. diſt. 31. q. 1.

QVAESTIO I.

PRAETEREA conſiderare oportet circa iſtam diſtinctionem xxxi. quęritur. Vtrum æqualitas ſit relatio realis? Videtur ꝙ non, quia dicit negationem, uel priuationem non dicit relationem realem, ſed æqualitas dicit priuationem, ergo non eſt relatio realis: minor patet per philoſophum, quarto metha. Aequale inquit opponitur priuatiue *4. Met. con tex. 27.* magno, & paruo.

¶ Præterea, quod dicitur ſecũdum ſubſtantiam, non dicit relationem realẽ, ſed æqualitas dicitur ſecundum ſubſtantiã, ergo non dicit relationem realem, minor probatur per Magiſtrũ in littera, qui adducit pro ſe Auguſtinum. *5. De tri. c. 6.*

¶ Præterea. Si æqualitas diceret realem relationem, tunc conſtitueret perſonas, ſicut relatio originis. Sed hoc eſt falſum, quia perſona haberet duo conſtitutiua, ergo æqualitas, non dicit relationem realem.

¶ Contra, aut ęqualitas dicit abſolutum, aut relatiuum. Sed non dicit abſolutum: quia poſſet prædicari de eſſentia, ergo dicit relationem. Sed non dicit relationem rationis, ergo dicit relationem realem.

¶ Circa iſtam quæſtionem ſunt duo uidenda. Primo ſi æqualitas dicit relationem realem in creaturis: ſecundo ſi dicit

cit relatioeem realem in diuinis.

Henricus quolib. 5. q. 1. quære cũ albi, & alios.

QVANTVM ad primum dicit vna opinio, quòd æqualitas non dicit relationem realem in creaturis, quod probatur ſic illa relatio non eſt realis, cuius fundamentum non eſt reale, ſed fundamentum æqualitatis in creaturis non eſt reale, ergo æqualitas in creatura non dicit relationem realem, probatio minoris fundamentum æqualitatis in creaturis eſt unitas in quantitate, per philoſophũ.

5. Met. tex tu non habẽte commentum, & 10. Met. cont. 10. & 11.

Illa inquit ſunt æqualia quorum quantitas eſt vna: ſed duæ res non habent unitatem realem, ergo fundamentum æqualitatis non eſt reale.

¶ Præterea, non plus facit relationem realem unum in quantitate, quàm vnum in ſubſtantia, ſed vnum in ſubſtantia nõ facit relationem realem, probatio minoris per philoſophum quinto metha. quia fundamentum idemptitatis eſt unitas in ſubſtantia, & idemptitas non eſt relatio realis.

¶ Alia eſt opinio, quam teneo, ꝙ æqualitas in creaturis eſt relatio realis, quod probatur ſic, illa eſt relatio realis, quę manet omni opere intellectus circũſcripto. Sed circũſcripto omni opere intellectus, ſi eſſent duæ res eiuſdem quantitatis eſſent æquales, ergo æqualitas dicit relationem realem.

¶ Præterea, quòd eſt perceptibile ſenſu, eſt aliquid reale, ſed æqualitas eſt huiuſmodi, ergo.

¶ Præterea, relationes primi modi ſunt reales, ſed æqualitas eſt de relationibus primi modi, ergo æqualitas eſt relatio realis.

¶ Præterea, ſi vnum contrariorum quod eſt ignobilius in natura eſt reale, & aliud eſt reale: ſed æqualitas eſt nobilior inæqualitate, & inæqualitas eſt aliquod reale in natura, ergo æqualitas eſt relatio realis.

¶ Ad primum autem præcedentis opinionis dico ꝙ minor eſt falſa. Ad probationem. Reſpondeo, ꝙ fundamentum æqualitatis eſt vnitas realis ſpecifica, non aũt unitas numeralis. Declarabitur aũt in ſecundo lib. ꝙ unitas realis ſpecifica eſt minor unitate numerali.

in 2 libro q̃one de indiuiduatione.

¶ Ad ſecundum cum dicitur, quod unitas in quantitate non facit plus relationẽ realem, quàm vnitas in ſubſtantia, conce do cęteris paribus, ita quòd utrobique ſit realis diſtinctio extremorum, ſed non eſt ſic in propoſito. Nam æqualitas habet extrema realiter diſtincta, idemptitas autem non.

Communis opinio Antiquorum.

DE SECVNDO articulo eſt cõmunis opinio antiquorum, quæ dicit, ꝙ æqualitas in diuinis non dicit relationẽ realem, quod probat ſic, ubi non manet fundamentum relationis ibi non manet relatio realis, ſed in diuinis non manet fundamentum æqualitatis, ergo in diuinis non manet ęqualitas nec relatio realis, probatio minoris, fundamẽtum æqualitatis eſt magnitudo, ſed magnitudo trãſit in identitatem, identitas autem dicit relationem rationis, ergo æqualitas eſt relatio rationis.

¶ Præterea ad hoc, ꝙ æqualitas ſit relatio realis requiritur ibi magnitudo, & magnitudo, & commenſuratio magnitudinum, ſed in diuinis non eſt magnitudo, ergo æqualitas in diuinis non eſt relatio realis.

¶ Præterea, illa relatio, quæ completur per actum intellectus eſt realis, ſed æqualitas eſt huiuſmodi, quia completur ex hoc, quòd intellectus idem bis accipit, ergo.

¶ Præterea relatio realis neceſſario requirit extrema realiter diſtincta inquantum ſunt relatiua. Sed pater, & filius non diſtinguuntur realiter inquantum ſunt æquales, ergo æqualitas in diuinis non dicit relationem realem, minor patet, quia licet pater, & filius diſtinguantur relationibus originis, non tamen diſtinguuntur realiter inquantum ſunt æquales, quia inquantum ſunt æquales habent eandẽ magnitudinem numero.

¶ Præterea, inter eadem extrema, & ſuper idem fundamentum non fundantur duæ relationes reales, ſed inter patrem, & filium eſt unum fundamẽtum, ſcilicet eſſentia diuina, ergo non eſt ibi niſi una relatio realis. Sed eſt ibi relatio originis propria, ergo non eſt relatio communis realis, ſcilicet æqualitas.

Eſſentia diuina eſt unum fundamẽtum inter patrem, & filium.

¶ Vltimo ſic. Omnes ſancti ponunt in diuinis quatuor relationes reales, ſcilicet paternitatem, filiationem, ſpirationem actiuam, & ſpirationem paſſiuam, ſed ſi æqualitas diceret relationem realem eſſent plures relationes quã quatuor quod

eſſet

eſſet contra ſanctos, ergo æqualitas non dicit relationem realem.

Opinio Scoti.

¶ Alia eſt opinio doctoris noſtri, ꝙ æqualitas eſt relatio realis in diuinis, ſiue inter perſonas diuinas, quod probatur ſic, ubi ſunt illa, quæ requiruntur ad relationem realem; ibi eſt relatio realis Sed æqualitas inter perſonas diuinas habet omnia, quæ requiruntur ad relationem realem, ergo ipſa eſt realis, probatio minoris. Ad relationem realem tria requiruntur. Primo realis diſtinctio extremorum propter quod eiuſdem ad ſe non eſt relatio realis, ſecundo requiritur, ꝙ utrumque extremorum ſit aliquid reale, quia ſemper alterum contradictoriorum eſt non ens, tertio requiritur, ꝙ habitudo exurgat a natura fundamenti, & ideo Dei ad creaturam non eſt relatio realis. Sed omnes iſtæ conditiones reperiuntur inter perſonas diuinas; ut ſunt æquales. Eſt.n. in eis realis diſtinctio, quælibet.n. iſtarum perſonarum eſt aliquid reale Illa etiam habitudo exurgit ex natura fundamenti, ſcilicet ex infinitate uirtutis, ergo ibi ſunt omnia, quæ requiruntur ad relationem realem.

Ad relationem realem tria requiruntur.

Vide pro hoc Scotum 6. q. quolibet. art. 1.

¶ Præterea. Si æqualitas non eſſet relatio realis in diuinis, hoc maxime eſſet propter unitatem fundamenti, ſed non obſtante unitate fundamenti aliqua relatio eſt realis, ergo æqualitas in propoſito eſt relatio realis, probatio minoris: nam relationes originis ſunt verè reales, & tamen habent penitus idem fundamentũ numero.

¶ Præterea. Si Deus duas res eſſentialiter diſtinctas informaret eadem quantitate iter eas uere eſſet relatio realis, ergo eodẽ modo in propoſito quamuis perſonæ ſint realiter diſtinctæ, quia tamen habent eandem magnitudinem uirtutis uere eſt iter eas æqualitas, ut relatio realis.

¶ Ad primum autem alterius opinionis dico, quòd fundamentum æqualitatis in diuinis manet, & tranſit, manet quidem formaliter, ſed tranſit realiter.

¶ Ad ſecundum dico, quod æqualitas in creaturis requirit magnitudinem, & magnum, & commenſurationem, & hoc, quia creaturæ ſunt finite propter quam finitatem non poſſunt habere eandem magnitudinem numero. Sed in perſonis diuinis non eſt ſic, quia propter infinitatem eſſentiæ eadem magnitudo, quæ eſt in una perſona, eſt & in alia manente rea li diſtinctione perſonarum.

Aequalitas in creaturis requirit magnitudinẽ, non ſic in perſonis diuinis.

¶ Ad tertium dico per interemptionem minoris, quia ſi eſſent duæ relationes eiuſdem quantitatis dato, quòd nullus eſſet intellectus in mundo adhuc iſte res eſſent æquales.

¶ Ad quartum cum dicitur, quòd relatio realis requirit extrema realiter diſtincta inquantum ſunt relatiua, dico quòd ly inquantum, uel reduplicat terminos relatos, & ſic concedo maiorem, & nego minorem, uel reduplicat fundamentum, & ſic dico, ꝙ non oportet ponere talem diſtinctionem, immo in propoſito oportet ponere ſummam vnitatem.

¶ Ad quintum dicitur dupliciter falſificã do maiorem. nam inter eadem extrema, & ſuper idem fundamentum poſſunt fundari plures relationes reales. Exempli gratia, ignis generat alium ignem realiter diſtinctum a ſe, inter hunc, & iſtum ignem eſt relatio realis ſimilitudinis, & cauſæ ad cauſatum, quæ relationes ſunt reales, & habent idem fundamentum. Alio modo dicitur gloſando maiorem ſic quòd extrema realiter diſtincta non habent duas relationes reales ſuper idẽ fundamentum immediate, ſed mediate põt eſſe, & ſic eſt hic, quia illa relatio communis præſupponit relationem originis.

¶ Ad ultimum dico, quòd ſancti ponunt quatuor relationes reales in diuinis loquẽdo de relationibus originis, quæ ſunt propriæ, ſed non propter hoc intendunt excludere relationes reales, quæ ſunt communes.

Sancti ponunt quatuor relationes in diuinis.

¶ Ad primum principale dico, quòd æquale non dicit negationem ſimpliciter. Diſtinguũt tamen logici de veritate propoſitionis ſecundum rem, & ſecundũ uocem, ita quòd æquale, quantum ad uocẽ dicit negationem, & quantum ad rem nõ dicit negationem.

Diſtinctio de ueritate ſecundũ Logicos.

¶ Ad ſecundum dico, quòd æqualitas poteſt dupliciter accipi, ſcilicet fundamentaliter, & formaliter. Primo modo dicit ſubſtantiam, quia fundamentum eſt ſubſtantia realiter, ſecundo modo importat relationem.

¶ Ad ultimum patet ex dictis, nam relationes primo conſtituunt perſonas, quæ primo pullulãt in eſſentia, ſed relationes origi-

Vide diſt. 25.

originis prius in eſſentia pullulant, quã relationes communes, ideo relationes originis conſtituunt perſonas, & non relationes communes.

DISTINCTIO XXXII.

Vtrum pater ſit ſapiens ſapientia genita?

Hoc idem quęſitum mouet Scotus primo ſent. diſtinct. 32. q. 2.
D. Bona. primo ſent. diſt. 32. q. 1. Ar. 2.
Alexander Alenſis prima parte q. 67 Ar. 2.
D. Thomas prima parte. quæſtio. 39. Articul. 7.
Richardus primo ſent. diſt. 32. q. 1.
Durandus primo ſent. diſt. 32 q. 2.
Franciſcus de Mayronis primo ſent. diſtinct. 32. q. 4.
Bacconitanus. 1. ſent. diſt. 32. q. 1.

QVAESTIO I.

HIC oritur quæſtio. Circa iſtam diſtinctionẽ 32. quæritur primo. Vtrum pater ſit ſapiens ſapiẽtia genita? Videt, quod ſic, quia pater eſt ſapiens ſapientia, ſed illa ſapientia eſt genita, ergo pater eſt ſapiens ſapientia genita.

¶ Præterea, pater dicit uerbo ſecundum Aug. ſed ſecundum Anſel nihil aliud eſt ſummo ſpiritui dicere, quam quaſi cogitando intueri, ergo pater intuetur uerbo, & ita ſapit uerbo, igitur pater eſt ſapiens ſapientia genita. ¶ Preterea ſicut filius ſe habet ad ſapientiam ingenitam, ita pater ad ſapientiam genitam. Sed filius eſt ſapiens ſapientia ingenita, ergo pater eſt ſapiens ſapientia genita. *(7. de tri. c. 3 & 2. — Monolo. 63)*

¶ Præterea, pater eſt ſapiẽs ſapiẽtia, quã habet, ſed habet ſapientiam genitã, quia habet filium, qui eſt ſapientia genita. In contrarium eſt Magiſter in litera. ¶ Circa iſtam quæſtionem ſunt aliqua, primo præmittenda, ſecundo eſt qõ ſoluenda.

QVANTVM ad primum eſt notandum, quòd ſicut in intellectu creato memoria gignit notitiam actualem, quæ notitia hēt duplicem relationem ad memoriam, vnam producti ad producens, aliam declarantis ad declaratum, pro eo, quod declarat obiectum latens in memoria, ita uerbum diuinum expreſſum a patre habet unam relationem originis ad patrem, quia generatur ab illo. Et habet aliam relationem declaratiuam, quia declarat eum a quo eſt & ſe, & creaturas. Vt autem declarat ſe non dicit relationem realem, quia eiuſdem ad ſe non eſt diſtinctio realis, quæ reperitur in relationibus realibus. Etiam ut declarat creaturas nõ dicit relationem realẽ, quia Dei ad creaturam non eſt relatio realis, ut patuit ſupra. ¶ Secundo notandum, ꝙ ſicut notitia genita declarat obiectũ latens in memoria, ſic & producens notitiam genitã etiam declarat, aliter tamen, & aliter, qa notitia genita declaratur formaliter, producens autem notitiam declarat quaſi effectiue. Exemplum huius eſt in ſpeculo, nam ſpeculum repræſentat imaginationes formaliter, producens autem ſpeculum dicitur repræſentare quaſi effectiue. ¶ Tertio notandum, quòd in diuinis aliqua ſunt pure eſſentialia ſicut ſapientia, & ſimilia. Aliqua ſunt pure notionalia ut genitum. Aliqua mixta ex eſſentiali, & notionali ut cũ dicitur ſapientia genita. *(Diſt. 30. — Exemplũ de ſpeculo. — Quæ ſint eſſentialia notionalia, & mixta.)*

DE SECVNDO articulo dico, ꝙ illa eſt falſa propoſitio pater eſt ſapiẽs ſapientia genita, quod probatur per Auguſt. lib. 1. retractationum, qui retractat quod dixerat, ꝙ pater eſt ſapiens ſapientia genita. ¶ Secundo probatur per rationem Magiſtri in littera. In Deo idem eſt eſſe, & ſapere, ſed pater non eſt ſapientia genita, ergo pater non eſt ſapiens ſapientia genita. ¶ Tertio ſic, illa ſapiẽtia pater non eſt ſapiens qua per impoſſibile circũſcripta adhuc eſſet ſapiens, ſed circũſcripta per impoſſibile ſapientia genita adhuc pater eſſet ſapiens, ergo pater nõ eſt ſapiens ſapientia genita. ¶ Ad primũ principale dico per interemptionem minoris, nã iſta ſapientia qua pater eſt ſapiens non eſt genita. Et ad Anſelmum dicitur, quòd dicere accipitur principiatiuè, ut pater principiat filium, & non perſonaliter, ut dicit relationem originis in habitudine generantis ad genitum. *(Cap. 26.)*

¶ Ad ſecundum dico, ꝙ maior eſt ſub intelligenda ſub hoc ſenſu, filius eſt ſapiens ſapientia ingenita principatiue, uel originatiue, non autem formaliter, & ſic filius eſt ſapiens ſapientia ingenita .i. originatur a patre, qui eſt ſapientia ingenita. ¶ Ad tertium dico, ꝙ pater eſt ſapiens ſapientia quam habet formaliter, non autem ſapientia quam habet ut correlatiuum, nunc autem pater habet filiũ, ut correlatiuum, ſed non eſt formaliter filius, ſiue ſapientia genita.

Quõ filius ſit ſapiens ſapiẽtia ingenita.

Quõ pater ſit ſapiens.

Vtrum pater, & filius diligant ſe ſpiritu ſancto?

Hoc idem quęrit Scotus primo ſenten. diſtinct. 32. q 1.

D. Bona. primo ſent diſt. 23. q 1. Ar. 1.

Alexander Alenſis prima parte q. 67. membro 3. Art. 3.

D. Thomas prima parte. quæſtio. 37. Articul. 2.

Richardus primo ſent. diſt. 32 q. 1.

Durandus primo ſent. diſt. 32 q. 1.

Franciſcus de Mayronis primo ſent. diſtinct. 31 q 3.

QVAESTIO II.

SECVNDO quæritur. Vtrum pater, & filius diligant ſe ſpiritu ſancto? Videtur, quòd non, quia ſi diligerẽt ſe ſpiritu ſancto, aut diligere acciperetur eſſentialiter aut notionaliter. Non eſſentialiter, quia amor eſſentialis nõ eſt proprius ſpiritui ſancto, nec notionaliter, quia tunc eadem ratione poſſet dici pater, & filius ſpirant ſpiritu ſancto quod eſt falſum.

¶ Præterea eadem dilectione pater diligit filium qua diligit ſe, ſed ſe non diligit ſpiritu ſancto, ergo pater, & filius non diligunt ſe ſpiritu ſancto.

¶ Cõtra Aug. Spiritus inquit ſanctus eſt quo genitus a generante diligitur.

6. de trin. c 5.

¶ Circa iſtam quæſtionem ſunt duo articuli. Primo referam diuerſas opiniones, ſecundo dicetur ad quæſtionem ſecundum ueritatem.

QVANTVM ad primum eſt una opinio, quæ dicit illam propoſitionem eſſe falſam, quia Aug. retractat lib. j. retractationum, in retractatione conſimiles propoſitiones cum retractauit illam, pater eſt ſapiens ſapientia genita.

Cap. 26.

¶ Contra Aug. non ſolum diuerſas materias ſigillatim retractat, ſed etiam eandẽ materiam in diuerſis libris poſitam diſtincte retractat, ergo multo magis retractaſſet iſtas.

Quære D. Hieronymũ ſuper Pſal. 17. in prin. Simon de Tornaco.

¶ Alia eſt opinio, quòd pater & filius diligant ſe ſpiritu ſancto .ſ. in ratione ſigni, quia ſpiritus ſanctus eſt ſignum dilectionis patris, & filij.

¶ Contra, quia eadem ratione poſſet dici, quòd pater, & filius diligunt ſe creatura, quia creatura eſt ſignum dilectionis eorum.

¶ Alia opinio dicit, quòd pater, & filius diligunt ſe ſpiritu ſancto per appropriationẽ, quia amor appropriatur ſpũi ſcõ.

Alex. Alenſis 1. parte ſummæ.

¶ Contra eadem ratione poſſet dici, ꝙ pater & filius ſunt boni ſpiritu ſancto, q. a bonitas appropriatur ſpiritui ſancto. Iõ eſt alia opinio, quòd pater, & filius diligunt ſe ſpiritu ſancto iſto modo, ut iſte ablatiuus conſtruatur in ratione effectus formalis, quia omne illud a quo aliud denominatur habet habitudinem formæ quamuis non ſit forma. Contingit autem aliquid denominari ab aliquo in ratione actionis, & in ratione effectus, nam dicimus, ꝙ ignis calefacit calefactione, q calefactio non eſt forma ignis ſed actus progrediens ab igne. Similiter dicimus, ꝙ arbor floret floribus, & tamen flores non ſunt forma arboris, ſed eius effectus. Ad propoſitum dicit, quòd diligere poteſt accipi eſſentialiter, & ſic pater, & filius diligunt ſe eſſentia diuina, poteſt ẽt accipi notionaliter, & ſic nihil aliud eſt dicere patrem, & filium diligere ſe ſpiritu ſancto niſi ſpirare ſpiritu ſancto.

D. Thomas parte 1. q. 37. ar. 2.

Vide Varronem q. 2 q. præſenti.

Diligere duobus modis ſumitur.

¶ Contra hoc obijcitur, quia ędificare diſtincte importat unum terminũ, qui eſt ędificium, & tamen nõ eſt bene dictum. ædificator ædificat ædificium.

¶ Præterea, ſpirare diſtinctius importat ſpiritum ſanctum, quam diligere, & tamẽ illud non eſt bene dictum, pater, & filius ſpirent ſpiritu ſancto.

¶ Ideo eundo ad ſecundum articulum. Dico ad quæſtionem reſumendo aliqua

prius dicta in præcedenti quæſtione. Sūt enim in diuinis aliqua pure eſſentialia, aliqua pure notionalia, & aliqua medio mō ſe habentia. Eſt autem notandum, ꝙ in diuinis dicere pōt accipi tripliciter.

Dicere pōt accipi tribus modis.

Primo pure eſſentialiter, & tunc idē eſt, quod intelligere. Secundo pure notionaliter, & tunc idem eſt, ꝙ generare. Tertio partim eſſentialiter, & partim notionaliter, & tunc idem eſt quod repræſentare, quia dicere includit reſpectum originis qui eſt actus notionalis. Includit etiā reſpectum declaratiui, qui eſt eſſentialis. Iſta autem propoſitio eſſet falſa, pater dicit uerbo, ſiue accipiatur pure eſſentialiter ſiue pure notionaliter. Sed ſi accipiatur partim iſto modo, & partim illo eſt vera ſub hoc ſenſu, pater dicit uerbo. i. ꝓducit uerbum in quo repræſentat ſe.

Pater dicit uerbo eſt propoſitio falſa.

¶ Ad propoſitum applicando ſicut dictū eſt de dicere, ita accipitur de diligere, ꝙ poteſt ſumi diligere pure eſſentialiter, & ſic propoſitio eſt falſa, poteſt etiam accipi pure notionaliter, & ſic adhuc propoſitio eſt falſa, ſicut eſſet falſum dicere, pater dicit uerbo, daretur enim intelligi, ꝙ verbum eſſet ratio producendi ſeipſum, & ꝙ ſpiritus ſanctus eſſet ratio producendi ſe ut amorem ſpiratum. Si autem accipiatur, tertio modo inquantum per diligere datur intelligi habitudo originis, & habitudo quædam innominata, & tūc eſt uera ſub iſto ſenſu, pater, & filius diligunt ſe ſpiritu ſancto. i. producunt ſpiritum ſanctum habentem habitudinē ad patrem, & ad filium ¶ Ad primum principale patet, quia intelligere, non accipitur pure eſſentialiter, nec pure notionaliter. ¶ Ad ſecundum dico, quod pater diligit ſe ſpiritu ſancto. Et ſi inſtatur, ꝙ diligit ſe in primo ſigno originis. Dico, ꝙ uerum eſt, ſed tunc diligit ſe uolūtate ut in ipſo eſt formaliter. ¶ Notandū autem, quod Magiſter reputat iſtā quæſtionem difficilem, & propter eius difficultatem dimittit eam inſolutam, dicēs in ult. c. huius diſtinctionis, difficilē mihi fateor quæſtionem, præcipue cum ex dictis oriatur quæſtio, quę ſimilem uidetur habere difficultatem, quod meæ intelligentiæ attendens infirmitas turbatur. Et in fine capituli ait ſic, eam tamen quæſtionem lectorum diligētiæ plenius diiudicandam atque ſoluendam relinquimus, ad hoc minus ſufficientes. Ideo ego ipſam ſic relinquo.

Diligere pōt accipi eſſentialiter, & rationaliter

Quō ſit uera iſta propoſitio pater, & filius diligunt ſe ſpiritu ſancto.

Magiſter ſent. reputat hanc q. difficilem.

Author derelinquit iſtam q.

DISTINCTIO XXXIII. & XXXIIII.

Vtrum proprietas relatiua in diuinis ſit totaliter idem, quòd eſſentia?

Hoc quęſitum mouet Scotus primo ſenten. diſtinc. 34.

D. Thomas prima parte. q 28. Artic. 2.

QVAESTIO I.

POST prædicta inrétine. Circa iſtam diſtinctionē 33. & ſequentem. ſ. 34. Quæritur, Vtrum proprietas relatiua in diuinis ſit totaliter idem, ꝙ eſſentia? Videtur, quod ſic, quia quæ nō ſunt totaliter idem ſi cōſtituunt aliquod tertium unum ſe habet ut actus, aliud ut potentia. Sed eſſentia, & proprietas relatiua conſtituunt perſonam, ergo ſi non ſunt totaliter idem, unum ſe habebit, ut potentia, aliud ſe habebit ut actus, hoc autem eſt falſum, quia eſſentia non pōt eſſe ut potentia, quia eſt actualiſſima. Similiter nec relatio, quia eſt diſtinctiua, diſtinguere autem nō competit ei quod ſe habet ut potentia ¶ Præterea, quæ nō ſunt idem totaliter ſi cōſtituunt aliquod tertium illud eſt compoſitum. Sed perſona conſtituitur ex eſſentia, & proprietate relatiua, ergo ſi non ſunt idem totaliter perſona erit compoſita, quod eſt falſum, quia ita ſimplex eſt perſona ſicut eſſentia. ¶ Contra Aug. non inquit eo pater quo Deus. Sed hoc non eſſet uerum ſi proprietas, & eſſentia eſſent totaliter idem, ergo. ¶ Circa iſtam quæſtionem ſunt quatuor uidenda, quia primo ponūtur argumenta quibus euidenter oſtenditur, ꝙ eſſentia, & proprietas diſtinguūtur realiter, ſecundo ponetur opinio, ꝙ proprietas, & eſſentia diſtinguuntur ſolum ratione, tertio dicetur ad quæſtionē

Eſſentia nō pōt eſſe ut potentia, quę eſt actualiſſima.

7. de tri. c. 5

ſecundum ueritatem, quarto ad argumẽta mota in primo, & ſecũdo articulo, quæ ſunt contraria.

Quod eſſentia, & proprietas differant realiter.

QVANTVM ad primum articulũ arguitur ſex rõnibus, ꝙ eſſentia, & proprietas differant realiter. ¶ Primo ſic, impoſſibile eſt idẽ realiter multiplicari, & non multiplicari. Sed proprietas relatiua multiplicatur, eſſentia aũt non multiplicatur, ergo non ſunt idem realiter. ¶ Secundo ſic, idẽ realiter nõ eſt in ſeipſo, ſed proprietas eſt in eſſentia, ergo proprietas non eſt idem realiter quod eſſentia. ¶ Tertio ſic, impoſſibile eſt, ꝙ idem realiter ſit infinitum, & non infinitum, ſed eſſentia eſt infinita, proprietas autẽ non eſt infinita, ergo non ſunt idem realiter. ¶ Quarto ſic, impoſſibile eſt, ꝙ idem ſit pfectio ſimpliciter, & nõ ſimpliciter, ſed eſſentia dicit perfectionem ſimpliciter, proprietas nõ perfectionem ſimpliciter. ergo non ſunt idem realiter, ꝙ autẽ proprietas non dicat perfectionẽ ſimpliciter probatur, quia ſi diceret perfectionẽ ſimpliciter, ſequeretur ꝙ carens ea nõ eſſet perfectum ſimpliciter, & ſic filius in quo non eſt paternitas non eſſet perfectio ſimpliciter. ¶ Quinto ſic, quæ ſunt idem realiter in quocunque reperitur unum reperitur, & reliquum, ſed in filio reperitur eſſentia in quo non eſt proprietas perſonalis patris, puta paternitas, ergo ꝓprietas, & eſſentia non ſunt idem realiter.

7. de tri. c. 5

¶ Vltimo ſic. Aug. dicit, non eo pr̃ quo Deus. Ex hoc arguitur ſic, pater eſt p̃nitate pater, & non deitate, ſed pater eſt Deu deitate, ergo paternitas, & deitas non ſunt idem realiter.

D. Thom. 1. parte ſummæ q. 28. articu. 2.

DE SECVNDO articulo eſt vna opinio, quæ dicit, ꝙ proprietas diſtinguitur ab eſſentia tantum ſecundum rationẽ intelligentiæ, & nullo modo ex natura rei, pro quo ſic arguitur. Quod nõ eſt eſſentia diuina eſt creatura, ſed proprietas non eſt creatura, ergo eſt eſſentia diuina, & hæc fuit ratio Bernardi cõtra Porretanum.

Ratio Bernardi cõtra Porretanũ.

¶ Præterea, ubi eſt res, & res ibi eſt compoſitio, ſed in Deo non eſt cõpoſitio, ergo non eſt ibi res, & res, & ſic proprietas eſt idem quod eſſentia.

Met. con. 4. 1.

¶ Præterea proprietas, non excedit ſuũ ſubiectum, ſed differẽtia eſt proprietas, vel paſſio entis, ergo non excedit rationem entis. Sed omne ens eſt reale, uel rationis, ergo omnis differentia, uel eſt realis, uel rationis, ſed proprietas nõ differt realiter ab eſſentia. ergo differt tãtum ſecundum intelligentiæ rationem. ¶ Præterea, ſi relatio diſtinguitur ab eſſentia, oportet, quòd tantum diſtinguatur ab ea quantum diſtinguitur ab oppoſito, quia non habet eſſe niſi ad oppoſitum. Sed proprietas ſiue relatio diſtinguitur ab oppoſito realiter, ergo diſtingueretur realiter ab eſſentia, quod eſt falſum. ¶ Præterea, quando aliquid manet adeo ſicut ſi non tranſiret nullo modo tranſit in id a quo ex natura ſua diſtinguitur: Sed ſi relatio eſt diſtincta ab eſſentia diſtinguitur ſicut ſi non tranſiret. ergo nullo modo tranſit, ſed hoc falſum, ergo, & illud ex quo ſequitur, probatio minoris, quia relatio non diſtinguitur, niſi ad aliud, & de ſe ſemper eſt ad aliud, quia non habet eſſe abſolutum.

Cap. damnamus.

¶ Præterea, ſi relatio aliquo modo ex natura rei diſtinguitur ab eſſentia ſequuntur tria inconuenientia, primum contra decretalem extra de ſumma trin. & fide catho. ubi dicitur, quòd in diuinis ſunt tres, ſed ſi relatio non eſt idem cum eſſentia, ſequitur, quòd ſunt quatuor res. Et ſic ſequitur ulterius ſecundum inconueniens, quòd ibimus in errorem abbatis Ioachim, tertium inconueniens, quòd ibimus in errorem Porretani, ſcilicet, quòd relationes eſſent extrinſecus aſſiſtentes.

Error Porretani.

DE TERTIO articulo duas opiniones præcedentes eſſe falſas. Ad cuius euidentiam primo pono, quòd proprietas non eſt idem totaliter, quod eſſentiæ, ſecundo, quòd diſtinguantur formaliter, tertio, quòd iſta diſtinctio non facit compoſitionem. Primum probatur ſic. Impoſſibile eſt intelligere, quòd idẽ per idem totaliter cõueniat cum aliquo, & diſtinguatur ab eodem. Sed pater conuenit cum filio in eſſentia, & diſtinguitur ab eodem in proprietate relatiua, ergo eſſentia, & proprietas relatiua non ſunt idem totaliter.

¶ Præterea, contradictoria non poſſunt uerificari de his, quæ ſunt totaliter idem. Sed de eſſentia, & proprietate uerificantur contradictoria, ergo non ſunt totaliter idem probatio minoris: tum quia proprietas diſtinguit,

guit, eſſentia autem non diſtinguit, tum quia proprietas multiplicatur, & numeratur eſſentia autem non, tum quia proprietas non communicatur eſſentia aūt communicatur, quæ omnia ſunt contradictoria. ¶ Præterea, quæ ſunt totaliter idem ubi eſt unum ibi eſt reliquum, ſed ubi eſt eſſentia nō eſt neceſſario proprietas, nam in filio eſt eſſentia, & tamen in eo non eſt paternitas, ergo non ſunt totaliter idem. ¶ Præterea, quæ non ſunt idem tantum quantum idem ſibiipſi, illa non ſunt idem totaliter. Sed proprietas non eſt tantum idem eſſentiæ quantum eſſentia eſt eadem ſibiipſi, ergo proprietas non eſt idem totaliter quod eſſentia, minor patet. Si enim proprietas eſſet tantum idem eſſentiæ, quantum eſſentia eſt eadem ſibiipſi, tunc ſicut eſſentia eſt ad ſe, & ſicut proprietas eſt ad aliud, ita eſſentia eſſet aliud, quæ omnia ſunt manifeſtæ falſa. ¶ Præterea, arguitur per ſillogiſmum expoſitorium hæc paternitas eſt totaliter idem quod eſſentia hæc, hæc filiatio eſt totaliter idem quod eſſentia, ergo hæc paternitas eſt hæc filiatio, quod ē falſum. ¶ Ultimo ſic illa, quæ dicerent ſolum ratione oportet, q̄ utrunque eorū, uel alterum eorū ſit ens rationis tantum. Sed in diuinis nec eſſentia, nec proprietas eſt ens rationis tantum, ergo minor patet, nam eſſentia non eſt ens rationis, quia nihil reale eſſet in diuinis, nec proprietas eſt ens rationis, quia tunc perſonæ in diuinis diſtinguerentur ſolum rōne, & ſic rediret error Sabellij, probatio minoris, quia ſi tantum differrent rōne tūc unitas illa qua unum diſtinguitur ab alio ratione eſſet tātum ens rationis. Sed unumquodque ſicut ſe habet ad unitatē ſic ſe habet ad entitatem. ¶ Secundū declarandum in hoc articulo eſt. ſ. q̄ iſta diſtinguantur formaliter, patet ſic. Ad hoc enim, q̄ aliqua diſtinguuntur formaliter requiruntur quinque. Primum, q̄ unum non ſit in alio ſicut in potētia materiali, nam actus, & potentia paſſiua non diſtinguuntur formaliter, ſecundum q̄ unum non ſit in alio uirtualiter, qua alia eſt cōtinentia formalis, alia uirtualis, tertium, q̄ unum non ſit in alio ſicut in quodam confuſo, quartum, q̄ unum nō ſit in alio totaliter, quintum, q̄ unum non includatur in cōceptu quiditatiuo alterius, ſed proprietas ſic ſe habet ad eſſentiā, ut patet diſcurrendo per omnia membra, ergo proprietas non eſt idem formaliter, quod eſſentia. ¶ Tertium hoc declarandum eſt, q̄ talis diſtinctio non facit compoſitionem in Deo, quod probatur ſic. Eque ſimplex eſt tota trinitas, ſicut quelibet perſona, ſed non obſtante illa ſimplicitate ſunt ibi tres res, ergo illa diſtinctio non facit compoſitionem. ¶ Præterea, pater eſt ſimpliciſſimus, ſed in patre ſunt duæ proprietates. ſ. generatio actiua, & ſpiratio actiua, & illæ non ſunt formaliter idem, ut patuit ſupra, ergo talis diſtinctio non facit compoſitionē. ¶ Præterea dato, quòd res, & res faciant compoſitionem, tamen res non facit compoſitionem cum modo formali, ſed proprietas dicit modum formalem, eſſentia autem dicit rem, ergo non faciunt compoſitionem. ¶ Ultimo ſic. Iſta ſe habent per ordinē diſtinctio, unio, compoſitio, & reſolutio, ita q̄ diſtinctio eſt prior unione, unio eſt prior compoſitione, cōpoſitio eſt prior reſolutione: Sed prius pōt eſſe ſine poſteriori, ergo poteſt eſſe diſtinctio ſine compoſitione.

Eſſentia, & proprietas q̄ō nō ſint idem.

Eſſentia q̄ō ſit ens reale, non ens rationis.

Quod aliqua diſtinguantur formaliter quinque requiruntur.

In patre ſūt duæ proprietates.

Diſt. 13

Diſtinctio quō ſit prior unione.

DE QUARTO articulo. Ad primum quando probatur, q̄ proprietas, & relatio diſtinguūtur realiter ab eſſentia, quia idem poteſt eſſe multiplicatū, & nō multiplicatum, dico, q̄ uerum eſt quādo illa ſunt totaliter eadem, proprietas aūt, & eſſentia non ſunt eadem quamuis ſint idem realiter, ideo poteſt unum multiplicari alio non multiplicato, ſicut dicimus in anima, in qua multiplicantur potētiæ ſine multiplicatione eſſentiæ, & tamē potentiæ ſunt idem quod eſſentia animæ, licet non totaliter per Aug. Et eodem modo dico ad omnes maiores quinque rōnum, quæ ſequuntur. Idem enim non eſt realiter in ſeipſo niſi ſit aliqua diſtinctio formaliter. Et ſimiliter de perfectione ſimpliciter, & de infinito, & de alijs.

Potētiæ animæ ſunt idē realiter diſtinguūtur formaliter. 14. de trin. c. 8.

¶ Ad argumenta ſecundæ opinionis, pro ſecundo articulo. ¶ Ad primum dico, q̄ paternitas non eſt creatura, & cum infertur, ergo erit eſſentia diuina, concedo ꝑ identitatem realem, ſed nego formaliter, & adequatæ. ¶ Ad ſecundum cum dicitur res, & res faciunt compoſitionem, patet ex dictis in fine tertij articuli. ¶ Ad tertium cum dicitur, q̄ proprietas nō ex-

Ens diuiditur in ens reale, & rationis.

cedit ſuum ſubiectum, concedo. Cum autem additur, ꝙ ens diſtinguitur ꝑ ens reale, & ens rationis dico, ꝙ alterum mēbrum habet latitudinem, quia ens reale quod eſt ens extra animam accipitur ꝓ te fundamentali, & pro modo formali enti s, ut patuit ſupra diſt. 8.

¶ Ad quartum cū dicitur, quòd proprietas comparata ad eſſentiam tantum diſtinguatur ab ea quantum diſtinguitur ab oppoſito, dico quòd eſt falſum, ſed diſtinguitur ſicut proprietas modalis, & modus a fundamento. Et eodem modo ad quintum.

Cap. damnamus.

¶ Ad ſextum autem dico, quòd iſta poſitio non eſt contra decretalem, quia non pono ibi quatuor res reales ſed pono vnam rem fundamentalē in qua ſunt tres proprietates conſtitutiue cum non idēptitate formali, nec ideo ſequitur error Ioachim, nec Porretani: Nam Porretanus ponebat relationes realiter diſtinctas, & ſic affixas eſſentiæ, quod ego non pono.

Determinatio eccleſiæ intelligit de rebus ſubſiſtentibus, tamen non intelligit de rebus non ſubſiſtentibus ut eſt ſpi ...

¶ Ad primum principale dico, quòd eſſentia, & proprietas non uniuntur in ꝑſona ſicut actus, & potentia, ſed ſicut actus, & actus.

¶ Ad ſecundum patet, quod illa non idemptitas, ſiue diſtinctio formalis, non facit compoſitionem, ut patet in tertio articulo.

Vtrum perſona ſit idem cum eſſentia?

Hoc idem quærit Scotus primo ſenten. diſtinct. 33.

QVAESTIO II.

SECVNDO quæritur. Vtrum perſona ſit idem quod eſſentia? Videtur quòd non, quia quęcunque uni, & eidem ſunt eadem inter ſe ſunt eadem, ergo ſi perſona eſt idem quod eſſentia, ſequitur, quòd perſonæ ſunt eædem inter ſe, quod eſt falſum. In cōtrarium eſt Magiſter in litera, & Auguſt.

q. de tri. c. 4

¶ Circa iſtam quæſtionem dico duas cōcluſiones. Prima, quòd perſona eſt idem quod eſſentia, ſecunda, quòd non eſt idē adæquatæ ſibi. ¶ Prima concluſio ſic probatur. In creatura totum eſt idem partibus ſecundum multos, ergo in diuinis habens eſſentiam, & proprietatē eſt idē eſſentiæ, & proprietati quamuis ille non ſint partes. Sed perſona eſt huiuſmodi, ergo perſona eſt idem quod eſſentia.

Quære in reportatis has q̄ōnes ad plenum.

¶ Secunda concluſio patet, quia eſſentia non eſt perſona, ſed aliquid perſonæ. Ex hoc arguitur ſic. Quando aliquid conſtituitur ex duobus quorum vnum non eſt idem totaliter alteri tunc nullum conſtituentium eſt idem totaliter toti, & adæquatæ, ſed perſona conſtituitur ex eſſentia, & proprietate, & proprietas non eſt totaliter eadem cum eſſentia, ut patet ex præcedenti quæſtione, ergo perſona non eſt idem adæquatę, quod eſſentia. Sed dices, eſt ne idem formaliter? dico, ꝙ ſi eſſentia accipitur, ut fundamentum formalitatis, & perſona ut terminus, ſic eſſentia non eſt idem formaliter, quia non includit formalitatem perſonæ. ¶ Ad argumētum in contrarium dico, quod illa, quæ ſunt idem ſimpliciter, & totaliter alicui, tertio ſunt eadem inter ſe. Sed patet ex dictis, quòd perſona non eſt eadem totaliter, & adæquatę eſſentiæ, ergo non oportet, quòd ſint eadem inter ſe.

Quō eſſentia eſt idem formaliter cū perſona.

DISTINCTIO XXXV.

Vtrum Deus cognoſcat aliud à ſe?

Hoc quæſitum mouet Scotus primo ſenten. diſtinc. 35.
D. Thomas prima parte q. 14. Artic. 5.
Ricardus primo ſenten. diſtinc. 35. q. 3.

QVAESTIO I.

CVMQVE ſupra diſſeruimus. Circa iſtam diſtinctionem. 35. quæritur. Vtrum Deus cognoſcat aliud a ſe? Et uidetur, ꝙ non, quia intellectus patitur ab intelligibili. Sed Deus non patitur ab alio a ſe, ergo Deus non intelligit aliud a ſe.

Vide Scotū, 15. q. quolib ar. 2.

3. de anima text. 36.

¶ Præterea intellectus refertur realiter

ad intelligibile, ſed Deus non refertur ad aliud a ſe realiter, ergo.

¶Præterea, nulla potentia intelligit aliquid extra ſuum obiectum adæquatum, ſed obiectum adæquatum intellectus diuini eſt eſſentia diuina, ergo Deus non intelligit aliud a ſuâ eſſentia.

Hab. c. 4. ¶Contra apoſtolus omnia nuda, & aperta ſunt oculis eius.

¶Circa iſtam quæſtionem ſunt tria uidẽda: Primo ſi in Deo eſt formaliter intellectus, ſecundo ſi intellectus Dei intelligit aliud a ſe ſecundum mentem philoſophorum, tertio ſi intelligit aliud a ſe ſecundum mentem theologorum.

QVANTVM ad primum dico, ꝙ in Deo eſt intellectus formaliter quod probatur ſic. Omne agens extra ſe aliquid agit propter finem, ſed Deus cum ſit potentia cauſa effectiua omniũ, agit aliquid extra ſe, ergo agit propter finem. Iſtẽ autem finis aut eſt præcognitus ab eô, aut eſt ſibi præſtitutus ab alio. Si primo modo habeẽ propoſitum. Si ſecundo ergo Deus nõ eſt ens ſimpliciter primũ.

2 Phyſ. con tex. 75. ¶Præterea, natura agit propter finem, ergo dirigitur ab aliquo præcognoſcente finem, ſed dirigitur a prima cauſa, ſiue a Deo, ergo Deus præcognoſcit finem, & ſic habet intellectum.

¶Præterea, in quo eſt formaliter uoluntas in eo eſt formaliter intellectus, ſed in Deo eſt formaliter uoluntas, ergo.

¶Probatio minoris, eo modo mouẽt cauſæ ſecundæ, quæ mouentur a prima cauſa. Sed ſecundæ cauſę aliquæ mouent cõtingenter, ergo prima cauſa mouet contingenter. Sed cã prima contingentiæ eſt uolũtas, ergo eſt in Deo formaliter uolũtas.

12. Met. con tex. 51. ¶Præterea Ariſt. probat eã ſic. Intelligere aliquid eſt honorabiliſſimum, ſed prima ſubſtantia eſt honorabiliſſima, ergo prima ſubſtantia, ſiue Deus maxime habet intellectum. ¶Præterea, quod dicit perfectionem ſimpliciter eſt ponendum in Deo, ſed intellectus dicit perfectionem ſimpliciter, ergo intellectus eſt formaliter in Deo. ¶ Vltimo probatur hoc idem ab alijs ſic, quanto aliquid eſt plus immune a materia, tanto eſt magis intelligibile obiectiue, & actiue, nam immaterialitas eſt cauſa intellectionis per

9. Met c. 3. 3. de ani. cõ tex. 5. Auicennam, & per Ariſtotelẽ. Sed Deus eſt maxime immunis a materia, ergo habet maxime intellectum.

DE SECVNDO articulo patet error Commentatoris reprahedẽtis Themiſtium, dicit ſic. Cũque hoc ignoraue- *12. Met cõ. 51.* rit Themiſtius dicit, quòd poſſibile eſt, quod intellectus primi intelligat multa intelligibilia, hoc autem contradicit ſermoni noſtro, & dicimus ſolum intelligere ſe, non aliquid extrinſecum. Eſt ergo opinio Commentatoris ibi, quòd Deus non intelligit aliud a ſe. Et colliguntur ex illo aliquæ rationes.

¶Prima ratio talis eſt, ubi obiectum nõ *Prima ratio Auerrois.* eſt idem cum intelligente, ibi intellectio non eſt eadem cum ſubſtantia intelligentis, ſed intellectio Dei eſt eadem cum ſubſtantia, ergo non intelligit aliud a ſe: maior patet, nã in Deo eſt intellectio eadẽ cum eſſentia, quia obiectum eſt idem, ubi ergo obiectum non eſt idem, ibi intellectio non eſt eadem.

¶Secunda ratio eſt talis, quod intelligit *2. ratio.* aliud a ſe perficitur ꝑ aliud a ſe, ſed intellectus Dei non perficitur per aliud a ſe, ergo non intelligit aliud a ſe.

¶Tertia ratio eſt talis, aut ſimul intelli- *3. ratio.* git ſe, & aliud a ſe, aut ſucceſſiue, nõ primo modo, quia tunc intellectus ſimul intelligeret plura, ut plura, non ſecundo modo, quia tunc intellectus eius eſſet mutabilis, ergo non intelligit aliud a ſe.

¶Quarta eſt. Si intellectus Dei intellige- *4. ratio.* ret aliud a ſe, ſcilicet iſta uilia, ergo intellectus eius eſſet uilis in intelligendo uilia, & ſic eius actio eſſet viliſſima omniũ actionum, ſed hoc eſt incoueniens, ergo Deus non intelligit aliud a ſe.

¶Quinto ſic, una ſimplex potentia aſpi- *5. ratio.* cit unum ſimplex obiectum, ſed intellectus Dei eſt unus ſimpliciter, ergo intelligit unum ſimpliciſſimum obiectum, & ſic intelligit ſe, & non aliud a ſe.

¶Vltimo probatur ab eodem, quòd in- *12. Met. cõ.* tellectus diuinus non cognoſcit particu- *51.* laria, ſic. Intellectus Dei non cognoſcit niſi ea, quæ ſunt per ſe intenta a natura, ſed particularia non ſunt per ſe intenta a natura, ergo Deus non cognoſcit particularia. Aliqui artiſtæ, probant idem per aliquas rationes ſic. Quando *Opinio quorundam Artiſt.* aliquid eſt primum obiectum alicuius potentiæ non poteſt cognoſci ab alia potentia, niſi moueatur ab ipſa potencia, cuius eſt per ſe obiectum. Sed ſingulare

cum dicitur relatum ad aliud ordinari de relatiuo diuerſo in natura, perſonæ autem diuinæ non ſunt diuerſæ in natura.

Arguitur, contra Henricum.

¶Cõtra iſtam rationem obijcitur primo ſic. Si eſſent duo albiſſima in ſummo inter ea eſſet relatio ſimilitudinis, & tamen vnum nõ dependeret ab alio, ſicut a quo reciperet perfectionem.

¶Præterea agens creatum licet ſit imperfectum tamen inquantum agit eſt perfectum, quia agere competit ſibi ratione actus, ſed agens inquantum agit dicitur relatiue, ergo non eſt de ratione eius qđ dicatur relatiue eſſe imperfectum.

¶Præterea, ſi a. inquantum cauſat b. dicitur ad b. relatiue dependeret ab a. & ſic idem dependeret ab alio, & terminaret dependentiam eius, a quo dependeret, & ſic eſſet circulatio in eſſentialiter ordinatis, quod eſt inconueniens, ex primo poſteriorum.

D. Thomas prima parte ſummæ. q. 13 ar. 7. in ſolutione principali.

¶Aliter probatur concluſio principalis a Thoma ſic. Relatio realis eſt ſub ordine reali, ſed Deus non habet ordinem realẽ ad creaturam, quia eſt ſupra omnem ordinem, ergo Deus non refertur realiter ad creaturas, hæc ratio nihil ualet, quia in ea eſt fallacia conſequentis: arguit enim ab inferiori ad ſuperius negando, ac ſi diceretur non eſt homo, ergo non eſt animal, nam omnis ordo eſt relatio, ſed non omnis relatio eſt ordo: quia ordo dicit relationem prioris ad poſterius, ſed non omnis relatio dicit talem realem ordinem ſicut patet in relationibus æquiparantiæ.

¶Præterea ordo dicit habitudinem prioris ad poſterius, ſed Deus eſt prior reſpectu creaturæ, ergo non eſt extra totum ordinem ad creaturam. Si dicas quòd ordo ille non eſt relatio patet quòd petis principium, quia hoc debes probare. Ideo

Opinio Doctoris ſubtilis 1. ſent. diſt. 30. q. 2.

probatur aliter concluſio a doctore noſtro ſic: nam in Deo inueniuntur duo. ſ. quòd eſt neceſſe eſſe & quòd eſt ſumma ſimplicitate ſimplex. Et primo arguitur ſic. In eo quod eſt ſummæ neceſſe eſſe nõ ponitur aliquid quod non eſt neceſſe eſſe, ſed Deus eſt ſummæ neceſſe eſſe. ergo non eſt in Deo aliquid quod non eſt neceſſe eſſe: ſed talis relatio, quæ eſſet Dei ad creaturam non eſſet neceſſe eſſe, ergo Dei ad creaturam non eſt relatio realis. Probõ aſſumpti proſillogiſmi. Relatio nõ eſt plus neceſſe eſſe quàm terminus, ſed terminus huius relationis non eſt neceſſe eſſe, quia eſt creatura, quæ eſt poſſibilis eſſe, ergo illa relatio non eſt neceſſe eſſe. Secundo ſic. Ex ſimplicitate Dei propter diuinam ſimplicitatẽ quicquid eſt in Deo eſt idem, quod Deus, ſed iſta relatio ſi ponatur non poteſt eſſe idem quod Deus, ergo Dei ad creaturam non eſt relatio realis. Probatio minoris, quia ſi iſta relatio eſſet idem quod Deus, ergo Deus eſſet corruptibilis. Probatio conſequentiæ, quando aliqua duo ſunt unum realiter ſi unũ eſt corruptibile, & reliquũ eſt corruptibile, ſed illa relatio eſt corruptibilis, ergo Deus eſt corruptibilis. Minor probat: quia ad corruptionẽ termini corrumpitur relatio, ſed terminus huiuſmodi relationis, puta creatura eſt corruptibilis, ergo relatio eſt corruptibilis.

¶Poſſes forte dicere, quòd argumentum non cogit, quia relatio non poteſt manere termino non manente ſicut motus habet relationem realem ad terminum antequam terminus ſit, immo poſtquam terminus eſt, motus non eſt, quia habitibus præſentibus in materia ceſſat motus.

Primo de generatione cõ tex. 55.

¶Contra, unumquodque plus dependet ab eo per quod non diffinitur, quam ab eo per quod diffinitur, ſed relatio diffinitur per terminum & non per fundamentum, ergo plus dependet a termino, quàm a fundamento, ſed relatio non poteſt eſſe ſine fundamento, ergo nec ſine termino poteſt eſſe.

¶Præterea eſſentialius eſt relationem eſſe ad quam eſſe in. ſed ut eſt in neceſſario præſupponit fundamentum, ergo ut eſt ad neceſſario habet terminum. Nec inſtantia de motu ualet: quia motus habet terminum intrinſecum.

Scientia duplex.

¶Ad primum principale dico, quòd ſcientia eſt duplex: quædam eſt, quę eſt cauſa rerum, & quædam eſt, quæ eſt cauſata a rebus. Scientia autem iſto ſecundo modo ſumpta refertur ad ſcibile, ſed ſcientia primo modo ſumpta quæ eſt, cauſa rerum ſicut eſt ſcientia diuina non refertur relatione reali ad res creatas.

¶Ad ſecundum dicitur, quòd maior eſt uera quando agens eſt poſſibile, quando autem agens eſt ex ſe neceſſarium, & perfecte ſimpliciter, tunc non eſt uerum ſicut in propoſito.

¶Alter

¶ Aliter dicitur, quòd agens inquantum agens actione non dependente a termino non habet relationem realem ad ipſum, de agente autem dependente eſt uerum quod aſſumitur, Deus autem eſt agens independens.

¶ Eodem modo ad aliud dico, quòd relatio fundata in quantitate eſt realis, ſed inæqualitas Dei ad creaturas principaliter fundatur in quantitate uirtutis infinite, quæ non dependet.

Deum eſſe dominum poteſt intelligi duobus modis.

¶ Ad quartum dico, quòd Deum eſſe dominum, poteſt intelligi dupliciter, ſ. relatiuæ, & ſubſtantiuæ. Circumſcripto, ergo omni intellectu, adhuc Deus eſſet dominus ſubſtantiuæ quantum ad totam realitatem, ſed non relatiuæ ſicut hic q̄ritur.

Vide in reportatis diſtinc. 30 q. 2.

¶ Eodem modo ad quintum de denominatione, quando dicitur Deus eſt realiter dominus, ſi ly realiter determinat cōpoſitionem, ſic eſt uera propoſitio, quia uerum eſt, quòd Deus eſt dominus, ſi autem determinat prædicatum in compoſitione ad Deū abſolute nulla eſt ibi realitas, niſi eſſentia diuina, ſi autem determinat prædicatum diuinum in comparatione ad creaturam, in qua eſt realiter ſic Deus realiter eſt dominus, quia creatura realiter eſt ſerua, ſed nihil reale ponitur in Deo præter ſuam eſſentiam diuinam.

Diſtinctio ſumitur duobus modis.

¶ Ad ultimum dico, quòd diſtinctio ſumitur duobus modis. Vno modo per poſitionem, & ſic eſt relatio realis. Alio modo per abnegationem inquantum hoc realiter non eſt illud, & iſto modo diſtinctio non dicit relationem realem. Inter Deum autem, & creaturam cadit diſtinctio iſto ſecundo modo, & non primo modo.

Vtrum noua relatio creaturæ ad Deum, exigat nouam relationem Dei ad creaturam?

Hoc idem mouet Scotus primo ſent diſtinct. 30 q. 1.
D. Bona. 1. ſent diſt. 30. q. 1 Articul. 1.
Alexander Alenſis prima parte q. 53. membro 2.
D. Thomas prima parte. quæſtio. 13. Articul. 7.
Richardus primo ſent. diſt. 30 q. 3.
Durandus primo ſent. diſt. 30 q. 1.
Franciſcus de Mayronis 1. ſent diſt 30. q. 1.
Bacconitanus. 1. ſent. diſt. 30. q. 1.

QVAESTIO II.

SECVNDO quæritur. Vtrum noua relatio creaturæ ad Deum exigat nouam relationem Dei ad creaturam? Videtur, q̄ ſic, per Aug. Sicut non poteſt eſſe ſeruus qui non habet dominum, ita non poteſt eſſe dominus, qui non hēt ſeruū, ſed Deus hēt ſeruū de nouo, ergo. *15. de tri. cap. 19.*

¶ Præterea, relatiua ſunt ſimul natura, ſed creator, & creatura ſunt relatiua, ergo ſunt ſimul natura, ſed hoc non eſt, niſi noua relatio in creatura exigat nouam relationem in Deo. *Ariſt. cap. de relatiuis.*

¶ Contra, ſicut ſe habet ęternum ad temporale, ita ſe habet temporale ad æternū, ſed nullum æternum dicitur de temporali: ergo nullum temporale dicit de æterno, & ſic noua relatio in creatura nō exigit nouam relationem in Deo.

¶ Ad iſtā q̄onem dico tres concluſiones.

PRIMA, q̄ creatura de nouo refertur ad Deum, quę probatur ſic, ubi eſt nouum fundamentum, ibi eſt noua relatio poſito termino, ſed creaturæ capiunt nouum eſſe ſecundum nouum fundamētū, alias nihil reale crearetur, & eſt ibi terminus Deus, ergo eſt noua relatio in creatura ad Deum. *1. cōcluſio.*

¶ Præterea, creatio paſſiua de nouo eſt in creatura, ſed relatio paſſiua dicit relationem ad Deum, ergo in creatura eſt noua relatio ad Deum.

SECVNDA concluſio eſt, q̄ propter iſtam nouam relationem in creatura nulla noua relatio exigitur in Deo correſpondens. Cuius ratio eſt iſta, quia ſi exigeretur in Deo noua relatio ad creaturā, aut illa eſſet realis aut rōnis, nō primo modo, quia probatum eſt in præcedenti q̄ōne, q̄ in Deo non eſt relatio realis ad creaturam, non etiam ſecundo modo, q̄a iſta relatio rōnis aut eſſet fabricata per actum intellectus creati, & hoc non, quia dato, q̄ nullus eſſet intellectus creatus adhuc creatura diceretur relatiue ad Deū, aut eſſet per actū itellectus diuini, & hoc nō, q̄a tūc intellectus diuinus mutaret, & hoc nō, q̄a nō pōt aliquid trāſire de vno *2. cōcluſio.* *Nulla eſt relatio in Deo, ſed ſi eſt, eſt ſolū relatio rationis.*

conti a-

contradictorio ad aliud ſine mutatione, ſed creare, & non creare ſunt contradictoria, ergo Deus non poteſt aliquid de nouo in ſe creare ſine mutatione.

3. cõcluſio. TERTIA concluſio eſt, quòd nouam relationem creaturæ ad Deum terminat Deus ſub ratione abſoluti.

¶ Ad cuius euidentiam notandum, quòd 5. Met. com tex. 20. philoſophus ponit tres modos relationis ſcilicet modum numeri, modum potentiæ, & modum menſuræ. Et ponit differẽtiam per hoc, quòd in duobus primis modis eſt mutua relatio. In tertio autem modo non eſt relatio mutua, ſicut patet de ſcientia, & ſcibili. Nam ſcientia dicitur Exemplum. ad ſcibile, ſed non omne ſcibile dicitur ad ſcientiam. Exemplum de quadratura circuli: ſed omnes relationes, quæ ſunt inter Deum, & creaturam ſunt de tertio modo, ergo non eſt, ibi mutua relatio ita, quòd creaturæ dicũtur relatiuæ ad Deũ, ſed non econuerſo, ergo Deus terminat illam relationem ſub ratione abſoluti.

¶ Præterea, aut Deus terminat nouã relationẽ creaturæ ad ipſum ſub rõne abſoluta, uel ſub rõne relatiua. Si primo mõ hẽ propoſitũ. Si ſecũdo mõ, aut ille reſpectus eſt relatio realis, & hoc non, ut patet ex præcedenti quæſtione; aut eſt relatio rationis, & hoc non, quia uel eſſet per actũ intellectus creati, uel per actum intellectus diuini; non primo modo, quia dato, quòd nullus eſſet intellectus creatus adhuc creatura diceretur relatiuæ ad Deũ, non etiam ſecundo modo, quia tunc intellectus diuinus eſſet mutabilis, ut arguebatur in præcedenti quæſtione.

¶ Ad primum principale dico, quòd pro tanto non poteſt eſſe ſeruus, niſi ſit dominus: quia dominus denominatur ab iſta relatione, quæ ad ipſum terminatur tanquam ad aliquid ſui, non tamen quòd fiat aliqua nouitas in ipſo.

Duplex relatiuum ſecundum eſſe, & ſecundum dici. ¶ Ad ſecundum dico, quòd relatiua de primo modo, & ſecundo modo ſumpta ſunt mutua, & ſic ſunt ſimul natura, ſunt enim relatiua ſecundum eſſe: ſed relatiua de tertio modo non ſunt mutua. Sunt enim relatiua ſecundum dici: Et iſto modo ponitur relatio Dei ad creaturam. Eſt enim illa relatio ſecundum dici, & non ſecundum eſſe.

DISTINCTIO XXXI.

Vtrum æqualitas ſit relatio realis?

Hoc idem quærit Scotus primo ſenten. diſtinct. 31. quæſt. 1.
Alexander Alenſis prima parte q. 54. membro 1. Art. 1.
D. Thomas prima parte q. 42. Artic. 1.
Ricardus 1. ſent diſt. 31. q. 1.
Durandus 1 ſent. diſt. 31. q. 1.
Franciſcus de Mayronis primo ſent. diſtinct. 31. q. 1.
Bacconitanus 1. ſen. diſt. 31. q. 1.

QVAESTIO I.

PRAETEREA conſiderare oportet circa iſtam diſtinctionem xxxi. quæritur. Vtrum æqualitas ſit relatio realis? Videtur quòd non, quia dicit negationem, uel priuationem non dicit relationem realem, ſed æqualitas dicit priuationem, ergo non eſt relatio realis: minor patet per philoſophum, quarto metha. 4. Met. com tex. 27. Aequale inquit opponitur priuatiue magno, & paruo.

¶ Præterea, quod dicitur ſecũdum ſubſtantiam, non dicit relationẽ realẽ, ſed æqualitas dicitur ſecundum ſubſtantiã, ergo non dicit relationem realem, minor probatur per Magiſtrũ in littera, qui adducit pro ſe Auguſtinum. 5. De tri. c. 6.

¶ Præterea. Si æqualitas diceret realem relationem, tunc conſtitueret perſonas, ſicut relatio originis. Sed hoc eſt falſum, quia perſona haberet duo conſtitutiua, ergo æqualitas, non dicit relationem realem.

¶ Contra, aut æqualitas dicit abſolutum, aut relatiuum. Sed non dicit abſolutum: quia poſſet prædicari de eſſentia, ergo dicit relationem. Sed non dicit relationem rationis, ergo dicit relationem realem.

¶ Circa iſtam quæſtionem ſunt duo videnda. Primo ſi æqualitas dicit relationem realem in creaturis: ſecundo ſi di-

cit

cit relationem realem in diuinis.

Henricus quodlib. 5. q. 1. quare cũ alibi, & alias.

QVANTVM ad primum dicit vna opinio, quòd æqualitas non dicit relationem realem in creaturis, quod probatur ſic illa relatio non eſt realis, cuius fundamentum non eſt reale, ſed fundamentum æqualitatis in creaturis non eſt reale, ergo æqualitas in creatura non dicit relationem realem, probatio minoris fundamentum æqualitatis in creaturis eſt unitas in quantitate, per philoſophũ. Illa inquit ſunt æqualia quorum quantitas eſt vna: ſed duæ res non habent unitatem realem, ergo fundamentum æqualitatis non eſt reale.

5. Met. tex tu non habẽte commentum, & 10. Met. cont. 10. & 11.

¶ Præterea, non plus facit relationem realem unum in quantitate, quàm vnum in ſubſtantia, ſed vnum in ſubſtantia nõ facit relationem realem, probatio minoris per philoſophum quinto metha. quia fundamentum idemptitatis eſt unitas in ſubſtantia, & idemptitas non eſt relatio realis.

¶ Alia eſt opinio, quam teneo, ꝙ æqualitas in creaturis eſt relatio realis, quod probatur ſic, illa eſt relatio realis, quę manet omni opere intellectus circũſcripto. Sed circũſcripto omni opere intellectus, ſi eſſent duæ res eiuſdem quantitatis eſſent æquales, ergo æqualitas dicit relationem realem.

¶ Præterea, quòd eſt perceptibile ſenſu, eſt aliquid reale, ſed æqualitas eſt huiuſmodi, ergo.

¶ Præterea, relationes primi modi ſunt reales, ſed æqualitas eſt de relationibus primi modi, ergo æqualitas eſt relatio realis.

¶ Præterea, ſi vnum contrariorum quod eſt ignobilius in natura eſt reale, & aliud eſt reale: ſed æqualitas eſt nobilior inæqualitate, & inæqualitas eſt aliquod reale in natura, ergo æqualitas eſt relatio realis.

¶ Ad primum autem præcedentis opinionis dico ꝙ minor eſt falſa. Ad probationem. Reſpondeo, ꝙ fundamentum æqualitatis eſt vnitas realis ſpecifica, non aũt unitas numeralis. Declarabitur aũt in ſecundo lib ꝙ unitas realis ſpecifica eſt minor unitate numerali.

in 2. libro q̃one de indiuiduatione.

¶ Ad ſecundum cum dicitur, quod unitas in quantitate non facit plus relationẽ realem, quàm vnitas in ſubſtantia, concedo cęteris paribus, ita quòd utrobique ſit realis diſtinctio extremorum, ſed non eſt ſic in propoſito. Nam æqualitas habet extrema realiter diſtincta, idemptitas autem non.

Communis opinio Antiquorum.

DE SECVNDO articulo eſt cõmunis opinio antiquorum, quæ dicit, ꝙ æqualitas in diuinis non dicit relationẽ realem, quod probat ſic, ubi non manet fundamentum relationis ibi non manet relatio realis, ſed in diuinis non manet fundamentum æqualitatis, ergo in diuinis non manet ęqualitas nec relatio realis, probatio minoris, fundamẽtum æqualitatis eſt magnitudo, ſed magnitudo trãſit in identitatem, identitas autem dicit relationem rationis, ergo æqualitas eſt relatio rationis.

¶ Præterea ad hoc, ꝙ æqualitas ſit relatio realis requiritur ibi magnitudo, & magnitudo, & commenſuratio magnitudinum, ſed in diuinis non eſt magnitudo, ergo æqualitas in diuinis non eſt relatio realis.

¶ Præterea, illa relatio, quæ completur per actum intellectus eſt realis, ſed æqualitas eſt huiuſmodi, quia completur ex hoc, quòd intellectus idem bis accipit, ergo.

¶ Præterea relatio realis neceſſario requirit extrema realiter diſtincta inquantum ſunt relatiua. Sed pater, & filius non diſtinguuntur realiter inquantum ſunt æquales, ergo æqualitas in diuinis non dicit relationem realem, minor patet, quia licet pater, & filius diſtinguantur relationibus originis, non tamen diſtinguuntur realiter inquantum ſunt æquales, quia inquantum ſunt æquales habent eandẽ magnitudinem numero.

Eſſentia diuina eſt unum fundamẽtum inter patrem, & filium.

¶ Præterea, inter eadem extrema, & ſuper idem fundamentum non fundantur duæ relationes reales, ſed inter patrem, & filium eſt unum fundamẽtum, ſcilicet eſſentia diuina, ergo non eſt ibi niſi una relatio realis. Sed eſt ibi relatio originis propria, ergo non eſt relatio communis realis, ſcilicet æqualitas.

¶ Vltimo ſic. Omnes ſancti ponunt in diuinis quatuor relationes reales, ſcilicet paternitatem, filiationem, ſpirationem actiuam, & ſpirationem paſſiuam, ſed ſi æqualitas diceret relationem realem eſſent plures relationes quã quatuor quod

eſſet

originis prius in eſſentia pullulant, quã relationes communes, ideo relationes originis conſtituunt perſonas, & non relationes communes.

DISTINCTIO XXXII.

Vtrum pater ſit ſapiens ſapientia genita?

Hoc idem quæſitum mouet Scotus primo ſent. diſtinct. 32. q. 2.
D. Bona. primo ſent. diſt. 32. q. 1. Ar. 2.
Alexander Alenſis prima parte q. 67 Ar. 2.
D. Thomas prima parte. quæſtio. 39. Articul. 7.
Richardus primo ſent. diſt. 32. q. 1.
Durandus primo ſent. diſt. 32 q. 2.
Franciſcus de Mayronis primo ſent. diſtinct. 32. q. 4.
Bacconitanus. 1. ſent. diſt. 32. q. 1.

QVAESTIO I.

HIC oritur quæſtio. Circa iſtam diſtinctioné 32. quæritur primo. Vtrum pater ſit ſapiens ſapiẽtia genita? Videt, quod ſic, quia pater eſt ſapiens ſapientia, ſed illa ſapientia eſt genita, ergo pater eſt ſapiens ſapientia genita.

¶ Præterea, pater dicit uerbo ſecundum Aug. ſed ſecundum Anſel nihil aliud eſt ſummo ſpiritui dicere, quam quaſi cogitando intueri, ergo pater intuetur uerbo, & ita ſapit uerbo, igitur pater eſt ſapiens ſapientia genita. ¶ Preterea ſicut filius ſe habet ad ſapientiam ingenitam, ita pater ad ſapientiam genitam. Sed filius eſt ſapiens ſapientia ingenita, ergo pater eſt ſapiens ſapientia genita.

7. de tri c. 3 & 2.
Monolo. 63

¶ Præterea, pater eſt ſapiẽs ſapiẽtia, quã habet, ſed habet ſapientiam genitã, quia habet filium, qui eſt ſapientia genita. In contrarium eſt Magiſter in litera. ¶ Circa iſtam quæſtionem ſunt aliqua, primo præmittenda, ſecundo eſt qõ ſoluenda.

QVANTVM ad primum eſt notandum, quòd ſicut in intellectu creato memoria gignit notitiam actualem, quæ notitia hẽt duplicem relationem ad memoriam, vnam producti ad producens, aliam declarantis ad declaratum, pro eo, quod declarat obiectum latens in memoria, ita uerbum diuinum expreſſum a patre habet unam relationem originis ad patrem, quia generatur ab illo. Et habet aliam relationem declaratiuam, quia declarat eum a quo eſt & ſe, & creaturas. Vt autem declarat ſe non dicit relationem realem, quia eiuſdem ad ſe non eſt diſtinctio realis, quæ reperitur in relationibus realibus. Etiam ut declarat creaturas nõ dicit relationem realẽ, quia Dei ad creaturam non eſt relatio realis, ut patuit ſupra. ¶ Secundo notandum, ꝙ ſicut notitia genita declarat obiectũ latens in memoria, ſic & producens notitiam genitã etiam declarat, aliter tamen, & aliter, quia notitia genita declaratur formaliter, producens autem notitiam declarat quaſi effectiue. Exemplum huius eſt in ſpeculo, nam ſpeculum repræſentat imaginationes formaliter, producens autem ſpeculum dicitur repræſentare quaſi effectiue. ¶ Tertio notandum, quòd in diuinis aliqua ſunt pure eſſentialia ſicut ſapientia, & ſimilia. Aliqua ſunt pure notionalia ut genitum. Aliqua mixta ex eſſentiali, & notionali ut cũ dicitur ſapientia genita.

Diſt. 30.
Exemplũ de ſpeculo.
Quæ ſint eſſentialia notionalia, & mixta.

DE SECVNDO articulo dico, ꝙ illa eſt falſa propoſitio pater eſt ſapiẽs ſapientia genita, quod probatur per Auguſt. lib. 1. retractationum, qui retractat quod dixerat, ꝙ pater eſt ſapiens ſapientia genita. ¶ Secundo probatur per rationem Magiſtri in littera. In Deo idem eſt eſſe, & ſapere, ſed pater non eſt ſapientia genita, ergo pater non eſt ſapiens ſapientia genita. ¶ Tertio ſic, illa ſapiẽtia pater non eſt ſapiens qua per impoſſibile circũſcripta adhuc eſſet ſapiens, ſed circũſcripta per impoſſibile ſapientia genita adhuc pater eſſet ſapiens, ergo pater nõ eſt ſapiens ſapientia genita. ¶ Ad primũ principale dico per interemptionem minoris, nã iſta ſapientia qua pater eſt ſapiens non eſt genita. Et ad Anſelmum dicitur, quòd dicere accipitur principiatiuè, ut pater principiat filium, & non perſonaliter, ut dicit relationem originis in habitudine generantis ad genitum.

Cap. 26.

prius dicta in præcedenti quæſtione. Sūt enim in diuinis aliqua pure eſſentialia, aliqua pure notionalia, & aliqua medio mō ſe habentia. Eſt autem notandum, ꝙ in diuinis dicere pōt accipi tripliciter. Primo pure eſſentialiter, & tunc idē eſt, quod intelligere. Secundo pure notionaliter, & tunc idem eſt, ꝙ generare. Tertio partim eſſentialiter, & partim notionaliter, & tunc idem eſt quod repræſentare, quia dicere includit reſpectum originis qui eſt actus notionalis. Includit etiā reſpectum declaratiui, qui eſt eſſentialis. Iſta autem propoſitio eſſet falſa, pater dicit uerbo, ſiue accipiatur pure eſſentialiter ſiue pure notionaliter. Sed ſi accipiatur partim iſto modo, & partim illo eſt vera ſub hoc ſenſu, pater dicit uerbo. i. ꝓducit uerbum in quo repræſentat ſe.

Dicere pōt accipi tribus modis.

Pater dicit uerbo eſt propoſitio falſa.

¶ Ad propoſitum applicando ſicut dictū eſt de dicere, ita accipitur de diligere, ꝙ poteſt ſumi diligere pure eſſentialiter, & ſic propoſitio eſt falſa, poteſt etiam accipi pure notionaliter, & ſic adhuc propoſitio eſt falſa, ſicut eſſet falſum dicere, pater dicit uerbo, daretur enim intelligi, ꝙ verbum eſſet ratio producendi ſeipſum, & ꝙ ſpiritus ſanctus eſſet ratio producēdi ſe ut amorem ſpiratum. Si autem accipiatur, tertio modo inquantum per diligere datur intelligi habitudo originis, & habitudo quædam innominata, & tūc eſt uera ſub iſto ſenſu, pater, & filius diligunt ſe ſpiritu ſancto. i. producunt ſpiritum ſanctum habentem habitudinē ad patrem, & ad filium ¶ Ad primum principale pater, quia intelligere, non accipitur pure eſſentialiter, nec pure notionaliter. ¶ Ad ſecundum dico, quod pater diligit ſe ſpiritu ſancto. Et ſi inſtatur, ꝙ diligit ſe in primo ſigno originis. Dico, ꝙ uerum eſt, ſed tunc diligit ſe uolūtate ut in ipſo eſt formaliter. ¶ Notandū autem, quod Magiſter reputat iſtā quæſtionem difficilem, & propter eius difficultatem dimittit eam inſolutam, dicēs in ult. c. huius diſtinctionis, difficilē mihi fateor quæſtionem, præcipue cum ex dictis oriatur quæſtio, quę ſimilem uidetur habere difficultatem, quod meæ intelligentiæ attendens infirmitas turbatur. Et in fine capituli ait ſic, eam tamen quæſtionem lectorum diligētiæ plenius diiudicandam atque ſoluendam relinquimus, ad hoc minus ſufficientes. Ideo ego ipſam ſic relinquo.

Diligere pōt accipi eſſentialiter, & rationaliter

Quō ſit uera iſta propoſitio pater, & filius diligunt ſe ſpiritu ſancto.

Magiſter ſent. reputat hanc q. difficilem.

Author derelinquet iſtam q.

DISTINCTIO XXXIII. & XXXIIII.

Vtrum proprietas relatiua in diuinis ſit totaliter idem, quòd eſſentia?

Hoc quæſitum mouet Scotus primo ſenten. diſtinc. 34.

D. Thomas prima parte. q 28. Artic. 2.

QVAESTIO I.

POST prædicta intētiue. Circa iſtam diſtinctionē 33. & ſequentem. ſ. 34. Quæritur, Vtrum proprietas relatiua in diuinis ſit totaliter idem, ꝙ eſſentia? Videtur, quod ſic, quia quæ nō ſunt totaliter idem ſi cōſtituunt aliquod tertium unum ſe habet ut actus, aliud ut potentia. Sed eſſentia, & proprietas relatiua conſtituunt perſonam, ergo ſi non ſunt totaliter idem, unum ſe habebit, ut potentia, aliud ſe habebit ut actus, hoc autem eſt falſum, quia eſſentia non pōt eſſe ut potentia, quia eſt actualiſſima. Similiter nec relatio, quia eſt diſtinctiua, diſtinguere autem nō competit ei quod ſe habet ut potentia. ¶ Præterea, quæ nō ſunt idem totaliter ſi cōſtituunt aliquod tertium illud eſt compoſitum. Sed perſona conſtituitur ex eſſentia, & proprietate relatiua, ergo ſi non ſunt idem totaliter perſona erit compoſita, quod eſt falſum, quia ita ſimplex eſt perſona ſicut eſſentia. ¶ Contra Aug. non inquit eo pater quo Deus. Sed hoc non eſſet uerum ſi proprietas, & eſſentia eſſent totaliter idem, ergo. ¶ Circa iſtam quæſtionem ſunt quatuor uidenda, quia primo ponūtur argumenta quibus euidenter oſtenditur, ꝙ eſſentia, & proprietas diſtinguūtur realiter, ſecundo ponetur opinio, ꝙ proprietas, & eſſentia diſtinguuntur ſolum ratione, tertio dicetur ad quæſtionē

Eſſentia nō pōt eſſe ut potentia, quia eſt actualiſſima.

7. de tri. c. 5

ſecundum ueritatem, quarto ad argumẽta mota in primo,& ſecũdo articulo,quæ ſunt contraria.

Quod eſſentia,& proprietas differant realiter.

QVANTVM ad primum articulũ arguitur ſex rõnibus, ꝙ eſſentia, & proprietas differant realiter. ¶Primo ſic,impoſſibile eſt idẽ realiter multiplicari, & non multiplicari.Sed proprietas relatiua multiplicatur,eſſentia aũt non multiplicatur,ergo non ſunt idem realiter. ¶Secundo ſic,idẽ realiter nõ eſt in ſeipſo,ſed proprietas eſt in eſſentia, ergo proprietas non eſt idem realiter quod eſſentia. ¶Tertio ſic,impoſſibile eſt,ꝙ idem realiter ſit infinitum,& non infinitum, ſed eſſentia eſt infinita,proprietas autẽ non eſt infinita,ergo non ſunt idem realiter. ¶Quarto ſic,impoſſibile eſt, ꝙ idem ſit ꝑfectio ſimpliciter,& non ſimpliciter, ſed eſſentia dicit perfectionem ſimpliciter, proprietas nõ perfectionem ſimpliciter. ergo non ſunt idem realiter,ꝙ autẽ proprietas non dicat perfectionẽ ſimpliciter probatur,quia ſi diceret perfectionẽ ſimpliciter,ſequeretur ꝙ carens ea nõ eſſet perfectum ſimpliciter,& ſic filius in quo non eſt paternitas non eſſet perfectio ſim. pliciter. ¶Quinto ſic,quæ ſunt idem realiter in quocunque reperitur unum reperitur,& reliquum, ſed in filio repetitur eſſentia in quo non eſt proprietas perſonalis patris,puta paternitas, ergo ꝓprietas,& eſſentia non ſunt idem realiter.

7 detri. c. 5

¶Vltimo ſic. Aug. dicit, non eo pr̃ quo Deus. Ex hoc arguitur ſic, pater eſt pr̃nitate pater, & non deitate, ſed pater eſt Deus deitate, ergo paternitas, & deitas non ſunt idem realiter.

D.Thom. 1. parte ſum. q. 28. ar tic. 2.

DE SECVNDO articulo eſt vna opinio, quæ dicit,ꝙ proprietas diſtinguitur ab eſſentia tantum ſecundum rationẽ intelligentiæ,& nullo modo ex natura rei,pro quo ſic arguitur. Quod nõ eſt eſſentia diuina eſt creatura, ſed proprietas non eſt creatura,ergo eſt eſſentia diuina,& hæc fuit ratio Bernardi cõtra Porretanum.

Ratio Bernardi cõtra Porretanũ.

¶ Præterea, ubi eſt res,& res ibi eſt compoſitio, ſed in Deo non eſt cõpoſitio,ergo non eſt ibi res, & res, & ſic proprietas eſt idem quod eſſentia.

. Met. com x 1.

¶ Præterea proprietas, non excedit ſuũ ſubiectum, ſed differẽtia eſt proprietas, uel paſſio entis,ergo non excedit rationem entis. Sed omne ens eſt reale, uel rationis,ergo omnis differentia, uel eſt realis,uel rationis,ſed proprietas nõ differt realiter ab eſſentia. ergo differt tãtum ſecundum intelligentiæ rationem. ¶Præterea,ſi relatio diſtinguitur ab eſſentia,oportet, quòd tantum diſtinguatur ab ea quantum diſtinguitur ab oppoſito,quia non habet eſſe niſi ad oppoſitum.Sed proprietas ſiue relatio diſtinguitur ab oppoſito realiter, ergo diſtinguer etur realiter ab eſſentia, quod eſt falſum. ¶Præterea, quando aliquid manet adeo ſicut ſi non tranſiret nullo modo tranſit in id a quo ex natura ſua diſtinguitur: Sed ſi relatio eſt diſtincta ab eſſentia diſtinguitur ſicut ſi non tranſiret. ergo nullo modo tranſit,ſed hoc falſum, ergo,& illud ex quo ſequitur, probatio minoris, quia relatio non diſtinguitur, niſi ad aliud,& de ſe ſemper eſt ad aliud, quia non habet eſſe abſolutum.

Cap. damnamus.

¶Præterea,ſi relatio aliquo modo ex natura rei diſtinguitur ab eſſentia ſequuntur tria inconuenientia, primum contra decretalem extra de ſumma trin. & fide catho. ubi dicitur,quòd in diuinis ſunt tres, ſed ſi relatio non eſt idem cum eſſentia,ſequitur, quòd ſunt quatuor res. Et ſic ſequitur ulterius ſecundum inconueniens,quòd ibimus in errorem abbatis Ioachim, tertium inconueniens, quòd ibimus in errorem Porretani, ſcilicet, quòd relationes eſſent extrinſecus aſſiſtentes.

Error Porretani.

DE TERTIO articulo duas opiniones præcedentes eſſe falſas. Ad cuius euidentiam primo pono, quòd proprietas non eſt idem totaliter, quod eſſentia,ſecundo,quòd diſtinguuntur formaliter,tertio,quòd iſta diſtinctio non facit compoſitionem. Primum probatur ſic. Impoſſibile eſt intelligere, quòd idẽ per idem totaliter cõueniat cum aliquo, & diſtinguatur ab eodem. Sed pater conuenit cum filio in eſſentia, & diſtinguitur ab eodem in proprietate relatiua, ergo eſſentia, & proprietas relatiua non ſunt idem totaliter.

¶Præterea, contradictoria non poſſunt ucrificari de his, quæ ſunt totaliter idem. Sed de eſſentia, & proprietate uerificantur contradictoria, ergo non ſunt totaliter idem probatio minoris: tum quia proprietas diſtinguitur,

guit, eſſentia autem non diſtinguit, tum quia proprietas multiplicatur, & numeratur eſſentia autem non, tum quia proprietas non communicatur eſſentia aũt communicatur, quæ omnia ſunt contradictoria. ¶ Præterea, quæ ſunt totaliter idem ubi eſt unum ibi eſt reliquum, ſed ubi eſt eſſentia nõ eſt neceſſario proprietas, nam in filio eſt eſſentia, & tamen in eo non eſt paternitas, ergo non ſunt totaliter idem. ¶ Præterea, quæ non ſunt idem tantum quantum idem ſibiipſi, illa non ſunt idem totaliter. Sed proprietas non eſt tantum idem eſſentiæ quantum eſſentia eſt eadem ſibiipſi, ergo proprietas non eſt idem totaliter quod eſſentia, minor patet. Si enim proprietas eſſet tantum idem eſſentiæ, quantum eſſentia eſt eadem ſibiipſi, tunc ſicut eſſentia eſt ad ſe, & ſicut proprietas eſt ad aliud, ita eſſentia eſſet aliud, quæ omnia ſunt manifeſtæ falſa. ¶ Præterea, arguitur per ſillogiſmum expoſitorium hæc paternitas eſt totaliter idem quod eſſentia hæc, hæc filiatio eſt totaliter idem quod eſſentia, ergo hæc paternitas eſt hæc filiatio, quod ẽ falſum. ¶ Vltimo ſic illa, quæ dicerent ſolum ratione oportet, ꝙ utrunque eorũ, uel alterum eorũ ſit ens rationis tantum. Sed in diuinis nec eſſentia, nec proprietas eſt ens rationis tantum, ergo minor patet, nam eſſentia non eſt ens rationis, quia nihil reale eſſet in diuinis, nec proprietas eſt ens rationis, quia tunc perſonæ in diuinis diſtinguerentur ſolum rõne, & ſic rediret error Sabellij, probatio minoris, quia ſi tantum differrent rõne tũc unitas illa qua unum diſtinguitur ab alio ratione eſſet tãtum ens rationis. Sed unumquodque ſicut ſe habet ad unitatẽ ſic ſe habet ad entitatem. ¶ Secundũ declarandum in hoc articulo eſt. ſ. ꝙ iſta diſtinguantur formaliter, patet ſic. Ad hoc enim, ꝙ aliqua diſtinguuntur formaliter requiruntur quinque. Primum, ꝙ unum non ſit in alio ſicut in potẽtia materiali, nam actus, & potentia paſſiua non diſtinguuntur formaliter, ſecundum ꝙ unum non ſit in alio uirtualiter, quia alia eſt cõtinentia formalis, alia uirtualis, tertium, ꝙ unum non ſit in alio ſicut in quodam confuſo, quartum, ꝙ unum nõ ſit in alio totaliter, quintum, ꝙ unum non includatur in cõceptu quidditatiuo alterius, ſed

Eſſentia, & proprietas q̃uo nõ ſint idem.

Eſſentia q̃uo ſit ens reale, non ens rationis.

Quod aliqua diſtinguantur formaliter quinque requirũtur.

proprietas ſic ſe habet ad eſſentiã, ut patet diſcurrendo per omnia membra, ergo proprietas non eſt idem formaliter, quod eſſentia. ¶ Tertium hoc declarandum eſt, ꝙ talis diſtinctio non facit compoſitionem in Deo, quod probatur ſic. Equæ ſimplex eſt tota trinitas, ſicut quęlibet perſona, ſed non obſtante illa ſimplicitate ſunt ibi tres res, ergo illa diſtinctio non facit compoſitionem. ¶ Præterea, pater eſt ſimpliciſſimus, ſed in patre ſunt duæ proprietates. ſ. generatio actiua, & ſpiratio actiua, & iſtæ non ſunt formaliter idem, ut patuit ſupra, ergo talis talis diſtinctio non facit compoſitionẽ. ¶ Pręterea dato, quòd res, & res faciant compoſitionem, tamen res non facit compoſitionem cum modo formali, ſed proprietas dicit modum formalem, eſſentia autem dicit rem, ergo non faciunt compoſitionem. ¶ Vltimo ſic. Iſta ſe habent per ordinẽ diſtinctio, vnio, compoſitio, & reſolutio, ita ꝙ diſtinctio eſt prior vnione, vnio eſt prior compoſitione, cõpoſitio eſt prior reſolutione: Sed prius põt eſſe ſine poſteriori, ergo poteſt eſſe diſtinctio ſine compoſitione.

In patre ſũt duæ proprietates.

Diſt. 12.

Diſtinctio q̃uo ſit prior unione.

DE QVARTO articulo. Ad primum quando probatur, ꝙ proprietas, & relatio diſtinguũtur realiter ab eſſentia, quia idem poteſt eſſe multiplicatũ, & nõ multiplicatum, dico, ꝙ uerum eſt quãdo illa ſunt totaliter eadem, proprietas aũt, & eſſentia non ſunt eadem quamuis ſint idem realiter, ideo poteſt unum multiplicari alio non multiplicato, ſicut dicimus in anima, in qua multiplicantur potẽtiæ ſine multiplicatione eſſentiæ, & tamẽ potentiæ ſunt idem quod eſſentia animæ, licet non totaliter per Aug. Et eodem modo dico ad omnes maiores quinque rõnum, quæ ſequuntur. Idem enim non eſt realiter in ſeipſo niſi ſit aliqua diſtinctio formaliter. Et ſimiliter de perfectione ſimpliciter, & de infinito, & de alijs.

Potẽtiæ animæ ſunt idẽ realiter diſtinguũtur formaliter. 14. de trin. c. 8.

¶ Ad argumenta ſecundæ opinionis, pro ſecundo articulo. ¶ Ad primum dico, ꝙ paternitas non eſt creatura, & cum inter tur, ergo erit eſſentia diuina, concedo ꝑ identitatem realem, ſed nego formaliter, & adequatæ. ¶ Ad ſecundum cum dicitur res, & res faciunt compoſitionem, patet ex dictis in fine tertij articuli. ¶ Ad tertium cum dicitur, ꝙ proprietas nõ ex-

cedit ſuum ſubiectum, concedo. Cum autem additur, ꝙ ens diſtinguitur ꝑ ens reale, & ens rationis dico, ꝙ alterum mẽbium habet latitudinem, quia ens reale quod eſt ens extra animam accipitur ꝑ re fundamentali, & pro modo formali entis, ut patuit ſupra diſt. 8.

Ens diuiditur in ens reale, & rationis.

¶ Ad quartum cũ dicitur, quòd proprietas comparata ad eſſentiam tantum diſtinguatur ab ea quantum diſtinguitur ab oppoſito, dico quòd eſt falſum, ſed diſtinguitur ſicut proprietas modalis, & modus a fundamento. Et eodem modo ad quintum.

Cap. damnamus.

¶ Ad ſextum autem dico, quòd iſta poſitio non eſt contra decretalem, quia non pono ibi quatuor res reales ſed pono vnam rem fundamentalẽ in qua ſunt tres proprietates conſtitutiue cum non idẽptitate formali, nec ideo ſequitur error Ioachim, nec Porretani: Nam Porretanus ponebat relationes realiter diſtinctas, & ſic affixas eſſentiæ, quod ego non pono.

Determinatio eccleſiæ intelligit de rebus ſubſiſtentibus, tamen non intelligit de rebus non ſubſiſtentibus ut eſt ſpi[...]

¶ Ad primum principale dico, quòd eſſentia, & proprietas non uniuntur in ꝑſona ſicut actus, & potentia, ſed ſicut actus, & actus.

¶ Ad ſecundum patet, quod illa non idemptitas, ſiue diſtinctio formalis, non facit compoſitionem, ut patet in tertio articulo.

Vtrum perſona ſit idem cum eſſentia?

Hoc idem quærit Scotus primo ſenten. diſtinct. 33.

QVAESTIO II.

SECVNDO quæritur. Vtrum perſona ſit idem quod eſſentia? Videtur quòd non, quia quæcunque uni, & eidem ſunt eadem inter ſe ſunt eadem, ergo ſi perſona eſt idem quod eſſentia, ſequitur, quòd perſonæ ſunt eædem inter ſe, quod eſt falſum. In cõtrarium eſt Magiſter in litera, & Auguſt.

q. de tri. c. 4

¶ Circa iſtam quæſtionem dico duas cõcluſiones Prima, quòd perſona eſt idem quod eſſentia, ſecunda, quòd non eſt idẽ adæquatæ ſibi. ¶ Prima concluſio ſic probatur. In creatura totum eſt idem partibus ſecundum multos, ergo in diuinis habens eſſentiam, & proprietatẽ eſt idẽ eſſentiæ, & proprietati quamuis illæ non ſint partes. Sed perſona eſt huiuſmodi, ergo perſona eſt idem quod eſſentia.

Quære in reportatis has q̃ones ad plenum.

¶ Secunda concluſio patet, quia eſſentia non eſt perſona, ſed aliquid perſonæ. Ex hoc arguitur ſic. Quando aliquid conſtituitur ex duobus quorum vnum non eſt idem totaliter alteri tunc nullum conſtituentium eſt idem totaliter toti, & adæquatæ, ſed perſona conſtituitur ex eſſentia, & proprietate, & proprietas non eſt totaliter eadem cum eſſentia, ut patet ex præcedenti quæſtione, ergo perſona non eſt idem adæquatę, quod eſſentia. Sed dices, eſt ne idem formaliter? dico, ꝙ ſi eſſentia accipitur, ut fundamentum formalitatis, & perſona ut terminus, ſic eſſentia non eſt idem formaliter, quia non includit formalitatem perſonæ. ¶ Ad argumẽtum in contrarium dico, quod illa, quæ ſunt idem ſimpliciter, & totaliter alicui, tertio ſunt eadem inter ſe. Sed patet ex dictis, quòd perſona non eſt eadem totaliter, & adæquatę eſſentiæ, ergo non oportet, quòd ſint eadem inter ſe.

Quõ eſſentia eſt idem formaliter cũ perſona.

DISTINCTIO XXXV.

Vtrum Deus cognoſcat aliud à ſe?

Hoc quæſitum mouet Scotus primo ſenten. diſtinc. 35.
D. Thomas prima parte q. 14. Artic. 5.
Ricardus primo ſenten. diſtinc. 35. q. 3.

QVAESTIO I.

CVMQVE ſupra diſſeruimus. Circa iſtam diſtinctionem. 35. quæritur. Vtrum Deus cognoſcat aliud a ſe? Et uidetur, ꝙ non, quia intellectus patitur ab intelligibili. Sed Deus non patitur ab alio a ſe, ergo Deus non intelligit aliud a ſe.

Vide Scotũ, 15. q. quolib ar. 2.

3. de anima cont. 36.

¶ Præterea intellectus refertur realiter

ad

ad intelligibile, ſed Deus non refertur ad aliud a ſe realiter, ergo.

¶ Præterea, nulla potentia intelligit aliquid extra ſuum obiectum adæquatum, ſed obiectum adæquatum intellectus diuini eſt eſſentia diuina, ergo Deus non intelligit aliud a ſuâ eſſentia.

Heb. c. 4. ¶ Contra apoſtolus omnia nuda, & aperta ſunt oculis eius.

¶ Circa iſtam quæſtionem ſunt tria uidẽda: Primo ſi in Deo eſt formaliter intellectus, ſecundo ſi intellectus Dei intelligit aliud a ſe ſecundum mentem philoſophorum, tertio ſi intelligit aliud a ſe ſecundum mentem theologorum.

QVANTVM ad primum dico, ꝙ in Deo eſt intellectus formaliter quod probatur ſic. Omne agens extra ſe aliquid agit propter finem, ſed Deus cum ſit potentia cauſa effectiua omniũ, agit aliquid extra ſe, ergo agit propter finem. Iſte autem finis aut eſt præcognitus ab eo, aut eſt ſibi præſtitutus ab alio. Si primo modo habet propoſitum. Si ſecundo ergo Deus nõ eſt ens ſimpliciter primũ.

2 Phyſ. con tex. 75. ¶ Præterea, natura agit propter finem, ergo dirigitur ab aliquo præcognoſcente finem, ſed dirigitur a prima cauſa, ſiue a Deo, ergo Deus præcognoſcit finem, & ſic habet intellectum.

¶ Præterea, in quo eſt formaliter uoluntas in eo eſt formaliter intellectus, ſed in Deo eſt formaliter uoluntas, ergo.

¶ Probatio minoris, eo modo mouẽt cauſæ ſecundæ, quæ mouentur a prima cauſa. Sed ſecundæ cauſę aliquæ mouent cõtingenter, ergo prima cauſa mouet contingenter. Sed rã prima contingentiæ eſt uoluntas, ergo eſt in Deo formaliter uolũtas.

12. Met con tex. 51. ¶ Præterea Ariſt. probat eã ſic. Intelligere aliquid eſt honorabiliſſimum, ſed prima ſubſtantia eſt honorabiliſſima, ergo prima ſubſtantia, ſiue Deus maxime habet intellectum. ¶ Præterea, quod dicit perfectionem ſimpliciter eſt ponendum in Deo, ſed intellectus dicit perfectionem ſimpliciter, ergo intellectus eſt formaliter in Deo. ¶ Vltimo probatur hoc idem ab alijs ſic, quanto aliquid eſt plus immune a materia, tanto eſt magis intelligibile obiectiue, & actiue, nam im-

9. Met c. 3. 3. de ani. cõ tex. 5. materialitas eſt cauſa intellectionis per Auicennam, & per Ariſtotelẽ. Sed Deus eſt maxime immunis a materia, ergo habet maxime intellectum.

DE SECVNDO articulo patet error Commentatoris reprehẽdẽtis Themiſtium, dicit ſic. Cũque hoc ignoraueri Themiſtius dicit, quòd poſſibile eſt, quod intellectus primi intelligat multa intelligibilia, hoc autem contradicit ſermoni noſtro, & dicimus ſolum intelligere ſe, non aliquid extrinſecum. Eſt ergo opinio Commentatoris ibi, quòd Deus non intelligit aliud a ſe. Et colliguntur ex illo aliquæ rationes. *12. Met cõ. 51.*

¶ Prima ratio talis eſt, ubi obiectum nõ eſt idem cum intelligente, ibi intellectio non eſt eadem cum ſubſtantia intelligentis, ſed intellectio Dei eſt eadem cum ſubſtantia, ergo non inteligit aliud a ſe: maior patet, nã in Deo eſt intellectio eadẽ cum eſſentia, quia obiectum eſt idem, ubi ergo obiectum non eſt idem, ibi intellectio non eſt eadem. *Prima ratio Auerrois.*

¶ Secunda ratio eſt talis, quod intelligit aliud a ſe perficiturꝫ aliud a ſe, ſed intellectus Dei non perficitur per aliud a ſe, ergo non intelligit aliud a ſe. *2. ratio.*

¶ Tertia ratio eſt talis, aut ſimul intelligit ſe, & aliud a ſe, aut ſucceſſiue, nõ primo modo, quia tunc intellectus ſimul intelligeret plura, ut plura, non ſecundo modo, quia tunc intellectus eius eſſet mutabilis, ergo non intelligit aliud a ſe. *3. ratio.*

¶ Quarta eſt. Si intellectus Dei intelligeret aliud a ſe, ſcilicet iſta uilia, ergo intellectus eius eſſet uilis in intelligendo uilia, & ſic eius actio eſſet viliſſima omniũ actionum, ſed hoc eſt incoueniens, ergo Deus non intelligit aliud a ſe. *4. ratio.*

¶ Quinto ſic, una ſimplex potentia aſpicit unum ſimplex obiectum, ſed intellectus Dei eſt unus ſimpliciter, ergo intelligit unum ſimpliciſſimum obiectum, & ſic intelligit ſe, & non aliud a ſe. *5. ratio.*

¶ Vltimò probatur ab eodem, quòd intellectus diuinus non cognoſcit particularia, ſic. Intellectus Dei non cognoſcit niſi ea, quæ ſunt per ſe intenta a natura, ſed particularia non ſunt per ſe intenta a natura, ergo Deus non cognoſcit particularia. Aliqui artiſtæ, probant idem per aliquas rationes ſic. Quando aliquid eſt primum obiectum alicuius potentiæ non poteſt cognoſci ab alia potentia, niſi moueatur ab ipſa potentia, cuius eſt per ſe obiectum. Sed ſingulare *12. Met. cõ. 51.* *Opinio quorundam Artiſt.*

ſenſibile eſt per ſe obiectum ſenſus, ergo ſingulare ſenſibile non poteſt per ſe cognoſci ab intellectu, niſi moueatur a potentia ſenſitiua. Sed intellectus Dei non mouetur a potentia ſenſitiua, ergo.

¶ Præterea, quando aliquid eſt per ſe obiectum alicuius potentiæ non poteſt apprehendi ab alia potentia, niſi fiat reflexio ſuper potentiam cuius eſt per ſe obiectum: Sed ſingulare eſt per ſe obiectum ſenſus, ergo non poteſt apprehendi ab intellectu, niſi per reflexionem ſuper ſenſum. Sed intellectus Dei non eſt, reflexiuus ſupra ſenſum, ergo Deus non cognoſcit ſingulare.

¶ Præterea intellectus diuinus conformatur intelligibili, ſed intellectus Dei ſemper eſt in actu, ergo eius intelligibile ſemper eſt in actu intelligibili, ſed particulare non eſt ſemper in actu intelligibili, ergo Deus non inteligit particulare.

¶ Vltimo ſic, intellectio fit per abſtractionem, ſed ſingulare inquantum ſingulare non ſemper abſtrahit, immo ſemper concernit hic, & nunc, ergo Deus non intelligit ſingulare.

DE TERTIO. articulo dico ſecundum Theologos, quòd opinio Commentatoris eſt hæretica, & falſa. Ideo teneo, quod Deus intelligat ſe, & alia a ſe, & etiam particularia, hoc probatur. Primo per philoſophum. ubi dicit contra Empedoclem, quòd ſi Deus ignoraret litem eſſet imperfectus, deinde quòd ſi Deus ignoraret ea, quæ nos cognoſcimus eſſet fatuiſſimus.

Vide Scotũ in ultima q. q. quolib.

1. de anima cont. 80

¶ Præterea, dicit ipſemet Commẽtator, quòd ſcientia Dei eſt cauſa rerum, quod non eſſet uerum niſi cognoſceret res alias a ſe.

12. Met. cõmen. 51

¶ Præterea, ad hoc ipſemet Commentator dicit, quod ipſe laborauit diu in iſto paſſu, & non potuit intelligere, Deus autem duxit eum in cognitionem illius ueritatis. Ex quo arguitur ſic. Quia, aut induxit eum a caſu, aut ex cognitione. Si a caſu, ergo non debui hoc dicere de illo plus quam de aliis caſibus. Si autem induxit eum in cognoſcendo, habeo propoſitum.

Commentator ab ipſa quaſi uernate coactus dicit ſe quãdoque illuſtratũ fuiſſe in ſolutione alicuius difficultatis

¶ Præterea, in uirtute Dei continentur uirtutes cauſarum ſecundarum. Ex quo arguitur ſic. Cognoſcens perfecte uirtutem ſuam cognoſcit omnia ad quæ uirtus illa ſe extendit, ſed Deus cognoſcit uirtutem ſuam, ergo cognoſcit omnia ad quæ uirtus illa ſe extendit. Sed uirtus illa extendit ſe ad particularia, quæ ſunt extra Deum, ergo.

¶ Præterea ſapiẽtis eſt prima ordinatio. Ex hoc arguitur ſic. Ordinans aliquid, ut ad finem cognoſcit illud, ſed Deus ordinat alia a ſe, ut ad finem, ergo cognoſcit illa.

1. Met. in prohẽmio.

¶ Præterea, intellectus qui continet eminentisſime perfectionem ſenſus, & imaginationis poteſt intelligere obiectum ſenſus, & imaginationis. Sed intellectus Dei eſt huiuſmodi, ergo poteſt intelligere obiectum ſenſus, & imaginationis. Sed obiectum ſenſitiuæ potentiæ, uel imaginatiue eſt ſingulare, ergo.

¶ Vltimo arguitur ad idem ſic per rationem Theoricam, Deus particulariter iudicabit hominem, ſed hoc non poſſet eſſe, niſi cognoſceret actus hominum, & iſti actus ſunt ſingulares, & aliud a Deo, ergo Deus cognoſcit ſingularia, q̃ ſunt alia ab ipſo. Vt autem intelligatur qualiter Deus cognoſcit aliud a ſe eſt notãdum, quod obiectum habet ad potentiã duplicem habitudinem. Vnam in ratione motiui, ut dicit philoſophus 3. de ani. Aliam in ratione terminantis actum potentiæ, & hoc contingit dupliciter. Vel quia terminat actum potentiæ ſecundum propriam rationem, ſicut ſenſibile proprium primo actum ſenſus, uel terminat ſecundario actum potentiæ inquantum includitur in ratione alicuius alterius obiecti primo terminantis actum potentiæ.

Ratio Theologica.

Scotus 15. q quolib.

¶ Ad propoſitum dico, quòd Deus nihil aliud a ſe intelligit in ratione motiui, tum quia eius intellectio eſſet finita, ſi poſſet moueri a ſingulari finito, tũ quia eius intellectus uileſceret, ſi poſſet moueri a ſingulari finito. ¶ Secundo dico, q̓ Deus non intelligit aliud a ſe, ita quòd illud primo terminet actum intellectus diuini, licet terminat ſecundario, quia obiectum quod primo terminat actum alicuius potentiæ neceſſario coexigitur ad iſtum actum. Sed nullum creatum neceſſario coexigitur ad actum infinitum, ſicut eſt intellectio Dei, ergo nihil aliud a Deo terminat primo actum intellectus diuini. ¶ Tertio dico, q̓ aliud a Deo pôt intel-

Determinat quòd Deus non cognoſcit entia in genere proprio, & extra ſe, recte docet, & intelligit motiue nõ enim mouetur a rebus in genere proprio diuinus intellectus, nam intellectus ille mouetur ab eſſentia ſua.

intelligi ab ipſo,ita ꝙ terminat actum illum uirtute primi obiecti.ſ.uirtute eſſentiæ diuinæ in qua eſt, quia tale obiectum non neceſſario coexigitur ad illum actum. ¶ Ex his patet ad rationes,quæ ſunt pro opinione Commẽt.¶ Ad primũ quando dicitur, quòd in eo quod intelligit aliud a ſe eius intellectio eſt aliud ab eſſentia,concedo. ſi obiectum ſe hẽt in ratione motiua,& intellectus in ratione paſſiua,& receptiua. Intellectus autẽ Dei non ſic ſe habet cum intelligit aliud a ſe, quia illud non ſe habet in ratione motiua,ſed in ratione terminatiua ſecũdo modo dicta. Et eodem modo ad ſecundum.¶ Ad tertiũ dico, quòd intellectus Dei ſimul intelligit ſe,& aliud a ſe. Et cũ dicis,tunc intellectus intelligeret plura ſimul ut plura,concedo ꝙ intellectus illimitatus,& infinitus, ſicut eſt intellectus Dei:intelligit ſimul plura,ut plura, immo alias non eſſet infinitus.¶ Ad quartũ dico, ꝙ ibi nulla eſt utilitas,quia iſta infima non repræſentantur in eſſentia diuina ut ſunt vilia ¶ Ad quintum dico,ꝙ intellectus diuinus habet obiectum ſimpliciſſimum in eſſendo, & hoc obiectum continet infinita in repræſentando.

Quo vitia non repræſentatur in eſſentia diuina ut uilia ſunt.

¶ Ad aliud cum dicitur, ꝙ Deus non intelligit niſi ea, quæ ſunt per ſe intenta a natura,dico,ꝙ hoc eſt falſum,nam Deus intelligit ea,quæ eueniũt præter curſum naturæ ex ſua prouidentia, & diſpõne. ¶ Ad alias rationes,quæ ſequuntur,dico ꝙ ipſe bene concludunt, quòd Deus nõ intelligit ſingularia iſto modo ut ſingularia extra Deum moueant intellectum diuinum,nec ego hoc pono,ſed dico,quòd Deus intelligit ſingulari, & iſta ſe habẽt in ratione terminatiua, non quidem tanquam primarium obiectum, ſed tanquã contentum in primario obiecto primo terminante.ſ.in diuina eſſentia ¶ Ad primum principale cum dicitur, ꝙ intellectus patitur ab intelligibili, dico ꝙ uerũ eſt in intellectu creato. Vel aliter,& melius,ꝙ illud eſt uerum quando intellectus mouetur primo ab intelligibili. Dictum eſt autem,ꝙ nihil ſic mouet intellectum diuinum. ¶ Ad ſecundum dico, ꝙ intellectus refertur realiter ad ſcibile quando eius ſcientia cauſatur a re. Sed quando ſcientia eſt cauſa rerum tunc nõ oportet.Scientia autem Dei eſt cauſa rerum,& non eſt cauſata a rebus,per Commentatorem.¶ Ad ultimum dico, ꝙ eſſentia diuina eſt primum obiectum intellectus Dei in eſſendo, & in repræſentando,ut autem ſumitur in repræſentando,repræſentat ſe,& alia a ſe,& ſic intellectus Dei intelligit aliud a ſe.

Deus intelligit ea,quę eueniũt præter curſum naturæ.

Quo Deus intelligat ſingulare.

12. Met. cõ. 51.

DISTINCTIO XXXVI.

Vtrum ideæ ſint ponendæ?

Hoc quæſitum mouet Scotus primo ſent. diſtin. 36 q. 1.
D. Bona. 1 ſent. diſt. 36. q. 1.
Ricardus 1 ſent. diſt. 35. q. 4.
Durandus 1. ſent. diſt. 36. q. 2.

QVAESTIO I.

SOLET hic quæri cum Circa iſtam diſtinctionẽ xxxvi. quæritur primo. Vtrum ideæ ſint ponendæ? Videtur,ꝙ non,quia philoſophus improbat eas.¶ Præterea,ideæ aut ponuntur extra intellectum,aut in intellectum,non primo modo,ut patet,nec etiam ſecũdo modo,quia tunc prohiberent intellectionẽ, conſequentia probatur per philoſophũ vbi dicit,ꝙ ſi extraneum eſſet in intellectu prohiberet intellectionem. ¶ In contrarium eſt Aug.

7. Met. com tex. 21. & inde copioſe

3. de ani.

¶ Circa iſtam quæſtionem eſt primo uidendum quid ſit idea,ſecundo ſi ſunt ponendæ in Deo, tertio in quo ſunt principaliter ponendæ, quarto qualiter ſunt ponendæ.

83. q. q. 46.

DE PRIMO dico, quòd idea eſt forma intellectualis exemplaris, quòd autem ſit forma patet per Auguſtinum, ubi ſupra,ubi dicit, quòd transferendo nomen ex nomine idea eſt forma, nam idea græce eſt forma latinæ, quod autem ſit intellectualis patet ibidem, ut dicitur, quod ſi idea dicatur ratio non erit proprie tranſlatio uerbi, ex uerbo, tamen a ueritate non diſceditur,

Quid ſit Idea.

Idea græca quid ſit.

Vide Alexandrũ Alẽſem quid ſit Idea 1. parte Sũmę loquendo de ideis.

ditur: quia idea eſt forma intellectualis, quòd autem ſit exemplaris probatur, nõ enim quocunque modo forma, quæ eſt in intellectu dicitur exemplaris, imo illa forma dicitur exẽplaris quæ eſt intellectualis, & productiua rei ad extra, ſed idea eſt huiuſmodi, ergo idea eſt forma intellectualis exemplaris.

7. met. contex 21. & inde lib. 83 q. 46.

DE SECVNDO articulo dico, ꝙ aut ideę ponuntur ſeparate ſicut impoſuit Ariſtoteles Platoni, aut ponunt̃ ideæ in intellectu, ſicut Auguſtinus expoſuit Platonem. Primo modo ideæ non ſunt ponendę, ſecundo modo ſic, quia nobiliſſimus modus producendi non deficit in vniuerſo: Sed nobiliſſimus modus producendi eſt per intellectum, & uoluntatem per rationes ideales, ergo ideæ ſunt ponendæ.

Quõ in Deo ſint ponendæ Ideę.

DE TERTIO dico, ꝙ in Deo principaliter ponendæ ſunt ideę cuius ratio eſt, qa in illo principaliter ponendæ ſunt ideę qui eſt principium, & auctor totius naturæ. Sed Deus eſt huiuſmodi, ergo ideę principaliter ponendæ ſunt in Deo. Maior patet: quia cum ideę ſunt rationes exemplares rerum naturalium, ideo debent poni in eo qui eſt auctor totius naturæ.

In intellectũ Dei ſunt tria conſideranda.

DE QVARTO articulo qui eſt prolixior dico, ꝙ ideę, vt patet per Auguſtinum ubi ſupra ſpectant ad intellectum In intellectu autem diuino ſecũdum noſtrum modum intelligendi ſunt tria conſideranda ſeipſum intellectum, & actum intelligendi & eſſentiam diuinam, quæ repræſentat ſe, & alia. Certum eſt autem, ꝙ ideę non ponuntur in intellectu nec in actu intelligendi vt ſic, ponuntur autem in eſſentia. *Eſſentia duobus modis ſumitur.* Eſſentia autem accipitur dupliciter, vt obiectum cognitum, & ut eſt ratio cognoſcendi. Ideo ut appareat qualiter ideę ſint ponendæ oportet duo videre. Primo ſi eſſentia repreſentat alia a ſe ſecũdo principale quæſitum. ¶ De primo *Opinio aliquorum.* eſt opinio, vna ꝙ eſſentia abſolute ſumpta non repræſentat alia a ſe diſtinctè, cuius ratio eſt, quia repræſentatiuum cõmune non repreſentat multa diſtinctè: ſed eſſentia eſt repreſentatiuum commune, ergo nõ repreſentat omnia diſtinctè. ¶ Secundo dico, ꝙ eſſentia ſub diſtinctis reſpectibus repreſentat diſtinctè alia a ſe. Intellectus enim primo fertur ſuper eſſentiam abſolutè, deinde fertur ſupra eſſentiã, ut eſt imitabile repreſentat alia diſtincte. ¶ Contra hoc obijcitur: quia quod repreſentat diſtincte reſpectus repreſentat etiam diſtincte ea ad quæ ſunt illi reſpectus: ſed eſſentia ſecundum ſe repreſentat diſtincte illos reſpectus imitabilitatis, quia alias eſſet proceſſus in infinitum in reſpectibus, ergo eſſentia ſecundum ſe diſtincta repreſentat omnia ad q̃ ſunt illi reſpectus, & ſic dicitur, ꝙ eſſentia ſecundum ſe diſtincta repreſentat omnia. ¶ Ad argumentum contrariæ opinionis dico, ꝙ commune repreſentatiuum eſt duplex, ſcilicet communitate prædicationis, & cõmunitate perfectionis. Repreſentatiuum autem commune cõmunitate prædicationis nõ repreſentat diſtincte. Repreſentatiuum autem commune communitate perfectionis repreſentat diſtincte ea quæ continet. Eſſentia autem diuina habet communitatem perfectionis, ideo repreſentat diſtincte alia.

Commune repreſentatiuum duplex eſt.

¶ De ſecundo uidendo in iſto articulo ſunt duæ opiniones, una Scoti ꝙ ideę nihil aliud ſunt in Deo niſi res obiectiue cognitę. Quod probatur ſic. Illud eſt idea in Deo ad cuius ſimilitudinem producitur res extra. Sed res extra producitur ad ſimilitudinem rei cognitæ, ergo res obiectiue cognitę ſunt ideę, probatio minoris per Ariſtotilẽ. A domo inquit in mente fit domus ad extra. Ibi autem non accipitur domus pro ſpecie, quia ibidem ſubditur, ꝙ uniuocum fit ab uniuoco, ſpecies autem non eſt uniuocum domo, ergo ibi accipitur domus pro obiecto cognito. ¶ Præterea eo modo ponẽdæ ſunt ideę quo ponit eas Auguſtinus. Sed Auguſtinus ponit eas, ut obiecta cognita, ergo probatio minoris: nam ipſe ponit eas, ſicut exponit Platonem, Plato autem poſuit eas in mente diuina, ſicut obiecta cognita. ¶ Pręterea idea eſt illud per quod artifex in mente ſe habet ad artificium, ſed illud eſt obiectum cognitum, & non ratio cognoſcendi, ergo ideę ſunt obiecta cognita. ¶ Alia opinio dicit, ꝙ ideę ſunt eſſentia diuina continens in ſe perfectiones omnium. Non enim poteſt eſſe obiecta cognita ut ponebat præcedens opinio, quia obiectum in ſe cognitum eſt ens rationis: ſed idea nõ eſt ens rationis, ergo idea non eſt obiectum in eſſe cogni-

Quid ſit idea ſecũdũ Scotum, in primo ſent. diſtinc. 35.

7. met. contex. 23.

Auguſt. platonẽ ſaluat contra Ariſtot. Vide Franciſcum de May. in primo ſent. q. 45.

Quid ſit Idea ſecundum alios.

to.

to, probatio minoris: Auguſtinus dicit ſupra ꝙ intelligentia idearum eſt uerifica, & beatifica, ſed cognitio entis rationis non eſt beatifica, ergo idea non eſt ens rationis. ¶ Pręterea idea habet rationem principii productiui, ſed ens rationis nō habet rationem principij productiui, ergo. ¶ Pręterea idea eſt illud quo Deus operatur, ſed obiectum cognitum cū ſit ens rationis non eſt illud quo Deus operatur, ergo idea non eſt obiectum cognitum. Cui placet præcedens opinio poteſt reſpondere ad argumenta ſic.

An intelligentia idearum ſit beatifica.

¶ Ad primum per interemptionem minoris, ad probationem cum dicitur quòd intelligentia idearum eſt beatifica, dico ꝙ competit ideę ut ſic, ſed competit ideę quæ repreſentatur in eſſentia diuina, ut eſt obiectum beatificum, unum aſpiciens ideam in Deo aſpicit Deū in quo eſt beatus. ¶ Ad ſecundum cum dicitur, ꝙ ens rationis non eſt principium productiuū, dico, ꝙ uerum eſt ut quo eſt, eſt autē falſum ut ad quod. ¶ Ad tertium dico, quòd non operatur effectiue per ideam ſed exēplariter, unum cum dicitur, ꝙ illud quo aliquid operatur non eſt ens rationis, cō cedo effectiue ſed nego exemplariter.

Deus operatur exemplariter per ideam.

7. met. contex. 21.

¶ Ad primum principale patet ex dictis, philoſoph. enim improbat ideas, eo modo quo impoſuit Platoni ꝙ ideę eſſent ſeparatæ. ¶ Ad ſecundum dico, quòd non prohibetur intellectio per ideam, tū quia non ponuntur in intellectu ut ſic, ſed in eſſentia, tum quia non omne extraneum prohibet intellectionem. Species enim exiſtens in intellectu non prohibet intellectionem.

Vtrum omnia cognita à Deo habeant ideam in ipſo?

Hoc idem quærit Scotus primo ſent. diſtin. 36. D. Thomas. 1. par q. 15. art. 3.

QVAESTIO II.

SECVNDO quæritur. Vtrum omnia cognita a Deo habeāt ideā in ipſo? Videtur quòd non, quia malum culpæ eſt cognitū a Deo, ſed malum culpæ non habet ideam in Deo, ergo nō omnia cognita ab ipſo habent ideam in ipſo. ¶ Præterea quod non cognoſcitur per ſe, non per ſe habet ideam in Deo, ſed materia nō cognoſcitur per ſe, ex primo phiſicorū, ergo. ¶ Præterea Deus cognoſcit partes totius ſine toto, ſed partes totius non habent ideam aliam ab idea totius, ergo. ¶ Contra quicquid imitatur diſtincte Deum habet diſtinctam ideā in Deo, ergo omnia habent diſtinctam ideam in Deo. ¶ Circa iſtā quæſtionem ſunt tres articuli ſecundum quòd de ea ſunt tres ſolennes opiniones.

D. Thomas 1. parte Sūmæ q. 15. artic. 3.

VNA eſt Tho. quæ ſic colligitur ex corpore queſtionis & ſolutione argumentorum dicit ſic, ꝙ idea ponitur principiū ſcientiæ & cauſalitatis. Inquantū eſt principium ſcientiæ ſpectat ad intellectum ſpeculatiuum, & ſic dicitur idea. Inquantum autem eſt principium cauſalitatis ſpectat ad intellectum practicum, & ſic dicitur exemplar. ¶ Ad propoſitum dicit ſic, quòd omnia cognita habent ideam in Deo inquantum idea eſt principium ſcientiæ, non autem omnia habent ideā in Deo inquantum idea eſt principium cauſalitatis, quia quod non eſt nec fuit nec erit non habet ideam in Deo. ¶ Item materia non habet ideam in Deo, quia quod non poteſt per ſe exiſtere non habet ideam, ſed materia non poteſt per ſe exiſtere, ergo non habet ideam.

An materia habeat ideā in Deo.

¶ Tertio genus non habet propriam ideā ab idea ſpeciei, quia quod non cognoſcitur niſi in ſpecie non habet ideam niſi in ſpecie, ſed genus cognoſcitur in ſpecie tantum, ergo non habet propriam ideā, niſi ideam ſpeciei. ¶ Quarto dicit, quòd indiuidua non habent ideam præter ideā ſpeciei, tum quia indiuiduum non addit vltra ſpeciem, niſi materia, & materia nō habet ideam, ut uiſum eſt, tum quia indiuidua non ſunt per ſe intenta a natura. Quæ autem non ſunt per ſe intenta a natura non habent ideam.

¶ Quinto accidentia inſeparabilia non habent ideam præter ideam ſubiecti, licet enim artifex habeat ideam accidentis ſeparabilis, puta picturæ domus, non tamen ideam accidentis quod inſeparabiliter concomitatur ſubſtantiam, ſiue domum.

ALIA opinio dicit, ꝙ dupliciter poſſumus loqui de re, quia eſt res primæ in-

tentionis,

Secundum hanc opinionem relatiuorum non ſunt ideę, quia Deus ea cognoſcit p ideas fundamentaliter.

tentionis, & ſecundæ intẽtionis. Res quidē ſecundæ intentionis non habent ideā in Deo. Res autem primæ intentionis diſtinguuntur in rem naturalem, & in rem artificialem. Res quidem artificialis non habet ideam in Deo. Res autem naturales adhuc diſtinguuntur: quia quædam ſunt ad ſe quædam ad aliud. Res quidem ad aliud ſunt ſeptem prędicamenta reſpectiua, & iſta non habent ideam in Deo, quia quod non habet propriam realitatē non habet ideam, ſed relatio non habet realitatem præter realitatem fundamenti, ergo non habet ideam. Res autem naturales ad ſe diſtinguuntur: quia quedam ſunt ad ſe eſſentialiter vt ſubſtantia, quædam ſunt ad ſe accidentaliter ut quantitas, & qualitas. Res autem ad ſe eſſentialiter, ut ſunt ſubſtantiæ diſtinguūtur, quia quędam ſunt ſubſtantiæ totius, & quędā ſubſtantiæ partis. Partes quidem ſubſtantiæ ſiue ſubſtantiæ partium non habent propriam ideam in Deo, ſubſtātia vero ſiue quidditas totius habet propriā ideam in Deo.

Opinio Scoti vera.

ALIA eſt opinio quam teneo, quòd omnia habent ideam in deo, omnia dico poſitiua ſiue entia naturalia ſiue artificialia genera ſpecies, & indiuidua, relationes, materia, cōpoſitum, & partes. Cuius ratio eſt, quia idea eſt res obiectiue cognita, ſed omnia prædicta ſunt res obiectiue cognita, ergo omnia prædicta habent ideam in deo. Nec dicta præcedentium opinionum non valent. Cum enim dicitur, q̄ materia nō habet ideam, quia non poteſt per ſe eſſe, hoc eſt falſum, vt patebit, poteſt enim diuina uirtute materia eſſe ſine forma. Et cum dicitur ulterius, quòd genus non habet ideam, quæ non cognoſcitur, niſi in ſpecie, hoc eſt falſum, quia Deus poteſt cognoſcere genus ut abſtrahit a ſpecie. Similiter cum ulterius dicitur, quòd indiuiduum non addit ultra ſpeciem niſi materiam per quam indiuiduatur, dico quòd accipit falſum, quia indiuiduatio non fit per materiam ut patebit. Et patet per Auicennam. ¶ Ad aliā probationem cum dicitur, quod indiuidua non ſunt per ſe intenta a natura. Reſpondeo per interemptionem minoris: quia quæ ſunt per ſe intenta ab auctore naturę ſunt per ſe intenta a natura, ſed indiuidua ſunt per ſe intenta per auctorem naturę, cum habeat de eis prouidentiam ergo ſunt per ſe intenta a natura.

Libro 2. diſtinct. 12.

Libro 2 diſtinc. 3. q. 5 3. art. c. 3

¶ Ad argumentum ſecundæ rationis de relationibus quando dicitur, quòd relatio non habeat ideam, quia non habet realitatem pręter realitatem fundamenti, dico, quod illa pręmiſſa eſt falſa ut patet per Simplicium in prædicamentis, & per Auicennam, & patebit libro ſecundo.

Tertio met. cap. vltimo, & lib. 2. diſtinc. 4.

¶ Ad primum principale dico, quòd malum culpæ non habet ideam inquantum eſt pura priuatio.

¶ Ad ſecundum patet ex dictis, quòd materia poteſt eſſe per ſe, & habet per ſe ideam in Deo.

¶ Ad tertium dico quòd ſicut partes per ſe intelliguntur, ita per ſe habent ideam, & tantum de queſtione.

Vtrum creaturæ in quantum cognitæ à Deo ab æterno habeant aliquod reale?

Hoc idem querit Scotus primo ſententiarum diſtinc. 36 q 1.

Henricus in Summa q. 23. Artic. 2. & in quolib. 8 q. 9.

QVAESTIO III.

TERTIO quæritur. Vtrū creaturę inquantum cognitę à Deo ab æterno habeat aliquod reale. ¶ Circa iſtam queſtionem ponitur una opinio, ſecundo una alia opinio, quam teneo. tertio reſpondeo ad motiua primæ opinionis.

Henric. in Summa ar. 2. q. 23. et 25 et quolib. 8. q. 9.

QVANTVM ad primum eſt opinio Henrici, quòd creaturæ ut cognitæ a Deo habent aliquod eſſe reale ab æterno, non quidem eſſe actualis exiſtentiæ, ſed eſſe eſſentiæ. Pro qua opinione arguitur ſic. Scientia realis eſt de obiecto reali, ſed Deus ab ęterno habuit ſcientiam realē de creaturis, ergo creaturę ab ęterno habuerunt aliquod eſſe reale, ſed conſtat quòd habuerunt eſſe exiſtentiæ, ergo habuerunt eſſe eſſentiæ. ¶ Præterea. Sicut ens ad non ens, ita poſſibile ad impoſſibile. Tunc arguitur ſic per commutatā propoſitionem. Sicut ens ad poſſibile, ita purum non ens ad impoſſibile; ſed quod eſt ens eſt poſſibile, ergo purum non ens

Eſt aduertendū quod Deus ab æterno produxit quantilibet creaturam in eſſe

eſt

cognito, & intellecto quia quamlibet creaturam intelligit ab æterno, & tale eſſe cognitũ eſt eſſe ſecũdum quid & non eſt aliquid uerum eſſe eſſentiæ uel exiſtentiæ, vt habet Scotus hic contra Henricum de Gandave qui voluit tres habere eſſentias ab æterno.

eſt impoſſibile, ergo ſi creaturæ fuiſſent puræ nõ entia, impoſſibile fuiſſet eas eſſe. ¶ Præterea rationes pdicamentales fuerunt ab æterno, ſed eſſe prædicabile eſt eſſe eſſentiæ, ergo. ¶ Preterea hec eſt uera ab æterno homo eſt animal, ſed iſta eſt uera ſecundum eſſe eſſentiæ, quia animal dicitur de homine in primo modo dicendi per ſe, ergo eſſentia animalis fuit ab æterno. ¶ Vltimo ſic, quod eſt poſſibile eſſe habet aliquid plus de eſſentia, quam quod impoſſibile eſt eſſe, ſed hominem eſſe poſſibile fuit ab æterno, chimera autem eſſe, aut hircoceruum eſſe eſt impoſſibile ab æterno, ergo hõ ab æterno habuit plus de eſſentia, quam chimera, alias unũ nihilum eſſet maius alio nihilo, ſed conſtat, quòd homo plus habuit de eſſe exiſtẽtię, ergo habuit plus de eẽ eſſentię, & ſic fuit ab æterno ſecundũ eſſe eſſentiæ.

ALIA opinio eſt in contrarium, ꝙ creaturę cognitę a Deo ab æterno non habuerunt aliquod eſſe reale eſſentiæ, quia ſi habuiſſent aliquod eſſe reale deſtrueretur creatio, & res non eſſent proprię creatę, quia creare eſt aliquid de nihilo producere, ſed ſi res ab æterno habuiſſẽt aliquod eſſe reale non fuiſſent de nihilo productę, ergo non fuiſſent create.

¶ Preterea quando aliqua ſunt realiter idem impoſſibile eſt unum manere altero non manente. Sed eſſe eſſentię, & eſſe exiſtentię ſunt idem realiter ſecundum eum, & ſecundum ueritatem, ergo impoſſibile eſt unum manere altero non manente, ergo ſi creaturę habuiſſent ab æterno eſſe eſſentię ſequitur, ꝙ ab æterno habuiſſẽt eſſe exiſtentię quod eſt hereticũ.

ARGVMENTA autem primę cõclusionis non concludunt, nam ſi primũ argumentum ualeret, ita probaretur, ꝙ res habuerunt ab æterno eſſe exiſtentię ſicut eſſe eſſentię, nam ſcientia realis per te eſt de obiecto reali, ſed deus ab æterno habuit ſcientiam realem de exiſtentia huius rei, ergo res iſta habuit ab æterno eſſe exiſtentię, quod eſt falſum, dico ergo, deus habuit ſcientiam realem de rebus, quia omnia cognoſcit in ſua eſſentia quæ eſt realiſſima.

Deus omnia cognoſcit in ſua eſſentia.

¶ Ad ſecundum dico, quòd argumẽtum de cõmutata proportione nõ tenet niſi in terminis cõuertibilibus; & q̃a iſti termini nõ ſunt cõuertibiles, ergo nõ ualet.

¶ Ad tertium cum dicitur, quòd res habuit eſſe pdicamentale ab æterno, dico ꝙ eſſe pdicamẽtale ſumitur dupliciter, ſcilicet in re, & in conceptu primo modo nõ ſunt ab æterno, ſecundo modo ſunt, & ſimiliter dico ad quartum.

Eſſe prædicamentale duobus modis ſumitur.

¶ Ad quintum quando arguitur ſic. Illud quod ẽ poſſibile eſſe habet aliquid plus quam illud quod eſt impoſſibile eſſe, dico, quòd eſt falſum niſi quantum ad compoſſibilitatem terminorum, ſed non quãtum ad eſſe rei. Nam ab æterno termini hominis, ſcilicet animal rationale fuerunt compoſſibiles, ſed termini hirco ceruị nullam habuerunt compoſſibilitatem & illo modo unum, uel nihil maius eſt altero nihilo, ſcilicet propter compoſſibilitatem terminorum.

DISTINCTIO XXXVII.

Vtrum Deus ſit ubiq;?

Hoc quæſitum mouet Scotus primo ſenten. diſtinc. 37.
D. Thomas prima parte q. 8. Artic. 2.
Ricardus primo ſenten. diſtinc. 37. q 3.

QVAESTIO I.

ET quoniam denumeratur. Circa iſtam diſtinctionẽ 37. quęritur. Vtrum Deus ſit ubique? Videtur quòd non. Auguſtinus. Deus inq̃t non eſt alicubi quia in eo ſunt omnia, ſi ergo eſſet ubique ſequeretur, ꝙ eſſet in ſeipſo. ¶ Preterea ſi Deus eſt ubiq; ergo eſt mutabilis: conſequẽs eſt falſum, ergo, & antecedẽs. Probatio cõſequentię, qđ eſt ubi prius nõ fuit, mutatur, ſed ſi Deus crearet nouum cęlum, eſſet i eo, ſi ponaẽ ubique, & prius non fuit in eo, ergo mutatur. ¶ In contrariũ eſt Magiſter in litera, & pbat per Ambroſiũ. ¶ In iſta queſtione ſunt quatuor uidẽda. Primo ſi Deus eſt ubiq;. ſcđo per quid eſt formaliter ubiq;. tertio ſi eſſe ubique eſt proprium Dei, quarto quibus modis generaliter loquendo eſt ubique.

83. q queſt. 20.

QVANTVM ad 1 hoc pbat Th. ſic oportet agẽs eſſe coniũctũ ei i qđ immediate

In primo libro de ſpiritu ſancto c. 7. in principio.
D Thomas parte 1 q 8 artic. 2.

agit, ſed agit immediate in omnes res omnibus rebus, ergo Deus eſt in omnibus rebus, & p conſeqnens eſt vbiqne. Maior patet, ex ſeptimo phiſicorum, vbi probat philoſof. quòd mouens, & motus ſunt ſimul. Minor probatur: tum quia eſſe creaturę eſt proprius effectus Dei: tum quia creaturę immediatæ cõſeruantur a Deo quemadmodum lumen in aere conſeruatur a ſole. ¶ Contra iſtam rationem inſtatur: qui propoſitio aſſumpta, ex ſeptimo phiſicorum eſt nera de agente naturali ſicut patet per omnia extra adducta a philoſ. ibidem impulſione, tractione, vectione, & vertigine, Deus autem eſt agens uoluntarium, & non naturale. ¶ Ex his arguitur vlterius ſic. Agens per uoluntatẽ non requirit ſimultatem ſui effectus ut ſit in illo: quia uoluntas poteſt eſſe reſpectu obiecti abſentis ſicut pſentis, ſed Deus ẽ agens per uoluntatem, ergo non requirit ſimultatem ſuorum effectuum ut ſit in eis. ¶ Pręterea agens pro quanto eſt virtuoſius tanto poteſt agere in obiectũ magis diſtans. Exemplum de ſole qui poteſt producere vermem cum tamen plus diſtet quam alię res inferiores: ſed Deus ẽ virtuoſius agens quam ſol. ergo non oportet, quòd ſit pręſens ſuis effectibus. Si dicas, quòd hoc facit ſol per radium qui nõ eſt diſtans ſed pręſens vermi.

7 phyſ. con tex. 16.

Deus eſt agens uoluntarium, non naturale.

Exemplum de Sole.

Vide D. Th. 1 parte ſummæ 98. artic. 1.

¶ Contra, accidens eſt imperfectius ſubſtantia, ſed impoſſibile eſt quòd imperfectius ſit forma, uel ratio producendi perfectius. Cum ergo radius ſit accidens nõ poteſt eſſe ratio producendi uermem.

¶ Ideo concluſio probatur ſic ab alijs. Illud ens ſpirituale, quod habet ordinem ad omnia gubernando, & conſeruando, ergo Deus eſt in omnibus, & ſic eſt ubique. Maior probatur ſic. Quod facit ſitus in corporibus hoc facit ordo in ſpirituali bus: ſed res corporales determinantur ad locum per ſitum, ergo res ſpirituales ſunt in loco per ordinem. Et ideo illud ens, quod habet ordinem ad omnia eſt in omnibus. ¶ Contra, iſte ordo, aut dicit relationem rationis, aut realem, ſi dicit relationem rationis, tunc nihil facit ad propoſitum de modo eſſendi Deum ubique, ſi autem dicit relationem realem, hoc falſum; quia probatũ eſt, quòd Dei ad creaturam non eſt relatiuo realiter. Doctor autem noſter Sco. dicit, quòd contra iſta eſt credita, tamen ſi aliqua ratio eſſet efficax inter omnes, ratio tamen Magiſtri eſſet efficacior ad probandum iſtam cõcluſionem, quæ talis eſt. Deus aut nuſquam eſt, aut alicubi eſt, aut alicubi non, aut ubique, non primo modo patet, nec ſecũdo modo, quia non eſſet ratio, quare plus eſſet ibi, quam hic, ergo Deus eſt vbique.

D. Tho. 30 q. 1 huius libri.

Opinio Scoti & Magiſtri.

DE SECVNDO articulo dico, ꝙ ratio eſſendi Deum ubique eſt ſua infinitas, quia illud eſt ratio eſſendi Deum ubique, quo poſito Deus eſt ubique, & quo circumſcripto Deus non eſt ubique, ſed circumſcripta Dei infinitate, & ſimplicitate Deus non eſſet ubique, poſita autem ſimplicitate, & infinitate dei Deus ẽ ubique, ergo ratio eſſendi Deum ubique eſt infinitas Dei, & ſimplicitas.

Quæ ſit ratio eſſendi Deum vbiq;

¶ Præterea probatur idem per dictũ Auguſtinũ, ſicut ſe habet anima ad corpus, ita ſe habet Deus ad uniuerſum, præter hoc quod informat: ſed anima eſt tota in toto, & tota in qualibet parte corporis propter ſuam ſimplicitatem, & uirtutem, uirtus autem dei eſt ſua infinitas, ergo.

Lib. de quãtitate Animæ, & 7. de tri.

DE TERTIO articulo dico, quòd eſſe vbique eſt proprium dei, quod probatur per Ambroſium. Spiritus inquit, ſanctus in omnibus, & ubique eſt ſemper quod utique deitatis, & donationis eſt proprium ¶ Pręterea eſſe ubique conuenit Deo per rationem ſimplicitatis, & infinitatis, ſed eſſe infinitum eſt proprium Deo ſoli Deo, ergo eſſe ubique eſt proprium ſoli deo.

Libro de ſpiritu ſancto capit. 7. in principio.

¶ Præterea illud eſt propriũ alicui quod conuenit ſibi quacunque poſitione facta circa uniuerſum cõuenit deo eſſe ubiq;, ergo eſſe ubique eſt proprium deo. Minor probatur, quia ſi deus faceret vnum alium mundum, ſiue plures adhuc eſſet in eis.

DE QVARTO articulo dico, ꝙ Deus loquendo generaliter tribus modis eſt ubique, ſcilicet per præſentiam, potentiam, & eſſentiam. Cuius ratio eſt iſta, nam deus aſpicit creaturas per intellectum, uoluntatem, & illapſum, propter intellectum quidem eſt ubique per præſentiam, propter uoluntatem eſt ubique per potentiam, propter illapſum eſt ubique per eſſentiam, nam eſſentia dei cuilibet creatæ entitati habet illabi.

¶ Nota-

Qũo deus ſit vbique modo ſpirituali vide Marſilium 39. q. 1.

¶ Notandum autem, quòd præter iſtos tres modos generales quibus deus è ubique ad hoc eſt deus ubique modo ſpirituali, quia eſt in ſanctis per charitatem, & gratiam. Item eſt in Chriſto per vnionem uerbi ad naturã humanã quę unio eſt nobiliſſima, & excellentiſſima.

¶ Ad primum principale dico, ꝙ Auguſtinus intelligit quòd Deus non eſt alicubi localiter. Et cum ulterius dicitur, ꝙ idem eſſet in ſe, dico, ꝙ non eſt inconueniens niſi eſſet modus eſſendi, & iſto modo negat philoſof. nihil eſſe in ſe formaliter. ¶ Ad ſecundum nego conſequẽtiam, non enim oportet, quòd deus mutetur ſi deus eſt ubique, & cum probatur, quia ſi deus crearet nouum mũdum ibidem de nouo eſſet, dico, quòd non ſequitur propter hoc mutatio in deo, quia non haberet deus propter hoc aliquam nouam relationem ad iſtam creaturam quamuis iſta creatura haberet relationem realem ad deum.

¶ Circa iſtam partem iſtius diſtinctionis in qua incidentaliter quęrit Magiſter de locatione ſubſtantiarũ ſpiritualium conſueuit quęri a doctoribus. Vtrum ſubſtantia ſpiritualis puta angelus ſit in loco, & per quid eſt in loco, & ſi plures angeli poſſunt ſimul eſſe in eodem loco. Hanc autem difficultatem nolo hic tangere, quia ponam eam.

In lib. 2. diſtinc. 2.

DISTINCTIO XXXVIII.

Vtrum ſcientia Dei ſit cauſa rerum?

Hoc quæſitum mouet Scotus primo ſententiarum diſtinct. 38.

D. Thomas 1. par q. 8. art. 1.

QVAESTIO I.

NVNC ad propoſitum reuertentes. Circa iſtam diſtinctionem 38 quæritur Verum ſciẽtia dei ſit cauſa rerum? Videtur quod non, quia cauſa rerum dicit eſſe forma actiua, ſed ſcientia dei nõ eſt forma actiua, ergo ſcientia dei non eſt cauſa, uel forma rerũ. Probatio minoris. Sciẽtia eſt de prima ſpecie qualitatis, ſed in prima ſpecie qualitatis non reponuntur formæ actiuæ, quia ſunt in tertia ſpetie qualitatis, ergo ſcientia non eſt forma actiua. ¶ Præterea poſita cauſa ponitur effectus, ſed ſcientia dei eſt eterna, ſequitur ergo ſi ſcientia dei eſt cauſa rerum, ꝙ res ſint eternæ. ¶ Preterea poſterius non eſt cauſa prioris, ſed ſcientia dei eſt poſterior ſcibili, ergo ſcientia dei non eſt cauſa rerum. ¶ In contrarium eſt Magiſter in litera, & Comẽtator, dicens, ꝙ ſcientia dei eſt cauſa rerum. ¶ Circa hanc quæſtionem dico duas concluſiones.

12. met. com. 51.

PRIMA, quòd Deus eſt cauſa rerũ per intellectum ſiue per ſcientiam, & uoluntatem, quæ probatur ſic. Illud quòd non producit per intellectum, & uoluntatem refertur relatione reali ad ſuũ productum, ſed deus non refertur relatione reali ad res, ergo deus producit per intellectum, & uoluntatem. ¶ Præterea ſicut ſe habet deus ad res creatas, ſic artifex ad artificiata, ſed artifex producit artificium per intellectum, & uolũtatem: Et *hæc* eſt ratio Tho. ubi ſupra.

¶ Præterea deus eſt cauſa rerum nobiliſſimo modo producendi, ſed nobiliſſimus modus producendi eſt per intellectum, & uoluntatem, ergo deus eſt cauſa rerum per intellectum, & uoluntatem.

Rõ D. Thomæ vbi ſupra.

Deus an ſit cauſa rerũ principalius per voluntatem, quam per intellectum.

SECVNDA concluſio quòd deus principalius eſt cauſa rerum per uoluntatem quam per intellectum, quod probatur ſic, quando aliqua ſic ſe habent, quòd unum eſt repreſentatiuum, & aliud eſt principium elicitiuum, & productiuum principalius eſt principium productiuũ quam repreſentatiuum, ſed intellectus eſt principium creaturarum repreſentatiuum, uoluntas autem eſt principium elicitiuum, & productiuum, ergo uoluntas eſt principalius principium quam intellectus.

Reſpõdetur quod per uoluntatẽ continet omnia virtualiter, et effectiue, quia omnia efficit, continetõia exemplariter per ſciẽtiam. & intellectiuam & opi-

¶ Prętterea illud principalius facit ad effectum quo poſito ponitur effectus circũſcriptis per impoſſibile omnibus alijs, & non poſito non ponitur effectus, ſed huiuſmodi eſt actus uoluntatis diuinæ, & non intellectus, nam circumſcripto ꝑ impoſſibile actu intellectus, ſi tamen poneretur actus uoluntatis poneretur effectus, & non econtrario, ergo uoluntas eſt principalius principium.

¶ Præterea in omni ordine cauſarum illa eſt principalior, quæ eſt domina ſui

effectus,

¶ Pręterea, aut Deus cognoſcit futura cõtingentia, aut expectat exeſſentiam eorum, ſi primo modo habetur propoſitum, ſi ſecundo modo tunc ſcientia Dei non eſt cauſa rerum, imo cauſatur a rebus, & dependet ab eis. Cuius contrarium patet in pręcedenti quæſtione. ¶ Pręterea agẽs ꝑ uoluntatem, & intellectũ pręcognoſcit ſuũ effectũ: ſed Deus ē agẽs ꝑ intellectũ & volũtatẽ reſpectu futurorũ cõtingẽtiũ, ergo Deus pcognoſcit futura cõtingẽtia.

D. Thomas 1. parte Sũmę q. 14. ar tic 9 & 13

DE SECVNDO articulo ſcilicet qualiter Deus cognoſcit futura contingentia eſt controuerſia inter doctores, & ſummarie ſunt quatuor opiniones. Vna eſt Thomæ, quæ dicit, ꝙ futurum contingens poteſt conſiderari dupliciter. Vno modo ut habet eſſe in ſe, alio modo ut habet eſſe in ſua cauſa, primo modo non eſt futurum, nec contingens: quia iam determinatum eſt ad eſſe, & iſto modo poteſt haberi ſcientia de eo a nobis, ſecũdo modo non eſt poſſibilis de futuro contingenti ſcientia a nobis, niſi coniecturalis. Ad propoſitum, quia Deus cognoſcit futurũ contingens nõ ſolum, ut eſt in cauſa ſua, ſed etiam ut exiſtens ex eo, quod futurũ coexiſtit nunc coęternitatis. Ideo habet certam ſcientiam de futuris contingentibus. Et ſic totum fundamentum opinionis eſt, quòd Deus habeat certam ſcientiam de futuris contingentibus, quia nũc æternitatis coexiſtit toti tempori in quo eueniunt contingentia, quod declaratur ſic. Nunc æternitatis excedit nunc temporis, ergo extendit ſe nunc ęternitatis ad plus quam nunc temporis. Sed non ſe extendit ad plus niſi extenderet ſe ad futura contingentia, ergo extendit ſe ad futura, & ſic futura ſunt pręſentia nunc ęternitatis.

Contra D. Thomam.

¶ Contra illam opinionem arguitur ſic, primo eſſentia diuina ratione ſuæ immenſitatis non attingit locum, qui nõ eſt, ergo ratione ſuæ ęternitatis non attingit tempus, quod non eſt. ¶ Pręterea aut iſta coexiſtentia dicit relationem realẽ, aut dicit relationem rationis. Si dicit relationem rationis, tunc nihil ad propoſitum. Si autem dicit relationem reale, aut illa eſt in Deo, aut in creatura, nõ in Deo quia Dei ad creaturam nulla eſt relatio realis, non etiam in creatura, quia tunc creatura haberet eſſe ab æterno, quod eſt falſum. ¶ Pręterea quod nihil eſt non poteſt alteri coexiſtere, ſed futurum contingens nihil eſt ut ſic, ergo non põt alteri coexiſtere. ¶ Pręterea eadem ratione pręterita eſſent pręſentia eternitati, ſicut futura, quod uidetur abſurdum, quia pręteritum non eſt futurum ¶ Fundamentum autem opinionis non ualet quando dicitur nunc æternitatis excedit tempus, concedo: ſed ex hoc non ſequitur, ꝙ extẽdat ſe ad futurum actualiter, ſed potentionaliter tantum. In hoc enim excedit, quòd ſi tempus poneretur in infinitum in actu tunc nunc æternitatis coexiſteret omnibus partibus eius.

D Bonauentura in 1. ſenten diſt. 35 & 39.

¶ Alia opinio eſt, ꝙ Deus cognoſcit futura contingentia per ideas, quia ideæ propter perfectionem ſuam non tantum oſtendunt res in ſe, ſed etiã ſecũdum omnem habitudinem ſuã ad res ideatas, & ſecundum oẽm modum eſſendi, & coniunctionem partium ideatarum. Vnde arguitur ſic. Illud quod eſt perfectè repreſentatiuum omnium, per illud Deus cognoſcit futura contingẽtia, ſed ideę ſunt huiuſmodi, ergo per ideas Deus cognoſcit futura cõtingentia. ¶ Cõtra hoc arguit ſic, quicquid idea repręſentat neceſſario repſentat, ſed quod neceſſario repræſentat, neceſſario euenit, ergo futurum contingens neceſſario eueniret. ¶ Probatio maioris, quod repręſentat naturaliter neceſſario repręſentat, ſed idea quicquid repſentat naturaliter repſentat quia ante oẽm actũ uoluntatis, ergo quicquid repręſentat idea neceſſario repręſẽtat. ¶ Præterea idea repręſentat ante omnem actum voluntatis, quia repræſentat naturaliter, ſed futurum cõtingens determinatur ex uoluntate, ergo nõ repſentat per ideas.

Quare D. Tho dictin. pręſenti & 1 contra gẽtiles ca. 66.

¶ Tertia opinio dicit, ꝙ Deus cognoſcit futura contingentia ex eo, ꝙ cognoſcit cõcurſum cauſarũ ſecũdarũ, & naturaliũ, ſed hoc nõ ualet, quia iſte cõcurſus cauſarũ, aut eſt neceſſarius, aut cõtingens, ſi neceſſarius, ergo effectus euenit neceſſario, ſi aũt ẽ cõtingens eadẽ difficultas ẽ ut prius: quia quęrit ꝑ quid cognoſcitur illud cõtiges, quia aut ꝑ cõcurſum aliarũ cauſarũ a ſe, & ſic erit pceſſus in infinitum, aut ꝑ ſe immediatè, & ſtat difficultas.

Opinio Scoti 1. ſent diſtinc. 39.

¶ Quarta ẽ opinio Scoti, ꝙ itellectus diuinus ab æterno cognoſcit futura cõtingẽtia cognoſcẽdo determinationẽ ſuę uolũtatis, ubi primo ſupponit, ꝙ 1. cauſa totius cõtingẽtię eſt uolũtas diuina, & hoc

decla-

declarabitur diſtinctione ſequenti. Ex quo arguitur ſic. Intellectus diuinus ab ęterno cognouit determinationem uolũtatis diuinæ ut non impedibilem: ſed uolũtas diuina cum ſit prima cauſa totius contingentię ab ęterno determinat omnia ſua ura contingentia, ergo ab ęterno intellectus diuinus cognouit futura contingentia cognoſcendo determinationẽ voluntatis ſuę.

Hic sũt duo dubia.

¶ Sed hoc ſunt duo dubia: quia ex dictis videtur, ꝙ Deus determinaret uoluntatem meam ad actum meritorium, qui actus eſt contingens, & ſic tollitur libertas uoluntatis. ¶ Aliud dubium eſt quare plus determinat Petrum ad bonum, quam ſortem, cum Petrus, & ſortes ſic ſe habeant, ꝙ nullum ſit impedimentum ex parte ipſorum in recipiendo talẽ determinationem. ¶ Ad primum dico, ꝙ etiam Deus determinat iſtum ad bonum, non propter hoc tollitur libertas uoluntatis quemadmodum in ſanctis, & confirmatis in gratia ponitur, ita quòd non poſſunt mortaliter peccare, & tamen ſtat libertas voluntatis. ¶ Ad ſecundum dico ꝑ Commentatorem, ꝙ indiſciplinati eſt omnium querere cauſas, & Magiſter dicit, ꝙ non eſt querenda cauſa uoluntatis diuinæ. Et Auguſtinus ſuper Ioannem dicit. Quare hunc trahat illũ vero non trahat, noli diiudicare ſi non uis errare, tamen ſi aliqua eſt cauſa dicetur inferius in quęſtione de prędeſtinatione.

4 met. comẽtum. 9. & 12. met. commen. 53. Sent. diſtinc. 45.

An de ſuturis contingentibus ſit determinata veritas.

¶ Ad primum principale dico, ꝙ futurorum contingentium non eſt determinata veritas i non determinata entitas in ſe: ſed in alio. ſ. in uoluntate diuina: quia in ea ſunt determinata cum voluntas diuina ſit prima cauſa contingentiæ, vt patebit diſtinctione ſequenti. ¶ Et per hoc patet ad ſecundũ, ꝙ oportet de contingentibus conſiliari in ſe maxime; quia preuiſum eſt, ꝙ eueniant mediante tali conſilio. ¶ Ad tertiũ dico, ꝙ quamuis poſſim cras non ſedere abſolute loquendo, non tamen eſt uerũ facta ſuppoſitione. ſ. ꝙ ſit determinatum a uoluntate diuina, & præuiſum ab intellectu diuino. Veruntamen ſciendum eſt, quòd ueritas huius quęſtionis nõ poteſt perfecte haberi niſi declaretur quę ſit prima cauſa contingentię, de quo erit ſermo diſtinctione ſequenti.

DISTINCTIO XXXIX.

Vtrum in vniuerſo eueniant contingenter aliqua?

Hoc quæſitum mouet Scotus primo ſententiarum diſtinc. 39.

D. Bona primo ſenten diſtinc. 35. & 39.

D. Thomas prima parte q. 14. Artic. 9. & 13.

QVAESTIO I.

PRAETEREA quæri ſolet. Circa iſtam diſtinctionem 39. ad euidẽtiam eorum, quę dicta ſunt in pręcedenti quæſtione, & eorum, quæ dicentur hoc, quæritur primo. Vtrum in uniuerſo eueniant contingenter aliqua? Et uidetur, ꝙ non. Omne futurum de neceſſitate eſt futurum, ergo omne futurum de neceſſitate eueniet. Et ſic non contingenter. Conſequentia patet. Antecedens probatur ſic. Illa propoſitio eſt uera & neceſſaria in qua prędicatur idem de ſeipſo: ſed in iſta prędicatur idem de ſeipſo cum dicitur, omne futurum de neceſſitate eſt futurorum, ergo illud antecedens eſt uerũ. ¶ Et pręterea, quod euenit determinate euenit de neceſſitate: ſed omne futurum euenit determinate, ergo omne futurum euenit de neceſſitate. ¶ In cõtrarium eſt philoſoph. & ratio ſua eſt ibi, quia ſi non euenirent aliqua contingenter tunc non oportet conſiliari, quia ſiue cõſiliaremur ſiue non ipſa euenirent, & ideo nullus cõſiliatur utrum ſol debeat oriri cras. ¶ Circa iſtam quæſtionem ſunt duo uidenda, primo ſi in uniuerſo eueniant aliqua contingenter, ſecundo quæ eſt cauſa primæ contingentiæ.

1. Periher. cap vltimo.

QVANTVM ad primum eſt una opinio falſa, ꝙ nihil eueniat contingenter, ſed omnia eueniant de neceſſitate, quod probatur, primo ſic. Si aliquid euenit contingenter ſcientia Dei poſſet falli, quod eſt falſum, probatio conſequentiæ. Nam poſſibile poſito in eſſe nullum ſequitur impoſſibile, ſed contingens eſt poſſibile ad vtrumlibet. ſ. ad eſſe, & non eſſe, ſi ergo ponatur nõ eſſe fallitur ſcientia

Chriſippi phy. quam ſequutus eſt aliquãdo Seneca dicens

Fata volentem ducũt, & nolẽtem trahunt.

1. Periher. ad calcem.

tia Dei: quia Deus ſcit illud tanquam futurum. ¶ Pręterea illud euenit de neceſſitate, quod non poteſt impediri: ſed ea quæ eueniunt in uniuerſo non poſſunt impediri, ergo, & omnia eueniunt de neceſſitate. Probatio minoris. Illa quæ eueniunt in uniuerſo proueniunt ex ordinatione, & prouidentia diuina, ſed prouidẽtia, & ordinatio diuina non poteſt impediri, ergo. Iſta opinio eſt falſa, & contra ſanctos, & philoſoph. unum philoſ. improbat eam, & ideo arguit contra eã ſic. Nullus laudatur, & vituperatur ex his, quæ facit ex neceſſitate, ſed homines laudantur, & uituperantur ex his, quæ faciunt, ergo aliqua ſunt, quæ non eueniunt ex neceſſitate, & ſic eueniũt contingenter. ¶ Pręterea nullus punitur vel pręmiatur ex his quæ facit de neceſſitate: ſed homines puniuntur & præmiantur ex his quę faciunt, ergo ¶ Præterea hoc eſt cõtra experientiã: quia quilibet experitur in ſeipſo quòd poteſt facere aliqua, & non facere, ſed hoc eſſet falſum ſi omnia euenirẽt ex neceſſitate, ergo. ¶ Prętereà arguitur ex alijs ſic. Si unum contrarium ponitur in natura oportet ponere alterum, ſed neceſſarię, & contingens contrariantur, ergo cum aliqua eueniant neceſſario oportet ꝙ aliqua eueniant contingenter. ¶ Vltimo ſic. Si aliqua eueniunt eueniunt ut prima cauſa vult ea euenire: ſed prima cauſa vult aliqua euenire contingenter, ergo aliqua eueniunt in uniuerſo contingẽter. Et cõcluſionẽ iſtarũ rõnũ teneo

¶ Ad primum argumentum præcedentis opinionis nego conſequentiam. Ad probationem quando dicitur poſſibili poſito in eſſe nullum ſequitur impoſſibile. cõcedo abſolutè, ſed facta ſuppoſitione eſt impoſſibile, uerbi gratia: poſſibile eſt, ꝙ ego non moueor & hoc poſito in eſſe nullum ſequitur impoſſibile, ſed facta ſuppoſitione, quòd ego curram ſi poneretur illud impoſſibile ꝙ non moueree ſequitur impoſſibile immo ſequerẽtur incompoſſibilia. Ita in propoſito ẽ, ſuppoſito enim, quòd Deus ſciat aliquid futurum ex determinatione uoluntatis, ſi illud futurum ponatur non eſſe ſequitur impoſſibile ex ſuppoſitione facta. ¶ Eodem modo dico ad ſecundum: cum dicitur illud quod nõ poteſt impediri euenit de neceſſitate, concedo ſi illud ſimpliciter non poteſt impediri, & tu dicis illud futurum preſertim non poteſt impediri, concedo facta ſuppoſitione, quòd præſciatur, ſed abſolute poteſt impediri.

1. Priorum cap 18 & 8. phyſicorum cõtex. 36. & 1 de gene cõtex. 8.

D. Th. 1 parte Summæ q. 14. artic. 13. in ſolutione principali.

DE SECVNDO articulo, quæ ſit prima cauſa contingentiæ, dicit una opinio, quòd contingentia non debet accipi in ordine ad cauſam uniuerſalem primã, ſed in ordine ad cauſas particulares, & ſic contingentia ſumitur ex cauſis particularibus.

¶ Ad cuius euidentiam notat, quòd effectus contingens poteſt comparari ad cauſam primam, & ſic non eſt contingens, ſed euenit de neceſſitate, poteſt etiam comparari ad cauſas particulares ſecundas, & ſic eſt contingens. Exemplũ de calore reſpectu ſolis qui euenit de neceſſitate, ſed propter cauſas particulares ſecundas, aliquando eſt effectus contingens, igitur pluries impeditur, hoc non teneo, quia eo modo cauſa ſecunda mouet quo mouetur a prima, ſed prima cauſa mouet neceſſario, ergo, & ſecunda, & ſic periret omnis contingentia.

Vt dictum eſt diſtinc. 2. huius libri.

¶ Præterea contra eam arguitur ſic. Prima cauſa prius naturaliter agit in ſuum effectum quam cauſa ſecunda, ſed prima cauſa per ſe habet neceſſitatem, ergo prius effectus habet neceſſitatem quam contingentiam, ſed quod primo ineſt ſimpliciter ineſt, ergo iſte effectus ſimpliciter eſt neceſſarius & non contingens.

¶ Prętereà illud competit alicui propriiſſime quod competit ſibi in ordine ad primam cauſam, ſed in ordine ad primam cauſam per te effectus habet neceſſitatem, ergo effectus propriiſſime erit neceſſarius, & non contingens. ¶ Dico ergo ꝙ prima cauſa contingentiæ eſt uoluntas diuina. Probo, quia primum contingens eſt cauſa prima omnis contingentię ad ea quę ſunt ad extra, ſed uoluntas diuina eſt primum contingens ad ea quę ſunt ad extra, ergo uoluntas diuina eſt prima cauſa contingentiæ Maior probatur ex philoſopho, ubi dicit quòd primum in uno quoque genere, eſt cauſa in omnibus alijs ut ſunt talia, unde primum calidum eſt cauſa in omnibus calidis ut ſint calida. ¶ Præterea illud eſt cauſa prima contingentię reſpectu cuius eſt omnis contingentia, ſed ex ordinatione, & diſpoſitione diuinæ uoluntatis eſt omnis con-

Volũtas diuina eſt cauſa contingentiæ.

2 met. contex. 4.

minat ſe ad diuerſa obiecta, quarto volũtas noſtra ut ſe dicit in diuerſa obiecta producit diuerſos effectus, quia uero duo prima dicunt imperfectionem, ideo non ponuntur in Deo. Accipiendo autem tertiũ & quartum dictum dicit, ꝙ ſicut volũtas creata per diuerſos actus poteſt ſe determinare ad plurima ita, ꝙ per actum nouũ determinat ſe ad aliquid nouum. Ita uoluntas diuina per unum actum illimitatũ continentem virtualiter omnem actum poteſt ſe determinare ab æterno ad hoc vel ad illud ita ꝙ uolũtas diuina per unũ actum illimitatũ potuit facere quicquid poſſet fieri per omnes actus formales in creaturis. Ad ſecundum principale dico, ꝙ ſicut ſcientia Dei eſt infallibilis ita eſt neceſſaria: ſed ſcientia de contingentibus eſt infallibilis ex ſuppoſitione, ergo ſimiliter eſt neceſſaria ex ſuppoſitione. i. ex determinatione uoluntatis diuinę, quæ eſt prima cauſa contingentium.

Scietia Dei eſt infallibilis.

DISTINCTIO XL. & XLI.

Vtrum prędeſtinatus poſſit damnari?

Scotus primo ſent. diſtinc. 40.
Bacconitanus 1. ſen. diſt. 41 q. 1.

QVAESTIO I.

PRAEDESTINATORum nullus. Circa iſtam diſtinctionem 40. & ſequentem 41. in quibus tractat Magiſter de pdeſtinatione quæritur primo. Vtrum prædeſtinatus poſſit damnari? Videtur ꝙ non, quia eſſe præteritum eſt ſimpliciter neceſſarium, ſed prędeſtinatio eſt præterita cum ſit ęterna, ergo eſt ſimpliciter neceſſaria: ſed non eſſet neceſſaria, ſi prædeſtinatus poſſet damnari, quia eueniret oppoſitum, ergo. ¶ Præterea uoluntas creata non poteſt impedire actum uoluntatis diuinæ, ſed ſi prędeſtinatus poſſet damnari hoc eſſet per actũ uoluntatis, & tunc voluntas creata impediret uoluntatem diuinam. ¶ Contra, ſi prędeſtinatus non poſſet damnari, tunc non eſſet alicui perſuadendum de obſeruantia mandatorum, quia ſiue ſeruaret, ſiue non, ſi eſt prædeſtinatus ſaluabitur, & ſi ẽ præſcitus damnabitur. ¶ Præterea dicitur tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. ¶ Circa iſtam quæſtionem ſunt duo videnda, primo ſi prædeſtinatus poſſit damnari, ſecundo ſi Deus poſſit aliquẽ de nouo prędeſtinare.

Apoc. ca. 3.

QVANTVM ad primum dico cũ Magiſtro, ꝙ loquendo in ſenſu compoſitionis prædeſtinatus non poteſt damnari, imo ſunt impoſſibilia, loquendo autẽ in ſenſu diuiſionis prædeſtinatus poteſt damnari. hoc patet ſic, prędeſtinatio dicit actum uoluntatis diuinæ, quo ordinatur creatura rationalis ad gratiam, & ad gloriam, ſed uoluntas diuina ordinat iſtam creaturam ad gratiam, & gloriam contingenter, quia ad nihil extra neceſſario ſe habet, non autem ordinaret eam contingenter, niſi poſſet eam non prædeſtinare, ergo prędeſtinatus poteſt nõ prędeſtinari, & per conſequens damnari, nõ ꝙ ambo iſta ponantur ſimul cum ſint oppoſita, nec ſucceſſiue, quia non ſuccedũt inſtantia in æternitate, ponitur autem utrũque diuiſim in inſtantia æternitatis.

Vtrum prædeſtinatus poſſit damnari probatur exemplo Sacræ Scripturæ de Petro, de Magdalena, & latrone qui in ſenſu compoſito vt prædeſtinati non poterãt dãnari, bene autem poterant in ſenſu diuiſo ex prædeſtinatis fieri damnati, ut poſſibili loquẽdo.

DE SECVNDO articulo ſunt opiniones cõtrariæ, una dicit, quòd ſic, quia plus poteſt uoluntas increata ſine ſui mutatione quam uoluntas creata abſq; omni mutatione, ſed eadem uolitione, qua vult finem poteſt de nouo uelle aliquid ad finem, ergo.

¶ Pręterea cauſa uniformiter ſe habens quicquid potuit ab ęterno poteſt, & modo, ſed Deus uniformiter ſe habens potuit ab ęterno aliquem predeſtinare, ergo, & modo poteſt eum predeſtinare.

¶ Alia opinio dicit, quod non, quia quicquid poteſt uoluntas determinate uelle, poteſt intellectus intelligere, ſed intellectus diuinus non poteſt aliquid de nouo intelligere, alias ante fuiſſet imperfectus ergo uoluntas non poteſt aliquem de nouo prædeſtinare.

¶ Preterea noua determinatio non primi eſſe ſine noua mutatione, ergo ſi Deus aliquem de nouo pdeſtinaret hoc eſſet cum mutatione, & illa mutatio, aut eẽt in creatura aut in Deo, non in creatura, quia nõ dum erat, nec in Deo, quia eſt ſimpliciter immutabiliter. Teneat hoc quod plus placet. ¶ Ad primũ principale dico ꝙ eſt ibi deceptio p falſam imaginationẽ, qa imaginat prædeſtinationem iã fuiſſe in

Alius modus dicendi quod prædeſtinatio poteſt conſiderari duobus modis.

vnū nō ex præteritum, quod ē falſum, quia ſemper *parte prçde* manet idem inſtans æternitatis in quo ē *ſtinati, & prædeſtinatio*. ¶ Ad ſecūdum dico, q̄ vo *ſic prædeſti* luntas creata nō impediret voluntatem *natus poteſt* diuinam. Tunc enim impediretur volũt *damnari q* tas diuina quando eueniret ſimpliciter *ex ſui natu* oppoſitum eius quod Deus determinat, *ra eſt uerti* prçdeſtinatio autem eius eſt contingens: *bilis ex bo* quia quicquid Deus vult extra ſe vult *no in malū.* contingenter.

Secundo mo do ex parte prædeſtina tis ſcilicet Dei, & ſic nō pōt dam nari q̄a ſem per prçde ſtinauit, & ſemper nos prçdeſtinat

SECVNDO quæritur. Vtrum ſit aliquod meritum prædeſtinationis. Videtur quòd ſic: quia ſi nō eſſet aliquod meritū prædeſtinationis ſequeretur quòd Deus non eſſet ſummè liberalis, nec ſummæ bonus, quia non communicaret ſumme ſuam bonitatem ex quo nulla ponitur ratio prædeſtinationis. ¶ Præterea ſequeretur, quòd Deus eſſet acceptator perſonarū, conſequētia probatur: quia ſi ponuntur duo equales in naturalibus, & vnum prçdeſtinat alterum vero non, hoc uidetur eſſe ſine acceptione perſonarum. ¶ Contra, apoſtolus dicit de Iacob, & Eſau, cum nōdum nati eſſent, nec aliquid boni egiſſent aut mali ex Deo uocante dictum eſt, maior ſeruiet minori. *Rom cap. 9* ¶ In iſta quęſtione eſt nimis temerarium multum loqui. Ideo apoſtolus, clamat in *Rom. c. 11.* fine huius tractatus. O altitudo diuitiarū ſapientiæ, & ſciētię Dei quam &c Et Auguſtinus ſuper Ioan. quare hunc trahat, & iſtum non, noli diiudicare, ſi non uis errare. Et Magiſter dicit in litera. In hoc melior eſt fideliter ignorantia, quam temeraria ſcientia; Et propheta dicit. Iudi*Pſal. 35.* cia Dei abyſſus multa: ideo timendum ē, ne curioſe querentes hunc abyſſum demergantur in abyſſum ¶ Circa iſtam igitur quęſtionem procedo dicta aliorum recitando nihil aſſerendo.

Rom. c. 9. FVIT enim aliquando opinio Auguſtini in illa quęſtione in epiſtola ad Romę: quòd fides prçſcita eſt cauſa prædeſtinationis; vnde propter fidem præſcitam in Iacob, & non in Eſau. Iacob quidem prædeſtinatus, Eſau autem reproba*Libro 22. retractatio num & in libro de præ* tus: ſed ipſemet Auguſtinus hanc opinionem retractat inuehēs cōtra rationem q̄ fides eſt donum Dei ſicut, & alia bona opera, unde dicit. Illud non dixiſſem, ſi fidem inter dona ſpiritus ſancti connumerare ſtuduiſſem, uel ſciuiſſem. *deſtinati one & gratia cap. 16.*

Opinio Magiſtra. ALIA eſt opinio Magiſtri, quòd nullum omnino ſit meritum prædeſtinationis, & reprobationis, quod probat primo ſic, in epiſtola ad Ro. dicens de Iacob, & Eſau. Cum inquit nōdum nati eſſent aut aliquid boni uel mali egiſſent ex Deo uocāte dictum, maior ſeruiet minori. ¶ Prçterea apoſtolus ponit idem exemplum de figulo, qui ex eadem maſſa facit aliqua in honorem, & aliqua in contumeliam: Et ſic non eſt aliqua cauſa ibi niſi tantū uoluntas artificis. ¶ Prçterea Auguſtinus non quia futuros nos eſſe tales præſciuit elegit: ſed ut eſſemus tales per ipſam electionem. Obijcit autem Magiſter contra ſe doctum Auguſtinum in Malachiā prophetam pertractans illud. Iacob dilexi, Eſau autem odio habui. Cui inquit vult miſeretur, & quem vult indurat: ſed uoluntas Dei iniuſta eſſe non poteſt, uenit ergo de occultiſſimis meritis & c. Reſpondetur, q̄ hoc dicit Auguſtinus: ſed fuit retractatum in ſimili, quando retractauit illud in epiſtola ad Romanos in limitatione retractationum. *Rom. cap. 9* *Libro de prędeſtinatione ſancto rum ca. 18.* *Malachiæ. Cap. 1.*

ALIA eſt opinio modernorum, q̄ prędeſtinatio, & reprobatio habent cauſam in uniuerſali, ſed non eſt aſſignanda cauſa in particulari. Cauſa autem uniuerſalis eſt duplex. Prima eſt perfectio uniuerſi, q̄a diſtincti gradus faciunt ad maiorem perfectionem uniuerſi. Alia cauſa ē ad manifeſtandam diuinam miſericordiā & iuſtitiam: nam in prędeſtinatis apparet Dei miſericordia, ſed in reprobatis apparet Dei iuſtitia. Quorū autem non ſit aſſignanda cauſa in particulari patet per ea quæ poſita ſunt de apoſtolo ſupra p opinione Magiſtri, & per Auguſtinum in Ioannem, noli inquit diiudicare ſi non uis errare. *D. Thomas 1. parte Summæ q. 23. artic. 5.*

Henricus quodlib. 4. q. 19. Actus diui nus poteſt duobus mo dis conſide rari. ALIA opinio dicit, q̄ actus prędeſtinationis pōt conſiderari, uel ut eſt à Deo agente uel ut eſt in ſubiecto recipiente. Primo modo prædeſtinationis nulla eſt cauſa niſi uoluntas & bonitas ſua, ſecundo autem modo eſſet aſſignare aliquam cauſam, uel rationem prædeſtinationis, quia in rebus omnino equalibus non cadit electio, ergo ſi Deus hunc eligit illum uero enim oportet, q̄ ſit aliqua cauſa in eis. ¶ Et prçterea in omnibus operibus diuine

uinæ miſericordiæ concurrit iuſtitia; ſed non concurret iuſtitia ſi eſſent duo æquales, & unus prædeſtinaretur, alius uero non, ergo eſt aliqua in equalitas in eis. ¶ Vlterius dicit, ꝙ illa cauſa prædeſtinationis eſt bonus uſus liberi arbitrij præuiſus a Deo; unde quia Deus præuidit Petrum bene uſurum libero arbitrio, & Iudam male; ideo Petrum prædeſtinauit, iudam uero reprobauit. ¶ Sed obijcitur contra eam per hoc, ꝙ bonus uſus liberi arbitrij pertinet ad gratiam, ergo pertinet ad effectum prædeſtinationis, & ita non erit ratio prædeſtinandi. ¶ Reſpondet, ꝙ bonus uſus quodammodo non includitur ſub prædeſtinatione, nec ſub eius effectu; licet nõ ſit ſine eius effectu, niſi ſit diſtinctum, quod eſt prædeſtinationis, ab eo quod eſt liberi arbitrij.

Opinio Henrici vbi ſup.

ALIA opinio eſt Scoti, quæ ſtat in duabus concluſionibus. Prima eſt, ꝙ prædeſtinationis nulla eſt cauſa ſecunda, ꝙ reprobationis eſt cauſa aliqua. Primã concluſionem probat ſic. ordinate uolens finem, & ea quæ ſunt ad finem, prius vult finem, quamque ſunt ad finem, ſed Deus ordinatè vult finem, & ea quæ ſunt ad finem, ergo Deus prius vult iſti finem, quã que ſunt ad finem: Sed ea quæ ſunt ad finem ſunt gratia, fides, & meritum, & bonus uſus liberi arbitrij, ergo prius vult Deus iſti finem, quam aliquod prædictorum. ¶ Poteſt etiam ratio confirmari ſic, Deus ſolo beneplacito ſuo determinat hunc hominem ad eſſe, ergo ex ſolo bene placito ſuo determinat hunc ad bene eſſe. i. ad gratiam, & ad gloriam ¶ Secunda concluſio probatur ſic, dannatio .n. nõ uidetur bona niſi quia iuſta, vnde Auguſtinus. Non prius Deus ſit vltor quam aliquis ſit peccator, ſed reprobatio, ſiue damnatio non eſſet iuſta, niſi ſub eſſet cauſa, ergo reprobationis eſt aliqua cauſa. ¶ Et ad euidentiam prædictorum notat, ꝙ in reprobatione, & prædeſtinatione non eſt ſimilis ordo, nam in prædeſtinatione Deus primo uidit Petrum. in ſecũdo ſigno vult ſibi uitam æternam, in tertio ſigno vult ſibi ea quæ ſunt ſibi neceſſaria ad hoc conſequendum ſicut gratia, & bona opera. In reprobatione eſt alius ordo, quia primo occurrit Iudas. In ſecundo ſigno uidentur mala opera eius, in tertio ſigno determinatur ad penam æternam. Si teneatur iſta opinio patet ad primum principale, quòd Deus eſt ſummæ libertatis, quia licet prædeſtinationis nõ ſit aliqua cauſa, verum tamen reprobationis eſt aliqua cauſa, ideo reprobatio non communicat ſuum ſummum bonum. ¶ Ad ſecundum dico, ꝙ Deus non eſt acceptator perſonarum, quia tunc ponitur acceptio perſonarum in uoluntate noſtra quando propoſitis duobus bonis æqualibus uoluntas unũ acceptat, & aliud reſpuit, & hoc ideo, quia bonitas in obiectis eſt cauſa acceptationis, ſed non eſt ſic in propoſito, quia uoluntas diuinã eſt cauſa bonitatis in obiectis, & non econuerſo.

Opinio Scoti.

11. Super Geneſi cap 24

Ordo reprobationis, & prædeſtinationis.

¶ Si autem teneatur alia opinio, ꝙ prædeſtinationis ſit aliqua cauſa, poteſt reſponderi ad primum & ad dicta ſanctorum, ꝙ apoſtolus, & ſancti redarguerunt præſumptuoſos inquirentes illa quorũ ſunt capaces, enim autem propter inopiam reddendæ rationis ad minus in communi quamuis in particulari neſciatur.

Voluntas Dei in particulari neſcitur.

DISTINCTIO XLII.

Vtrum Deus habet potentiam infinitam?

Hoc idem quærit Scotus primo ſententiarum diſtinc. 2 q. 2.

D. Thomas prima parte q. 7 Artic. 2.

QVAESTIO I.

NVNC de omnipotentia Dei. In iſta diſtinctione .42. incipit tractare Magiſter de omnipotentia Dei uel de Dei potentia, ideo quæritur primo. Vtrum Deus habeat potentiam infinitam? Videtur ꝙ non, quia ſi unum contrarium eſt infinitum non patitur eſſe aliud, ex tertio phiſicorum, ergo ſi Deus habet potentiam infinitam cum ipſe bonus ſit nullum eſſet malum in uniuerſo. ¶ Præterea ſicut dimenſio repugnat dimenſioni, ita actualitas repugnat actualitati, ſed corpus infinitum non compacitur ſecũ aliud corpus, ergo ſimiliter ens infinitum non compacitur ſecum aliam entitatem, & ſic in uniuerſo non eſſet aliquod ens præter Deum. ¶ Præterea quod ita eſt hoc, ꝙ non eſt alibi eſt finitum ſecundum ubi,

ergo quod ita eſt hoc, quòd nõ eſt aliud eſt finitum ſecundum ſubſtantiam. Sed Deus ita eſt hoc, quod non eſt illud, quia nec eſt lapis, nec lignum, nec aliquid tale, ergo Deus eſt finitus ſecundum ſubſtantiam, & per conſequens ſecundum

8. Phy. con tex. 78.

potentiam. ¶ Præterea nulla uirtus mouet in non tempore. Sed ſi Deus haberet potentiam infinitã poſſet mouere in non tempore, ergo. ¶ Contra, magnus dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis

Pſal. 47.

eius non eſt finis. Circa iſtam quæſtionẽ omnes concordant, quia omnes ponunt Deum infinitum, ſed diuerſitas eſt in modo probandi, iõ oportet ad hoc diuerſorum rationes adducere. ¶ Præterea, Philoſophus probat eã ſic, quod mouet motu infinito habet potentiam infinitam,

8. Phy. con tex. 78 & 12 met. 41.

ſed Deus mouet motu infinito, quia mouet motu æterno, ergo habet potentiam infinitam: Sed ratio ſic accepta non ualet, quia minor fundata in æternitate motus eſt falſa, & contra fidem cum motus non ſit æternus. Ideo declaratur ratio ꝑ uiam poſſibilitatis a quibuſdã ſic. Quod poteſt mouere motu infinito habet potẽtiam infinitam, ſed Deus poteſt mouere motu infinito, ergo habet potentiam infinitam. Sed nec iſta declaratio ualet, q͂a aſſumit minorem dubiam, & forte falſam quia ut patebit. Mundus non potuit pro

Lib. 2. ſent. q. 2.

duci ab æterno. ¶ Præterea, propter maiorem durationem non habetur infinita perfectio ſecundum uiam philoſophi, q͂a

1. Ethic. c. 7

non eſt maioris perfectionis albedo, quæ durat per x. dies quã, quæ durat per unã diem. Ideo declaratur ratio Philoſophi ſic, cauſa habens in uirtute ſua actiua effectus infinitos poſſibiles produci per motũ eſt infinita. Sed Deus eſt huiuſmodi, ergo Deus eſt infinitus, minor probatur, quia Deus hẽt in uirtute ſua actiua cauſalitatem omnium cauſarum ſecundarũ &c. Alius doctor, probat infinitatem Dei

D. Thomas 1. parte ſummæ, q. 7. artic. 1.

ſic, forma non recepta in materia eſt infinita, ſed forma .ſ. eſſentia Dei non eſt recepta in materia, ergo Deus ẽ infinitus. Iſta ratio non poteſt ſtare cum dictis doctoris cuius eſt: Arguo enim ſic, forma non recepta in materia eſt forma infinita, ſed forma angeli per ſe eſt forma non recepta in materia, ergo angelus eſt infinitus.

¶ Reſpondet ad illud, quòd licet Angelus ſit finitus quo ad ſuperius, eſt tamen infinitus quo ad inferius, Deus autem utroque modo eſt infinitus.

1. parte ſummæ q. 7. artic. 2.

¶ Contra formalitas infinitatis debet accipi per intrinſecum eſſentiæ, & non per extrinſecum, & ſic non eſt in reſpectu ad cauſam per cuius comparationem dicũt Angelum infinitum.

¶ Præterea, aut maior tua eſt ſimpliciter uera, & ſic arguã de Angelo ſicut tu Deo, aut particulariter, & tunc non ualet ad concludendum Deum eſſe ſimpliciter infinitum, quia non eſt maioris ambitus concluſio quàm præmiſſæ.

1. priorum.

¶ Alij probant Dei infinitatem ſic, Deus creat, ergo habet potentiam, qua tranſit ſuper extrema diſtantia in infinitum ſicut ens, & nihil.

Henricus quolib. 4. q. ultima, & Ricardus de media uillã in 1. ſen diſtin 2. q. 4. ar. 4.

¶ Sed iſta ratio deficit. Primo in antecedente, quia eſt tantum creditum, ſecundò deficit in probatione conſequentiæ, quia ens creatum, & nihil non diſtant in infinitum, quod probo ſic, quando inter aliqua extrema non eſt diſtantia media, ſed ipſa ſeipſis diſtinguuntur, tota diſtantia debet accipi per comparationem ad perfectius extremum. Exemplum hoc de Deo, & creatura, ubi accipitur ratio diſtantiæ per comparationem ad Deum.

Exemplum.

Vnde quia Deus eſt infinitus; ideo dicimus inter Deum, & creaturam eſſe diſtã tiam infinitam. Sed inter ens creatum, & nihil non eſt diſtantia media, immo ipſa ſeipſis diſtinguuntur, ergo tota diſtantia debet accipi per comparationem ad perfectius extremum ideſt ad ens creatum, ſed ens creatum eſt finitum, ideo inter ens, & nihil non eſt diſtantia infinita. Ideo adducuntur ad probandum Dei infinitatem aliæ rationes. Nam intelligibilia ſunt infinita, ergo intellectus ſimul intelligens illa erit infinitus, ſed ĩtellectus Dei eſt huiuſmodi, ergo Deus habet intellectum infinitum, & per conſequens eſſentiam, & potentiam infinitam, probatio antecedentis, quæcunque ſunt infinita accipiendo alterum poſt alterum illa ſi ſunt ſimul ſunt infinita. Sed intelligibilia ſunt infinita in accipiendo alterum poſt alterum, ergo probatio conſequentiæ, quicquid poteſt in aliqua plura quorum quodlibet ponit aliquam perfectionem ſi poteſt in infinitum talia habent infinitam perfectionem, ſicut ſi

Vide pro hoc Scotum in 1. ſen diſtin. 2. q. 2.

poſſe

poſſe portare decem lapides requirit tantam uirtutem, ergo portare infinitos lapides requirit infinitam uirtutem. Sed intelligere hoc intelligibile requirit tantam perfectionem, & hoc tantam, & ſic de omnibus aliis intelligibilibus, ergo intellectus iſta intelligens habet infinitam perfectionem.

¶ Præterea, eminentiſſimo eſſe aliquod maius eſſe, eſt impoſſibile, ſed Deus eſt ens eminentiſſimum, ergo impoſſibile eſt intelligi eſſe aliquod maius Deo. Sed ſi Deus non eſſet infinitus poſſet intelligi maius eſſe aliquid Deo, ergo Deus eſt infinitus.

¶ Vltimo ſic: nihil terminat ultimate actum uoluntatis noſtræ, niſi ſit formaliter infinitum, quia quocunque finito dato uoluntas poteſt ulterius appetere. Sed quod terminat ultimate actum uoluntatis noſtræ eſt Deus, ergo Deus eſt infinitus.

¶ Ad primum principale dico vno modo, quod prima propoſitio eſt uera de his, quæ contrariantur formaliter, non autem de his, quæ contrariantur uirtualiter, Deo autem nihil eſt cõtrarium formaliter. Hoc autem non ualet, quia maior etiam eſt uera de his, quæ contrariãtur uirtualiter. Si enim ſol haberet caliditatem infinitam uirtualiter deſtrueret ſimpliciter frigus. Ideo dicitur aliter, ꝙ propoſitio eſt uera quando illud, quod habet potentiam infinitam agit de neceſſitate naturæ, Deus autem nihil ad extra ſe agit de neceſſitate naturæ, ideo non ualet.

Quæ in Deo nihil ſit contrarium formaliter.

¶ Ad ſecundum nego maiorem, nõ enim eſt ſimilis repugnantia ex parte dimenſionum in loco, & ex parte eſſentiarum in uniuerſo.

¶ Ad tertium dicitur, quod maior nõ eſt uera niſi quando illud quod determinatur in antecedente ſit finitum, exemplũ. Nam Philoſophi poſuerunt tempus, & motum infinitum, & tamen nõ eſſet bona cõſequentia iſte motus, ita eſt in hoc tempore quod non in alio, ergo eſt finitus ſecundum tempus, quia quod præſupponitur in antecedente eſt infinitum ex parte temporis, & ita dico, quod ex parte Dei, quia quod ſupponitur in antecedente eſt infinitum.

Exemplum.

¶ Aliter poteſt dici, quod licet Deus nõ ſit hoc uel illud formaliter continet tamen ea uirtualiter, & eſſe uirtualiter tale eſt perfectius, quam eſſe formaliter tale.

¶ Ad ultimum quando dicitur, quod nulla uirtus mouet in non tempore, dico ꝙ Philoſophus illud intelligit de uirtute extenſa ad extenſionem magnitudinis, & iſto modo non ponitur potentia Dei extenſa ut patet ibi per Philoſophum.

Vide Scotũ in 8. diſt. 1. q. 1.

Vtrum Deum eſſe omnipotentem poſſit probari ratione naturali?

Hoc quæſitum mouet Scotus primo ſenten. diſtinct. 42. q. 1.
D. Bona primo ſent. diſt. 43. q. 1. Ar. 1.
Alexander Alenſis prima parte. q. 21. mẽbro 1. Artic. 1.
D. Thomas prima parte q. 25. Artic. 1.
Ricardus primo ſenten. diſtinc. 43. q. 2.
Durandus 1. ſent. diſt. 43. q. 1.

QVAESTIO II.

SECVNDO quæritur. Vtrum Deum eſſe omnipotentem poſſit probari ratione naturali? Videtur quod ſic. Rich: Ad omnia quæ fide tenemus nõ deficit ratio neceſſaria. Sed Deum eſſe omnipotẽtem tenemus fide, ergo circa hoc non deficit ratio neceſſaria. ¶ Præterea, infinita potentia eſt omnipotẽtia, ſed infinita potentia poteſt probari de Deo ratione naturali ſicut probat Philoſophus, ergo omnipotentia Dei põt probari rõne naturali de Deo. ¶ Contra Philoſophi ſequentes rationem naturalem non ponũt Deum omnipotentẽ eo modo quo ponũt Theologi, ut ſ. poſſit immediate in omne poſſibile. ¶ Circa iſtam quæſtionem eſt una diſtinctio præmittenda de omnipotentia, & deinde ſoluetur quæſtio.

1. De tri.

8. Phy. con tex. 78.

QVANTVM ad primum dico, ꝙ omnipotentia accipitur dupliciter. Vno modo accipitur omnipotentiã mediate inquantum per omnipotentiã agens poteſt in omne poſſibile mediantibus cauſis ſecundis. ¶ Alio modo accipitur omnipotentia immediate, ſ. ꝙ quando agẽs ex ſe circunſcripta quacunque cauſa, ſecunda poteſt in omni poſſibile.

Duplex omnipotentia una eſt qua primum efficiens poteſt cauſare effectum mediate, quia prima cauſa po

¶De

Nota: Vt eſt cauſare omnes effectus mediatione cauſæ ſecundæ, de hac loquuntur phy.

¶De omnipotentia primo loquūtur Philoſophi, ſed de omnipotentia ſecundo modo loquuntur Theologi.

¶ Ad propoſitum dico duas concluſiones ad quæſtionem.

¶Prima, quòd omnipotentia Dei primo modo dicta poteſt demonſtrari de Deo ratione naturali; & hoc ſi Dei infinitas eſt naturaliter demonſtrabilis. Nam Philoſophi ſicut concedunt Deum infinitū, ita concedunt omnipotentem, quia poteſt in omne poſſibile mediantibus cauſis ſecundis, ſecundo modo autem infinitas Dei probatur ex q̄one præcedenti.

¶Secunda concluſio eſt, quòd Deum eſſe omnipotentem omnipotentia immediate ſumpta ſicut intelligunt eam Theologi non poteſt pro ſtatu iſto demonſtrari ratione naturali, tum quia eſt articulus fidei, tum quia ſi probaretur hoc probaretur, quod Deus contineret cauſalitatem cauſarum ſecundarum. Sed hoc non ualet apud Philoſophos, quia ſi ſol contineret cauſalitatem bouis, non propter hoc concederent Philoſophi, quòd ſol poſſet producere bouem immediate, tum quia Philoſophi non potuerunt concludere ratione naturali Deum poſſe cōtingenter cauſare, ergo non potuerunt concludere naturaliter Deum poſſe immediate in omnem effectū ſine in quodcunque in quod poteſt mediantibus cauſis ſecundis.

Alia eſt quæ Deus poteſt cauſare, & cauſas immediate immediatione cauſæ id eſt ſine ſōcurſu cauſarum ſecundarum, & de hac loquūtur Theologi.

¶Ad primum principale concedo, quod ad oſtendendam Dei omnipotentiam nō deficiunt neceſſe rationes in ſe, ueruntamen iſte non ſunt in nobis naturaliter euidentes pro ſtatu iſto.

¶ Ad ſecundum patet quomodo infinitas aliter ſumitur pro omnipotentia apud Philoſophos, & aliter apud Theologos, unde Philoſophi non ponerent infinitatem eſſe illam omnipotentiam quam ponunt Theologi.

DISTINCTIO XLIII.

Vtrum Deus poſſit facere infinitum in actu?

Hoc idem quærit Scotus primo ſenten. diſtinc. 43. q. 1.

D. Bona. primo ſenten. diſtinc. 43. q. 3.

Alexander Alenſis prima parte q. 21. membro 5. Ar. 1.

D. Thomas prima parte. quæſtio. 25. Artic. 2. & 3.

Ricardus 1 ſent. diſt. 43. q. 5.

Durandus 1. ſent. diſt 42. q. 2.

Franciſcus de Mayronis primo ſententiarum diſtinc. 43. q. 2.

QVAESTIO I.

QVIDAM tamen dicunt de ſuo. Circa iſtam diſtinctionem 43. quæritur. Vtrum Deus poſſit facere infinitum in actu? Videtur, quòd ſic, quia plus poteſt Deus facere quam homo cogitare. Sed homo poteſt cogitare eſſe aliquid infinitum in actu, ergo.

¶ Præterea, imaginatio non decipitur, ſed imaginatio dicit extra cęlum eſſe ſpatium infinitum, ergo eſt infinitū in actu. *3. Phy. com tex. 25.*

¶ Præterea, uniuerſum, aut eſt finitum, aut infinitum. Si eſt infinitum habetur propoſitum. Si non eſt infinitum, ergo clauditur ſicut de priori; & ſicut in infinitum, quia aut eſt finitum, aut infinitum. Si infinitum habetur propoſitum, &c. & illa fuit ratio antiquorum Philoſophorum ad probandum infinitum eſſe.

¶In contrariū eſt Philoſophus, ubi probat multipliciter, quod impoſſibile eſt eſſe aliquod infinitum. *3. Phy. com tex. 35. & inde.*

¶Ad euidentiam huius quæſtionis præmitto unū quod præmittit Philoſophus, ſcilicet, quòd infinitum dr̄ tripliciter. *Infinitum tribus modis dicitur.*

¶Vno modo dicitur infinitum quod nō eſt de genere tranſibilium, ſicut uox dicitur inuiſibilis, quia non eſt de genere uiſibilium, & iſto modo punctus dicitur infinitus.

¶Secundo modo dicitur infinitū, quod eſt de genere tranſibilium, & habet tranſitum inconſumabilem, id eſt difficilem ſicut profunditas maris.

¶Tertio modo dicitur, quod eſt de genere tranſibilium, ueruntamen habet tranſitum inconſumabilem, quia ſimpliciter caret fine. Et de infinito iſto modo ſumpto quæritur hic.

¶His

¶His præmiſſis dico, quòd ſunt hic duo videnda. Primo ſi Deus poteſt facere infinitum ſecundum magnitudinem. Secundo ſi poteſt facere infinitum ſecundum multitudinem.

Henricus quolib. 8. q. 3.

QVANTVM ad primũ dicit una opinio, quòd ſic, quia Deus poteſt facere quicquid non implicat contradictionẽ, ſed eſſe infinitum ſecundum magnitudinem non implicat contradictionem, ergo hoc eſt Deo factibile, probatio minoris, quando aliquid eſt indifferens ad plura non implicat contradictionem ſi ponitur ſub altero illorum, ſed quantitas eſt indifferens ad infinitum, & ad finitum, ergo non implicat contradictionem ſi ponitur ſub aliquo illorum, ſcilicet ſub eſſe infinito.

Sed circa impoſſibile. Henricus in quolib. 6. q. 3. oppoſitũ dixit. Vide Scotum in reportatis diſt. 43. q. 1. ubi clarius recitat opinionem Henrici.

¶ Præterea, probatur eadem minor ſic non implicat contradictionem, quando ſubiectum ponitur ſub propria paſſione, ſed infinitas eſt propria paſſio quantitatis, ergo.

¶Alia opinio eſt ad oppoſitum; ſcilicet quod infinitum non ſit factibile, quia qđ implicat contradictionem non eſt factibile, ſed eſſe magnitudinem infinitam extra Deum implicat contradictionem ergo non poteſt fieri, probatio minoris omne infinitum, ut ſic eſt independens, omne autem factum eſt dependens, ergo ſi Deus faceret magnitudinem infinitam eſſet independens, & dependens, quæ ſunt contradictoria.

¶Præterea, illud quod eſt minus infinito neceſſario eſt finitum, ſed omne aliud a Deo neceſſario eſt minus infinito, ſcilicet Deo, ergo nihil aliud a Deo poteſt eſſe infinitum.

3. Phy. contex. 8

¶Pręterea ad idem arguitur rationibus Philoſophi nullum terminatum ſuperficie eſt infinitum, ſed omnis magnitudo eſt terminata ſuperficie, ergo nulla magnitudo eſt infinita.

¶Pręterea omnis magnitudo ẽ mobilis, quia eſt in loco, ſed magnitudo infinita, non poteſt moueri, ergo non poteſt eſſe aliqua magnitudo infinita, probatio minoris. Illa magnitudo aut mouetur motu recto, & hoc non, quia iam non eſſet infinita, quia haberet aliquem locum extra ſe ad quem poſſet moueri. Aut moueretur motu circulari, & hoc non, quia ſupponitur, quod in motu eius quod moueretur circulariter imaginaretur unum cẽtrum, tunc ducantur lineæ a cẽtro uſque ad circumferentiam; lineæ erunt diſtantes in infinitum, quia diſtantia, quæ interiacet eſt infinita, ſed infinita diſtantia nõ poteſt pertranſiri, ergo.

¶Præterea illa magnitudo aut eſt naturalis, aut Mathematica. Si eſt naturalis, ergo eſt finita, quia omnium natura conſtantium certus, & determinatus eſt terminus magnitudinis, & augumenti. Si autem eſt mathematica, ergo habet habitudinem ad magnitudinem naturalem, ſed magnitudo naturalis eſt finita, ergo iſta magnitudo mathematica eſt finita. *2. de anima cont. 41.*

¶Vltimo ſic, quod poſſibile eſt intelligi poſſibile eſt fieri, ſed impoſſibile eſt intelligere lineam infinitam in actu, ergo. Puto, quod iſta ratio habeat fundamentum falſum quamuis concluſio ſit uera, quia ſi uirtus rationis ualeret, ſequeretur, quod eſſet poſſibile infinitũ in actu, quia intellectus diuinus poteſt hoc intelligere.

¶Ad argumentum præcedentis opinionis dico per interemptionem minoris.

¶Ad probationem primam quando dicitur, quòd quantitas eſt indifferens ad finitum, & infinitum. Dico, ꝙ infinitum eſt duplex, quia eſt infinitũ in actu perfecto, & eſt infinitum in actu permixto potentiæ cuius eſſe eſt in fieri, ita quòd acceptum ſemper eſt infinitum, quamuis in accipiendo procedas in infinitum. Exemplum Philoſophi, ibidẽ eſt de diebus agoniſtarum, & ſic concedo, quòd quantitas eſt indifferens ad infinitũ iſto ſecundo modo ſumptum. Eodem modo dico ad ſecundam probationem de propria paſſione.

Infinitum duplex.

Exemplum Phy quid.

DE SECVNDO articulo fuit error Auic. & Algazelis, ꝙ multitudo infinita eſt poſſibilis. Sed hoc communiter non tenetur, quia nullum numeratum, uel numerabile eſt infinitum, ſed omnis multitudo eſt numerata, uel numerabilis, ergo nulla multitudo põt eſſe infinita.

Vide Auicennam, & Algazelem 1. Metaph. diuiſione. 6.

¶Præterea nullum menſuratum eſt infinitum, ſed omnis multitudo eſt menſurata unitate, ergo nulla multitudo eſt infinita.

¶ Præterea omnis ſpecies eo ipſo quo ſpecies eſt terminata, & finita, ſed omnis multitudo eſt in aliqua ſpecie, ergo om-

nis multitudo eſt terminata,& finita.

¶ Ad primum principale dico, ꝙ homo non poteſt intelligere magnitudinem, uel multitudinem infinitam in actu, ſed ſucceſſiuè, tantum in accipiendo alterũ poſt alterum tamen acceptum ſemper eſt finitum.

¶ Ad ſecundum reſpondetur, quod imaginationi non eſt credendum, ubi imaginatio ſequitur ens, & non ens imaginationem.

Aliud eſt claudi, aliud eſt finiri.

¶ Ad tertium reſpõde. Philoſophus ibidem, quod aliud eſt claudi ſiue terminari, aliud eſt finiri, nam quod clauditur aliquo clauditur, ſed quod finitur poteſt ſeipſo finiri. Quando ergo quæris, quod uniuerſum aut eſt finitum, & infinitum, dico, quod eſt finitum, & cum infers, ergo aliquo clauditur, nego, ſed concedo, quod finitur in ſe.

Vtrum inter quaſlibet ſpecies vniuerſi Deus poſſit facere aliam ſpeciem mediam?

Hoc quæſitum mouet Scotus primo ſent. diſtin. 44 q. 1.

QVAESTIO II.

SECVNDO quæritur, Vtrum inter quaſlibet ſpecies uniuerſi Deus poſſit facere aliam ſpeciem mediam? Videtur, quod non, quia inter immediata non cadit aliquod medium, ſed ſpecies uniuerſi ſunt immediatæ ſicut patet de ſpecie eligi, & eligati, ergo. In contrarium arguitur, quia aliter Deus non eſſet omnipotens.

¶ Circa iſtam quæſtionem ſunt tres opiniones, duæ extremæ, & una media.

1. Opinio.

VNA dicit, quod non, & arguit ſic. Species ſe habent ut numeri, ſed inter duos numeros immediatos non cadit alius numerus medius, ſicut patet, in binario, & ternario, ergo inter duas ſpecies non poteſt fieri alia ſpecies media.

8. Met. con tex 10.

¶ Præterea natura plus abhorret uacuum ſpecierum, quam uacuum corporum. Sed natura non patitur uacuum corporum, ergo nec uacuum ſpecierum. Sed ſi fieri poſſet ſpecies media inter duas ſpecies poneretur ibi uacuum, ergo.

2. Opinio.

2. ALIA opinio tenet oppoſitum, ſcilicet ꝙ inter quaſcunque duas ſpecies Deus poteſt facere ſpeciem mediam. Cuius ratio eſt, quia diſtinctio ſpecierum ſumitur pęnes diſtinctionem idearum, & pęnes diuerſos gradus imitabilitatis, ſed inter quoſcunque duos gradus imitabilitatis eſt accipere alium gradum imitabilitatis in infinitum, ergo inter quaſcunque duas ſpecies Deus poteſt facere aliã ſpeciem mediam, minor probatur, quia ſicut inter quælibet duo puncta in linea poſſunt aſſignari puncta infinita, ita inter duos gradus imitabilitatis poſſunt accipi infiniti alij.

3. Opinio.

3. TERTIA opinio mediat, quia quędam ſunt ſpecies immediatę, quædam autem mediatę, & hoc ſuppoſito, quod ſpecies non conſiſtant in indiuiſibili, ſed habeant inter ſe latitudinem quandam. Inter ſpecies autem immediatas non poteſt fieri ſpecies media, quia hoc repugnat, ſcilicet, quod ſint ſpecies immediatę, & quod poſſit inter eas fieri ſpecies media. Sic ponit exemplum de ſpecie eligi, & eligati, ſiue corporis ſimplicis, & mixti, ubi nullo modo cadit ſpecies media, loquendo autem ſecundo modo, ſic conceditur, quod inter duas ſpecies Deus poteſt facere aliam ſpeciem.

Exemplum.

¶ Si teneatur iſta opinio reſpondetur ad primum argumentum primæ opinionis, quod illa ſimilitudo non eſt ſimpliciter uera. Species enim numeri conſtituuntur per unitatem indiuiſibilem. Species autem rerum conſtituuntur per formas habentes latitudinem.

¶ Ad ſecundum cõceditur totus primus ſillogiſmus, ſed negetur minor pro ſillogiſmo, quia Deus poſſet extra illum mundum creare alium mundum, & tamen propter hoc non poneretur uacuum ſpecierum ibi.

¶ Ad ſecundum autem ſecundæ opinionis dicitur, quod duæ ſpecies immediatę ſic ſe habent, ꝙ inter eas non cadunt alii gradus imitabilitatis, & cum probatur per ſimile de punctis in linea dicitur, ꝙ non eſt ſimile, quia puncta dicunt priua-

uationem, gradus autem imitabilitatis non. ¶ Ex dictis patet ad argumenta principalia, quia primum argumentum probat de ſpeciebus immediatis de quibus conceditur, quòd inter eas non cadit ſpecies media.

DISTINCTIO XLIIII.

Vtrum Deus potuerit facere mundum meliorem quam fecit?

Hoc quæſitum mouet Scotus primo ſententiarum diſtinct. 44. q. 1.
D. Bona. 1. ſent diſt. 44. q. 1. Ar. 1.
D. Thomas. 1. par q. 25. art. 6.
Ricardus 1. ſent diſt. 44. q. 1.
Durandus primo ſent. diſtinct. 44. q. 1

QVAESTIO I.

NVNC reſtat diſcutiendū. Circa diſtin 44. quęritur. Vtrū Deus potuerit facere mūdū meliorē quam fecit? Videtur, quod non, quia ſi Deus potuerit facere mundum meliorem, quam fecit, ergo fuit inuidus. Sed in Deo non cadit inuidia, ergo Deus non potuit facere mūdum meliorem. Confirmatur iſta ratio per Aug. quia ſi Deus non genuit filium ſibi æqualem, & potuit, ergo fuit inuidus, a ſimili arguitur hic in propoſito ſicut deducit Magiſter in littera.

Lib. 1. cōtra Maximianum.

¶ Prꝫterea Aug. quicquid occurrit melius in rebus cogita Deum feciſſe. In cōtrarium eſt Magiſter in littera. Et Augu. potuit inqui: Deus facere hominem meliorem, qui non peccare, nec peccare potuiſſet.

3. De libero arbitrio. Lib. 2. de Geneſi ad literam, c. 7. in Tom. 2.

¶ Ad euidentiam huius quæſtionis præmitto iſtam diſtinctionem, quod mundus poteſt conſiderari, uel quantum ad naturas creatas ſecundum ſe, uel quantum ad ordinem creaturarum. Et iſte ordo eſt duplex, quia creaturæ habent unum ordinem ad Deum tanquam ad principem, & alium ordinem inter ſe. Ideo circa iſtam quæſtionem primo oportet uidere ſi Deus potuit facere mundum meliorem quantum ad naturas creaturarum, ſecundo ſi Deus potuit facere mundum meliorem quantum ad ordinem.

Mūdus conſideratur duobus modis. Duplex ordo.

DE PRIMO dicitur, quod non, maxime quantum ad eſſe ſubſtantiale creaturarum, quia eſſe ſubſtantiale cuiuslibet conſiſtit in indiuiſibili, & ſic nō recipit magis, aut minus.

Mundus poteſt intelligi meliorari quatuor modis. Vide Ricardum preſenti diſtin. q. 1.

¶ Alia opinio dicit, quod Deus poteſt facere mundum meliorem quantum ad eſſe ſubſtantiale, & quantum ad eſſe accidentale creaturarum, quia ponit, quòd eſſe cuiuslibet creaturæ habeat latitudinem, & non conſiſtit in indiuiſibili. Et confirmatur hoc, quia totum vniuerſum fuit melius in ſtatu innocentiæ, ſimiliter erit melius poſt diem iudicij. Et ſimiliter omnes animæ ſunt eiuſdem ſpeciei, & tamen vna anima eſt melior altera. Dicere enim, quod anima Chriſti non ſit melior animæ Iudæ eſt erroneum ut patet per articulum excommunicatum.

DE SECVNDO articulo dicitur, quòd Deus non poteſt facere mundum meliorem, nec quantum ad ordinem creaturarum ad Deum, nec quantum ad ordinem creaturarum inter ſe, quia quilibet ordo eſt optimus, optimū autem non poteſt meliorari. Exemplum ponitur de cithara, in qua quando chordę ſunt bene ordinatę non poteſt illa ordinatio meliorari.

Exemplū de Cithara.

¶ Contra hoc obijcitur, quòd primus ordo poſſit meliorari, nam ordo creaturarum ad Deum non eſt niſi quædam tendentia creaturarum in ipſum. Sed iſta tendētia poteſt meliorari, & de facto melioratur ſicut patet de animabus, quæ diuerſis temporibus melius tendunt in Deum, ergo.

¶ Præterea, videtur, quòd ordo creaturarum inter ſe poſſit meliorari, quia accipiendo omnes creaturas ut ordinantur ad hominem, iſte ordo poteſt meliorari, quia iſte ordo eſt ſubiectio creaturarum ad hominem, ſed iſta ſubiectió poteſt meliorari, & patet, quia fuit melior in ſtatu innocentiæ iſta ſubiectio, quam ſit modo, ergo uidetur, ꝙ uniuerſum quantum ad iſtū duplicem

ordinem

ordinem poſſit meliorari. Ideo dico, ꝙ Deus potuit, & poteſt facere mundum meliorem, tam quantum ad eſſe ſubſtantiale, quàm quantum ad eſſe accidentale creaturarum, & tam in ordine creaturarum ad Deum, quam in ordine creaturarum inter ſe.

Inuidia opponitur charitati.

¶ Ad primum principale nego conſequẽtiam. Cuius ratio eſt, quia inuidia opponitur charitati. Ideo ubi ex charitate teneor uelle bonum alicui ſi nolo eſt inuidia, Deus autem non tenetur, nec obligatur ex charitate uelle bonum creaturæ, ideo ſi non facit creaturam meliorem nõ eſt ibi inuidia.

¶ Ad illud autem quod adducit pro confirmatione, de confirmatione, de filio Dei, dico, quod non eſt ſimile, quia pater tenetur uelle filio æqualitatem ex charitate, quia communicat ſibi eſſentiã, quæ eſt fundamentum omnis bonitatis.

¶ Ad ſecundum dico, quòd illa auctoritas Auguſtini non plus dicit niſi, quòd nihil occurrit melius in creatura, quam eſſe uolitum a Deo, quia eo eſt bonum in creatura quo uolitum a Deo. Et ſic eſt tantum dicere ac ſi diceretur, quæcũque uoluit fecit, & hoc eſt uerum, ſed non eſt contra concluſionem noſtram.

DISTINCTIO XLV.

Vtrum Deus uelit aliud a ſe?

Hoc idem quæſitum monet Scotus primo ſen. diſt. 45. q. 1.
D Thomas. prima parte. quæſtio. 19. Artic. 2.
Ricardus 1 ſent. diſt 45. q. 4.
Durandus 1. ſent. diſt. 45. q. 1.

QVAESTIO I.

NVNC de uolũtate Dei. Circa iſtã diſtinctionẽ. 45. quæritur primo. Vtrũ Deus uelit aliud a ſe? Videtur, quòd non, quia in Deo idem eſt eſſe, & uelle, ſed Deus non eſt aliud a ſe, ergo Deus non uult aliud a ſe.

¶ Præterea, quod uult aliud a ſe eſt imperfectum, quia appetit aliqnid aliud quam ſe, ſed Deus non eſt imperfectus, ergo non uult aliud a ſe.

¶ Contra Apoſtolus hęc eſt uolũtas Dei, ſanctificatio ueſtra. *Theſſ. c. 4.*

¶ Circa iſtam quæſtionem duo ſunt uidenda. Primo ſi in Deo eſt uoluntas, ſecundo ſi uult aliud a ſe.

¶ Veritas primi articuli patet ex dictis ſupra. *Diſt. 35.*

DE SECVNDO articulo dico, quòd Deus uult alia a ſe. Sed dubium eſt de modo, quo uult alia a ſe. Et ideo eſt notandum, quòd creatę habent duplex eſſe, unum inquantum ſunt obiecta cognita a Deo ab æterno. Aliud eſſe habent extra inquantum ſunt productę. Et ſic dico duas concluſiones.

Creatæ hñt duplex eſſe.

¶ Prima, quòd Deus neceſſario, & ab æterno uult creaturas inquantum ſunt obiecta cognita. Cuius ratio eſt, quia eadem neceſſitate uult Deus creaturas ut obiectum cognitũ, qua neceſſitate uult ſe perfecte intelligere, ſed Deus ab æterno uult ſe perfectè intelligere omne intelligibile, ergo ab æterno uult creaturas in eſſe cognito. Sed dubium eſt hic de malo, quomodo Deus malum cognoſcit ut ponitur obiectum cognitum. Et eſt dicendum, quòd in Deo ponitur duplex notitia, una ſimplicis appræhenſionis, alia approbationis. Deus autem nõ cognoſcit malum notitia approbationis, ſed notitia ſimplicis appræhenſionis.

Dubium an Deus cognoſcat malum.

In Deo eſt duplex notitia.

¶ Secunda cõcluſio eſt, quod Deus vult creaturas ut ſunt extra contingenter tantum, & non neceſſario. Cuius ratio eſt, quia ſic Deus uult alia a ſe, ut habent eſſe extra, & quomodo producit ea, ſed producit ea contingenter, ergo vult ea contingenter, & non neceſſario.

¶ Ad primum principale dico, quòd licet uelle, & eſſe ſint idem in Deo realiter non tamen ſunt idem formaliter. Vel ſecundum alios diſtinguuntur ſecundũ rationem, quia unum connotat obiectũ, & alterum non. ¶ Ad ſecundam, dicendũ ꝙ maior eſt uera in agentibus creatis, eſt autem falſa in Deo, Deus enim vult alia a ſe ut communicet eis ſuam perfectionem, & non ut recipiat perfectionem ab eis.

Vtrum

Vtrum Deus uelit mala fieri?

D Thomas prima parte. quæſtio. 19. Articul. 9.
Richardus primo ſent diſt 46 q. 2.

QVAESTIO II.

SECVNDO quęritur. Vtrum Deus uelit mala fieri? Et uidetur quòd ſic, q̃a Deus uult quicquid pertinet ad decentiam uniuerſi. Sed malum eſſe pertinet ad decentiam uniuerſi ſecundũ Dionyſium. *Cap. 4. de diuinis nominibus.*

¶ In contrarium eſt Magiſter in littera.

¶ Circa iſtam quæſtionem eſt primo, vna diſtinctio præmittenda, ſecundo eſt quæſtio ſoluenda.

QVANTVM ad primum dico, ꝙ malum eſt triplex, ſcilicet malum naturæ, ſcilicet ut quis naſcatur cæcus, ſecũdo eſt malum pœnæ, quo aliquis punitur, tertio eſt malum culpæ, quo quis reprobatur, *Triplex malum.*

DE SECVNDO articulo dico tres concluſiones.

¶ Prima, quòd Deus non poteſt uelle malum abſolute loquẽdo de ratione mali, quin illud nõ poteſt eſſe volitũ quod eſt extra formalem rationem obiecti uoluntatis, ſed malum ſub ratione mali eſt extra formalem rationem obiecti uoluntatis, ergo.

¶ Secunda concluſio eſt, quòd malũ naturæ, & malum pœnæ poteſt Deus uelle per accidens, quia illud poteſt eſſe uolitum a Deo per accidens, unde prouenit uniuerſo maius bonum, ſed ex malo naturæ, & ex malo pœnæ poteſt uniuerſo euenire maius bonum, ergo minor probatur quantum ad malum naturæ, quia ex corruptione unius ſequitur generatio alterius in uniuerſo. Similiter probatur de malo pœnæ, quia prouenit uniuerſo manifeſtatio diuinæ bonitatis. *Duplex malũ Malum naturę & malũ pęnę.*

¶ Tertia concluſio eſt, ſi malum culpæ poteſt Deus uelle fieri. Et hæc eſt opinio Hugonis, quòd malum culpæ poteſt eſſe uolitum a Deo per accidens, quia malũ pertinet ad decentiam vniuerſi. *Opinio Hugonis*

¶ Alia eſt opinio Magiſtri, quod non, q̃a illud non poteſt eſſe uolitum a Deo, nec per ſe, nec per accidens, quod non poteſt habere bonum recompenſans, ſed malum culpæ non poteſt habere bonum recompenſans, ergo. *Opinio Magiſtri.*

¶ Præterea uoluntas uolens malum culpæ ſiue per ſe, ſiue per accidens eſt obliqua, & torta, ſed uoluntas diuina nullatenus eſt torta, uel obliqua, ergo uoluntas Dei non poteſt uelle malum culpæ nec per ſe, nec per accidens. *Voluntas diuina non eſt obliqua.*

¶ Tertia opinio aliquorum modernorum dicit, quod Deus non uult malum culpæ uoluntate efficaci, ſed uult illud uoluntate permiſſiua, quia permittit illud, ergo. *Opinio Modernorum.*

Si teneatur opinio Magiſtri poteſt dici ad argumentum principale, quia malum culpæ non facit decentiam uniuerſi. Et quando probatur per Dionyſium, dico, quòd loquitur de malo pœnæ, & non de malo culpæ.

DISTINCTIO XLVI.

Vtrum uoluntas Dei ſit immutabilis?

Hoc quæſitum mouet Scotus primo ſenten diſtinc. 46.
D Thomas prima parte q. 19 Artic. 7.

QVAESTIO I.

HIC oritur quæſtio. Circa iſtam diſtinctionem 46. quæritur. Vtrum uoluntas Dei ſit mutabilis? Videtur, quod ſic, quia dictum eſt Ezechiæ per Iſaiam prophetam, diſpone domui tuæ, quia morieris, & non uiues, ſed tunc non fuit mortuus Ezechias, immo addidit ei xv. annos uitæ, ergo. *Iſaiæ. c. 38.*

¶ Præterea aliquis peccator exiſtens in mortali peccato Deus vult eum damnari, cum autem conuertitur nõ uult, quod damnetur, ergo uoluntas diuina mutatur.

tur. In cõtrarium eſt Magiſter in litera.

¶ Circa iſtam quæſtionem, primo præmittitur vna diſtinctio, ſecundo ſoluetur quæſtio.

Ex uolũtas Dei dicitur duobus modis. *Rom. c. 12.*

QVANTVM ad primum dico cũ cum Magiſtro, quòd uoluntas Dei accipitur a ſcis dupliciter, ſ. pro uoluntate beneplaciti, de qua ait Apoſtolus, ut probetis, quæ ſit uoluntas Dei beneplacens, & perfecta.

¶ Secundo accipitur pro uoluntate ſigni, loquendo autem de uolũtate beneplaciti, ad hæc diſtinguitur in uoluntatẽ antecedentem, & uoluntatem conſequẽtem, uocatur autem uoluntas antecedẽs uoluntas conditionata ſicut loquitur Apoſtolus Deus vult omnes homines ſaluos fieri, hoc enim eſt intelligendum de uoluntate antecedente, quæ eſt conditionata, ut patebit in quæſtione ſequenti, uoluntas autem conſequens eſt uoluntas determinata de iſto ſaluando. Et dicitur conſequens, quia ſe habet per additionem ad primam. Vel aliter ſecundum alios uoluntas antecedens eſt iſta, quæ reſpicit naturam abſolute, uoluntas conſequens dicitur, quæ reſpicit perſonam, & actus perſonales, & hoc dictũ ſit quantum ad uoluntatem beneplaciti. *Thim. c. 2.*

Quæ ſit uoluntas antecedens. *Quæ ſit uoluntas conſequens.*

¶ De uoluntate autem ſigni eſt diſtinguendum ſicut diſtinguit Magiſter in litera. Nam ſecundum eum diſtinguitur in præceptum, prohibitionem, conſilium, permiſſionem, & operationem. Cuius ratio eſt, quia Deus per uoluntatem ſuam ordinauit hominem ad vitam ęternam.

In ordinatione Dei, qua ordinauit hominem ad uitam æternã quę ſint.

¶ In iſta autem ordinatione ſunt aliqua promouentia, & aliqua impedientia, aliqua indifferentia. Reſpectu promouentium eſt præceptum, reſpectu impedientium eſt prohibitio, ſed reſpectu indifferentium eſt conſilium. Verum, quia ad ſalutem concurrit liberum arbitrium, & liberum arbitrium eſt indifferens ad bonum, & ad malum, ideo quando conuertit ſe ad malum eſt permiſſio, quando autem conuertit ſe ad bonum eſt operatio ſiue promotio.

Voluntas ſigni eſt mutabilis.

DE SECVNDO articulo dico duo, quòd uoluntas ſigni eſt mutabilis, quod patet per multa in ueteri teſtamẽto, quæ fuerunt ſub præcepto, quæ hodie non ſunt ſub præcepto, ut ſacrificia arietum, &c. ¶ Secundo dico, quod uoluntas beneplaciti in Deo eſt immutabilis, quia quicquid eſt in Deo intrinſecum eſt immutabile: ſed uoluntas beneplaciti eſt Deo intrinſeca, uoluntas aũt ſigni non, quia ſignum eſt in aliquo effectu extra, ergo uoluntas beneplaciti eſt omnino immutabilis in ſe, tamen inquãtum connotat uolitum extra poteſt dici mutabilis ſecundum rationem. Et ſic dicimus, Deus uult aliquem ſaluare pro uno nunc, in quo eſt in gratia, & pro alio non, in quo eſt in peccato, licet ſit vna, & eadem uoluntas. Et per iſta patet ad argumenta principalia.

Voluntas in Deo eſt immutabilis.

Vtrum in Deo uoluntas beneplaciti ſemper impleatur?

Hoc quæſitum mouet Scotus primo ſenten. diſtinct. 46. q. 1.
D Bona. primo ſent. diſt. 47. q. 1. Ar. 1.
Alexander Alenſis prima parte. q. 36. membro 2.
D Thomas prima parte q. 19. Arti 6.
Ricardus primo ſenten diſtinc. 47. q. 1.

QVAESTIO II.

SECVNDO quæritur. Vtrum in Deo uoluntas beneplaciti ſemper impleatur? Videtur, quòd non, quia Apoſtolus dicit, Deus vult omnes ſaluos fieri, ſed certum eſt, quòd non omnes homines ſalui fiunt, ergo uoluntas Dei non ſemper impletur. *Thim. c. 2.*

¶ Contra, in pſalmo dicitur, omnia quæcunque uoluit dominus fecit.

¶ Ad iſtam quæſtionem breuiter dico, quòd uoluntas Dei ſemper impletur. Cuius ratio eſt, quia iſta uoluntas, cui nihil reſiſtere poteſt ſi eſt efficax ſemper impletur, ſed uoluntas Dei eſt huiuſmodi, iuxta illud Apoſtoli uoluntati eius quis reſiſtet? ergo in Deo uoluntas beneplaciti ſemper impletur. *Pſal. 113.* *Rom. 9.*

¶ Ad primum in contrarium dicitur multipliciter. Primo ſecundum expoſitionẽ *Lib. Enchi. c. 102.*

Aug.

Auguſtini, qui exponit Apoſtolum ſic, Deus vult omnes homines ſaluos fieri.i. qui ſalui fient, ita, quod omnis qui ſaluus fit uoluntate Dei ſaluus fit.

Tria axiomata ſcripturæ interpretatus eſt

¶ Alio modo exponitur ſic, quod auctoritas eſt uera pro generibus ſingulorum, & non intendit eam dicere ueram eſſe ꝑ ſingulis generum. Ita ut ſit diſtributio accommoda ſub iſto ſenſu, ualet uult omnes homines ſaluos fieri i. aliquos de omni ſtatu, ſiue paruo, ſiue magno, uult ſaluos fieri.

Vide D Thomam prima parte ſummæ, q. 19. ar. 6.

¶ Tertio modo exponitur, vult omnes homines, &c uoluntate antecedēte, quæ eſt conditionata, non autem uoluntate conſequente, quæ eſt determinata, & eſt talis ſenſus, Deus uult omnes ſaluos fieri ſub iſta conditione, ſi non ponunt obicē mortaliter peccando.

DISTINCTIO XLVII.

Vtrum aliquid eueniat in uniuerſo præter Dei uoluntatem?

Hoc queſitum mouet Scotus primo ſen. diſt. 48. q. unica.

D. Bona. 1. ſent. diſt. 47. q. 3.

D. Thomas prima parte. quæſtio. 84. Articul. 6.

QVAESTIO I.

VOLVNTAS quippe Dei. Circa iſtam diſtinctionem 47. quæritur primo. Vtrum aliquid eueniat in vniuerſo præter Dei uoluntatem? Et loquitur hic de uoluntate beneplaciti. Videtur, quod non, quia Deus eſt omnipotens, ſed ſi aliquid eueniret præter eius uoluntatem non eſſet omnipotens, ergo.

¶ Præterea idem eſt in Deo ſcientia, & uoluntas beneplaciti, ſed nihil euenit in uniuerſo præter Dei ſcientiam, ergo nihil euenit in uniuerſo præter eius uoluntatem.

¶ Præterea nihil euenit in entibus præter principium effectiuum omnium entium, ſed uoluntas Dei eſt principium effectiuum omnium entium, ergo nihil euenit in entibus præter Dei uoluntatem. In contrarium eſt Magiſter in litera.

¶ Circa iſtam quæſtionem ſunt duo videnda. Primo. Si aliquod bonum euenit in uniuerſo præter Dei uoluntatem, ſecundo. Si omne malum culpæ euenit in uniuerſo præter Dei uoluntatem.

QVANTVM ad primum dico, quòd nullum bonum euenit in uniuerſo præter Dei uoluntatem, quod probatur ſic. In eſſentialiter ordinatis, quod eſt per ſe agens reſpectu prioris, eſt per ſe agens reſpectu poſterioris. Sed iſta bona inferiora habent ordinem eſſentialem ad bona ſuperiora, quæ ſunt intelligentiæ cœlum, & animæ rationales, cum ergo Deus ſit per ſe agens reſpectu iſtorum bonorum ſuperiorum, ſequitur, quod ſit per ſe agens reſpectu omnium bonorum inferiorum, & per cōſequens, nullum bonum euenit in uniuerſo præter Dei uoluntatem, quòd autem Deus ſit per ſe agens reſpectu omnium bonorum ſuperiorum patet, quia bonitas participata eſt ab alio effectiue. Sed bonitas illorum eſt participata, ergo oportet, quod ſit ab aliqua cauſa effectiue. Illa autem cauſa uel eſt Deus, & habetur propoſitum, uel aliqua alia, & quæretur de illa ſicut de prima, quia cum illa cauſa non ſit Deus habebit bonitatem participatam.

Nullum bonum euenit in uniuerſo præter Dei uoluntatē.

¶ Præterea ad quæcunque extendit ſe obiectum alicuius potentiæ ad eadem extendit ſe uirtus illius potentiæ. Sed obiectum uoluntatis diuinæ eſt bonum ſimpliciter, & illud extendit ad ſe omnia bona, ergo uirtus diuina extendit ad omne bonum, & ſic nullum bonum euenit præter Dei uoluntatem.

DE SECVNDO articulo dico, quod malum culpæ euenit præter Dei uoluntatem, quia ſicut eſt in ordine agentium naturalium, ita ſuo modo eſt, in ordine agentium per uoluntatem. Sed in agentibus naturalibus defectus, qui eueniunt in particularibus, non reducuntur in caſum uniuerſalem, ſed in caſum parti-

Deus eſt author mali pœnæ, & non culpæ, Vide D Thom 1. parte ſummæ q. 84. art. 6.

Exemplum. cularem. Exemplum patet in corporibus monſtruoſis in quibus defectus non reducuntur in cœlum, quod eſt cauſa uniuerſalis, ſed in agens particulare, ergo ſimiliter malum ſiue defectus culpæ non reducitur in Dei uoluntatem, quæ eſt cauſa uniuerſalis.

¶ Præterea, illud ad quod uoluntas neutraliter ſe habet ſi euenit non euenit ſecundum uoluntatem illam, ſed uoluntas diuina neutraliter ſe habet ad malum culpæ, ergo.

¶ Præterea iuſtus iudex non iudicat aliquem de illo quod euenit ſecundum uoluntatem iudicis, ſed Deus iudicat hominem de malo culpæ, ergo malum culpæ non euenit ſecundum uolũtatẽ Dei.

Aliud eſt euenire præter uoluntatem Dei, aliud eſt euenire contra uoluntatem Dei.

¶ Ad primũ principale dico, quod aliud eſt euenire contra uoluntatem Dei, & aliud eſt euenire contra uoluntatem Dei, nam ſi eueniret aliquid contra uoluntatem Dei, non eſſet omnipotens, ſed cum aliquid euenit præter Dei uoluntatem non impeditur eius omnipotentia.

¶ Ad ſecundum dico ſicut pluries dictũ eſt in ſuperioribus, quod uoluntas & ſciẽtia non ſunt formaliter idem, uel ſecundum alios non ſunt idem ſecundum rationem intelligentiæ.

¶ Ad tertium dicendum, quòd aliter loquendum eſt de effectione, & aliter de defectione. *Quid ſit peccare.* Nam peccare non eſt efficere, ſed deficere, maior autem argumenti eſt uera de effectione, non autem de defectione.

Vtrum Deus poſſit præcipere malum?

Hoc idem quærit Scotus primo ſent. diſtin. 47.
D.Bona primo ſent. diſt. 47. q. 3.
D.Thomas prima parte q. 19. Arti. 9.

QVAESTIO II.

SECVNDO quæritur. Vtrum Deus poſſit præcipere malũ? Videtur ꝙ ſic. Furtum eſt malũ, ſed Deus præcepit filiis Iſrael, furtum, ut patet cũ præcepit filiis Iſrael, ut acciperent ab *Exo. c. 3.* Aegyptiis uaſa aurea, &c. ergo Deus præcepit malum.

¶ Præterea fornicari eſt malũ, ſed Deus præcepit Oſeæ, quod acciperet uxorem *Oſeæ cap. 1.* fornicariam, & faceret filios fornicationum, ergo. Contra, quæ præcipit malum actor eſt mali, ſed Deus nõn eſt actor mali, ergo non poteſt præcipere malum.

¶ Ad euidentiam huius quæſtionis præmitto, ꝙ malum poteſt accipi dupliciter. *Malũ duobus modis accipitur.* Vno modo formaliter, ut dicit rationem defectiuam. Alio modo quaſi materialiter. ſ. quando talis actus eſſet malus, niſi fieret ex præcepto diuino.

¶ His præmiſſis dico ad quæſtionẽ duas concluſiones. *Deus non poteſt præcipere malum formaliter.* Prima, quod Deus non poteſt præcipere malum formaliter, quç eſt ratio defectiua, quia Deus nihil præcipit, niſi quod cadit ſub obiecto ſuæ uolũtatis quod eſt bonum, ſed ratio defectiua excludit rationem boni, ergo.

¶ Præterea. Si Deus poſſet præcipere malum ſub ratione mali, uel defectiua, tunc idem actus factus ab homine poſſet eſſe meritorius, & demeritorius. Meritorius quidem inquantum præcipitur a Deo, demeritorius autem propter deformitatem & rationem defectiuam.

¶ Secunda concluſio eſt opinio aliquorum, quod Deus poteſt præcipere malũ *Deus poteſt præcipere malum materialiter ſecundum aliquos.* materialiter, quando. ſ. eſſet malum niſi fieret ex præcepto Dei, quia Deus poteſt præcipere illud unde ſequitur bonum, ſed multa mala ſunt, quæ uidentur mala, & ex eis ſequitur magnum bonum, ſicut uerbi gratia. Si Deus præcepit, quod aliquod alienum ſit meum proprium ſi accipio hoc proprium iam non eſt malum ſed bonum.

¶ Et per hoc patet ad primum principale, nam præcepit filiis Iſrael ut acciperẽt ab Aegyptiis uaſa, &c. quia Aegyptiis grauauerant filios Iſrael, & damnificauerant eos in bonis corporalibus. Ideo iuſto iudicio ea, quæ erant Aegyptiorum data ſunt filiis Iſrael a Deo.

¶ Ad ſecundum dicendum ſecundũ aliquos, ꝙ iſta fornicatio intelligitur ſpiritualiter, *Fornicatio quomodo accipiatur.* & non carnaliter. Et mulier iſta quam Deus præcepit ei accipere fuerit gentilis, & ſic fuerat fornicata a Deo per idolatriam. Si autem intelligatur carnaliter poteſt dici, quod prius fuerat fornicata, ſed quando accepit eam, accepit illam in uxorem propriam.

DISTINCTIO XLVIII.

Vtrum uoluntas creata conformis uoluntati diuinæ ſemper ſit recta?

Hoc idem quæſitum mouet Scotus primo ſen. diſt. 48. q. unica.
D. Bona. 1. ſent. diſt. 48. q. 1.
Alexander Alenſis prima parte, q. 41. mēbro 1. & 3.
Ricardus primo ſenten. diſtinc. 48. q. 2.
Durandus primo ſent. diſtinct. 48. q. 1
Franciſcus de Mayronis primo ſent. diſtinct. 46. q. 5.

QVAESTIO I.

CREDENDVM quoque eſt. Circa diſtinctionem illam ultimam quæritur breuiter. Vtrū uoluntas creata conformis uolūtati diuinę ſemper ſit recta? Videtur, quod ſic, quia ſicut intellectus creatus ad intellectū increatum in ueritate, ita uoluntas creata ad increatā in bonitate. Sed intellectus creatus conformis intellectui increato ſemper eſt uerus, ergo uoluntas creata conformis uoluntati increatæ ſemper eſt bona, ſiue recta.

¶ Contra, Deus uoluit pati Chriſtum, & Iudæi ſiue crucifixores uoluerunt pati Chriſtum, & uoluntas Iudæorum fuit peruerſa.

Voluntatē creatam eſſe conformē uoluntati increatæ pōt ītelligi duobus modis.

¶ Ad euidentiam huius quæſtionis eſt ſciendum, quod uoluntatem creatam eſſe conformem uoluntati increatæ poteſt intelligi dupliciter, quia uel quo ad uolitum, uel quo ad hoc quod eſt regula uolendi per modum præcepti.

¶ His præmiſſis dico, quod ſi quæris. Vtrum uoluntas creata ſit recta ſi eſt conformis diuinæ uoluntati in uolito, dico quod non ex hoc, quod uoluntas diuina eſt cauſa bonitatis in obiecto ſiue in uolito, nam ex hoc, quod Deus uult aliquid illud eſt bonum, uoluntas autem creata econuerſo, quia uoluntas creata non eſt cauſa bonitatis in obiecto ſed econuerſo, quia obiectum eſt bonum, ideo uolūtas illud uult.

Voluntas Dei eſt in obliquabilis

¶ Si autem quæratur, utrum uoluntas creata conformis diuinæ uoluntati per imitationem in quantum eſt regula uolēdi per modum præcepti ſit bona, dico, ꝙ ſic, quia neceſſe eſt deuenire ad aliquam uolitionem, & ad aliquam uoluntatem omnino inobliquabilem, ſed hæc nō poteſt eſſe niſi uoluntas Dei, ergo ſi noſtra uoluntas ipſi conformetur non per ſimilitudinem tantum, ſed per imitationem ex eo, quod ſequitur ipſam per modum præcepti, ut eſt regula, eſt bona, ſiue recta.

Veritas intellectus a quo dependeat.

¶ Ad argumentum principale dico, quod maior eſt falſa, quia ueritas intellectus dependet ab obiecto tantum, ſed rectitudo in uoluntate dependet ex obiecto, & cum hoc ex circūſtantiis debitis, ſed nobiliſſima circunſtantiarum eſt circunſtātia finis. Et quia uoluntas noſtra non eſt perfectiſſime alligata ultimo fini dum ſumus in uia. Ideo requiruntur multa ad conformitatem illius finis qui eſt Alpha, & O, principium, & finis ipſi laus, & gloria in ſempiterna ſęcula. Amen.

¶ Explicit Liber Primus.

EXIMII SACRAE THEOLOGIAE P. FRATRIS PETRI SCOTELLAE ORDINIS MIN. CONVENT.

In Secundum Sententiarum.

DISTINCTIO I.

An omnia alia a primo ente ſint ab ipſo ſicut a cauſa effectiua?

D. Bona. primo ſenten. diſtin. 1. q. 1.
Scotus in 1 ſent. diſt. 2 q. 2.
D. Thomas. 1. par q. 7. art. 1.
Ricardus in 2. ſent. diſt. 1. q. 4.

QVAESTIO I.

CREATIONEM rerum inſinuãs ſcriptura, &c. Circa primam diſtinctionem ſecundi libri ſententiarum quæritur. An omnia alia a primo ente ſint ab ipſo ſicut a cauſa effectiua? Quia non arguitur ſic, quod eſt neceſſe eſſe, non eſt ab alio effectiue. Sed aliquid eſt citra primum ens, quod eſt neceſſe eſſe, ergo non eſt a primo effectiue. Minor patet per Philoſophum, probatio minoris formaliter repugnantia non ſunt compoſſibilia in eodẽ, ſed neceſſe eſſe, & poſſibile ſunt formaliter repugnantia, ergo non ſunt compoſſibilia in eodem. Sed quod eſt ab alio effectiue eſt poſſibile eſſe alias impoſſibile eſſet ipſum produci, ergo quod eſt neceſſe eſſe non eſt ab alio effectiue. ¶ In contrarium arguitur. Omnia per ipſum facta ſunt.

Primo cœli cont. 138

Ioan. c. 1

¶ Circa iſtam quæſtionem ſunt tria uidenda. Primo ſunt ponendæ tres concluſiones neceſſariæ in propoſito de primo efficiente, ſecundo uidere oportet quid eſt dicendum ad quæſtionem ſecũdum mentem Philoſophorũ, tertio quid ſit dicendũ ſecundũ mentẽ Theologorũ.

QVANTVM ad primum articulum ſunt tres concluſiones uidendæ. Prima, quod in entibus eſt dare aliquam naturam ſimpliciter ineffectibilem, ſecunda, ꝙ illa natura eſt ineffectibilis ſecundum naturam, & quidditatẽ: tertia, quòd illa natura ineffectibilis habet potentiã infinitam. ¶ Primam concluſionẽ ſic probo. Aliquid eſt effectibile, tunc quæro, aut a ſe, aut ab alio, aut a nullo, non a nullo, quia quod nihil eſt, nullius eſt cauſa, non a ſe per Aug. nihil inquit eſt qđ ſeipſum gignat. Et ſecundum Philoſophum. Generat inquit ſeipſum nihil, ſed ſaluat, ergo relinquitur, ꝙ ſit ab alio, uocetur illud a, aut habet naturam ineffectibilem, aut non. Si detur primum habeo propoſitum. Si detur ſecundum arguitur ut prius, quia aut a ſe, aut ab alio, aut a nullo, non a ſe, non a nullo, ut iam probatum eſt, ergo ab alio, quæro de illo ſicut de a, nunc autẽ non eſt proceſſus in infinitum in cauſis efficientibus, ut probat Philoſophus, & Auic. nec etiam poteſt eſſe circulus in cauſis, oportet ergo uel ire ad aliquam cauſam unam, quę habeat naturam ſimpliciter ineffectibilem.

1. de tri. c. 1
2. de anima cont. 47.

2. Met. com tex. 5 & 7.
Met c. 1.
1. Poſte. com tex. 6.

¶ Inſta-

¶Inſtatur autem contra iſtam rationem quia ſecundum mentem Philoſophi nõ uidetur inconueniens, quod ſit proceſſus in infinitum in cauſis efficientibus ſuppoſita æternitate. Ego enim ſum a patre meo, & ille ab alio, & ſic in infinitum.

In quibus cauſis ſit proceſſus in infinitum.

¶ Reſpondetur, quod nunquam Philoſophi poſuerunt proceſſum in infinitum in cauſis efficientibus eſſentialiter ordinatis, de quibus loquimur tantummodo in accidentaliter ordinatis Et tunc probo propoſitum, quòd ſit dare unam cauſam ineffectibilem ſimpliciter per rationem Philoſophi ſic. Impoſſibile eſt aliquam ſucceſſionem perpetuari niſi ab aliqua cauſa, quæ pmaneat cum tota ſucceſſione illa, ergo in accidentaliter ordinatis ubi eſt ſucceſſio perpetua, ſecundum mentem Philoſophi, oportet aſſignare unam cauſam a qua continuetur illa ſucceſſio, & illa uocatur cauſa prima ſecundum Philoſophum, ubi ſupra.

8. Phy. con tex. 4 t.

¶Secunda concluſio probatur ſic, natura in effectibilis eſt neceſſe eſſe: ſed eſſe plura neceſſe eſſe eſt impoſſibile, ergo eſſe plures naturas ineffectibiles quiditatiue diſtinctas eſt impoſſibile. Maior probatur, quia quod eſt, & non poteſt eſſe eſt neceſſe eſſe. Sed illa natura ineffectibilis eſt, ut iam probatum eſt, & non poteſt non eſſe ut probabo, ergo eſt neceſſe eſſe. Probatio illius aſſumpti, nihil poteſt non eſſe niſi cui aliquid incompoſſibile poſitiue, uel priuatiue poteſt ineſſe, quia nullum ens poteſt deſtrui niſi per incompoſſibile poſitiue, uel priuatiue. Sed eſt, quod eſt a ſe penitus incauſabile nihil poteſt in eſſe incompoſſibile poſitiue, uel priuatiue, quia illud eſſet, uel a ſe, uel ab alio. Si a ſe, tunc, uel duo incompoſſibilia eſſent ſimul, uel ambo deſtruerent ſe inuicem, quorum utrunque eſt falſum. Si uero illud incompoſſibile eſt ab alio non poteſt deſtruere naturam ineffectibilem, quia natura ineffectibilis eſt independens, illud uero quod eſt ab alio eſt dependens, & ſic imperfectius. Illud autem quod deſtruit aliud oportet eſſe perfectius, uel æque perfectum eo, ergo natura ineffectibilis non poteſt non eſſe. Probatio minoris primi ſillogiſmi per Auicennam. Et eſt una de rationibus ſuis illa. Si ſunt duo neceſſe eſſe conueniunt in hoc, quod eſt neceſſe eſſe, oportet etiam, quod diſtinguantur alias eſſet vnum neceſſe eſſe, tunc quæro de rationibus quibus diſtinguuntur, aut ſunt neceſſe eſſe, aut non. Si non, ergo neceſſe eſſe includit aliquid quod non eſt neceſſe eſſe, quod eſt falſum. Si uero ſunt neceſſe eſſe, tunc idem habebit duas rationes quibus eſt neceſſe eſſe, quia habebit illam in qua conueniunt, & iſtam in qua diſtinguitur ab alio neceſſe eſſe, & tunc erit neceſſario eſſe per duas rationes neceſſario eſſendi, quod eſt falſum, quia neceſſe eſſe eſſet neceſſe eſſe per aliquam rationem, qua poſita, uel remota nihilominus eſſet neceſſe eſſe.

Vide Auic. 6. Met c de cauſis qui concedit nõ eſſe impoſſibile infinitatem eſſe in accidentaliter ordinatis.

1 Met. c. 7

¶ Tertiam concluſionem probat Thomas. Omnis forma non recepta in materia eſt forma infinita, ſed natura ineffectibilis, id eſt Deus eſt huiuſmodi, ergo natura ineffectibilis eſt infinita. Iſta ratio non poteſt ſtare cum dictis iſtius Doctoris. Arguo enim ſic. Omnis forma non recepta in materia eſt infinita. Sed forma angeli ſecundum te non eſt recepta in materia, ergo eſt infinita. Sed dicitur ad illud ab eodem, quod licet angelus ſit finitus quantum ad ſuperius eſt, tamen infinitus quantum ad inferius, Deus autem, utroque modo eſt infinitus.

D Thom. 1. parte ſummæ, q. 7. artic. 1.

D. Thom. 1. parte ſummæ, q. 7. ar tic. 2.

¶ Contra, formalis ratio infinitatis debet accipi per intrinſecum eſſentiæ, & non per extrinſecum, & ſic non in reſpectu ad cauſam per cuius comparationem dicunt Angelum finiri.

¶ Præterea, aut maior tua eſt ſimpliciter, uel uniuerſaliter uera, & tunc ego arguam de Angelo, ſicut tu de Deo, aut eſt particulariter uera, & ſic non ualet ad concludendum eſſe ſimpliciter infinitum, quia non eſt maioris ambitus concluſio, quam præmiſſe, ut patet. Ideo dicitur aliter ab aliis, quod argumentum non ualet, quia eſſe Angeli finit eſſentiam eius, uel eſt eſſentia eius.

Vide Caietanum 1. parte ſummæ, q. 7. artic. 1.

¶Contra, quia ſecundum eos eſſe eſt accidens eſſentiæ, & eſt poſterius naturaliter, ergo in primo ſigno naturæ adhuc eſſentia Angeli, ut prior eſt infinita intenſiue, & per nihil poſterius finitatur.

omnibus intelligentijs eſt idem realiter eſſe, & intelligere, ponit etiam ibidem, quòd omnes intelligentiæ dependent a prima cauſa effectiuè quantum ad actũ intelligendi. Tunc arguitur ſic. Quando aliqua duo ſunt idem realiter ſi habens iſta dependet quantum ad unum effectiue, ab alio dependet etiam ſecundum aliud ∴ Sed intelligentiis eſt idem eſſe, & intelligere, & dependent omnes a prima cauſa effectiuè quantum ad actum intelligendi, ergo & quantum ad actum eſſendi.

12. Met. in fine.

¶ Secundo ſic, omnia entia ſunt ad primum, ut ad finem, ergo ſunt a primo, ut ab efficiente, antecedens patet ex fine, ubi concludit Philoſophus, quòd unus eſt dominator, & unus princeps. Conſequentia probatur dupliciter. Primo, quia cauſa efficiens, & finalis coincidunt in idem. Secundo, quia ens, & bonum conuertuntur, quod ergo ſeipſo eſt ens, ſeipſo eſt bonum. Sed quod ſeipſo eſt bonum non eſt ad aliud bonum ut ad finẽ, ergo per oppoſitum, quod eſt ad aliud bonum ut ad finem nõ ſeipſo eſt bonum, nec ſeipſo eſt ens. Sed omnia alia entia à primo ſunt huiuſmodi, ergo omnia alia entia ſunt a primo ut ab efficiente. Dico ergo, quòd Philoſophi non poſuerunt tãtum tertiũ, & ſm, ſed etiam, primum. Ratio ergo opinionis quantum ualeat patebit in fine quæſtionis ſoluendo argumentum principale.

12 Met. cõ tex ult.

2. Phyſ. con tex. 70.

NVNC TERTIO loco oportet uidere quid dicerent Theologi ad iſtam quæſtionem: Vbi notandum, quòd Theologi omnia ponunt eſſe a Deo ut a natura ineffectibili ſicut a cauſa effectiua per creationem: Creatio vero, ut ponit Anſel. eſt alicuius rei de nihilo productio. Illud autem de nihilo importat duplicẽ ordinẽ, quia importat ordinẽ naturæ, & ordinẽ durationis. Et ſm hoc utroq; modo poteſt eſſe difficultas quæſtionis. Primo ſic. Si omnia entia ſint a primo ente de nihilo, ut de nihilo dicit ordinem naturæ. Secundo modo ut de nihilo dicit ordinem durationis.

Quid ſit creatio uide Scotum in 2. ſen. diſt. 18 q vnica

In Monolo. cap 8.

De nihilo importat duplicem ordinem, Vide Scotũ in 2. diſt 1. q. 2.

¶ Quantum ad primum eſt duplex opinio, una Auicennæ, altera Gandauenſis. Opinio Auicennæ eſt, quod aliquid ſit a prima cauſa de nihilo, ut de nihilo dicit ordinem naturæ, hoc patet per eũ.

Opinio Auicennæ, & Henrici Gãdauenſis.

¶ Pro iſta opinione arguitur ſic. Agens quanto perfectius tanto minus præſupponit in ſua actione. Sed prima cauſa eſt perfectius agens, quam natura, ergo minus præſupponit in ſua actione, ſed natura in ſua actione præſupponit materiam, ergo prima cauſa non neceſſario præſupponit materiam, ergo. Sed omne tale agens de nihilo producit.

6. Met c. 2. Aegidius quolib. 9. q. 4 quære etiã in quæſt. ſecundi ſen. q. 2. Et D. Bona. & Varrenã diſt præſenti.

¶ Contra iſtam rationem aliqui inſtant, quòd quælibet intelligentia eſt agens ſupra naturam, non tamen conceditur, quòd quælibet intelligentia poſſit de nihilo producere, & creare. Sed ſalua reuerentia doctoris illius quamuis iſta ratio eſt contra Theologos, non tamen eſt contra Auicennam, quia ipſe concederet iſtud inconueniens ad quod deducit inſtantia, ſicut patet per. Auicennam. Nam imaginatur ibi Auicenna, quòd prima intelligentia producit ſecundam, & iſta ſecunda eo ipſo, quòd erat ab alia intelligentia habet actualitatem aliquã, & potentialitatem, & ſic illa ſecunda intelligentia intelligebat tria, ſcilicet illam primam intelligentiam a qua eſt, & ſuam propriam actualitatem, & poſſibilitatem. Inquantum intelligebat primam cauſam erat productiua alterius intelligentiæ. Inquantum uero intelligebat ſuam poſſibilitatem producebat orbem. Inquantum uero intelligebat ſuam actualitatem producebat animam, quæ erat forma orbis producti.

9. Met. c. 2.

¶ Alia eſt opinio, quæ dicit, quòd prima cauſa producit omnia de nihilo, ut ly de nihilo negat eſſe exiſtentiæ, non autem ut negat eſſe eſſentiæ rerum, quia eſſentiæ rerum ſecũdum illum doctorem, ſunt æternæ, quod probat dupliciter.

Hẽricus in ſumma ar. 2 q. 13. et 25 & quolib. 8 q. 9. & quolib. 9 q. 1. & 2. & quoli. 11. q. 3.

¶ Primo ſic. Scientiæ reales ſunt de rebus inquantum habent eſſe ratum, ſed ab æterno Deus habuit ſcientiam realem de rebus, ergo ab æterno res habuerunt eſſe ratum, & hoc per reſpectum ad primum ens. Non autem habuerunt eſſe ratum quod eſt eſſe exiſtentiæ, ergo habuerunt eſſe ratum, quod eſt eſſe eſſentiæ.

¶ Secundo ſic. Si creaturæ non habuerunt eſſe eſſentiæ ab æterno, tunc fuerunt ſicut chimera, & cum creatura poſſit in effectu eſſe, chimera uero non poſſit in effectu eſſe ex iſta poſſibilita-

te unum nihil eſſet maius alio nihil.

Vide Scotū in 1. ſent. diſtin. 36.

¶ Contra iſtam opinionem arguitur unico argumento ex dictis alibi ſic. Quando aliqua duo ſunt idem realiter impoſſibile eſt unum manere altero non manente. Sed eſſentia, & exiſtentia per te ſunt idem realiter, ergo impoſſibile eſt unum manere reliquo non manente. Sed eſſentiæ fuerunt ab æterno ſecundum te, ergo, & exiſtentiæ quod eſt falſum. Adhuc iſta opinio uidetur multipliciter improbari ſicut patet ſupra, & ibidem ſoluuntur rationes opinionis.

diſt. 36.

¶ Nunc oportet uidere de ſecunda difficultate, ſcilicet. Si omnia ſint a primo de nihilo, & ut de nihilo dicit ordinem durationis, & hoc loquor de facto, non de poſſibili, quia de hoc loquar in quæſtione ſequenti. Et eſt hæc opinio Philoſophi, quòd res non ſunt a prima cauſa de nihilo, ut dicit ordinem durationis, quia ſecundum ipſum fuit mundus ab æterno. Et quamuis tangat in diuerſis locis multas rationes, tamen principales ſunt duæ.

8. Phy. con tex. 4.

¶ Vna ſumitur ex parte motus, quam facit, & eſt illa. Motus non eſt ſine mobili, tunc arguitur ſic. Aut motus incœpit aut eſt æternus. Si eſt æternus habeo propoſitum. Si uero incœpit, tunc quæro de mobili in quo fundatur iſte motus, aut enim incœpit, aut non. Si non incœpit tunc mobili, & motore exiſtentibus exiſtit motus Sed motor eſt æternus, & mobile æternum ex conceſſione facta, ergo motus eſt æternus. Si uero mobile incœpit, ergo per motum incœpit, non autem per iſtum motum quo mouetur, ergo per alium, & tunc quæro de illo in infinitum ſicut de priori quouſque des mihi motū æternum quod eſt propoſitum.

¶ Secunda ratio ſumitur ex parte temporis, quia tempus eſt æternum, & hoc probatur tripliciter.

¶ Primo ſic, de ratione eius, quod de nouo habet eſſe eſt habere eſſe poſt non eſſe duratione, ergo ſi tempus incœpit de nouo habuit eſſe poſt non eſſe duratione. Sed illa duratio eſt tempus, ergo ante tempus erat tempus, & ſic in infinitum. Et hæc eſt ratio Philoſophi, & Commentatoris.

12. Meth. com. 29.

¶ Secundo ſic. Impoſſibile eſt aliquid eſſe ſine eo quod eſt de ratione eius, ſed de ratione inſtantis eſt, quod ita ſit principium, quòd etiam ſit finis, ergo quocunque primo inſtanti dato erit finis alterius temporis præteriti, & ſic in infinitum.

¶ Tertio ſic. Sicut ſe habet inſtans ad tempus ſic mutatum eſſe ad motum. Sed ante omne mutatum eſſe eſt dare motū, ergo ante omnes inſtans erit dare tēpus.

Contra iſtā opinionem pluribus modis arguitur.

¶ Contra iſtam opinionem arguitur multipliciter. Primo ſic. Impoſſibile eſt infinita eſſe pertranſita, ſed ſi mundus fuiſſet æternus, tunc infiniti dies eſſent pertranſiti, ergo mundus non eſt æternus.

¶ Secundo infinito non poteſt fieri additio. Sed ſi mundus, uel motus fuiſſet æternus infinito poſſet fieri additio, quia dies iſta adderetur omnibus alijs diebus præteritis, ergo.

¶ Tertio ſic, unum infinitum non eſt maius alio infinito. Sed ſi motus eſſet æternus unum infinitum eſſet maius alio infinito, quia pro qualibet reuolutione Solis habemus duodecim reuolutiones Lunæ.

Diſt. 19.

¶ Quarto ſic, & primo ſuppono cum Philoſopho, quòd anima intellectiua ſit incorruptibilis, & probabitur infra. ſecundo ſuppono, quod propria anima non eſt niſi in corpore proprio, tertio ſuppono, quod quot ſunt corpora tot ſunt animæ intellectiuæ, quamuis oppoſitum ſenſerit Auerrois. Tunc arguo ſic. Qua ratione poteſt eſſe una ſpecies ab æterno eadem ratione, & homo. Si ergo non eſt dare primum hominem tunc infiniti homines tranſierunt, ergo, & infinitæ animæ, ſed animæ ſunt incorruptibiles, ergo erit dare infinitum in actu ſecundum multitudinem, quod ipſemet Philoſophus negat.

Anima non eſt ſine corpore, niſi æquiuoca. Vide 8. Phyſ. com. 30.

Opinio Theologorum Vide Scotū in 2 ſent. diſt. 1 q. 2.

¶ Dico ergo ſecundum mentem Theologorum omnium, quod omnia ſunt a primo ente ſicut a cauſa effectiua de nihilo, ut etiam de nihilo dicit ordinem durationis, quia omnia incœperunt, & nihil eſt æternum præter primam cauſam. Tunc ad rationes Philoſophi.

¶ Ad primum cum dicitur mobile incœpit, ergo per alium motum, nego, quia non incœpit per motum, ſed per ſimplicem Dei uoluntatem.

¶ Ad ſecundum cum dicitur, tempus non incœpit, quia eſt æternum, dico quod eſt falſum.

¶ Ad probationem reſpondeo cum dicitur, ſi tempus incœpit de nouo habuit eſſe poſt non eſſe duratione, dico, quod iſta duratio non eſt realis, ſed imaginaria, propter quod tempus non eſt ante tempus.

¶ Sed inſtatur contra hoc, quia in relatiuis de primo, & ſecundo modo ſi unum eſt reale, & reliquum. Sed prius, & poſterius ſunt relatiua de primo modo, quia ſicut ſi multa ſ fundatur in vnitate ſic prius, & poſterius in multitudine, & ſic ſunt in eodem modo, ergo impoſſibile eſt prius eſſe reale niſi poſterius ſit reale duratione. Sed omne productum de nouo eſt realiter poſterius, ergo, & poſt neceſſario, & ſic prius duratione reali.

¶ Reſpondeo per interemptionem minoris, quia ibi non eſt, prius realiter nec eſt ibi multitudo realis, ut tu accipis.

D Bona. in 2 ſen. diſt. 1 q. 2. ¶ Ad ſecundam, & tertiam probationem dico ſecundum viam Bonauenturæ, quòd ſicut eſt de puncto in linea, ſic eſt de inſtanti temporis, ſed punctus in linea habet principiare, & continuare, ut habet principiare, uel initiare eſt dare primum punctum quod eſt principium, & non finis, ut autem habet continuare eſt finis, quod etiam eſt principium. Ita in propoſito primum inſtans temporis, ita eſt initiatiuum quod non eſt finis præcedentis temporis.

¶ Ad primum principale in contrarium de neceſſario, & poſſibili, quæ formaliter repugnant ut aſſumit argumentum, dico, quod poſſibile accipitur multipliciter. Vno modo ut opponitur impoſſibili. Alio modo ut opponitur actui, tertio modo, ut dicitur ad potentiam. Vltimo ut opponitur neceſſario, Primis tribus modis poſſibile non repugnat neceſſario, quarto autem modo bene repugnat, ſed ſic non occurrit in propoſito, ergo &c.

Poſſibile multis modis ſumitur.

An aliquid a Deo poſſit eſſe ab eo ſine principio durationis?

Seraphicus Bona. primo ſenten. diſtinc. 1. q. 2. Artic. 2.
Scotus ſecundo ſententiarum diſtinctio. 1. quaeſt. 3.
D. Thomas prima parte quaeſtione 46. Articul. 3.
Ricardus ſecundo ſententiarum diſtinctio. 1. quaeſt. 2.
Durandus ſecundo ſententiarum diſtinctio. 1. quaeſt. 2.
Ioannes Bacconitanus 2. ſentent. diſtinct. 1. q. 4. 5. & 6.

QVAESTIO II.

SECVNDO quæritur, An aliquid a Deo poſſit eſſe ab eo ſine principio durationis? Videtur, quod ſic, per Philoſophum, qui dicit, quòd materia eſt ingenita, & incorruptibilis. *1. Phy. centex. 82.*

¶ Præterea, cauſa neceſſario cauſans & non producens per motum poteſt habere effectum ſibi coæuum. Sed talis cauſa eſt Deus, ergo. Probatio minoris, quod eſt perfectionis in ente ſimpliciter eſt perfectionis in prima cauſa, ſed neceſſitas productionis eſt perfectio nis in ente ſimpliciter, & contingentia eſt imperfectionis, ergo.

¶ In contrarium arguitur, quia ſi Deus produceret unum alium mundum non produceret eum ſine principio durationis, ergo.

¶ Reſpondeo in iſta quæſtione ſunt quatuor articuli. Primo ponetur una opinio, quæ improbabitur. Secundo ponetur una alia opinio, quæ confirmabitur, tertio dicetur ad rationes alterius opinionis, quarto propter argumentum factum in contrarium, oportet uidere, ſi ſtante illo mundo Deus poſſet producere alium mundum.

QVAN-

dor ab eo genitus eſt æternus. Iſta conſequentia poteſt tenere a cauſa naturaliter cauſante a ratione producentis naturaliter. Sũt.n. iſtæ duæ relationes aliç: et aliæ quia in relatione cauſç eſt depẽdẽtia eſſentialis, in relatione autem producentis non. Nunc autem Auguſtinus nõ vult probare iſtam conſequentiam ex ratione cauſç naturaliter cauſantis ſed ex ratione naturaliter producentis, & iſta dicta ſunt quantum ad mentem Auguſtini.

¶ Cum ergo arguitur, quod eſt perfectionis in cauſa ſecunda, non eſt negandum a cauſa prima conceditur, ſed nego minorem, quia poſſe habere effectum uel cauſatum ſimpliciter neceſſarium nõ eſt perfectionis in aliqua cauſa ſecunda, imo hoc nulli cauſæ ſecundæ conuenit licet poſſit habere aliquem effectum neceſſarium ſecundum quid ſicut probatur libro ſecundo. Vel aliter, & melius, quòd maior eſt uera quando eſt poſſibilitas ex parte factibilis. Nunc autem illa repugnãtia ẽ ex parte factibilis cui repugnat çternitas. Ad confirmationem cum dicitur, diuerſus modus cauſandi non uariat cauſatum formaliter, concedo quando illi diuerſi modi cauſandi poſſunt ineſſe cauſç. Sed dico quòd minor eſt falſa, quia productio neceſſaria ad extra eſt impoſſibilis primæ cauſç.

An duratio finita repugnet limitationi creaturæ.

¶ Ad tertium nego minorem, licet enim duratio finita non repugnet limitationi creaturç, duratio tamẽ infinita repugnat propter illimitationem qua adequatur Deo. ¶ Ad ultimum dico, quòd ſicut creaturç non poſſunt actualiter tendere in non eſſe, & tamen ſemper fore ita nõ poſſunt actualiter fuiſſe poſt non eſſe & tamen ſemper fuiſſe in eſſe.

¶ Aliter poteſt dici, & melius quòd argumentum non ualet, quia alia eſt comparatio effectus ad ſuam cauſam inquãtum creatur, & alia inquantum conſeruatur, primo modo non eſſe neceſſario præcedit eſſe, ſecundo modo non.

Quõ non eſſe præcedat eſſe.

NVNC oportet videre de quarto articulo ſcilicet. Si ſtante illo modo Deus poſſet producere alium mundum; Et hęc eſt opinio Thomæ, quòd hoc non eſt factibile. Ad hoc ſunt iſtæ rationes. Quando aliquid conſtat de tota ſua materia impoſſibile eſt illud multiplicari, ſed iſte mundus conſtat de ſua materia ergo impoſſibile eſt alium mundum fieri. ¶ Præterea ſi poſſet alius mundus fieri fieret & alia terra, terra autem in iſto mundo, & in alio eſſent eiuſdem ſpeciei, & ſic mouerentur ad eundem locum, ergo terra alterius mundi uel ueniret ad centrũ iſtius mundi, uel violenter maneret uel quieſceret quod eſt inconueniens.

D. Thomas 1 parte Sũmę q. 47. artic. 3.

¶ Præterea tertio ſi fieret alius mundus eſſet aliud primum mobile, & ſic duo prima mobilia & per conſequens duo primi motores, quod eſt falſum & inconueniẽs.

¶ Alius qui ſequitur iſtam opinionem in parte dicit, quòd quãuis poſſit fieri alius mundus, qui non ſit ſphericæ figure, tamen non poteſt fieri alius qui ſit ſphericç figure. Cuius ratio eſt iſta, Deus non poteſt facere vacuum, ſed ponendo quòd faceret alium mundum ſphericç figurç ſequitur de neceſſitate uacuum, quia nõ tangerent ſe niſi in puncto, ergo.

Alius qui ſequitur opinionem Thomiſtarum.

¶ Contra iſtam opinionem arguo ſic, omne illud eſt factibile a deo quod non implicat contradictionem, ſed facere alium mũdum ſphericç figuræ non implicat cõtradictionem, ergo, probatio minoris, quia nulla implicatur cõtradictio a parte agentis cum ſit potentię infinitæ, nec a parte factibilis, quia agens quod producit aliquid de nihilo qua ratione non implicatur contradictio in hoc quod producit vnum eadem ratione, nec in alio.

Scotus in 2. ſent. diſtin. 1. q. 3. inquit quod Deus nõ poteſt facere infinitos mundos tantum numero, diſtinctos, nã nõ poteſt facere vnam multitudinẽ actu infinitam.

¶ Item contra iſtam opinionem eſt clara auctoritas Cõmẽtatoris .j. ce. & mũ. vbi dicit, quòd qui ponit mundum fuiſſe factũ ſecundum exemplar Creatoris, neceſſe habet ponere poſſibile eſſe plures mundos, ſed quilibet theologus ponit mundũ factum ſecũdum exemplar Creatoris, ergo theologus quilibet habet dicere poſſibile eſſe plures mundos. Dico ergo ſecundum eos quòd poſſibile eſt eſſe, & fieri plures mundos. Tunc ad argumenta prioris opinionis Tho. ¶ Ad primum dico, quod bene concludit de agente quod agit materia neceſſario præſuppoſita. Eſt autem falſa de agente primo quòd producit de nihilo, nam producendo alium mũdum produceret etiam aliam nouam materiã, ergo. ¶ Ad ſecundum dico quòd illa quæ non habent adinuicem connexionẽ non mouentur ad eundem locum, unde iſta alia terra non moueretur ad centrũ iſtius mundi, ſed ad proprium centrum.

Vide Franciſcum de Mayronis in 2. ſent. diſt. 44. q. 10. qui oppoſitũ tenet.

¶ Ad

diſpoſitiones,non ſolum autem requiritur amor ſimplex: ſed etiā amor effectās, ergo eodem modo eſt in Deo. Sed notitia diſponens eſt uerbum,ſiue notitia genita,amor vero effectans eſt ſpiritus ſanctus, ergo ante productionem creaturarum præſupponitur uerbum, & ſpiritus ſanctus. Et verbū,& ſpiritus. ſanctus ſunt principium quo creaturę producuntur. ¶ Contra iſtam opinionem uidetur ſeq primo,q pater formaliter non creat,quia nihil dicitur formaliter agere quod non eſt in actu formaliter, ſed illud quod eſt proxima ratio agendi, ſed pater non eſt in actu formaliter uerbum uel ſpiritus ſanctus qui ſunt in propoſito proxima ratio agendi, ergo pater non creat. ¶ Sed dices,omnes creant,quia omnes habent uerbum unum & amorem unum.¶ Contra,quęro quomodo pater habet uerbū, aut habet ipſum formaliter ut correlatiuum,primus modus eſt impoſſibilis ut patet per Auguſtinū, ergo habet ipſum ſecundo modo. Et tunc arguitur ſic primo,quia cum pater ut ſic non ſit formaliter uerbum nec ſpiritus ſanctus,ergo nō creabit.¶ Secundo ſic,formaliter nō agē di non agit:ſed eſt potius illud quo agēs agit. Si ergo filius,& ſpiritus ſanctus ſunt formale ratio agendi ut tu dicis:filius,& ſpiritus ſanctus non creant. ¶ Pręterea tertio,quid intelligis per notitiam diſpoſitiuam,& amorem effectantem, aut iſta ſunt propria aut appropriata. Si ſunt appropriata,ergo ſunt communia tribus,& ita duæ perſonæ non ſunt proximæ rationes formales creandi. Si uero ſunt ꝓpria tunc dicunt reſpectum ad creaturas, & tūc aut dicunt reſpectum realem, & hoc eſt falſum, ut patet per Magiſtrum, aut dicunt relationem rationis,& tunc aliqs reſpectus rationis erit proprius alicui ꝑſonæ diuinæ quod eſt inconueniens, & improbatum.¶ Dico ergo aliter ad quæſtionem, q iſta ratio non eſt ſicut poſui in præcedens innuebā: ſed eſt ſicut de productione filij & ſpiritus ſancti, nam productio ſpiritus ſancti pręſupponit generationem filij in qua cōmunicatur ſilio voluntas fęcunda, quæ eſt principiū productiuum ſpiritus ſancti. Ita intelligo in propoſito,nam productio creaturarū pręſupponit productionem perſonarū .ſ.filij & ſpūs ſcti quibus cōicatꝰ principiū ꝓductiuū creaturarū: quia illis nō repugnat.

Obiectio Scoti. — *7.de tri.c.1.* — *1.1.diſt.30* — *Lib. 1. diſtinc.18. de Bono, & diſtin.27. prī ci. de verbo.* — *Productio creaturarū preſuppo nit ꝓductionē perſonarum, tribus modis probatur.*

¶ Iſtā vero cōcluſionē.ſ.q ꝓductio creaturarū in eſſe reali pſupponit neceſſario productionem perſonarum, probo tripliciter. ¶ Primo ſic,principium duarū productionum quarū una eſt neceſſaria,alia contingens prius ſe habet ad productionem neceſſariam quam contingentem. Sed productio perſonarum ē neceſſaria. productio creaturarum eſt contingens, ergo principiū in diuinis prius ſe habet ad productionem perſonarum, quā creaturarum. ¶ Secundo ſic, potētia prius fert ſuper obiectum primarium quam ſuper obiectum ſecūdarium,ſed primariū obiectum intellectus,& uoluntatis diuinę eſt eſſentia diuina,creaturæ autē ſunt obiecta ſecundaria,ergo illę potētiæ prius reſpiciunt eſſentiam diuinam quam productionem creaturarum. Sed in illo priori eſt emanatio perſonarum, quia intellectus diuinus exprimit notitiam adequatam ſibi,& obiecto, & ſic eſt notitia genita infinita quæ eſt filius. Eodē modo de voluntate reſpectu ſpiritus ſancti, ergo. ¶ Tertio ſic, prior eſt habitudo naturæ ad ſuppoſitum quam ſit ad eius actū ſm quod agere preſupponit eſſe, ergo natura diuina prius habet eſſe in ſuppoſitis, q̄ ſit principiū productionis extrinſecę.

Primo modo. — *Secundo modo.* — *Tertio modo.* — *Agere præſupponit eſſe, uide Scotum in 1. diſtinc.7.*

QVANTVM ad ſecundum articulum dicit Henricus,q productio creaturarum in eſſe intelligibili eſt prior productione perſonarū,quod probat ¶ Primo ſic. Qualis eſt ordo in aliquibus ſecūdum rem,ubi realiter diſtinguuntur, ratio requiritur in eiſdem ſm rationē, ubi ſola ratione diſtinguuntur: ſed vbi quantitas,qualitas,& relatio diſtinguuntur in creaturis,quantitas eſt prior qualitate,& qualitas relatione,ergo eodē mō eſt in diuinis q ipſa intellectio creaturarū ſit ſicut qualitas,& ꝓductio pſonarū ſit ꝓductio relatiua,ergo iſta eſt prior illa.¶ Secundo ſic,quod dicit pfectionē ſimpliciter eſt prius eo qd non dicit pfectionem ſimpliciter: ſed intellectio dicit pfectionē ſimpliciter ſicut patet ꝑ Anſ. ꝓductio autē pſonarū nō dicit pfectionē ſimpliciter ergo. Tertio ſic,pr̄ ē prior filio origine, & ois operatio q̄ hēt pr̄ q̄ dicit pfectionē ſimpliciter hēt eā ut prius origine filio: ſed huiuſmodi ſunt intelligere & uelle ſiue ꝓductio intellectionis & uolutionis,ergo.

Hēricus vbi ſupra ſoluendo, argumētum principale. — *In Monolo. cap. 18.*

¶ ed

Vide Scotũ in 2. ſent. diſtinc. 1. q. 1.

¶ Sed contra iſtam opinionem arguit ſic Scotus tenendo oppoſitum opinionis prędictę, primo per rationem ſecundam poſitam in præcedenti articulo pro opinione ſua quære eam ibi.

¶ Secundo ſic, filius generatur de tota ſcientia & memoria patris, ſi ergo ante generationem filij eſſet intellectio creaturarum, utputa lapidis tunc filius eſſet de memoria lapidis, quod eſt incõueniens, cum pater intelligat uerbum, & uerbum producitur de uerbo.

¶ Tertio ſic, geniti ad illud de quo gignitur eſt relatio realis, ſed filij Dei ad creaturam nulla eſt relatio reale, ergo non gignitur de memoria, & intelligentia alicuius creaturę. Ego autem iſtam ſecundam opinionem ſequor quam dupliciter cõfirmo, primo ſic. Actus naturæ eſt prior actu poſſibile, quia natura eſt prior poſita, ſed generare eſt actus naturę ſecundũ Damaſ. intelligere autem eſt actus poſitę intellectiuę, ergo.

Author ſequtur ſecundã opinionem.

¶ Secundo ſic, quęcunque ſunt ſimul natura quicquid eſt poſterius natura uno eſt poſterius natura alio, ſed pater, & filius ſunt ſimul natura & cognitio creaturarum eſt poſterior patre, ergo & filio. Tunc pro ſolutione argumentorum primæ opinionis eſt notandum quòd in creaturis inuenitur quadruplex ordo ad pręſens. ſ. primo ordo originis. Secundo ordo naturæ. Tertio ordo durationis. Quarto ordo perfectionis. Duo autem ultimi ordines non habent locum in diuinis, q a ſecundum Auguſtinum, vna perſona nõ eſt prior alia perfectione & duratione. Reſtant ergo in diuinis duo ordines, ſcilicet naturę, & originis, qui ſic ſe habent adinuicẽ ꝙ in primo inſtanti ordinis naturæ completur totus ordo originis productionis perſonarum, quia in iſto primo inſtãti naturę comparatur intellectus, & uolũtas ad eſſentiam divinam & habere memoria perfecta, & uoluntas fæcunda, & ſic completur productio perſonarum, in ſecundo autem inſtanti ordinis naturæ intellectus diuinus fertur ſuper obiecta ſecundaria, & tunc eſt intellectio creaturarum. ¶ Ad argumenta autem alterius opinionis dico quòd ſi ille duæ productiones comparentur ſecundum eandem rationem, & ſecundum eundem ordinem, puta naturæ uel durationis bene concluderent, ſed quia uariatur medium penes iſtos ordines naturę, & originis ut patet inſpicienti, & ergo non concludunt.

Natura eſt prior potentia.

Quadrupl. ordo inuenitur in creaturis.

De fide ad Petrum.

Speculatio notabilis, quõ ſint duo ordines in diuinis.

Ad argumẽta alterius opinionis.

QVANTVM ad tertium articulũ dico concluſionem affirmatiuam. Cuius ratio eſt iſta, quia ſi in creaturis comparetur cauſa ad duos effectus ex natura rei ordinatos eſſentialior eſt eius comparatio ad utrunque effectum quam unius effectus ad alterum, ergo ſi per impoſſibile deſtrueretur ordo effectuum inter ſe non propter hoc negandus eſſet ordo, & dependentia utriuſque ad cauſam, ita in propoſito, aliqd eſt in Deo quod eſt principium productionis intrinſecę, & aliqd eſt in Deo quod eſt principium productionis extrinſecę ita, ꝙ iſtæ duæ productiones ſunt ordinate, & ad ſe inuicem, & ad principium, igitur ſi per impoſſibile tollatur dependentia harum productionum adinuicem, ita ꝙ tollatur productio intrinſeca non propter hoc oportet tollere productionem extrinſecam. Sicut etiã pagani imaginantur qui ponunt productionem extrinſecam, negant tamen intrinſecam. ¶ Ad argumenta ergo principalia dico ad primum de Richard. quòd concludit pro tertio articulo immediate poſito. ¶ Ad ſecundum concedo ſimilitudinem quando principium productionis eſt ultimate diſpoſitum ad ſuam productionem, nunc autem principium productiuum ad extra non eſt ultimate diſpoſitum ad iſtam productionem, niſi productione intrinſeca iam præhabita, igitur.

Concluſio affirmatiua.

Pagani ponunt productionem extrinſecã, & negant intrinſecam.

An relatio creaturę ad Deum ſit eadem cum ſuo fundamento?

Scotus 2. ſenten. diſtinct. 1. q 4. & 5.
D. Thomas prima parte quæſtio 45. Articulo 3.
Ioannes Bacconitanus 2. ſenten. diſtinc. 1. q. 3.

QVAESTIO V.

QVARTO quæritur. An relatio creaturę ad Deũ ſit eadem cum ſuo fundamento? Et arguitur primo, ꝙ non, quia ſi relatio creaturę ad Deum eſſet eadem cum ſuo fundamento tunc omnia alia entia eſſent ad aliquid non tantum

tum

tum accidentaliter, ſed per idemptitatē quod eſt inconuenientius quam omnia apparētia eēuera, vt deducit phil. ¶ Prę terea prędicamenta ſunt formaliter ſeipſis diſtincta uel diuerſa, ſed q̄ ſunt ſeipſis diuerſa non habent idemptitatem realē, ergo relatio non poteſt eſſe idem realiter alicui fundamento. ¶ Praeterea ęquitas ē tantum ęquanimitas, nec vna nec plures vt patet intuenti, igitur pari ratione creatura inquantum creatura non includit aliquem reſpectum ſecundum idemptitatem realem. ¶ In contrarium arguitur: q̄a eſſentialior eſt comparatio creaturę ad Deum quam materiæ ad formam, & compoſiti ad partes, ſed inter iſta non cadit medium, ergo nec inter Deum, & creaturam. Sed ſi poneretur relatio iſta diſtincta realiter a ſuo fundamento. i. a creatura, tunc eſſet aliquod medium inter Deū & creaturam, ergo. ¶ Reſpōdeo, hic ſunt tria uidenda. Primo oportet uidere cuiuſmodi entitas ſit entitas relationis, ſecundo dato, quòd ſit aliquid reale, oportet videre generaliter ſi iſta realitas eſt alia a realitate fundamenti, tertio oportet uide re particulariter in propoſito. ſ. ſi relatio creaturæ ad Deum differat realiter a creatura.

4 met com tex. 25. & 27. — *Auicen. 5. met. cap. 1.*

QVANTVM ad primum eſt notandum ſicut ponit Auicē. quòd de hoc fuerunt antiquitus duæ ſectæ uel opiniones. Vna ponit, quòd eſſe relationis eſt præciſe ab anima. Alij ponunt, quòd eſt aliquid in re extra animam, primam opinionem hodie multi ſequuntur, quorum ratio eſt iſta, ſicut recitat Auicen. ubi ſupra. Si relatio eſſet aliquid in rebus tunc eſſet proceſſus in infinitū in relationibus conſequēs eſt falſum, ergo & antecedēs, probatio conſequentiæ. Relatio cum ſit accidens oportet quòd inſit ſubiecto, & ſic per aliquid cum eo ligatur, ſed illud non eſt niſi relatio. Tunc quæro an illud ligamen eſt aliquid præciſe ab anima aut eſt aliquid in re, & tunc quęram de iſto ſicut de priori in infinitum. Iſta fuit opinio Stoicorum. ¶ Contra iſtam opinionem arguo tripliciter. ¶ Primo ſic, diuiſiuum entis reale eſt aliquid reale, ſed relatio eſt diuiſiuum entis realis, ergo eſt ens reale, probatio minoris, per philoſoph. 6. methaphyſicæ, qui poſtquam diuiſit penes ens uerum, & ens reale quod eſt extra animam, ſtatim ſubdiuiſit ens reale penes decē prædicamenta, de quorū numero relatio eſt unum. ¶ Secundo ſic, quod dicit in rebus quid perceptibile ſenſu nō eſt ab intellectu ſed relatio eſt huiuſmodi, ut patet de armoniarum conſonantia. ¶ Tertio ſic, quod habet eſſe anima non exiſtente eius eſſe non eſt ab anima uel ab intellectu, ſed relatio eſt huiuſmodi. Minorem probat Auicēna, tum quia hic pater eſt pater, hic filius eſt filius nullo exiſtente intellectu, tum quia bruta nullo exiſtente intellectu inquirunt alimentum, & inquiſitio eſt relatio, tū quia nullo exiſtente intellectu cęlum eſt ſurſum, & terra deorſum, & iſtę ſunt relationes reſpectiue. ¶ Item contra iſtam opinionē arguit etiam Scotus primo ſic, quia ex illa opinione deſtruitur vnitas uniuerſi, nam unitas uniuerſi ſecundum Ariſt. eſt in ordine partium inter ſe, & ad primum. Sicut unitas exercitus eſt in ordine partium exercitus inter ſe, & ad ducem, ideo neganti relationem extra intellectum diceretur uerbum illud, quòd inconnexā facit uniuerſi ſubſtantiam.

3. met. cap. vltimo. — *Opinio Stoicorum. Hāc viam ſequitur Ocham, & ſequaces* — *6 met. cap. vltimo probat hāc poſitionem tribus modis.* — *Opin. Scoti.* — *12 met. com tex. 52.* — *12. met. com tex. fine cō. in fine.*

¶ Secundo arguitur ſic, quia tunc deſtruitur compoſitio in entibus, quia nihil eſt compoſitum ſine unione partium. Illa ergo vnio aut eſt ens reale, & habetur propoſitū, aut eſt ens rationis, & hoc nō poteſt ſtare, quia nullum reale dependet ab ente rationis, ſed compoſitum dependet ab unione partium, ergo &c. ¶ Tertio arguit quòd ex illa poſitione deſtruitur cauſalitas cauſarum ſecundarum, quia cauſę ſecundę cauſant proportionatæ, & approximatæ, illa autem approximatio, aut eſt ens reale, & habetur propoſitum, aut relatio rationis, & hoc non poteſt ſtare, q̄a effectus realis non requirit ens rationis in cauſę neceſſario, ſed effectus realis requirit approximationem cauſarum, ergo. ¶ Quarto arguitur ſic, quia ex hoc deſtruitur realitas ſcientiæ methaphiſicæ, nam ſcientiæ reales demonſtrant paſſiones reales, ſed ſcientiæ mathema. demō ſtrāt aliquas paſſiones rationis relatiuas: puta æqualitatem, & inequalitatem, & huiuſmodi, ergo.

Scietię Mathemat quę demonſtrēt paſſiones.

¶ Ad rationem autem de proceſſu in infinitum reſpondet Auicenna, quòd relatio non ligatur per aliam relationem ſed ſeipſa, & ſic nō proceditur in infinitum. *3. met. cap. vltimo.*

Quan-

Henricus quolib. 9. q. 3. et quolib. 5. q 6. & 7 & quolib. 7 q. 1.

QVANTVM ad ſecundum articulum eſt opinio Henrici, quod relatio non diceret realiter a ſuo fundamento, quod probat, primo ſic, quod diſtinguitur realiter ab aliquo facit compoſitionẽ cum eo, ſed relatio non facit compoſitionem cum fundamento, quia non eſt compoſitiuus album ſimile, quam album tantum, ergo.

¶Secundo ſic, quod diſtinguitur ab aliquo realiter non aduenit ei abſque mutatione eius, ſed relatio aduenit fundamento ſine eius mutatione, ergo.

5. Phyſ. con tex. 10.

¶Tertio ſic, ſi relatio eſſet alia res a fundamento, tunc eius conceptus non eſſet ſimpliciter ſimplex, quod eſt inconueniens, quia conceptus cuiuslibet generis generaliſſimi eſt ſimpliciter ſimplex, probatio conſequentiæ, quia relatio habet ſuum in eſſe, & ad aliud eſſe, & ſic cõponeretur ex in, & ad.

¶Quarto ſic, ſi relatio eſſet alia res a ſuo fundamento, tunc eſſet proceſſus in infinitum in relationibus, probatio conſequentiæ, quæram enim de alietate, qua relatio eſt alia res a ſuo fundamento, utrum ſit eadem ſuo fundamento, uel nõ, ſi ſic, eadem ratione fuit ſtandum in primo. Si uero eſt alia, ergo per aliam alienitatem, & quæram de illa ſicut de priori, & ſic in infinitum.

¶Quinto ſic, quod non habet diſtinctionem, niſi pœnes diſtinctionem fundamẽti non videtur diſtingui realiter a fundamento, ſed relatio non diſtinguitur, niſi ſecundum diſtinctionem fundamenti, ergo.

Quære Ocham, & alios nominales.

¶Sexto arguit, ſic quidam Doctor. Impoſſibile eſt, quod aliqua res creata habeat pœnes ſe entitates infinitas, ſed ſi relatio puta diſtantia eſt aliud a ſuo fundamento, ſequitur illud, ſcilicet, quòd aliqua creatura habeat pœnes ſe entitates infinitas, probatio minoris, pes muſcæ habet diſtantias infinitas, & diuerſas ad diuerſas partes uniuerſi, ſed partes uniuerſi ſunt infinitę, ergo.

Contra arguit Scotus an relatio differat realiter a ſuo fundamento.

¶ Contra iſtam opinionem arguit Scotus, & bene, primo ſic. Quando aliqua duo ſic ſe habent, quod utrunque eſt reale, & unum poteſt manere, altero non manente, illa diſtinguuntur realiter, ſed fundamentum eſt aliquod reale, & relatio ſimiliter, ut probatum eſt primo articulo, & fundamentum poteſt manere relatione, non manente, igitur maior patet per rationem Philoſophi, quia per illam præmiſſam probat, quod materia differt, uel diſtinguitur realiter a forma, & quarto Phiſicorum per eandem præmiſſam, probat, quod locus diſtinguitur realiter a locato, minor probatur, quia poteſt manere albedo ſimilitudine non manente.

1. Phy con tex. 82.

4. Phyſ con tex. 18.

¶Secundo arguit ſic, nullum finitum cõtinet ſecundum perfectam idemptitatẽ oppoſita formaliter, ſed in eodem fundamento poſſunt fundari oppoſitæ relationes, ergo, probatio minoris, quia ſecundum eandem albedinem poteſt Martinus eſſe ſimilis Petro, & diſſimilis Ioãni.

¶ Tertio ſic, contenta in aliquibus per idemptitatem magis, uel non minus diſtinguuntur in continentibus magis diſtinctis, ſed relationes fundatæ in duobus generibus minus differunt, quã duæ relationes fundatæ in re eiuſdem generis, ergo probatio minoris, nam æqualitas fundata ſuper quantitatem, & ſimilitudo fundata ſuper qualitatem minus differunt, quam ſimilitudo, & relatio potentiæ actiue, & paſſiue, quæ poſſunt fundari ſuper eundem calorem. Dico ergo, q relatio generaliter loquendo in creaturis ut una creatura refertur ad aliam creaturam, eſt alia res realiter a ſuo fundamẽto. Sicut etiam relatio rationis eſt alia res a ſuo fundamento.

Opinio Authoris.

Ad argumẽta Henrici reſpondet Author.

¶ Ad argumenta ergo alterius opinionis dico, quòd compoſitio idem eſt quod cũ alio poſitio, & ſic concedo, quod cõpoſitius eſt album ſimile, quam album tantum. Et ſi uelis inſtare de relatione diuina, dico quod nihil eſt ibi alicuius generis prædicamentalis.

Cap. de relatiuis.

¶ Ad ſecundum reſpondet ſimplicius ſuper p̄dicamenta, qui dicit, q̄ ſicut relatio eſt res ad aliud, ita eſt ibi mutatio ad alterum ita, quòd inquantum relatio aduenit non mutatur ad ſe, ſed ad alterum.

3. Met. cap. ultimo.

¶Ad tertium patet per Auicennam, ubi vult, quod relatio habeat ſuum proprium in eſſe, & eum dicitur, ergo eſt compoſitio in genere relationis, poteſt dici, quod non eſt compoſitio ex aliquibus realiter incluſis, quia illud eſſe in non eſt de eſſentia relationis, ſed determinatur per eſſe ad aliud. Aliter poteſt dici, quod conceptus cuiuſcunque generis non eſt ſimplici-

pliciter ſimplex de quo alias in primo tactum fuit, includit enim quodlibet genus naturam entis, & naturam determinante ſuum gradum intrinſecum.

¶ Ad quartum de proceſſu in infinito dico quòd nõ ſequitur, quia relatio ſeipſa refertur ad ſuũ fundamentũ ſicut ſeipſa ligatur ad ſuum fundamentum per Auicennam. Et cum dicis eadem ratione fuit ſtandum in primo, nego, quia illa relatio non poteſt eſſe ſine fundamento abſque contradictione, fundamẽtum autem poteſt eſſe ſine relatione abſque contradictione. ¶ Ad quintum dico, ꝙ relatio habet propriã diſtinctionẽ non tamen innoteſcit nobis ꝓp modicam eius entitatem niſi per diſtinctionem fundamentorum.

3. met. vbi ſupra.

¶ Ad ultimum dicitur uno modo quòd non eſt inconueniens, & una res habeat reſpectum ad infinitas entitates. Alio modo & melius dicitur, quòd quia relatio ſpecificatur ex terminis, & non ſunt compoſſibilia entia in multitudine infinita, ut patet, ideo non habet aliqua creatura penes ſe entitates infinitas.

QVANTVM ad tertium articulum ſunt tres opiniones, una dicit relationem creaturę ad Deum ſic eſſe eandem ſuo fundamento quod fundamentum nihil aliud eſt niſi quędam relatio ad Deum: quia licet creatura in ſe ſit ens in reſpectu tñ ad Deũ dicitur nõ ens. Sic etiã creatura, licet in ſe ſit ens abſolutũ, reſpectu tñ Dei nihil aliud eſt niſi quidã reſpectus. Iſta opinio nõ fundaẽ in dictis Henrici, qui vult, ꝙ relatio ſit ratitudo ſui fundamẽti, qđ diffuſius improbatur.

Vide Varronem. q. 4. huius ſecundi libri.

¶ Contra iſtam opinionem arguo breuiter per Auguſtinum omne inquit, quod relatiue dicitur eſt aliquid excepta relatione. Et in principio tertij dicit, quod nihil eſt ad ſe, nihil eſt ad aliud.

Diſtinc. 3. primi lib q. de veſtigio q. 3. 7. de tr. c. 2. 1. & 6. Thopic. & 2. poſt. & 7. met. contex. 41. & 42.

¶ Præterea diffinitio indicat totam quidditatem rei: ſed diffinitio lapidis non includit eſſentialiter reſpectum ad aliud.

¶ Prętereа, quæ diſtinguuntur formaliter non ſunt idem formaliter: ſed relatio creaturę ad Deum non diſtinguitur formaliter nec ſpecie in diuerſis creaturis, ergo creaturę non diſtinguuntur formaliter inter ſe, nec ſpecie, probatio minoris, quia relationibus omnibus in creaturis correſpondet idem terminus ex parte Dei: ſed relationibus alterius rationis non correſpondet idem terminus, ergo.

¶ Alia eſt opinio omnino ad oppoſitum, quòd relatio creaturæ ad Deum diſtinguitur realiter a creatura, quod confirmatur per Auguſtinum, vbi dicit quicquid in creaturis non ſecundum ſubſtantiam dicitur reſtat ut ſecundum accidẽs dicatur: ſed relatio creaturę ad Deum non ſecundum ſubſtantiam dicitur quia ex parte ad ipſum refertur, ergo ſecundum accidens dicitur.

Henric. quo lib. 9. q. 3. Vide Varronem vbi ſupra. 5. de tri. c. 5

¶ Contra iſtam opinionem arguitur primo ſic: Subſtantia eſt prior omni accidente natura, tempore, & diffinitione ſecundum Ariſt. ſed quod eſt prius alio tempore poteſt eſſe ſine alio abſque contradictione, ergo creatura poſſet eſſe ſine relatione ad Deum ſine contradictione quod eſt falſum.

7. met. contex. 4.

¶ Pręterea quæro quomodo accipit Auguſtinus accidẽs cum dicit quòd in creaturis quod non ſecundum ſubſtantiam dicitur, reſtat ut ſecundum accidens dicatur, aut enim accipit accidens communiter pro quocunque mutabili, tunc quęlibet ſubſtantia creata eſt accidens quia eſt mutabile, aut accipit ibi accidens ꝓ amiſſibili quòd. ſ. manente alio põt amitti, tunc tale relatio non eſt accidẽs: quia non põt creatura manere ſine iſta relatione. ¶ Eſt ergo tertia opinio Sco. quam teneo qui ponit duas concluſiones.

Opinio Scoti eſt ꝙ relatio creaturę ad Deum eſt idem realiter ſuo fundamento.

¶ Prima, ꝙ relatio creatura ad Deũ nõ eſt idem realiter ſuo fundamento. ¶ Secunda ꝙ diſtinguitur formaliter ab eo. ¶ Prima concluſio probatur ſic. Illud dicitur propriæ eſſe idem alicui eſſentialiter, uel realiter ſine quo cũ ineſt nõ põt eſſe ſine eo cui ineſt abſq; contradictione: ſed relatio creaturę ad Deũ ſic ineſt creaturæ, ꝙ ĩpoſſibile eſt creaturã eẽ ſine ea abſq; cõtradictione, ergo ꝓbatio minoris, qđ põt eẽ ſine relatione, põt eẽ ſine termino iſtius relationis: ſed creatura nõ põt eẽ ſine termino relationis iſtius, q̃a tũc poſſet manere Deo nõ manẽte, q̃ ẽ terminus iſtius relationis ¶ Secũdo ad principale ſic, qđ dr̃ uniformiter de oĩ alio a termino nõ accidit alicui dicto ad terminũ, ſed relatio creaturę ad Deũ uniformiter dr̃ de oĩ eo qđ dr̃ ad iſtũ terminũ, ergo nulli accidit, & ita ẽ idẽ fundamẽto, ꝓbatio minoris, q̃a ſi alicui accideret pari rõne & alteri, tunc quæterẽ de relatione qua ipſa diceretur relatiuæ, & ſic in infinitũ.

Contra primam rationem.

¶ Contra primam rationem inſtatur, qa túc quælibet relatio quæ ineſſet eſſentiæ diuinæ per actum intellectus diuini eſſet eadem eſſentiæ cum impoſſibile ſit eſſentiam eſſe ſine ea, quia ſi poſſet eſſe ſine ea mutaretur intellectus diuinus, primũ conſequens eſt falſum: quia nihil eſt idẽ realiter alicui niſi ſit reale, illa autem relatio eſt ens rationis, ſcilicet relatio Dei ad creaturam.

Contra ſecundam rationem.

¶ Contra ſecundam rationem inſtatur: quia non eſt inconueniens ꝙ procedatur in infinitum in relationibus ita ꝙ relatio fundetur ſuper relationem ſicut proportionabilitas ſuper proportionem. ¶ Ad primum dico ꝙ incompoſſibilitas ſeparationis poteſt eſſe a ratione ipſius a quo aliud eſt inſeparabile, vel ab aliquo extrinſeco.

Incompoſſibilitas ſe habet in duplici modo.

Incompoſſibilitas autem eſſendi ad creaturam ſine dependentia ad Deum eſt ex ratione creaturę, incompoſſibilitas autem qua eſſentia diuina non poteſt eſſe ſine relatione illa eſt quaſi ex cauſa extrinſeca, & ita nõ eſt ſimile ¶ Ad ſecundum dico ꝙ quamuis una relatio poſſet fundari in alia, nõ tamen eſt proceſſus in infinitum, ſed neceſſario eſt ſtatus in aliqua quæ non põt eſſe ſine eo in quo fundatur abſque contradictione ex ſecundo articulo huius quæſtionis. ¶ Secunda concluſio patet ꝙ ratio abſoluti non includit formaliter rationem reſpectus. Qualiter autem poſſit eſſe vera identitas, & tamen non ſit formalis patet.

Lib 1. diſt. 24. met context. 26. & inde.

¶ Ad primum principale dicitur uno mõ, ꝙ philoſoph. infert 4. metaphiſicæ omnia eſſe ad aliqd, vt ad operationem, vel ad ſenſum. ¶ Sed contrà, quia conſequens non eſſet inconuenientius antecedẽte. Sicut enim antiqui phil. dixerũt omnia apparentia eſſe uera, ideo poteſt dici aliter, ꝙ inconueniens eſt omnia formaliter eſſe ad aliquid.

An oĩa ſint ad aliquid ſecũdum Varronem

Aliter poteſt dici ſecundum uiam Varronis quòd inconueniens eſt omnia eſſe ad aliquid, vt una creatura eſſentialiter dicatur ad aliam, non eſt autem inconueniens omnia eſſe ad aliquid ut creatura dicitur ad cauſam primam.

An prędicamenta ſint diuerſa.

¶ Ad ſecundum dico ꝙ pdicamenta ſunt 1. ſeipſis diuerſa in rõnibus formalibus quibus differunt. Aliter poteſt dici ꝙ argumentum non ualet quia iſta relatio de qua loquimur eſt trãſcendens & nõ eſt alicuius generis determinati. ¶ Ad tertium dico, ꝙ auctoritas Auicennæ excludit a quidditate vnum, & multa actum, & potentiã, & huiuſmodi: quia nullum tale eſt de intellectu quidditatis formaliter.

An creatura poſſit creare?

D. Bona 2. ſenten diſtinc, 1. q 2.
Scotus in 4 ſententiarum diſtinctio. 1. q. 1.
D Thomas prima parte q. 45. Artic. 5.
Ricardus in 2. ſenten. diſtinc. 1. q 4.

QVAESTIO V.

QVINTO quæritur. An creatura poſſit creare? Videtur ꝙ ſic, per Auguſtinum. *83. q. 78.* Artifices inquit nõ poſſunt creare, quia operantur per corpus, ſed creatura rationalis non operatur per corpus, ergo.

Vide Varronẽ, & alios communiter in principio 2. libri vbi hãc quæſtionem diſputant.

¶ Secundo ſic. effectus non adequans uirtutem cauſæ ſuperioris poteſt produci a cauſa inferiori, ſed nullus effectus creatus cum ſit finitus adequat uirtutem Dei quæ eſt infinita, ergo. ¶ Tertio ſic, quod põt annihilare põt creare, ſed creatura aliqua poteſt annihilare, ergo probatio minoris, tum quia agens naturale poteſt formam naturalem totaliter deſtruere, tum quia homine peccãte mortaliter annihilatur in eo gratia.

¶ Quarto ſic, cauſa ſecundaria plus põt in uirtute cauſę primæ, quam in uirtute propria, ſed aliqua creatura ſine cauſa ſecunda poteſt in omne ens producibile non per creationem, ergo aliqua uirtute immiſſa in ea a cauſa ſuperiori poterit ſ illud per creationem. ¶ In cõtrarium eſt Damaſ. *cap. 18.* qui dicunt inquit angelos creatores ſunt oẽs filij patris ſui diaboli. ¶ Reſpõdeo, hic ſunt quatuor articuli. Primo ponitur opinio Auicẽnæ, & unius Theologi qui ſequitur ipſum. Secundo improbatur per rationes aliorum & oſtẽdetur eſſe inſufficiens. Tertio arguam contra Auicẽnam & dicam ad quæſtionẽ. Quarto ſoluam rationes Auicennæ.

QVANTVM ad primum articulũ eſt opinio Auicennæ, *9 met. ca. 4* vbi ponit, ꝙ una intelligentia producit aliam, & non niſi ꝑ creationem. Modus autem ponendi ſuus fuit declaratus ſupra. *In 1 quæſt. artic. 2.*

¶ Pro ſua cõcluſione arguitur primo ſic.

Ab

ab vno non eſt niſi unum, quia alias nõ eſſet ratio diſtinctionis in effectu, ergo a prima intelligentia non fuit niſi ſecunda intelligentia & tertia a ſecunda, & ſic de alijs. ¶ Secundo ſic, perfectum eſt unumquodque cum poteſt producere ſibi ſimile, ſed intelligentiæ ſunt perfectiores q̃ ſubſtantiæ corporales, ergo cum corpus poteſt producere corpus, multo magis intelligentia poteſt producere intelligentiam, ſed intelligentia non producitur niſi per creationem, ergo. ¶ Tertio ſic, a domo in mente fit domus extra, tunc ſic. Sicut domus in mente ad domum extra, ſic intelligentia in mente ad intelligentiam extra, ſed a domo in mente fit domus extra, ergo ab intelligentia in mente fit intelligentia extra, ſed intelligentia non fit niſi per creationem, ergo. ¶ Quarto ſic, in his, quæ ſunt unius ſpeciei vnum põt eſſe productiuum alterius, ſicut patet inductiuę, ſed infra eandem ſpeciem poſſunt eſſe plures angeli, ut patebit, ergo vnus angelus poteſt producere alium angelum, ſed hoc non niſi per creationem.

1. met. in prohemio.

7 met. contex. 23.

diſtinc. 3.

¶ Iſtam opinioné ſequitur unus doctor in parte, qui ponit duas concluſiones. ¶ Prima quod creatura non poteſt omnem creaturam creare. ¶ Secunda quòd creatura poteſt aliquam creaturam creare. ¶ Primam cõcluſionem probat ſic, nihil poteſt omnem creaturam creare niſi cõtineat eminéter omnem creaturam, ſed nullum creatum eſt quod contineat omnem creaturam, ergo. ¶ Secunda concluſio probatur ſic, diſtantia finita poteſt a uirtute finita tranſiri, ſed inter ens & nihil eſt diſtantia finita, ſicut patuit ſupra articulo 2. primæ quæſtionis. ergo ¶ Secundo ſic. Si Deus habet unam ideam: puta hominis adhuc poſſet hominé creare, ſed Deus, ut habeat unam ideam non habet rationem infiniti, ergo ſub ratione finiti Deus creat, & ſic poterit competere creaturę finitæ, probatio minoris, Deus inquantum infinitus: eſt illud quo magis cogitari non poteſt, ſed Deus poteſt cogitari maior inquãtum habet plures ideas, quam inquantum habet unam tantum.

Henric. quo lib. 4. q vlt. & Ricard. in 2. diſtin. 1. artic. 4. q. 4.

QVANTVM ad ſecundum argumentum arguitur cõtra opinionem Auicennam, arguit D. Tho. quòd aliqua creatura nõ poteſt creare primo mó. Effectus veniuerſali requirit cãm uniuerſalé, ſed eẽẽ effectus vniuerſaliſſimus, ergo oportet vt reducatur immediatę in causã uniuerſaliſſimã q́ eſt Deus. Cõfirmatur p auctoré libri de cauſis qui dicit, quòd nec angelus nec anima dant eſſe niſi inquantum operantur operatione diuina.

D. Tho prima parte Sũmæ q. 45. artic. 5.

¶ Secundo ſic, per rationem Bonauenturæ, ſuper diſtantiam infinitam non põt niſi uirtus infinita, ſed inter terminos creationis eſt diſtantia infinita, ergo probatio minoris, omni diſtantia finita conuenit accipere maiorem, ſed non eſt accipi maiorem iſta quæ eſt inter ens, & nihil, ergo. ¶ Confirmatur, quia inter contradictoria eſt diſtantia infinita, ſed inter ens & nihil, eſt diſtantia contradictoria, ergo. ¶ Confirmatur ſecundo quia inter quęcunque contradictoria uidetur equalis diſtantia, ſed inter Deum & non Deum eſt diſtantia infinita, ergo.

D. Bona. in 2. ſen. diſt. 1 q. 2.

¶ Tertio principaliter arguit Varro ſic. Sicut agens ad agens, ita effectus ad effectum, & actio ad actionem, ſed agens ſecundarium neceſſario præſupponit agés primarium, ergo effectus agentis ſecundarij neceſſario pręſupponit agentis primarij effectum, & ſic præſupponit materiam, & per conſequens non creat. Alius doctor ſcilicet Egidius arguit ſic, nullum agens creatum eſt actus purus, ergo nec eius actio, & ſic actio agentis creati eſt cum motu & mutatione, ſed omne tale agens præſupponit materiam, ergo. Iſtæ rationes non concludunt quod patet diſcurrendo per eas.

Vide Varroné ubi ſupra, & Petrum de Taranto lib. 2. diſt. 1. q. 3.

Egidius quo lib 5. q. 1.

Rationes Egidij non concludunt.

¶ Prima enim conſiſtit in hoc quòd eſſe ſimpliciter eſt proprius effectus Dei, hoc videtur falſum, quia a quo effectiue generatur compoſitum ab eo eſt effectiue eſſe compoſiti, ſed compoſitum generatur ab aliqua creatura niſi tollatur omnis actio creaturę, ergo probatio minoris, tum per phyſicum, generatio eſt ad eſſe, tum per rationem, quia a quo generatur compoſitum per eius actionem eſt forma in materia, formam autem eſſe in materia eſt compoſitum habere eſſe.

1. & 5. phyſic & 1. de gene & 2. met.

¶ Pręterea probatio quæ adducitur non valet, quia aut peccat per equiuocationem aut altera pręmiſſarum eſt falſa, dupliciter enim poteſt intelligi cauſam eſſe uniuerſalioré, q a uel pfectione uel prędicatione, & ſimiliter effectus poteſt di-

Duobus modis poteſt intelligi cauſam eſſe vniuerſaliorem

ci uniuerſalior pfectione uel pdicatione.
Si ergo in maiori accipitur uniformiter
uniuerſa ius ex parte cauſæ, & ex parte
effectus, cócedo maioré diſiunctiue, quia
effectus perfectior requirit cauſam perfe
ctioré. Sed ſi accipiat in maiori utrobiq;
nuiuerſalius ſecúdum perfectioné : é fal
lacia equíuocationis, uel minor eſt falſa,
quia minor non eſt uera niſi de uniuerſa
litate ſecundum prędicationem, & tunc
maior quæ aſſumitur, ꝙ Deus eſt uniuer
ſaliſſima cauſa prędicatione eſt falſa.
¶ Prętcrea quod adducitur de limitatio
cauſis concludit oppoſitum, quia dicitur
ibi ſic, nec angelus nec anima dant eſſe
niſi inquantum operantur operatione di
uina. ¶ Secunda etiam ratio non conclu
1.q.artic.1 dit, quia habet minorem falſam ut proba
tum eſt ſupra, nec probationes ualent,
prima non, cum dicitur ꝙ non contingit
accipere uel intelligere maiorem diſtan
tiam, dico quòd falſum eſt poſitiue, ue-
rum autem eſt permiſſiue, hoc eſt tan-
tum dictu, aliqua diſtantia ponit maio-
rem opponere quam illa, & una maior có
tradictio quam alia, ſed illa pmittit quá
tumcunque maximam, quia in maxima
ſaluatur, quia plus perfectionis ponit aſi
nus intenſiue quam animal, animal auté
plus permittit ſicut patet in homine.
¶ Ad ſecundam probationem cum dici-
tur quòd inter contradictoria eſt diſtan
tia infinita, poteſt ſic intelligi .i. indeter-
minata, quia ſicut nulla eſt ita parua di-
ſtantia quæ non ſufficiat ad contradictio
nem, ita nulla eſt ita magna quin ad illá
contradictio ſe extendent.
¶ Ad aliam probationem dico quòd li-
cet quęcunque contradictoria ſint incó
poſſibilia non tamen æque diſtátia, quia
plus diſtat Deus a non Deo quam album
a non albo.
Ratio Varronis, et Petri de Tarãto, non concludit. ¶ Tertia ratio principalis ſimiliter non
concludit quia aut intelligitur in maiori
quòd agens pręſupponat effectum primi
agentis, & paſſum in quod agat, & tunc
petitur principium, aut intelligitur abſo
lute ſuppoſitio effectus, & tunc concedo
quia ſupponat ſeipſum quia eſt effectus
primi agentis.
¶ Quarta ratio non concludit quia illa
potentionalitas non ſufficit ad inferen-
dum quòd actio eius ſit cum motu &
mutatione.

QVANTVM ad tertium articu-
lum arguo contra Auicennam, ſecundo
dicta ad queſtionem. Contra Auicennam
arguitur ſic a Scoto nullus actus acciden *Scotus arguit contra Auicẽnam*
talis requiritur neceſſario in creando ſub
ſtantiam tanquam prior neceſſario ter-
mino creationis, ſed intellectio angeli é
ſibi accidentalis, & neceſſario pręcedit
creationem ſubſtantiæ uel entitatis ſi
crearetur, ergo angelus non poteſt crea-
re, probatio maioris, quia iſte actus ne-
ceſſario prior termino creationis aut re
quiritur tanquam actus productionis ter
mini, aut tanquam formale principium
productiuum termini, non primo modo
quia terminus productionis alicuius &
actus formale productus ſunt in eodem,
quod non contingit in propoſito, quia in
tellectio eſt actus immanens, non etiam
ſecundo mõ, quia actus accidentale non *Intellectio eſt actus immanens.*
poteſt eſſe formale principium cauſandi
ſubſtantiam. Semper enim productiuum
principium debet eſſe uel æquę perfectũ
uel perfectius producto, ſed accidés nec
eſt perfectius, nec æque perfectum ſub-
ſtantia, nam ex ſeptimo Metaphiſicæ ha- *7.met.contex.4.*
betur quòd ſubſtantia eſt prior acciden
te tempore cognitione & diffinitione. Re
ſpondetur ꝙ accidens in uirtute ſubſtan
tię poteſt eſſe principium producendi
ſubſtantiam tanquam inſtrumẽtum ſub-
ſtantiæ. ¶ Contra omne inſtrumentum
uirtute agentis principalis uel attingit
effectum principalé uel diſponit ad ipſũ,
ſed neutrum poteſt dari in propoſito, er-
go probatio minoris, non enim poteſt ac
cidés attingere effectum principalis agé
tis, & creantis ſubſtantiam. Quia ſi prin-
cipale agens eſſet uniuocum non neceſ-
ſario requireretur tale medium medians
inter formam talé & effectum. Sed agens
equiuocum eſt perfectius uniuoco, ergo *Agens ęquiuocũ eſt perfectius uniuoco.*
non neceſſario requirit tale medium tan
quam inſtrumentum primum. Nec ualet
dicere quòd diſponat quia nihil præſup-
ponitur creationi quod diſponatur. Pro
batio primæ partis minoris, non repu-
gnat intellectui angelico habere aliam,
& aliam intellectionem realem, ſed repu
gnat eius eſſentię eſſe aliam, & aliam rea
liter. Maior probatur, quia intellectus an *Vide Scotũ in 30.di.2.*
gelicus poteſt diſtincte intelligere quod
cunque intelligibile, ſed non eſt unum
intelligere reſpectu omnium quia eius in
tellectio

Vide Scotũ in 4. ſent. diſtinc. 1. q. 6.

tellectio eſſet infinita, quia haberet vnã intellectionem reſpectu omnium infinitorum. ¶ Item confirmatur per alias rationes quas facit Scotus. Tum quia intelligentia eſſet formaliter ſeipſa beata, tũ quia intellectio eius non dependeret ab aliquo obiecto niſi a quo depẽderet ſuũ eſſe & ita nihil inferius ſe poſſet intelligere. ¶ Secunda pars principalis minoris conceditur & eſt Auicennæ.

9 met. ca. 4

¶ Dico ergo ad quæſtionem præmittendo iſtam diſtinctionem q̃ agere principaliter poteſt intelligi dupliciter. Vno modo excludendo omnem cauſam ſuperiorem agentem ut ſic, agere principaliter ſit agere independenter a cauſa ſuperiore agente. Secundo modo quãdo agit per propriam formam intrinſecam licet alicui cauſæ ſuperiori ſubordinetur. Conſimiliter eſt diſtinguendum de agente inſtrumentali, quia uno agens inſtrumẽtale eſt diſtinctum contra agens primo modo dictum, & ſic omnis cauſa ſecunda poteſt dici inſtrumentalis, ſecundo modo eſt cauſa inſtrumentalis diſtincta contra agens principale ſecundo modo dictum quæ non habet ex propria motione actionem ut ſecuris & huiuſmodi.

Agere principaliter poteſt intelligi dupliciter.

¶ Ad propoſitum, tertiũ eſt q̃ nulla creatura poteſt principaliter agere ſumẽdo agere principale primo. ¶ Sed dubiũ eſt ſi ſumpto agente principali ſecundo modo poſſit creare. Et eſt triplex modus dicendi. Vnus modus q̃ cõcluſio negatiua tenetur uera fide & propter dicta ſanctorũ, nec probari poteſt ratione, quia perfectior eſt forma q̃ materia, cum ergo in virtute actiua agentis primi ſit forma & poſſit eam producere, non uidetur ratio quare non poſſit producere materiam. ¶ Alius modus doctoris eſt ad oppoſitũ poſitum pro quo a diuerſis quatuor adducuntur rationes primæ factæ contra Auicennam. ¶ Tertius modus dicendi ẽ quem teneo, qui declaratur per tres concluſiones ex quibus integratur ſolutio quæſtionis. ¶ Prima concluſio q̃ nulla natura media intellectiua creata põt creare ſubſtantiam. Iſta patet per rationem factam contra Auicen. ¶ Secunda cõcluſio eſt q̃ nulla forma materialis põt creari a creatura, q̃ probatur ſic, forma q̃ creatur prius natura eſt cauſa efficiente quã informet ſuã materiam, ergo, ſed forma

Dubium.

Varro li. 2. diſt. 1. q. 6. 7 met. contex. 7.

Lãdulphus in 4 diſt 1. q. 1. & in quolib. q. 1.

Opinio Scoti in 4. ſen. diſtin. 1. q. 1

In principio artic. iſtius.

materialis non poteſt eſſe forma abſoluta creata prius naturaliter q̃ informet ſuã materiã, ergo, probatio maioris. Si enim non eſt prius natura a cauſa efficiente q̃ informet materiam, ergo non accipit eſſe niſi actione qua ſubſtantiam informat ab ea, ſed illa informatio eſt mutatio proprie dicta, & ita nõ eſt creatio. Probatio minoris, quia tunc poſſet eam conſeruare ſine materia. ¶ Tertia concluſio, nulla forma materialis poteſt eſſe principium creandi aliquid, probo quia ſic tale forma in eſſendo pręſupponit materiam in qua ſit, ita in agendo præſupponit materiam per quam agat. Alioquin terminus actionis eſſet abſtractior a materia quam ipſa forma, quod eſt inconueniens, quia abſtractio à materia arguit perfectionẽ, ſed formalis terminus actionis non poteſt perfectior formali principio agendi.

Abſtractio à materia arguit imperfectionem.

QVANTVM. ad quartum articulum. ¶ Ad primum argumentum propinione Auicennæ dico q̃ ab uno ſimpliciter in ſe & in ratione cognitiua nõ eſt niſi unum, Deus autem q̃uis ſit unus omnino in re habet tamen in ſe diſtinctas rationes ideales omnium. ¶ Ad ſecundam rationem dico q̃ propoſitio philoſ. uera eſt in illis ubi non repugnat natura communicari a ſimili in ſpecie, ſed non quod cunque perfectũ in ſpecie põt communicare naturam, quia ipſa nõ eſt communicabilis ab aliquo ſimili ĩ ſpecie, & hoc eſt propter refectionẽ naturę in ſe q̃ non poteſt produci niſi a Deo immediatẽ.

¶ Ad tertium nego ſimilitudinẽ, quia domus extra eſt forma accidentalis, intelligentia aũt extra eſt ſubſtantia & nõ accidens. ¶ Ad quartum cum dicitur. In his quæ ſunt eiuſdem ſpeciei vnum eſt productiuũ alterius, conceditur aliquo pręſuppoſito, ſed tunc non eſt ſimile de angelis & alijs ſicut patet per rationẽ cõtra Auicennam. ¶ Ad rationes aũt opinionis quæ tenet q̃ creatura poteſt aliam creaturam creare. ¶ Ad primum de infinitate dico q̃ quãuis non ſit infinitas ex parte diſtantiæ, eſt tamen infinitas ex parte modi producendi. ¶ Ad ſecundũ reſpondet Varro q̃ infinitas eſt duplex. ſ. intenſiua & extenſiua; Deus autem ut habet ideam hominis, licet non ſit infinitas extenſiua, eſt tamen infinitas intenſiua.

Vide Auerroẽ 7. met. comm. 23.

Adnotationes Herici, vbi ſupra.

Infinitas duplex.

¶ Ad primum principale dico q̃ illa cau

ſa quam aſſignat Auguſtinus non eſt prę
ciſa ſed aliqualis. ¶ Ad ſecundum dico
ꝙ licet creatura non adequat potentiam
Dei in eſſe, adequat tamen eam in modo
producendi, quia talis modus producen
di non competit alicui uirtuti finitę.
¶ Ad tertium poteſt negari maior, quia
facilius eſt deſtruere quam conſtruere,
alio modo poteſt negari minor. ¶ Ad pri
mam probationem cum dicitur. Agens
creatum poteſt totaliter deſtruere formã
naturalem, dico ꝙ iſta deſtructio non eſt
annihilatio, quia non excludit omnem
cauſalitatem intrinſecam ut declarabitũ
infra de rationibus ſeminalibus. ¶ Secun
da etiam probatio non ualet, quia quan-
do homo peccat mortaliter non annihi-
lat ipſe gratiam ſed eſt cauſa demerito-
ria propter quod demeritum Deus non
cõſeruat gratiam & ſic annihilatur. ¶ Ad
vltimum teneo hoc ſecundum Varronẽ
pro regula. ꝙ nullum inſtrumentum ali
cuius agentis poteſt eſſe inſtrumentum
ad eliciendum actum qui repugnet natu
ræ talis inſtrumenti. Exemplum de cali-
do quod non poteſt eſſe inſtrumentum
in frigefactione. Et quia creare eſt talis
actio quæ repugnat ipſi creaturæ, ideo
non poteſt eſſe inſtrumentum in crea-
tione.

Solus Dei ẽ annihilare. Vide Sco ĩ 4. diſt. 1. q. 1

Quõ homo peccãdo nõ annihilet ipſam gratiam.

Author tenet opinionem Varronis.

Exemplum.

An angelus & anima differant ſpecie?

D. Bona. 2. ſenten diſtinc. 1. q. 1. Artic. 3.
Scotus 2. ſenten. diſtinct. 1. q. 6.
D. Thomas prima parte quæſtio 58. Articulo 3.
Franciſcus de Mayronis 2. ſent. diſtinc. 3. q. 1.

QVAESTIO VI.

VLTIMO quæritur in
iſta diſtinctione. An an-
gelus & anima differant
ſpecie? Videtur quòd
non. Quia formæ diſtin
guuntur per actus, actus
per obiecta, ſed angelus & anima poſ-
ſunt habere eoſdem actus per compara-
tionem ad eadem obiecta, ergo.
¶ Præterea Auguſtinus. Angelus & ani-
ma ſunt natura parares, ſed naturæ pari
tas non eſt in differentibus ſpecie, ergo.
¶ Præterea ſi differunt ſpecie hoc eſt pro
pter inclinationem naturalem quam ha
bet anima ad corpus & angelus non ha-
bet, ſed talis inclinatio non facit differẽ-
tiam ſpecificam in eis, ergo, probatio mi
noris, quia humanitas in Chriſto nõ ha
buit inclinationem ad ſuppoſitum huma
num, humanitas autem in Petro habuit
inclinationem ad ſuppoſitum humanũ,
& tamen hæc & illa ſunt eiuſdem ſpeciei
ergo. ¶ Præterea ratio ſpeciei attenditur
penes illud quod eſt nobilius in utroq;
ſed imago eſt quid nobilius in anima &
angelo & imago in utroque eſt eiuſdem
ſpeciei, ergo & ipſa ſunt eiuſdem ſpeciei.
¶ Contra, quanto forma creata eſt nobi
lior tanto diſtinguitur in plures gradus
ſpecificos, ſed intellectus eſt forma nobi
liſſima, ergo diſtinguitur in plures gra-
dus ſpecificos, ſed hoc non poteſt eſſe ni
ſi anima & angelus different ſpecie, er-
go &c. ¶ Reſpondeo, primo eſt uidendũ
qualiter & unum ſumitur unitas ſpecifi
ca. Sed quia hoc requirit prolixiorẽ tra-
ctatum ideo reſeruo uſque ad tertiam di
ſtinctionem in materia de indiuiduatio-
ne quare ibi. Facio ergo hic tres articu-
los. Primo probo, quòd angelus & anima
dicitur ut ſpecie. Secũdo reperam diuer
ſas opiniones quãtum ad iſtam ſpecificã
diſtinctionem. Tertio uidebo ſi natura
angelorum eſt ſimpliciter nobilior quã
anima humana.

2. de anima contex. 33. lib. 3. de libero arbitrio.

D. Bona. l. 2 diſt. 1 in 2. parte art. 3. q. 1.

Vnde ſumatur vnitas ſpecifica.

PRIMVM articulũ probo ſic. Quã
documq; formæ ſic ſe habent ꝙ aliquid ꝑ
ſe competit uni & illud idem repugnat
alteri illa dicerent ſpecie, ſed anima &
angelus ſunt huiuſmodi, ergo. Probatio
minoris, quia animæ per ſe competit in-
formare corpus. Angelo autẽ per ſe hoc
repugnat ſicut patet per omnes, & infra
probabitur.

q. 1. diſt. 8. artic. 1.

QVANTVM ad ſecundum articu
lum dicit unus doctor, quòd prima ratio
diſtinctionis huius ſpecifice eſt unibili-
tas animæ ad materiam, quæ cõpetit ani
mæ & non angelo.
¶ Sed contra 2. phyſicorum forma eſt fi-
nis materię, ergo diſtinctio materiæ eſt
propter diſtinctionem formæ & non ecõ
trario. ¶ Pręterea commentator 1. mem
bra cerui non diceret a membris leonis,
niſi quia anima differt ab anima.
¶ Pręterea contra hoc directe eſt Auicẽ
na, vbi dicit ꝙ materia non poteſt eſſe
cauſa eſſendi & diſtinguendi formam, &

D. Bona. libro 2. diſt. 1 artic 3. q. 1

2. Phyſ com tex. 23.

1. de anima com. 53.

2 met. cap. vltimo.

probat

probat hoc tripliciter, quia materia eſt ſecundum ſe uirtus receptiua & non actiua, ergo non eſt cauſa diſtinctiua.

¶ Secundo quia inconueniẽs eſt ꝙ illud quod ſecundum ſe eſt in potentia ſicut materia ſit cauſa diſtinctiua eius quod eſt in actu.

¶ Tertio quia in materia ſecundum ſe nulla eſt diuerſitas ſeu diſtinctio.

D. Tho. 1. parte Summæ q. 58. artic. 3.

Ideo eſt alia opinio Thomæ quòd ratio huius diſtinctionis eſt maior, & minor gradus in anima & angelo, puta ꝙ angelus intelligit ſine diſcurſu. anima vero cum diſcurſu. Et probatur per ſimile ꝙ a ſenſitiua in homine & in brutis diſtinguuntur ſecundum diuerſos gradus ſentiendi.

Vide Alexandrũ Aleſem 1. ſecundæ de ſubſtãtia Angeli. q. 5. & Hęricum 12. quolib. q. 8.

¶ Sed contra anima non diſcurrit circa principia & anima diſcurrit circa concluſiones, ergo ſi cognoſcere cum diſcurſu & ſine diſcurſu arguit differẽtiã vel diſtinctionem ſpecificam ergo erunt ſibi duę animę intelligentes alterius ſpeciei, vna quæ intelligit principia, & alia quæ intelligit concluſiones, ergo erunt ibi duæ animæ.

¶ Pręterea anima beata in obiecto beatifico non diſcurrit circa illud, diſcurrit autem circa obiectum cognitum naturaliter, ergo ſicut prius.

Rationes D. Thomæ, & D. Bon. ſunt rationes à poſteriori, non à priori.

¶ Pręterea quid intelligit per hoc quòd dicit angelum intelligere ſine diſcurſu, aut quia non habet potentiam qua cognitis principijs poſſit intelligere concluſiones, & hoc non quia tunc eſſet imperfectior intellectu noſtro. Aut intelligit ꝙ ideo non poteſt diſcurrere, quia omnes concluſiones ſunt ſibi actualiter notę a principio. Et hoc non quia non anima à principio actualiter & diſtincte cognouit. Aut intelligit quòd non poteſt ideo diſcurrere, quia omnia ſunt ſibi habitualiter nota à principio, & hoc non ponit differentiam eſſentialem intellectus angeli a nobis, quia ſi in anima mea Deus impreſſiſſet notitiam habitualem omniũ non propter hoc diſtingueretur ſpecifice ab anima alterius.

¶ Et confirmatur de anima Chriſti, quæ nouerat omnia habitualiter & tamen illa non fuit natura angelica.

Opinio Scoti & ꝙ ratio diſtinc. eſt ipſamet eſſentia Angeli, & animæ ignota.

¶ Dico ergo aliter ſecundum opinionẽ Scoti, quòd anima & angelus differunt ſpecie non propter aliquem actum ſecundum ſed propter actum primum inquantum angelus eſt talis natura & anima talis natura non tamen diſtinguitur ſicut ſpecies & ſpecies, ſed ſicut ſpecies & pars ſpeciei quia anima eſt pars ſpeciei.

Anima eſt pars ſpeciei humanæ.

¶ Et autem notandum ſecundum viam Scoti quòd quamuis anima & angelus dicerent ſpecie non tamen propter hoc oportet intellectus ipſorum differre ſpecie, poſſunt enim continentia differre ſpecie & contenta non, ſicut patet de aquila & boue quæ differunt ſpecie, & tamen vis viſiua in eis forte non differunt. Et eſt aliud exemplum clarius homo, & lapis differunt ſpecie, & tamen vnitas in eis non differt ſpecie.

Exẽplũ clarius.

QVANTVM ad tertium articulum ſciendum quòd angelum eſſe nobiliorem anima rationali poteſt intelligi dupliciter. Primo ꝙ angelus ſit nobilior toto coniuncto ex anima & corpore, & hic hoc non oportet declarare, quia de illo puncto forte dicam.

Angelus eſt nobilior anima rationali quo ad dona naturalia eſt minor, quo ad dona gratuita.

¶ Alio modo poteſt intelligi quòd angelus ſit nobilior anima intellectiua ut anima eſt pars eſſentialis hominis & tunc dico ꝙ ſic per Auguſtinum. Item per Dionyſium de diuinis nominibus. Item per Gregorium.

Vide 10. diſtinc huius Authoris ĩ hoc 2.

Lib. 11. de ciui diſtin. cap 16.

27. moraliũ ſuper illud Iob numerus dierum.

¶ Item probatur ratione ſic. Quanto aliquid eſt actualius tanto eſt perfectius, ſed angelus eſt actualior quam anima, ergo. Probatio minoris, quia angelus non eſt vnibile corpori in ratione formæ, vt probatur. Anima autem eſt vnibilis corpori in ratione formæ, & omne tale eſt magis potentionale quam primum.

Vide in primo ſent. q. 1. diſtinc. 8.

¶ Ad argumentum in contrarium patet ex dictis quia potentiæ poſſunt differre & tamen non eſſentiæ. Sed tamen melius dicitur ſic quòd eſſentię poſſunt differre ſpecie ex parte fundamenti non tamen ex parte obiecti. Et cum dicitur per philoſ. ꝙ potentiæ diſtinguuntur p actus conceditur aliqualiter oſtenſiuæ non tamen neceſſario effectiuæ.

2. de anima contex. 33.

¶ Ad ſecundum & ad omnes auctoritates conſiliares dicitur ꝙ angelus & anima ſunt natura pares & ratione obiecti beatifici: quia natura intellectualis ſicut anima & angelus non poteſt quietari niſi in obiecto infinito.

Quære D. Bona. hic, & Varronẽ diſtinc 6. huius q 1.

¶ Ad tertiũ dico ꝙ inclinatio ad corpus nõ eſt ratio diſtinctionis ſpecificæ in eia

ſed diſtinguuntur ſpecie per proprias eſ
ſentias.
¶ Ad ultimum patet ex fine tertii articu
li, & aliqualiter ex ſolutione facta ad pri
mum argumentum de quæſtione.

DISTINCTIO II.

An Angeli quantum ad eſſe, & quantum ad operarionem, menſurantur euo, uel tempore?

D. Bona. 2. ſenten. diſtin. 2. q. 3.
Scotus ſecundo ſententiarum diſtinctio. 3. quæſt. 4.
D. Thomas prima parte quæſtione 10. Articul. 6.
Franciſcus de May. 2. ſent. diſt. 2. q. 4.

QVAESTIO I.

DE angelica, quidem natu
ra. Circa iſtam diſtinctio
nem ſecundam, oportet
quærere de tribus. Primo
de menſuris Angelorum.
Secũdo de locatione An
gelorum. Tertio de motu ipſorum.
¶ Quantum ad primum quæro. An An
geli quantum ad eſſe, & quantum ad ope
rationem menſurentur euo, uel tempo
re? Videtur; quod tempore, quia ratio
prioris, & poſterioris cum ſucceſſione in
tegrant rationem temporis, ſed in Ange
4. Phyſ. com tex. 10. lo eſt ratio prioris, & poſterioris cum
ſucceſſione, & eius duratione, ergo mi
nor probatur per rationes fundamenta
les Bonauenturæ.
Super Gen. ad literam. ¶ Primo ſic. Auguſtinus dicit. Sicut aer
reſpectu Solis non eſt factus lucidus, ſed
fit ita creatura reſpectu Dei, ſed omne
tale eſt in continua ſucceſſione, & fieri,
ergo.
¶ Secundo ſic, aut in actuali exiſtentia
agentia Angeli eſt ſucceſſio, & habetur
propoſitum aut non, & tunc eſſentia e
ius eſt ſimplex ſicut eſſe Dei, & ſic non
differt in eo fuiſſe, & fore, ergo ſicut
Deus non poteſt facere Angelum non
fuiſſe ita, nec fore, quod eſt inconue
niens.
¶ Tertio ſic, Angelus durabit in infini
tum, ergo ſi tunc habet totam duratio
nem ſine ſucceſſione habebit nunc for
maliter durationem infinitam, & ſic eſt
infinitus.
¶ Confirmatur, quia illud nunc, quod
poteſt coexiſtere infinito eſt infinitum,
ſed facta Hypotheſi Angelus eſt huiuſ
modi, ergo.
¶ Quarto ſic contradictio non poteſt ue
rificari de eodem abſque ſucceſſione in
ſtantium menſurantium ualet, ſed de Ange
lo uerificantur contradictoria, ergo pro
batio minoris. Angelus potuit creari nõ
peccator, poſtea peccauit, peccare autẽ,
& non peccare ſunt contradictoria. Eo
dem modo poteſt creari, deinde annihila
ri, quæ etiam contradicunt.
¶ In contrarium eſt Auctor li. de cauſis,
qui dicit, quòd inter rem cuius actus, & *Opinio Auctoris de cauſis.*
ſubiecta eſt in momento æternitatis, &
inter rem cuius ſubiecta, & actio ſunt in
momento temporis eſt res media cuius
eſt ſubiecta in momento æternitatis, &
actio in momento temporis.
¶ Reſpondeo hic quatuor ſunt uidenda.
Primo quid ſit tempus. Secundo quid ſit
æuum. Tertio ſi eſſe Angeli menſuratur
tempore, uel æuo. Quarto qua men
ſura menſurantur Angelorum opera
tiones.
QVANTVM ad primũ ſalua me
liori ſententia, quæ non conſonat dictis
doctoris noſtri, pono duas concluſiones.
Prima, quòd tempus quantum ad ſuum
eſſe materiale non eſt niſi motus primi
mobilis.
¶ Secunda concluſio, quod tempus quã
tum ad ſuum formale, ut menſuratur ab
anima addit ſuper motum prædictum ra
tionem prioris, & poſterioris.
¶ Primam concluſionem probat Aureo
lus ſic. Sicut ſe habet dimenſio ad omne *Probatio cõcluſionis primæ ab Aureolo Cardinali Illuſtriſſimo.*
quantum permanſiuum ita tempus ad
omne quantum ſucceſſiuum, ſed dimen
ſio materialiter non eſt niſi quantum
permanſiuum, ergo tempus materiali
ter eſt quantum ſucceſſiuum, ſed illud
eſt motus primi mobilis, ergo. Confir
matur per Auicennam, ubi dicit, quod *3. Phy. cap. ultimo.*
tempus eſt aliud quam quantitas. Item
per

Cap.4.

per Auguſtinum lib. 11. confeſſionum, ubi dicit expreſſe, quod tempus eſt motus.

4. Phyſ. con tex. 101.

¶Secunda cõcluſio probatur primo per diffinitionẽ temporis, ubi dicitur, quòd tempus eſt numerus motus ſecundum prius, & poſterius. Et in 4. Phiſicorum,

4. Phyſ in fine.

quærit Philoſophus, utrum ſi non eſſet anima eſſet tempus. Et reſpondet, quod non quantum ad ſuum eſſe formalem, & probat per hoc, quod, numerus non eſt ſine numerante, numerans autem eſt anima Tempus autem eſt formaliter numeratum ab anima, ergo.

Opinio Landulphus.
4. Phyſ. con tex. 109

¶Sed hic ſunt duo dubia. Obijcit enim unus Doctor Landulfus per argumentũ Philoſophi, ſic, quorum differentiæ determinatiuæ ſunt diverſæ, & ipſa ſunt diuerſa, ſed tempus, & motus ut materialiter ſumuntur determinantur diuerſis differentijs, ergo, probatio minoris, nam motus determinatur uelocitate, & tarditate, tempus autem non.

¶ Secundo ſic, quæ poſſunt ab inuicem ſeparari differunt realiter, ſed tempus & motus primi mobilis ſunt huiuſmodi, ergo probatio minoris, quia tempore Ioſue ceſſauit motus primi mobilis, & tamen erat tempus.

Ioſue. c. 10.

¶Contra ſecundam concluſionem, nihil eſt per ſe in diuerſis ſpeciebus diſtinctis, ſed tempus eſt ſpecies quantitatis continuę, ergo non diſcretę, ſed quod eſt formaliter numerus eſt, quantitas diſcreta, ergo tempus non eſt formaliter numerus.

Cap. de quãtitate.

¶ Ad primum dico, quòd quamuis motus inferiores determinentur uelocitate & tarditate, motus autem primi mobilis non. Sicut enim iſte motus abſtrahit a naturali, & uiolento ſecundum Auicennam, ſic pono, quòd abſtrahit a ueloci, & tardo. Et Philoſophus circa finem libri ce. & mun. non eſt inquit, uelox, uel tardus, &c. ergo.

¶Ad ſecundum dico, quod ſicut tempore Ioſue ceſſauit motus, ut eſt materialiter ſucceſſio, ita ceſſauit materialiter tempus. Remanſit autem formalem temporis inquantum anima poterat menſurare motus inferiores.

Motus primi mobilis nõ eſt uelox, uel tardus.

¶ Ad tertium dico, quod nec materialiter, nec formaliter eſt in diuerſis ſpeciebus, ſed illo, & iſto modo poteſt. Tempus autem materialiter eſt de genere quantitatis continuę, ſed formaliter eſt de genere quantitatis diſcretæ.

Tempus materialiter eſt de genere quantitatis continuæ.

QVANTVM ad ſecundum articulum pono duas concluſiones ſecundum quod de æuo cõtingit loqui dupliciter. Vno modo ſecundum id quod ponit æuum ex natura rei, ſecundo modo ſecundum quod connotat inquantum intellectus noſter comparat ipſum ad tẽpus.

De æuo contingit loqui duobus modis.

¶Eſt autem prima concluſio, quod loquendo de æuo primo modo non addit aliquã rem abſolutam ſuper æuiternum ſed eſt idem realiter, quod ipſum.

¶Secunda concluſio eſt, quod loquendo de æuo, ſecundo modo ſic habet rationem menſuræ, & addit ad æuiternum rationem prioris, & poſterioris. Et illo ſecundo modo in æuo eſt ſucceſſio, ut ſcilicet connotat habitudinem ad tempus.

¶Primam concluſionem probo, quia ſi duratio æuiterni eſſet aliquid ſuperadditum illi eſſe, pari ratione cum eſſe duraret per aliam durationem ſibi additam, & ſic eſſet proceſſus in infinitum.

¶ Ad aliam rationem dicit Richard. quod pari ratione poſſet dici, quod tempus non differret ſecundum aliquam rationem abſolutam a motu. Sed illa ſolutio non ualet ut patet ex prima concluſione præcedentis articuli.

Vide Rich. in 2. ſent. diſtin. 3. q. 1. ar. 1.

¶Secundo ad principale arguo ſic. Sicut ſe habet quando ad illud cuius eſt quando ſic ſe habet æuum ad æuiternum, ſed quando nihil reale poſitiuum addit ſupra cuius eſt quando, ergo probatio maioris. Sicut quando eſt effectus temporis ſic ſimiliter æuum eſt effectus æternitatis, derelictum ex adiacentia æternitatis, in æuiterno, minor patet per Boe. & Simplicium ſuper prædicamenta.

Lib. 1 de tri. c. 9.
In prædicamento quantitatis.

¶Secundam concluſionem probat Aureolus Quod ſecundum ſe formaliter, & intrinſecę non eſt duratio, ſed ſolum extrinſecæ illud menſuratur ſecundum cõnotationem extrinſecam quo intellectus comparat ipſum ad tempus, ſed æuum eſt huiuſmodi, ergo. Minor probatur ſic. Quæ durant duratione intrinſeca unum poteſt durare plus quam aliud, ſed unus Angelus non poteſt plus ex ſe durare, quam alius, ergo non durãt duratione intrinſeca, ſed duratio Angeli eſt æuum, ergo.

Probatio ſecundæ concluſiones ab Aureolo Cardinali Illuſtriſſimo.

¶Con-

Quo ſunt tot æua quot ſunt æuiterna.

¶ Conſequenter ad iſtas concluſiones pono duas propoſitiones. Prima, quod ſumendo æuum illo ſecundo modo non eſt vnum æuum, ſed ſunt tot æua quot ſunt æuiterna, ſed ſumendo æuũ, primo primo modo ſic eſt tantum vnum æuum æuiternorum ſicut eſt unum tempus omnium temporalium.

Quo æuum ſit æuiternum.

¶ Secunda propoſitio eſt, quòd æuum ſumptum ex natura rei ſecundum illud quod eſt non eſt in aliquo ſubiectiuæ, ſed eſt ipſum æuiternum perfectiſſimum puta perfectiſſimus Angelus, & forte luçifer, uel alius ſi eſt alius perfectior eo in naturalibus, & ſi Deus hunc annihilaret immediate ſequens eum, in perfectione eſſet menſura aliorum Angelorum.

QVANTVM ad tertium articulum omnes conuenlunt, quòd eſſe Angeli menſuratur æuo.

Quid ſit mẽſurare.

¶ Ad cuius euidentiam ſciendum, quod menſurare eſt quantitatem ignotam certificare per quantitatem magis notam.

Certificatio quõ poſſit fieri.

Certificatio autem poteſt fieri, uel per quantitatem exiſtentem In imaginatione ſicut cum allquis artifex peritus menſurat aliquam quãtitatem per illud quod eſt in imaginatione, uel certificatio fit per quantitatem exiſtentem in re. Et hoc tripliciter, quia uel per exceſſum, uel per acceſſum, uel per applicationem, ſicut cum ulna applicatur panno.

¶ Ad propoſitum applicando dico, quòd in actuali exiſtentia Angeli oportet quærere aliquam menſuram intrinſecam aliam a natura ipſius rei menſuratæ. Et ſi debet aliqua menſura poni intrinſeca non poneretur niſi, tertio modo, quia ibi non eſt excedens neque exceſſum, & etiam poneretur pluralitas ſine neceſſitate, non ſolum autem non eſt neceſſe ponere aliquid abſolutum pro menſura exiſtentiæ Angelorum, ſed nec etiam relationem aliquam, quia non eſt hic neceſſe ponere aliam relationem, quam iſtam, quæ eſt ad cauſam efficientem, ſed iſta non eſt aliud a fundamento.

Vide ex 3. er q. 4 diſt. 1.

Henricus quolib. 12. q 8.

QVANTVM ad quartum articulum eſt opinio Henrici, quod operationes Angelis intrinſecæ ſicut intelligere, & uelle non menſurantur æuo, ſed tempore diſcreto, quod probatur ſic. Menſura proportionatur menſurato ita, quòd menſura permanentis eſt permanens, & fluentis eſt fluens. Sed operationes Angeli intra manentes ſunt, tranſeuntes abſque connexione, quia non diſcurrit, & abſque ſucceſſione, quia nulla iſtarum operationum eſt, in continua acquiſitione, & de perditione, ergo correſpondebit eis menſura habens partes tranſeuntes ordinatas, & diſſimiles, ſed tale eſt tempus diſcretum, ergo.

¶ Si uero quæratur quare iſtam quantitatem diſcretam non ponit Ariſtoteles inter ſpecies quantitatis. Reſpondetur, quod Ariſtoteles ponit intelligentias eſſe quoſdam Deos, & ideo non ponit aliquam menſuram conuenientem tali operationi eorum ſimul totam.

12. Met. & alibi.

Quære D. Tho. & Varronem, & D. Bona. ubique.

¶ Contra iſtam concluſionem arguitur primo ſic, quæ habent unum vniformem modum manendi habent menſuram eiuſdem rationis licet una diutius maneat, quam alia, ſed cognitio Angeli dum manet habet eundem modum manendi cum exiſtentia Angeli, licet non habeat tantam durationem igitur habet menſuram eiuſdem rationis cum exiſtentia, ſed exiſtentia menſuratur æuo, & non tempore, ergo. Si dicatur, quod eius cognitio, non ſemper erit, exiſtentia autem ſemper erit, & ita non eſt ſimile de exiſtentia, & cognitione. Iſtud non ualet, quia ſi Angelus foret annihilandus, non propter hoc non menſuratur æno dum maner.

¶ Si autem dicatur, quod in eius poteſtate eſt habere, uel non habere [illegible] cognitionem non ſic autem eſt de eius exiſtentia, hoe non ualet, quia ſic [illegible] quando non fore non uariat menſuram exiſtentiæ Angeli dum manẽt, ita multo magis iſta cauſa per quam iſta potentialitas poteſt reduci ad actum.

De fide ad Petrum.

¶ Secundo ſic, omnes concedunt actum beatificum Angeli menſurari æuo, & patet per Auguſtinum, ſed actus beatificus neceſſario includit, uel præſupponit actum naturalem, nullum autem æuiternum includit neceſſario, uel præſupponit aliquid poſterius æuiterno,

quod

quod ſcilicet menſuratur menſura poſteriori , ergo ille actus naturalis , qui præſupponitur includitur , in actu beatifico , & non menſuratur tempore.

¶ Tertio ſic , iſta opinio ponit pluralitatem ſine neceſſitate . Concedo , ergo concluſionem iſtarum rationum , & teneo cum Bonauent. & Scoto , quod intellectiones Angeli , & operationes intra manentes menſurantur æuo , & non tempore.

Author ſe tenet cum D Bona. & Scoto, diſt. præſenti:

¶ Ad primum principale poteſt dici ad maiorem, quod ratio prioris, & poſterioris cum ſucceſſione integrant rationem temporis ſi cum ſucceſſione concurrat innouatio , hic autem quamuis ſit ſucceſſio ſecundum uiam Bonauenturæ , non tamen eſt innouatio . Aliter poteſt dici negando ſucceſſionem temporis.

¶ Ad probationem cum dicitur ſicut aer reſpectu Solis, &c. conceditur propter eſſentialem dependentiam ſed non propter nouam ſucceſſionem , uel creationem.

¶ Ad ſecundum conceditur , quod eſſe creaturæ eſſet æquæ ſimplex ſicut eſſe Dei , & ſic non differret in eo fuiſſe , & fore , nego tamen propter eſſentialem dependentiam dictam ex quo nõ oportet concedere ſucceſſionem , tum quia connotat habitudinem aliquam ipſius eſſe ad tempus.

¶ Ad tertium dico , quod ad hoc, quod coexiſtentia alicuius quantitatis uirtutis cum quanto molis debeat includi infinitas quantitatis uirtutis oportet illud neceſſario coexiſtere omnibus alterius quantitatis , & quod ex ſe habeat hoc. Et ideo non ſequitur infinitas in æuo , quia non habet hoc ex ſe , quod poſſit coexiſtere omnibus partibus temporis .

¶ Ad quartum concedatur , quod unum æuum ſuccedat alteri æuo , & natura æuiterni ſuccedit ſuo oppoſito , ſed ex hoc non ſequitur ſucceſſio , in una coexiſtentia æuiterni , uel in uno æuo .

¶ Aliter poteſt dici , quod quælibet talis actio , quæ reſpicit ſuum contradictorium habet proprium æuum , & ideo actus , quo primo peccauit lucifer eſt aliud æuum ab eius exiſtentia.

¶ Ad argumentum in contrarium negetur auctoritas libri, de cauſis.

An Augelus ſit in loco .

D. Bona. 2. ſententiarum diſtinct. 2. quæſt. 1. Artic. 2.

Scotus ſecundo ſententiarum diſtinctio. 2. quæſt. 5.

D. Thomas prima parte quæſtione 52. Articul. 1.

Franciſcus de Mayronis 2. ſenten. diſtinct. 1. q. 6.

Ioannes Bacconitanus 2. ſentent. diſtinct. 3. quæſt. 2.

QVAESTIO II.

SECVNDO quæritur . An Angelus ſit in loco ? Videtur , quod non per Boe. Communis animi conceptio eſt incorporalia , in loco non eſſe.

Lib. de ebdomadibus. 80. trium qq. 20.

¶ Præterea Auguſtinus , uidetur probare, quod Deus non eſt in loco per hoc medium, quia non eſt corpus . Sed præmiſſa iſta eſt uera de Angelo ſicut , de Deo, ergo.

¶ Præterea omnis locus habet ſitum , ſed ſitus non competit niſi quanto. Angelus autem non eſt quantus, ergo probatio minoris, quia poſitio vno modo eſt differentia quantitatis , & illo modo nõ competit niſi quantitati . Alio modo eſt prædicamentum, & ſic eſt paſſio fundata in quantitate , ergo nullo modo competit niſi quantitati.

Vt inquit Ariſ. in prædicamento quãtitatis.

¶ In contrarium eſt Magiſter in litera , & auctoritas Damaſce. in pluribus locis.

Et diſt. 37. primi ſent. & Damaſcenus c. 13. & 16. & 20.

¶ Reſpondeo hic ſunt quatuor articuli . Primo ponentur diuerſæ opiniones falſæ , ſecundo dicetur ſecundum opinionem Scoti ueram, tertio ſi Angeli plures poſſunt eſſe in eodem loco, quarto ſi unus Angelus poſſit eſſe in pluribus locis ſimul.

QVAN-

Quorundam opinio.

QVANTVM ad primum eſt una opinio, quæ dicit, quòd Angelus non poteſt poni nec in loco diuiſibili nec in loco indiuiſibili, quia ipſe eſt inlocabilis, nec eſt aliqua alia proportio loci, quam ſit Romæ ad Paſcha, unde quemadmodum non poteſt dici, quod Roma diſtat a Paſcha, quia nullam habent proportionem adinuicem, ſic nec poteſt dici, quod Angelus diſtat ab aliquo propter improportionem eius ad locum, & ſic Angelus nullo modo poteſt eſſe in loco. Et probatur hoc multipliciter, primo ſic. Quia quod eſt in loco determinat ſibi ſitum, & quod determinat ſibi ſitum habet poſitionem, ſed nihil habet ſitum, uel poſitionem niſi ſit quantum, Angelus autem non eſt quantus, ergo.

¶ Item plus conuenit proprietas corporalis cum loco, quam Angelus, qui eſt ſubiecta ſpiritualis, ſed unitas eſt, quædam proprietas corporalis conſequens naturam corporalem, & tamen non eſt in loco corporali.

¶ Item ſi debet Angelus poni in loco, uel eſt in loco diuiſibili, uel indiuiſibili, non poteſt dici, quod in loco indiuiſibili, quia ſic non moueret ſe niſi per indiuiſibilia inſtantia, & tunc ſignaret infinita puncta in actu in ſpatio, quod eſt impoſſibile. Nec poteſt dici, quod ſit in loco diuiſibili, quia conuenit cum indiuiſibili, quam cum diuiſibili, & non poteſt eſſe in loco indiuiſibili, ergo.

6. Phyſ. con tex. 89.

¶ Sed contra iſtam opinionem eſt Damaſ. ubi diffuſe probat, quòd Angelus eſt in loco. Arguitur etiam a quodam p rationes ſic. Agere præſupponit eſſe, ſed Angelus operatur in loco, ergo eſt in loco. Sed forte ratio non concludit de omni eſſe ſicut patet de operatione beatifica, quæ non præſupponit eſſe beatum quinimo eſt econuerſo, quod quia operatur id eo eſt beatus.

Lib. 3. c. 13

D. Thomas 1. parte ſummæ q. 52. articu. 1. & 2.

¶ Eſt ergo aliorum opinio, qui concedunt uniuerſaliter, quod Angelus eſt in loco, ſed difficultas, & controuerſia eſt in uidendo ſiue in modo per quem modum, & per quid Angelus ſit in loco. Et dicit unus Doctor antiquus, quod Angelus eſt in loco per operationem, probat per Damaſc. Incorporea inquit natura ubi adeſt illi operatur non corporaliter, ſed ſpiritualiter.

Gothfredus quodlib. 8. q. 13. hic modus dicendi uidetur potius D. Tho. quam prior unde eum quodlib. 1. art. 4.

¶ Sed contra eſt articulus condemnatus ab Epiſcopo Pariſienſis, & excommunicatus, quod ſi dicatur, quod excommunicatio non tranſit niſi per diœceſim Pariſien. ad minus habetur, quod ſententia eſt ſuſpecta, quia in uniuerſitate ſolemni eſt condemnatus. Eſt ergo opinio Thomæ, qui dicit, quod Angelus eſt in loco per applicationem ſuæ uirtutis ad locum.

Lib. 1. c. 13

D. Thomas ubi ſupra.

¶ Contra iſtam opinionem, quia ipſa uidetur idem dicere, licet ſub alio uocabulo cum præcedente opinione. Quia applicatio, aut dicit actũ primũ, aut actũ ſecundum non primum ut patet. Si uero dicit actum ſecundum. Contra, quia uel eſt operatio tranſiens aut immanens, nõ immanens, quia iſta abſtrahit a loco ſicut eſſentia Angeli. Si uero eſt operatio tranſiens redit prima opinio, quæ dicit Angelum eſſe in loco per operationem. Ideo contra iſtam eſt articulus condemnatus ſicut contra præcedentem.

Operatio duplex eſt, immanens, & tranſiens.

¶ Præterea, illud quod eſt in Angelo ratio eſſendi in loco eſt in eo formaliter, alioqui non formaliter eſſet in loco. Sed operatio formaliter tranſiens in corpus, non eſt formaliter in Angelo, ergo.

¶ Præterea, Angelus ut plurimum eſt in cœlo empireo, & tamen nihil operatur, quia illud cœlum non eſt mutabile, nec mobile.

¶ Præterea illa operatio eſt commenſuratiue in loco, ergo ſi per eam Angelus eſſet in loco, & non alio modo ſequitur, quod Angelus eſſet ibi commenſuratiue.

¶ Eſt ergo aliorum opinio, quòd Angelus eſt in loco, quia eſt natura limitata, & pars uniuerſi.

D. Thom. 1. parte q. 52. ar. 2. & D. Bona. atque Varronem præſenti di ſtin. eſſe in loco eſt duobus modis.

¶ Contra, locus eſt natura limitata, & pars uniuerſi, ergo locus eſt in loco, & ſic eſt in infinitum, quod eſt inconueniens.

QVANTVM ad ſecundum articulum dico, quod eſſe in loco, eſt dupliciter, ſcilicet circumſcriptiuæ, & diffinitiuæ, primo modo competit entibus compoſitis quantis, ſecundo modo entibus creatis ſimplicibus. Et iſto modo ponitur angelus in loco. Et per iſtam diſtinctionem etiam patet ad prima duo argumenta primæ opinionis.

¶ Ad

¶ Ad tertium autem patebit in quæſtione ſequenti. Vt autem melius intelligatur quomodo Angelus ſit in loco, oportet primo uidere quid eſt locus in corporalibus. Secundo applicatur ad propoſitum in ſpiritualibus.

Quid ſit locus.

¶ Dico ergo, quòd locus eſt ſuperficies corporis continentis immobile primum. Primam conditionem probat Philoſophus, uel locus eſt materia, uel forma, vel ſpatium inter extrema, uel ſuperficies corporis continentis, ſed non eſt materia, nec forma, nec ſpatium inter extrema, ergo eſt ſuperficies corporis continentis. Prima pars minoris, ſcilicet quod locus non ſit materia probatur, tum quia materia eſt indiuiſa a re nec continet eam, quorum utrunque competit loco.

4. Phyſ. con tex. 41.

Secunda pars minoris, ſcilicet, quòd locus non ſit forma probatur, quia forma eſt terminus corporis cuius eſt forma, locus autem non eſt eius corporis cuius eſt locus, ſed corporis continentis ipſum. Tertia pars minoris ſcilicet, quòd locus non ſit ſpatium ſiue dimenſio inter extrema, probatur, quia tunc eſſent duo corpora in eodem loco.

Quo locus non ſit forma.

¶ Viſo quid ſit locus quantum ad genus, quia eſt ſuperficies corporis cõtinentis, oportet uidere eius differentiam, ſcilicet immobilitatem. Eſt enim ut dicitur immobile primum, hanc immobilitatem aliqui uolebant ſaluare per reſpectum ad polos, & centrum mundi. Sed breuiter dico cum Scoto, quod ſi ſubiectum non manet idem nullum accidens nec abſolutum nec reſpectiuum manet idẽ, & ſic cum corpus, ſiue continens, ſiue contentum poſſit moueri localiter omne accidens, ſiue abſolutum, ſiue reſpectiuum, ut eſt locus poterit moueri localiter.

Quæ ſit differentia loci.

Author ſe tenet cum Scoto.

¶ Declaro autem aliter iſtam immobilitatem loci, & dico primo, quod locus habet immobilitatem oppoſitam motui locali. Secundo habet incorruptibilitatem ſecundum ęquiualentiam ad motum localem.

¶ Primum patet, quia ſi eſſet locus aliquo modo mobilis, quantumcumque per accidens accipiatur poſſet dici per accidens eſſe in loco, & ſic loci eſſet locus.

¶ Secundum patet ſic, quia licet corrumpatur locus moto eius ſubiecto, in quo eſt locus ita, quod moto aere localiter non manet eadem ratio loci, quæ prius, tamen ratio loci ſucceſſiua, quæ eſt alia a ratione præcedenti ſecundum ueritatem, eſt tamen eadem præcedenti per æquiualentiam, quantum ad motum localem.

¶ Iſta ergo applicando ad propoſitum dico, quòd Angelus eſt in loco.

¶ Sed diceres per quid Angelus eſt in loco. Dico, quod per exhibitionem ſuæ præſentiæ.

Per quid Angelus eſt in loco.

¶ Sed diceres ulterius quomodo exhibet ſe præſentem loco. Reſpondeo, quod eſſe in loco reſpicit ſex conditiones ſcilicet naturaliter, & uiolenter, eſſe commenſuratiue, eſſe in hoc, uel in illo loco, eſſe determinatiue, in loco actualiter, idest in loco actuali, & eſſe in loco æquali.

Eſſe in loco ſex reſpicit conditiones.

¶ Quantum ad duas primas conditiones dico, quòd Angelus non eſt in loco aliquo naturaliter, quia tunc eſſet in aliquo loco uiolenter, & tunc etiam aliquod corpus haberet naturalem habitudinem ad ipſum conſeruandum, & per conſequens ad ipſum corrumpendum. Et confirmatur per Auicennam ubi uult, quod motus cœli non ſit naturalis, quia motus ab illa quiete eſſet uiolentus.

9 Met. c. 2.

¶ De tertia conditione dico, quod Angelus non eſt in loco commenſuratiue, quia non habet partem, & partem loci.

¶ De quarto dico, quod Angelus neceſſario eſt in hoc, uel in illo loco, quia non eſt ubique.

¶ De quinta conditione dico, quod quãuis in Angelo ſit potentia paſſiua ad eſſendum in loco, non tamen neceſſario eſt in loco actuali, quia Deus poſſet creare vnum Angelum, extra totum vniuerſum, & tunc non eſſet in loco actuali.

¶ De ſexto. Si Angelus poſſit eſſe in loco æquali cum ipſe ſit indiuiſibilis, eſt maius dubium.

¶ Videtur enim quibuſdam, quod Angelus non poſſit eſſe in loco indiuiſibili puta in puncto, & probatur, quia locus eſt maior locato, ſed punctus non eſt maior Angelo, ergo.

Vide Aegidium.

¶ Secundo,

¶ Secundo, quia indiuiſibile tangit indiuiſibile ſecundum ſe totum, & tunc eſſet illapſus quod non cõuenit creaturæ.

¶ Tertio, quia tunc Angelus non poſſet moueri niſi ſignaret infinita puncta in actu, quod eſt impoſſibile. Iſtam opinionem ſequitur Aegidius, & facit talem rationem. Angelus eſt in loco per operationem, ſed punctus non eſt ſuſceptiuus operationis, ergo non poteſt eſſe in loco punctuali. Quamuis hoc Scotus ſe non determinat, puto tamen, quod Angelus non poſſit eſſe in loco punctuali, quia ita poteſt ſe exhibere præſentem loco indiuiſibili ſicut diuiſibili.

Ratio Aegidij in 2 ſen ten. In materia de Angelis.

D. Bona. tenet partem affirmatiuã & Varro negatiuam.

¶ Ad primum argumentum alterius opinionis dico, quod bene arguit de locatione circunſcriptiua, non autem diffinitiua ſicut eſt in propoſito; & prçterea maior eſt falſa, quia locus eſt æqualis locato, non maior.

4. Phyſ. con tex. 43.

¶ Ad ſecundum dico, quod ibi non eſſet illapſus, quia ad illapſum aliquid plus requiritur, ut forte infra dicetur.

¶ Ad tertium patebit in conſequenti.

QVANTVM ad tertium articulum eſt opinio multorum, quod non. Ad hoc eſt prima ratio D. Thomæ talis, duæ cauſæ totales non poſſunt ſimul in eſſe reſpectu eiuſdem effectus, ſed Angelus exiſtens in loco eſt cauſa totalis reſpectu operationis in tali loco, propter quam dicitur ibi eſſe, ergo alius non poteſt eſſe cum eo per aliquam operationem ibi operatiuam.

D. Thomas 1 parte ſummæ q 52. ar. 3.

¶ Secundo ad idem eſt ratio Aegidij talis, quando aliqua duo comparantur ad aliud ſecundum eundem modum eſſendi in, non poſſunt eſſe ſimul ſicut patet de corporibus glorificatis, & de duabus albedinibus reſpectu eiuſdem ſubiecti, ſed Angeli habent ſimilem modum eſſendi in, ergo.

Aegidius ut ſupra.

¶ Tertia ratio eſt Bonauenturæ talis. Ordo vniuerſi eſt ad hoc ut omnia habeant diſtincta loca, ergo ponere plures Angelos ſimul eſt deſtruere ordinem uniuerſi, ergo.

D. Bona in 2. ſen diſt. 2. q. 2.

¶ Sed contra iſtam opinionem uidetur Richar. eſſe, ubi arguit de illo obſeſſo a legione dçmonum in quo ſex milia ſexingenti ſexaginta ſex dæmones erant.

4. De tri.

¶ Præterea, anima, & Angelus poſſunt eſſe ſimul iu eodem loco.

¶ Præterea, ſi unus Angelus ueniret in meridie de cœlo in terrã, non oportet, ꝙ Angelus qui mouet orbem cedat ei.

¶ Ad argumenta, ergo alterius opinionis. Ad primum Thomæ dico, quod ſuppoſitum eſt falſum, ſcilicet, quòd Angelus ſit in loco per operationem, quod improbatum eſt in primo articulo. Et præterea dato, quod eſſet uerum poſſunt duo Angeli operare diuerſis opationib.

Ad 1. argu. D. Thomæ.

¶ Ad ſecundum dicit Varro, quòd maior eſt uera iu his, quæ habent eſſe in aliquo per inhærentiam uon per inexiſtentiam per Commentatorem. 3 de ani.

Reſponſio Varronis.

¶ Aliter dicit Scotus negando maiorem, quia eſſe in nullam dicit eſſentialem habitudinem ad illud iu quo eſt. Eſſe autẽ ab dicit dependentiam ab illo a quo eſt, & tamen plura poſſunt eſſe ab, & ergo eſſe in.

Reſponſio Scoti.

¶ Ad tertiam dicit Varro, quod ordo uniuerſi attenditur ſecundum ſitum partiũ principalium ut corporum cęleſtium, & elementorum, nou ſecundum partes ſingulas.

QVANTVM ad quartum dico, quod Angelus de facto non eſt in diuerſis locis ſimul, quia ſecundum Damaſc. quando Angeli ſunt in cœlo non ſunt in terra. De poſſibilitate autẽ eorũ naturali uidetur probabile, quod unus Angelus non poſſit eſſe in duobus locis ſimul quorum uterque ſit ſibi adæquatus.

Lib. 1. c. 13 & 26.

¶ Sed dubium eſt ſi hoc poſſet fieri per potentiam diuinam, quòd unus Angelus ſit ſimul in duobus locis adæquatis ſibi. Et prætermiſſis hic omnibus opinionibus, quia diffuſius dicetur de hoc i quarto libro de materia Euchariſtiæ Sacramenti, quando quæritur, utrum idem corpus localiter poſſit eſſe in pluribus locis adæquatis per potentiam diuinam, quia hoc nullam contradictionem implicat, & adducitur una probatio de corporibus, ſicut idem corpus poteſt eſſe localiter in pluribus locis ſimul, ergo & Angelus, conſequentia patet, probatio antecedentis, non minus inconueniens eſt eſſe duo corpora ſimul, quam unum corpus eſſe in pluribus locis ſimul, ſed poſſibile eſt duo corpora per potentiam diuinam eſſe ſimul ſicut patuit in reſurrectione, & quando Chriſtus intrauit ad diſcipulos ianuis clauſis, & in eius Natiui-

Dubium eſt.

Vt uidebitur in 4. diſtin. 10 de corpore exiſtens ĩ pluribus locis.

tiuitate quando natus eſt de Matre Virgine permanente.

Ad multiplicationem poſterioris, non ſequitur multiplicatio prioris.

¶Præterea, ad multiplicationem poſterioris non ſequitur neceſſario multiplicatio prioris, ſed locus eſt poſterior locato, ergo ad multiplicationem loci non ſequitur multiplicatio locati.

¶Ad principalia argumenta, & ad omnes auctoritates, quæ negant Angelum eſſe in loco, dico, quod uerum dicunt de locatione circunſcriptiua, quia circunſcriptio includit commenſurationem loci ad locatum, quæ repugnat Angelo. Eodem modo ad tertium dicitur, quòd maior eſt uera, de locatione circumſcriptiua.

An Angelus poſſit moueri motu locali?

Scotus ſecundo ſententiarum diſtinctio. 2. *quæſt.* 3.

D. Thomas prima parte quæſtione 53. *Articul.* 1.

Ioannes Bacconitanus 2. *ſentent. diſtinct.* 3. *quæſt.* 2.

QVAESTIO III.

TERTIO quæritur. An Angelus poſſit moueri motu locali? Videtur quòd non, quia motus eſt actus entis imperfecti, ſed Angelus non eſt imperfectus, ergo.

¶ Præterea, quantum non recipitur in non quanto, ſed motus eſt quantus, Angelus autem non, ergo.

Hieronymus ſuper Matthæū.

¶Contra Angelus cuſtodit homines. Magna dignitas animarum &c. ſed homo monetur, ergo & Angelus, quia alias nô poſſet eum cuſtodire.

¶Reſpondeo, hic ſunt quinque articuli. Primo quid ſit motus, ſecundo quomodo ſe habeat motus ad formam acquiſitam, tertio ad propoſitum principale, ſcilicet ſi Angeli moueātur, quarto quo motu mouentur, quinto ſunt remouendæ difficultates Philoſophorum, quibus probatur, quod nullum indiuiſibile poſſit moueri. *6.Phy. com tex. 7. & 32.*

QVANTVM ad primum dico cū Philoſopho, quod motus eſt actus entis in potentia ſecundum, quod in potentia, ubi tria ſunt declaranda.

¶Primo, quod motus ſit actus, quod probatur ſic. Illud quo aliquid reducitur de potentia ad actum eſt actus, ſed quo aliquid reducitur de potentia ad actum eſt motus, ergo. *3.Phyſ.com tex.6*

Declaratio uerborum Ariſto. motus ē actus &c.

¶Secundo eſt declarādum, quod motus ſit actus entis in potentia, & probatur idem a Philoſopho ſic. Omnis actus entis, eſt actus in quo ſemper inuenitur, ſed motus ſemper inuenitur in ente exiſtente in potentia, ergo.

¶Tertio eſt declarandum quare additur inquantum in potentia, & oſtendit hoc Philoſophus ibidem ſic. Es eſt in potentia ad ſtatuam, & es inquātū es ē in actu, ut autem reſpicit ſtatuam eſt in potentia motus autem eſt in ere inquantum eſt in potentiam ad ſtatuam.

Dubium.

¶ Sed occurrit dubium, quia accidens reale, & in actu habet ſubiectum in actu, ſed motus eſt accidens reale, ergo non eſt actus entis in potentia ut ſic. Reſpondeo, quod ſubiectum motus poteſt dupliciter conſiderari, uno modo ut ſubiicitur motui, alio modo ut reſpicit terminum acquiſitum per motum, primo modo eſt ens in actu, ſecundo modo eſt ens in potentia.

Reſponſio ꝙ ſubiectū motus duobus modis conſideratur.

QVANTVM ad ſecundum articulum eſt una opinio, quæ tenet, quod motus non differat a forma, & probat ꝑ Commētatorem, ubi dicit, quod opinio, quæ tenet, quod motus ſit idem cum termino, quæ eſt forma fluens eſt uerior. Itē dicit Commentator, quod motus nihil aliud eſt, quam acquiſitio partis poſt partem. *3.Phy.commen.16.*

¶Item ſic ſe habet ſucceſſio ad formam ſicut ſimultas, ad formam ſimultatis, ſed forma ſimultatis non eſt aliud quam ipſa ſimultas, ergo ſucceſſio motus eſt ipſa forma acquiſita. *5.Phyſ com tex.com.48*

¶Item quando aliqua duo differunt aliter realitate abſoluta Deus poteſt facere unum ſine alio, ergo ſi motus differt realiter a forma tunc Deus poſſet facere motum ſine forma, quod eſt inconueniens.

¶Item

¶Item ſi motus differt realiter a forma tunc motus poteſt eſſe completus antequam acquireretur forma.

Author nõ adhæret huic opinioni.

¶Iſtam opinionem non teneo. Primo quia quando aliqua ſic ſe habent, quod unum poteſt manere altero non manente, non ſunt idem ut probatum eſt ſupra, q. de relatione, ſed forma introducta manet, motus non manet per Philoſophũ, ubi dicit habitibus præſentibus in materia ceſſat omnis motus, ergo.

1. de gene. contex. 55.

¶Secundo ſic, entitas ſucceſſiua non eſt eadem cum entitate permanente, ſed entitas motus eſt ſucceſſiua entitas formæ permanens, ergo.

¶Tertio ſic, quia Aui. dicit, quod ipſe abhorret dicere, quod motus eſt idẽ, quod forma. Teneo ergo, quod motus eſt uia ad formam acquiſitam per motum.

¶Ad primum argumentum alterius opinionis dico, quod Commentator dicit illud recitatiue non aſſertiue, quia in 5. Phiſicorum ipſe ſe corrigit.

Auerroes non loquitur aſſertiue, ſed ad hominem ibi.

¶Ad ſecundum cõcedo, quod motus in ſe eſt acquiſitio partis poſt partem, ſed non eſt forma, quæ acquiritur totalis.

¶Ad tertium dico, quod ſi accipitur ſimultas in ordine ad partes ſicut ſucceſſio in ordine ad formam, minor eſt falſa.

¶Ad quartum uno modo negetur maior a quibuſdam qui dicunt, quod eſſe, & eſſentia differunt realiter, & tamen Deus non poteſt facere eſſentiam ſine eſſe, eodem modo nec corpus ſine figura, quia tunc fieret infinitum in actu.

Deus poteſt facere motũ ſine forma.

¶Aliter poteſt dici, quod non eſt inconueniens, quòd Deus poteſt facere motũ ſine forma, inquantum forma eſt terminus extrinſecus. Eodem modo poteſt dici ad ultimum.

Opinio Authoris an Angelus poſſit moueri localiter.

QVANTVM ad tertium articulum dico, quòd Angelus poteſt moueri localiter, cuius ratio eſt, quia omne receptiuum formarũ alicuius generis, quod non eſt limitatum ad aliquam iſtarũ formarum recipiendam nec illimitatum ad omnes illas poteſt moueri ab una iſtarũ formarum ad aliam ad recipiendum aliquid, hæc propoſitio eſt per ſe nota, quia prædicatum includitur in ſubiecto, ſed Angelus eſt receptiuus alicuius, ubi diffinitiuẽ, ſicut patet in quæſtione præcedenti, nec eſt illimitatus ad omnia ubi, quia non eſt immenſus, ergo.

Vide Scotũ in præſenti diſt.

¶Secundo probatur idem ſic. Anima beata uidetur eſſe æqualis Angelo, ſed anima beata poteſt moueri localiter, ſicut patet de anima Chriſti, quæ deſcendit ad inferos, ergo.

Dubium.

¶Circa primam rationem occurrit dubium, quia ſi maior eſt uera ſumpta minore ſub ea, uidetur, quod graue ſe poſſet mouere actiuæ, & erit cauſa ſui deſcẽſus quod improbat Philoſophus 8. Phiſicorum, tum, quia graue non eſt aliud a ſeipſo, tum, quia non poteſt ſiſtere, quibus propriè conuenit ſeipſum mouere, tum, quia nõ poteſt ſeipſum mouere motibus diuerſis, tum, quia continuum eſt eiuſdem diſpoſitionis in toto, & in partibus. Reſpondeo, concedo conſequens, quod graue ſit aliquo modo cauſa ſui deſcenſus actiua, quod probatur per Commentatorem, lapis inquit, mouet ſeipſum inquantum grauis in actu. Et confirmatur ratione, primo ſic. Omnis effectus quando cauſatur habet cauſas in actu. Accipiantur ergo duo grauia, puta unus ſaccus de arena, & unus de pluma, & ponantur in æquali diſtantia reſpectu centri, & in æquali influentia reſpectu cæli, ſit æquale pellens, & æqualis reſiſtentia medij, quæro tunc, quæ eſt cauſa, quod arena citius deſcendit, non enim eſt influentia cœli, nec diſtantia centri, nec actio pellentis, nec reſiſtentia medij, quia omnia ponuntur æqualia, ergo relinquitur, quod ſit ipſum graue.

3. cæli com. 28.

Pulchrum exemplum.

Quæ eſt cauſa, quod arena citius deſcendat.

¶Ad alia, quæ adducuntur in cõtrarium de Philoſopho. Ad tres primas probationes dico, quòd non plus concludunt niſi, quod graue non mouet ſe ſicut agens per cognitionem, ſed hoc non eſt contra me.

8. Phy. commen. 32.

¶Ad quartam probationem dico, quod continuum non eſt ſemper eiuſdem diſpoſitionis in parte, & in toto, quia ut declarabitur. Agens æquiuocum eſt tale in actu virtualiter quale paſſum in potentia formaliter Et ſi ulterius obijcias per Ariſtotelem, qui dicit, quod grauia, & leuia, nec actiua, nec paſſiua ſunt, dico, quod Ariſto. loquitur de motu, & actiuitate ad formam ſubſtantialem, nõ autem de motu ad locum, quia in 8. Phiſicorum, uidetur ponere, quod grauia habeant potentiam actiuam reſpectu ubi. Et in quarto

In 3. diſt.

2. de Gene. cont. 8.

8. Phyſ. contex. 32.

Phiſic.

4 phyſ. con tex. 85.

phiſicorum, in tractatu de uacuo dicit ꝙ denſum & rarum ſecundum contrarietatem, grauitatum & leuitatum motus actiua ſunt quære ibi quia auctoritas eſt expreſſa.

Motus diuiditur.

Dubiũ ſi mouetur motu continuo.

QANTVM ad quartum articulum dico, quòd motus diuiditur, quia alius continuus alius diſcretus. Item motus alius inſtantaneus, alius ſucceſſiuus. Item motus alius de extremo in extremum non per medium alius per medium. Et quolibet modo poteſt eſſe dubium.

¶ Primo ſi mouetur motu continuo, uel diſcontinuo, dico, quòd ſic utroq; modo poteſt enim moueri motu continuo dimittendo partem poſt partem, & applicando ſe parti poſt partem, poteſt etiã moueri diſcontinuè dimittendo ſimul totum locum priorem & faciendo ſe totum in loco ſequenti, ſicut ſi moueretur ſuper quatuor poma ordinatè poſita.

Dubiũ ſi mouetur motu inſtantaneo

¶ Adhuc eſt dubium ſi mouetur motu inſtantaneo, aut non. Et eſt opinio vna ꝙ non, probatur, primo ſic. Sicut ſe habet punctus ad lineam ſic inſtans ad tempus, ergo permutata propoſitione ſicut punctus ad inſtans ita linea ad tempus, ſed punctus non poteſt pertranſiri in minori quam in inſtanti, ergo nec linea niſi in tẽpore.

D. Thom. 1. parte Summæ. q. 53. art. 3. dicit ꝙ Angelus poteſt moueri in inſtanti ſed non tẽporis continuus, ſed diſcreti.

¶ Preterea ſi angelus moueret ſe in inſtanti ſimul eſſet in medio & in termino ad quem, ſed ſecundum ꝙ eſt in medio mouetur & ſecundum ꝙ eſt in termino ad quem quieſcit, ergo ſimul mouetur & quieſcit.

¶ Præterea non minoris uelocitatis eſt anima quam angelus ſed anima non põt moueri inſtanti, ergo probatio minoris. Anima non poteſt aliter moueri ſeparata quamdiu eſt in corpore, quia corpus non eſt ſibi onus ſecũdum Auguſtinum. Sed dum eſt in corpore non mouetur in inſtanti, ergo.

¶ Quarto ſic, uirtus finita & infinita non poſſunt equari, ſed angelus eſt uirtutis finitè, Deus autẽ infinitè uirtutis & Deus mouet in inſtanti, ergo nõ angelus, quia tunc Deus in minori quam in inſtanti moueret.

Opinio Scoti

Ego autem dico ꝙ angelus poteſt moueri in inſtanti & in tempore ſicut placet ſibi quod patet per locum a minori de luce quæ fit in inſtanti ſicut deducit philoſoph. vnde angelus refrenans potentiam ſuam poteſt moueri in tempore. Agens autem ſecundum ultimum potentiæ ſuæ mouetur in inſtanti.

2. de anima con tex.

¶ Ad primum autem ultimè opinionis dico, ꝙ maior eſt falſa per comparationẽ ad extra, quia ſicut punctus non poteſt bis ſignari in eodem inſtanti, ita linea nõ poteſt bis ſignari in eodem tempore. Sed per comparationem ad intra bene ſequitur, & tunc facta proportione arguitur ſic. Sicut ſe habet punctus ad inſtans ſic indiuiſibile ad diuiſibile, ergo linea ſe habet ad tempus ſicut diuiſibile ad indiuiſibile.

4. phyſ. con tex. 118.

¶ Ad aliud dico quòd per idem argumẽtum ſi ualeret probaretur ꝙ Deus non poſſet mouere in inſtanti ideo dico ꝙ nõ quieſcit in illo inſtanti in quo primum eſt ut in termino ad quem, quia quies non eſt niſi in tempore. Bene autem uolo quòd ſimul ſint mutari, & mutatum eſſe.

Anima alio modo intelligit ſeparata alio modo coniuncta.

¶ Ad aliud poteſt negari maior, quia anima deficit proportionabiliter a uirtute angeli, poterit etiam negari minor, quia anima cum corpore glorificato poterit moueri in inſtanti. Et cum dicitur corpus non eſt ſibi in onus, non ualet, nam anima alio modo intelligit ſeparata, alio modo coniuncta, quia ut ſeparata & glorificata clare: quod non facit coniuncta quantumcunque corpus non ſit ſibi in onus. Auguſtinus enim dicit non eſt ſibi corpus in onus ad faciendum opus meritorium, ſed potius eſt inſtrumentum.

Pulcra uerborũ D. Auguſt. interpretatio.

¶ Ad aliud dico, quòd maior & minor uirtus non poteſt ſibi æquari per comparationem ad menſuram diuiſibilem non autem indiuiſibilem, quia ſi uirtus finita poſſet moueri in tanto tempore uirtus infinita in minori, non tamen tenet in menſura indiuiſibili, quia ſi uirtus finita mouet in inſtanti, non oportet quòd uirtus infinita poſſit moueri in minori, quia non eſt dare minus, & hoc accidit ex conditione menſuræ, non ex parte agentium.

¶ Adhuc reſtat videre, ſi angelus poteſt mouere ſe ab extremo in extremum non tranſeundo medium, & dico,

quod non poteſt ſe mouere motu continuo ab extremo in extremum non tranſeundo medium, maxime ſi medium eſt aliquid extremorum, quia tale medium eſt cauſa continuitatis motus Motu autem diſcontinuo poteſt ſe mouere de extremo in extremũ nõ tranſeundo mediũ.

Vide etiam D Thom. 1. par. ſummæ q. 53. ar. 2.

QVANTVM ad quintum articulum ſunt difficultates Philoſophi, quib. probatur, quòd nullum indiuiſibile poſſit moueri.

6. Phy. con text. 7. 32. & 87.

¶Primo ſic, omne quod mouetur partim eſt in termino a quo, & partim in termino ad quem, ſed indiuiſibile non poteſt eſſe partim in termino a quo, & partim in alio termino, quia non habet partem, & partem, ergo.

¶Secũdo ſic, omne quod mouetur prius pertranſit ſpatium ſibi æquale, quã maius, ſed indiuiſibile non poteſt prius pertranſire minus ſe nec maius, ergo oportet, quòd pertranſeat ſpatium ſibi æquale, ſed illa ſũt indiuiſibilia, ergo numerabit puncta indiuiſibilia, & ſic illud ſpatium eſſet compoſitum ex indiuiſibilibus, quod improbatur.

6. Phyſ. con tex. 89.

¶Tertio ſic, omnis motus eſt in tempore, ſed omni tpe conuenit accipere minus tempus in quo poteſt minus mobile moueri, ergo omni maiori mobili poteſt accipi minus mobile in infinitũ, ſed hoc eſt inconueniens, ergo.

¶Quarto ſic, quod non poſſit moueri localiter, continue arguitur ſic ex dictis Cõmentatoris, quòd ſucceſſio in motu aut eſt ex reſiſtentia mobilis ad motorem, uel medij ad mobile, uel medij ad motorem, ſed nulla iſtarum cauſarum eſt in propoſito, ergo.

4 Phy. c. de uacuo, & com. 71.

¶Quinto ſic, quę eſt ꝓportio medii ad medium in raritate, uel ſubtilitate, uel denſitate eadem eſt proportio motus ad motum in uelocitate, & tarditate, illa eſt propoſitio Philoſophi. Et applicatur ad propoſitum ſic. Quæ eſt proportio mobilis ad mobile in uelocitate eadẽ eſt proportio Angeli ad corpus in ſubtilitate, ſed nulla eſt proportio Angeli ad corpus in ſubtilitate, ergo.

4. Phy. con tex. 71.

¶Ad omnes illas rationes poteſt breuiter reſponderi ſecundum aliquos, quod uerum concludunt de indiuiſibili de genere quantitatis non tamen de indiuiſibili de genere ſubſtantiæ ſicut eſt Angelus, uide Ariſtotelem, quod recte eſt pro prima ſolutione. Sed forte iſtud non eſt uerum ſecundum viam Philoſophi, ubi dicit, quod ſphera mota ſuper planũ deſcribit lineam in plano, & tamen non tangit niſi in puncto, dicitur hic, quod non eſt ſphericum in natura.

Reſponſio D. Thom. 1. par. ſummæ q. 53. ar. 1.

6. Phy. con tex. 32.

¶Sed contra, quia cœlum ſimpliciter eſt ſphericum, dico ergo aliter ad rationes Philoſophi.

¶ Ad primum ſecundum Vatronem, & Scotum, quod illa partibilitas non eſt referenda ad ipſum mobile, ſed ad ipſum ſpatium ſemper, ita quod illud ſpatium in medio ſe habet per reſpectum ad terminum ad quem, & a quo ut ſit talis ſenſus, partim habet de termino ad quem, & partim de termino a quo, ſic etiam vult Philoſophus illam partibilitatem intelligi, ſicut refert Commentator, cuius opinionis etiam fuit Commentator aliquando, ut ipſemet dicit.

Opinio Scoti, & Varronis.

¶Ad aliud dico, quod pertranſiri poteſt intelligi dupliciter, uel pro diuiſibili, uel indiuiſibili. Si intelligitur pro pertranſiri indiuiſibili propoſitio eſt falſa, tunc enim oporteret concedere, quòd eſſet dare primam mutationẽ in motu locali, quod eſt contra Philoſophum. Si autem intelligitur de pertranſiri diuiſibili tunc poteſt intelligi non de tota ratione totius, ſed de tota ratione partis. Et illo modo poteſt concedi, ſed non ualet in propoſito.

Pertranſiri poteſt intelligi duobus modis.

¶ Ad tertium concedo, quod in omni tempore dato contingit accipere minus tempus, ſed ex hoc non ſequitur, quod in iſto minori tempore poſſet moueri minus mobile niſi loquendo de mobili continuo quod ex parte ſui eſt cauſa continuitatis motus.

¶ Ad quartum, & quintum dico, quòd ex quo Angelus nõ agit ex infinitate uirtutis actiuæ, eſt ibi reſiſtẽtia aliqua, quæ ſufficit ad ſucceſſionem motus.

¶Ad primum principale dico, quòd duplex eſt perfectio una ſubſtantialis ad quam Angelus non mouetur, alia accidentalis, & illa poteſt Angelus carere, & ad eam moueri.

Duplex perfectio.

¶ Ad ſecundum dico, ꝙ quantitas permanens nõ poteſt recipi in non quanto, ſed quãtitas ſucceſſiua pt ſicut eſt motus qui poteſt recipi in non quanto. ergo.

DI-

DISTINCTIO III.

An in Angelo ſit aliqua compoſitio?

D. Bona. 2. ſententiarum diſtinct. 3. quæſtio. 1.
Scotus in 1. ſent. diſt. 8. q. 3.
D. Thomas prima parte quæſtio. 50. Articul. 2.
Ricardus in ſecundo ſententiarum diſtin. 1. quæſt. 1.

QVAESTIO I.

Vide Magiſtrum in 8. diſt. ſecundi ſent.

ECCE oſtenſum eſt ubi. ¶ Circa diſtinctionem tertiam tractat Magiſter aliqua, quæ ſpectant ad Angelorum compoſitionem, & aliqua, quæ ſpectant ad Angelorum perſonalem diſtinctionem, aliqua quæ ſpectãt ad Angelorũ cognitionẽ, & aliqua quæ ſpectant ad Angelorum dilectionem. Et ſecundnm illa quatuor uariantur hic quæſtiones.

¶ Quantum ad primam materiam quæritur, An in Angelo ſit aliqua compoſitio? Et uidetur, quòd non, quia aut eſſet ibi compoſitio ex partibus quātitatiuis, & hoc non, quia eſt incorporeus, aut ex
12. Met cõmen. 51. ſubiecto, & accidente, & hoc non, ex 12. Met. quia in eis eſt idem eſſe, & intelligere, aut eſſet ibi compoſitio ex eſſe, &
7. Met. cõmen. 20. eſſentia, & hoc non, quia non differunt per Commentatorem. 7. Metha. aut eſſet
12. Met. cõmex. 30. ibi cõpoſitio ex materia, & forma, & hoc non, quia intelligentiæ ſunt formæ ſine materia, aut eſſet ibi compoſitio ex genere, & differentia, & hoc non, quia genus,
5. Met. c. 5 & differentia dicunt eandem rem ſecundum Auicennam, ergo in Angelis nulla cadit compoſitio.

¶ Contra, forma eſt actus, ergo pura forma eſt purus actus, ſed nulla creatura eſt purus actus, ergo.
6 De trin. c. 5. ¶ Confirmatur per Auguſtinum, ubi dicit, quòd nulla creatura ſimplex eſt.

Reſpondeo primo premittenda ſunt duo pręãbula ſecũdũ, quę declarabit quęſtio.

Quid compoſitio. ¶ Quantum ad primum nota, quod compoſitio eſt idem quod cum alio poſitio, & ſecundum quod eſt multiplex gradus alietatis, ita eſt multiplex gradus compoſitionis. Eſt ergo prima alietas partium quantitatiuarum. Secunda alietas ſubiecti, & accidentis. Tertia eſſe, & eſſentiæ. Quarta alietas materiæ, & formæ. Quinta generis, & differentiæ, ergo eodem modo eſt. Primo compoſitio partium quantitatiuarum. Secundo compoſitio ſubiecti, & accidentis. Tertio compoſitio eſſe, & eſſentiæ. Quarto materiæ, & formæ. Quinto generis, & differentiæ. *Multiplex, gradus alietatis.* *Multiplex gradus compoſitionis.*

Compoſitio, & ſimplicitas opponuntur. ¶ Secundum præambulum eſt, quòd compoſitio, & ſimplicitas opponuntur, poſitio autem unius oppoſiti eſt remotio alterius directe ſibi oppoſiti, unde compoſitio partium quantitatiuarum eſt remotio ſimplicitatis quantitatiuæ, & ſic de alijs. Sic ergo ſunt in iſta quæſtione quinque articuli. Primo ſi in Angelo ſit compoſitio partium quantitatiuarum. Secundo ſi in eo ſit compoſitio ſubiecti, & accidentis. Tertio ſi in eo ſit compoſitio eſſe, & eſſentiæ. Quarto ſi in eo ſit cõpoſitio materiæ, & formæ. Quinto ſi in eo ſit compoſitio generis, & differẽtiæ.

QVANTVM ad primum articulum quamuis Magiſter dicat hic eſſe opiniones ambiguas: quia Auguſtinus uidetur ſentire, quod Angeli habeant corpora aerea, puto tamen, quod in Angelo nullo modo cadat compoſitio corporea, uel quantitatiua. Et huius ratio eſt iſta. circa naturam Angelorum ſtandum eſt ſententiæ Dionyſii, qui fuit diſcipulus Pauli, qui habuit ex reuelatione multa de Angelorum natura, ſed ipſæ dicit, quòd Angeli non ſunt corporei, ergo. *Magiſter ſent. lib. 2. diſt. 8.* *Supra Geneſi in lib. 3. cap. 4.* *Dionyſius de diuinis nominibus c. 7.*

Lib. 1. de tri. Confirmatur per rationem Richard. qui arguit de obſeſſo a legione, in quo erant ſex milia ſexingenti ſexagintaſex dæmones. Aliqui tamen adducunt iſtam rationem. Si habeant corpora illa ſunt nobiliora, quam corpora humana, quia ſunt nobiliores formæ, quod non uidetur conueniens cum corpus humanum ſit optime complexionatum. Dicit hic Aureolus, & bene, quod ratio non ualet, quia nullum inconueniens eſt eſſe ali-

Reſponſio Aureoli. quod corpus ſimplex nobilius quolibet corpore mixto,& forte cœlum eſt nobilius corpore humano.Si ergo iſta concluſio debet reſolui per rationem tunc probat eam Aureolus ſic. Quando aliqua inueniuntur coniuncta, & ſi vnum illorum inuenitur ſeparatum, & alterum poteſt inueniri ſeparatum niſi ſit accidens, ſed aliqua ſubſtantia intellectualis inuenitur coniuncta corpori, ſicut patet in homine, & corpora inueniuntur ſeparata ſicut patet in lapide, ergo intellectualis erit per ſe ſeparata ſine corpore uel quantitate, & hæc erit angelus.

¶ Sed forte ratio non ualet quia poteſt dici ab aduerſario quòd talis natura eſt Deus, non angelus. Ideo eſt alia ratio meliortalis. *Ratio melior.* Duarum differentiarum ſub aliquo genere ſi imperfectior conſtituit ſpeciem in natura, ergo & nobilior. ſed corporeum & incorporeum ſunt differentiæ oppoſitæ ſub genere ſubſtantiæ,corporeum conſtituit ſpeciem, ergo & incorporeum.

3. libro de tri. cap. 1. ponit ſub dubio. ¶ Si vero obijcias per Auguſtinum ſuper Gene. ad literam. vbi dicit, quòd angeli ſunt corporei. Dico quòd hæc concluſio eſt Platonis,non Auguſtinum, nec Auguſtinus curauit eam reprobare, ſed tantummodo recitare. vnde Magiſter dicit, quòd Auguſt nus dicit hoc recitatiue non aſſertiue. *Magiſter Sent lib. 2. q. 8. dicit quòd Aug. non ita ſentit, ſed recitando forſitan dixit.*

QVANTVM ad ſecundum articulum non eſt dubium de accidente corporali, quod patet ex articulo præcedenti, ſed eſt dubium de accidente ſpirituali: puta de intellectione,ſi intellectio eſt idẽ eſſentialiter in angelo. Et videtur philoſophus ſentire ꝙ ſic. Ad quod arguũt aliqui artiſtę ſic. *12. met. contex 51.* Medium medians inter duo extrema eſt magis idem alteri extremo quam illa ſint eadem inter ſe.ſed intellectio qua intelligit angelus ſe per ſuã eſſentiam mediat inter intellectum angeli, & inter eſſentiam angeli intellectam. ergo intellectio angeli, & eſſentia eius ſunt idem.

¶ Iſta opinio improbatur ſuperius in prima ratione contra Auicennam. Require. *q 5. artic. 2*

¶ Ad argumentum artiſtarum patebit in illa quæſtione utrum angeli cognoſcant ſe per ſuam eſſentiam.

QVANTVM ad tertium articulũ ſicut doctores diuerſimode dicunt de eſſentia,& eſſe,ita de compoſitione eſſentiæ,& eſſe. Eſt ergo una opinio quæ dicit quòd in creaturis eſſentia, & eſſe diſtinguuntur præciſe ratione. *Hæc opinio non tenetur a Ricardo, Vide in 2. diſtinc. 3. q. 1.* Primo: quia differunt ſicut curſus & currere: ſed curſus & currere differunt præciſe ratione. ergo. Secundo quia eſſentia, & eſſe ſe habent ſicut ens & vnum.ſed ens,& unũ differunt ſola ratione. ut probat philoſoph. ergo. *4. met. contex. 3.* Tertio quia ſi eſſentia diſtinguitur ab eſſe realiter erit proceſſus in infinitum.

¶ Quero ergo de illo eſſe ſi eſt idem realiter cum ſua eſſentia. ſi ſic eadem ratione fuit ſtandum in primo,& habetur propoſitum. Si non,quæro de illo, ſicut de priori,& ſic in infinitum.

¶ Contra illam opinionem arguit Richar. ſic. *Ricar. lib 2 diſt. 3. q. 1.* Quæ differunt ſola ratione unũ prędicatur de alio. exẽplum de genere, & ſpecie, ſed illa eſt falſa prædicatio eſſentia eſt eſſe. ergo.

¶ Sed obiectio non ualet. quia diuerſus modus ſignificandi, & non idemptitas formalis de qua dicetur infra: uariat prædicationem ſicut patet quia illa eſt falſa. curſus eſt currere, propter diuerſum modum ſignificandi. Ideo arguitur aliter ſic. Quando aliqua ſic ſe habent quòd ab vno ſumitur ratio prædicabilis, ab alio vero non. iſta differunt non ſola ratione, ſed ab eſſentia ſumitur ratio prædicabilis, ab eſſe uero non. ergo.

¶ Ideo eſt alia opinio Thomæ quæ dicit, quòd differunt realiter: quia eſſe eſt aliquid impreſſum eſſentiæ ſicut accidens eſt impreſſum ſubiecto. *D. Tho. 1. par. ſũmæ, q 7. art. 2. ad primum.* Ad quod Thomiſtæ adducunt diuerſas rationes.

¶ Prima eſt talis. Illud quod eſt indifferens ad eſſe, & non eſſe,non poteſt eſſe idem realiter cum eſſe. Sed eſſentia eſt indifferens ad eſſe, & non eſſe.ergo. Secundo quod participat alio differt ab illo participato, ſed eſſentia participat eſſe.ergo.

¶ Tertio ſicut ſe habet generatio ad formam,& ad materiam ſic ſe habet creatio ad eſſentiam,& eſſe. Sed ſi materia eſſet idẽ realiter cũ forma,nõ poſſet ſaluari generatio. ergo ſi eſſẽtia eẽt idẽ realiter cũ eſſe

eſſe non poſſet ſaluari creatio, quod eſt inconueniens. ¶ Quarto ſi eſſentia eſſet idem cum eſſe tunc eſſet idem dicere: eſſentia eſt, & eſſentia eſt eſſentia, ſed hoc eſt falſum. Probatio minoris, quia hęc ſemper eſt uera, eſſentia eſt eſſentia. Sed hęc non ſēper eſt uera, eſſentia eſt, ergo.
¶ Item quòd eſſentia ſit eſſentia non habetur per creationem, quod uero eſſentia ſit habetur per creationem.

Vide Egidium in tractatu de eſſentia, & eſſe.

¶ Quinto ſi eſſentia & eē eſſent idē, tunc eſſe creatura eſſet fixum & ſtabilitum & per conſequens non eſſet depēdens nec deficiens. In iſta ratione fundat ſe multum Egidius.

¶ Sexto ſic, quandocunque eſt aliquid idem alicui non poteſt intelligi ſub oppoſito illius: ſed eſſentia poteſt intelligi ſub oppoſito eſſe, ergo.

¶ Septimo ſic, eſſentia eſt in potentia ad eſſe & non eſſe, vel ergo ſicut genus eſt in potentia ad differentiam, vel ſicut materia eſt in potentia ad formam, & priuationem, non primo modo, quia utraque differentia dicit aliquid poſitiuum, non eſſe autem dicit aliquid negatiuum. Reſtat ergo ut eſſentia ſit in potentia ad eſſe & non eſſe ſicut materia ad formā. Sed materia diſtinguitur realiter a forma, ergo. ¶ Iſtam opinionem non ſequor, quia eſt clare contra Ariſtotelem & eius commentatorem ſeptimo methaphyſicæ, vbi quærit utrum quidditas & id cuius eſt quidditas realiter diſtinguuntur. Et reſpondet ꝙ non, & probat id quatuor rationibus ſicut patet inſpicientibus literam ſuam. Item quarto methaphyſicæ quærit unum, utrū ens & unum ſint idē. Et reſpondet ꝙ ſic, & probat illud tribus rationibus ut patet ibidem. Dico ergo ſequēdo opinionem Henrici. Aliqua differunt realiter, ſicut accidens & ſubiectum. Aliqua ratione, ſicut diffinitio, & diffinitum, aliqua intentione ſiue formalitate ſecundum uerba Scoti. Iſta diſtinctio eſt minor quam diſtinctio realis, & maior quam diſtinctio rationis. Et illo modo quamuis eſſe, & eſſentia ſint realiter idem. diſtinguūtur tamen formaliter, de qua diſtinctione dictum eſt diffuſius in primo. Sunt aūt hic duo vidēda, quid intelligitur primo per eſſentiam, & eſſe eſſentiæ, & exiſtentiæ. Et dico ꝙ eſſentia dicit quidditatem nude acceptā ſine omni reſpectu, ſicut patet per Auicennā, vbi dicit, ꝙ æqnitas eſt tantum ęqnitas nec eſt una, nec plures, eſſe vero eſſentiæ dicitur in comparatione ad Deum ſub ratione cauſę formalis. Eſſe uero exiſtentiæ dicitur in comparatione ad Deū ſub ratione cauſę efficientis, & habet gradum determinatum.

7. met. contex 20.

4. met. contex. 3.

Henri. quodlib. 1. q. 9.

Diſtinc. 8. & 33. quod dicas eſſentia.

5. met. cap. 1

Eſſe exiſtentię dicitur in comparatione ad Deum.

¶ Secundo eſt notandum pro ſolutione argumentorum alterius opinionis, quòd eſſe in potentia poteſt eſſe duobus modis. ſ. obiectiuè, & ſubiectiuè Eſt ergo aliquid in potentia ſubiectiue ſicut materia eſt in potentia ad formam, obiectiuè, ſicut creaturę fuerunt in potentia ante creationem.

Eſſe in potentia poteſt eſſe duobus modis.

¶ Tertio ē notandū ꝙ aliquid poteſt participare aliud ſubiectiuè: ſicut ſubiectū participat albedinem, & obiectiuè ſicut omnes colores participant albedinem.

¶ Dico ergo ꝙ in angelo eſt compoſitio ex eſſe & eſſentia tanquam ex duobus intentionaliter, vel formaliter vel mōdaliter diſtinctis.

In Angelo quomodo ſit compoſitio.

¶ Ad primum argumentum alterius opinionis poteſt deduci ad oppoſitum ſic. Quod eſt indifferens ad aliud non ē idē cum eo, ſed omne creatum cū poſſit non eſſe eſt indifferens ad eſſe, & non eſſe, ergo non eſt idem quod ſuum eſſe, quod tu negas. ¶ Dico ergo ꝙ eſſe indifferens poteſt eſſe dupliciter. ſ. obiectiuè, & ſubiectiuę, & illo vltimo modo eſſentia & eſſe ſunt indifferentia eſſentialiter loquēdo. Sumendo autem maiorem pro indifferētia ſubiectiuè ſic eſt falſa.

Eſſe indifferens poteſt eſſe duobus modis.

¶ Ad ſecūdum ſi propter hoc quod eſſentia participat eſſe, non eſt idem quod eſſe, tunc cum eſſe ſit quædam ſimilitudo Dei, & per conſequens participat eſſe non erit idem quod eſſe, quod ipſe negāt. Ideo dico ꝙ participare eſt dupliciter ſubiectiuè, & obiectiuè, primo mō eſt uerū quod aſſumitur, ſecundo mō eſt falſum.

Participare eſt duobus modis. ſubiectiue, & obiectiuè.

¶ Ad tertiū dico ꝙ non eſt ſimile, quia ꝑ generationē nō acquiritur totum, ſed neceſſario materia ꝓſupponitur. In creatione aūt nihil pręſupponitur ſed ſimpliciter totū producitur. ¶ Ad quartū dico ꝙ modus ſignificandi uel non idemptitas formalis impedit illā prędicationē. ¶ Ad quintum dico ꝙ eo ipſo, quòd creaturę habēt eſſe participatum poſſunt deficere obiectiuè & indigent uirtute diuina conſeruante.

¶ Ad ſextum dicitur, quod eſſentia dupliciter accipitur, uno modo in effectu, alio modo in conceptu, primo modo eſſentia non veræ poteſt intelligi ſub ratione non eſſe, ſecundo modo, ſed tunc nihil ad propoſitum.

Opinio Varronis.

¶ Ad ſeptimum dicit Varro, quod partim conueniat cum uno, & partim cum alio, conuenit enim cum genere in hoc, quia ſicut genus, & differentiæ dicunt eandem rem ſic eſſe, & eſſentia. Conuenit etiam cum materia in comparatione ad formam, & priuationẽ, quia ſicut materia per priuationem habet non eſſe, ſic eſſentia ſub non eſſe habet non entitatẽ. Sed quod dicitur de genere, & differentia, quod dicant penitus eandem rẽ. non eſt uerum ſicut patebit in ultimo articulo iſtius quæſtionis. Ideo poſſet negari maior, nam eſſentia non eſt in potentia ad eſſe, nec ſicut genus ad differentias, nec ſicut materia ad formam, ergo.

D. Thom. 1. par. ſumma q. 50. ar. 2.

QVANTVM ad quartum articulum dicũt quidam ſicut Thomas, & Aegidius, quod in Angelo non eſt compoſitio ex materia, & forma. Iſtam concluſionem probat Thomas ſic, operatio rei ſequitur eius ſubſtantiam, ſed operatio angeli eſt immaterialis ſicut eſt intelligere, ergo, & eſſentia.

De diuinis nominibus cap. 7.

¶ Secundo ſic. Dionyſius dicit, quod ſubſtantiæ ſpirituales ſicut ſunt incorporales ita, & immateriales intelliguntur.

D. Thom. 1. par. ſumma q. 75 ar. 5.

¶ Tertio ſic. Anima rationalis non habet materiam, ergo nec Angelus conſequentia patet, antecedens probatur per Tho. dupliciter.

¶ Primo ſic. Anima eſt forma, ſed forma informat, ergo aut tota anima informat totum, aut pars partem, non primo modo, quia tunc materia informaret materiam. Si ſecundo modo tunc illam partẽ informantem uoco animam, & partẽ informatam corpus.

¶ Secundo ſic, quod recipitur in aliquo recipitur per modum recipientis, ſed ſpiritus ſanctus recipitur in anima immaterialiter, ergo eſt immaterialis.

Aegidius in materia ac Angelis.

¶ Quarto arguitur ad principale per Aegidium ſic: Si in Angelis eſſet materia, tunc materia unius eſſet diſtincta a materia alterius. Sed hæc materia diſtinguitur ab illa per quantitatem, & in Angelis non eſt quantitas, ergo nec materia.

7 Met. com tex. 53.

¶ Quinto ſic, materia eſt illud per quod res poteſt eſſe, & non eſſe, & ſic eſt principium corruptionis cum ſit in potentia contradictionis, ſed in Angelis non cadit corruptio primo, ergo, &c.

¶ Sexto ſic. Si in Angelis eſſet materia aut eſſet eiuſdem rationis cum materia inferiorum aut alterius, non primo mõ, qa tunc Angelus eſſet corruptibilis, nec ſecundo modo, tum quia materia non dicit actum, & diſtinctio fit per actum, tum quia eſſent plures materiæ primæ.

Opinio Varronis efficax.

¶ Item arguit Varro efficaciter pro illa concluſione. Primo ſic, nulla forma materialis eſt ſuper ſeipſam reflexiua, ſed Angeli, & animæ ſunt formæ ſuper ſe reflexiuæ, qa intelligũt ſe intelligere, ergo.

¶ Secundo ſic. Quando aliquid competit alicui ratione alicuius partis non cõpetit ei primo, & per ſe. Sed ſi anima eſſet compoſita ex materia, & forma competeret ſibi informare ratione formæ, & non ratione materiæ, & ſic non eſſet per ſe, & primo forma corporis.

¶ Tertio ſic. Impoſſibile eſt, quod una forma det uni materiæ eſſe incorruptibile, & alteri eſſe corruptibile, ſed corpus corrumpitur per materiam, non tamen anima cũ anima ſit incorruptibilis.

Richard in 1. ſen. diſt. 3. q. 2. ar. 1

9. Met. commen 2.

¶ Alia eſt opinio omnino in contrarium ſicut Richar. & multorum aliorum, & eſt ratio potiſſima una eorum iſta, propria paſſio alicuius non poteſt reperiri ſine ſubiecto ſuo. Sed pati eſt proprium materiæ, ergo non reperitur propriæ realis paſſio in aliquo ſine materia. Sed animæ & Angeli ſecundum noſtram fidem patiuntur paſſione reali, ergo.

In prædicamento ſubſtantiæ.

¶ Item ſecundo ſic, nihil eſt per ſe in genere ſubſtantiæ niſi compoſitum ex materia, & forma, ſecundum Boetium. Sed Angelus eſt per ſe in prædicamento ſubſtantiæ, ergo.

1 de ani com tex. 6.

¶ Tertio arguunt aliqui ſic, quid eſt unum ex coniunctione potentiæ, & actus eſt compoſitum ex materia, & forma, ſed Angelus eſt huiuſmodi, ergo. Iſta ratio uidetur mihi peccare in maiore per fallaciam conſequentis, quia in plus ſe habet potentia, & actus, quam materia, & forma, quia actꝰ & potentia ambiũt oẽ genus entis: materia uero, & forma non.

Opinio magis probabilis.

¶ Si quis vult tenere iſtam ſecundam opinionem, quæ meo iudicio eſt probabilior

bilior, poteſt dicere ad argumenta alterius opinionis.

¶ Ad primum dicitur dupliciter. Primo ſic, quod deficit, quia Angelus, & anima non ſolum intelligunt uniuerſale, & immateriale, ſed etiam particulare, & materiale, ſecundo deficit ſicut dicit Guil. correptor Thomæ, quia aut intelligit in maiori de omni modo operationis, aut de aliquo. Si de omni tunc propoſitio eſt falſa, quia modus operationis eſt tranſiens, ſed modus ſubſtantiæ eſt manens. Si intelligit de aliquo modo, aut de illo modo, aut de aliquo alio. Si de alio tunc nihil ad propoſitum. Si de illo tunc petit principium. Et illa eſt nia Philoſophi, contra illos, qui dicebant no luntatem ſimpliciter eſſe bonam. Poteſt dici, tertio modo per inſtantiam de uiſu, quod uiſio eſt immaterialis, & tamen potentia uiſiua eſt in organo materiali.

Opinio Guilielmi.

Primo Priorum.

¶ Ad ſecundum dico, quod Angelus eſt immaterialis per reſpectum ad uos non ſimpliciter, & ita intelligit Dionyſius, & etiam Philoſophus, ubi dicit, quod terra ut comparatur ad ignem eſt non ens quāuis in ſe ſit ens.

1. De generatione, con tex. 18.

¶ Ad tertium nego antecedens.

¶ Ad primam probationē dicitur, quòd, ſicut ſolum compoſitum agit, & non forma nec materia, ſed totum ratione materiæ, & formæ. Sic in propoſito anima tota informat corpus ratione ſuæ formæ. Aliter poteſt dici, quod actus, & perfectio formæ dicitur per comparationem ad appetitum materiæ. Iſtæ autem appetitus, uel excedit actum ipſius formæ, uel exceditur, uel adæquatur. Si excedit ſic non poteſt informare aliā materiam, ſed accidit corruptio. Si autem adæquatur, ſic eſt in corporibus ſuper cœleſtibus. Si autem excedit, ſic eſt anima. Et ſic non eſt inconueniens, quòd informet materiam anim , & corporis.

¶ Ad tertiam probationem dicit Rich. & bene, per inſtantiam de ſpecie, quæ recipitur immaterialiter in oculo, & tamē oculus eſt materialis.

¶ Ad argumentum Aegidij, concedo, quod materia unius eſſet diſtincta a materia alterius. Et cum dicit, quod hoc nō ſit niſi per quantitatem, dico quod hoc eſt falſum ſicut declarabitur in quæſtione ſequenti. Et probatur, quia aut intelligit, quòd quantitas immediatè ante formam ſubſtantialem ſit in materia, & diſtinguat, & tunc talis intellectus eſt falſus, & contra Philoſophum, ubi dicit, quod materia cum forma eſt cauſa eorum, quæ inſunt. Aut intelligit, quod ſequatur formam ſubſtantialem, & tunc poteſt habere veritatem de forma educta de potentia materiæ, ſed Angelus nō eſt talis forma, ut patet per id quod dictum eſt.

1. Phyſ. com tex. 84.

¶ Ad aliud argumentum Thomæ, quod probat, quòd anima non habet materiā, poteſt dici, quod illa materia non eſt eiuſdem rationis cum materia inferiorum quamuis Scotus hic ſentiat oppoſitum. Sed de hoc infra dicetur. Eodem modo ad ſequens cum dicitur aut illa materia eſt eiuſdem rationis, aut alterius, dico, ꝙ non eſt eiuſdem rationis. Tu arguis contra, quia materia non dicit actum, dico, quòd quamuis non dicat actum formalem, dicit tamen actum entis. Et cum ultra dicis, tunc erūt duæ materiæ primæ, concedo, quia vna eſt ſpiritualium, & alia corporalium.

Diſt. 14.

Materia dicit actum entis.

Quō dentur duæ materiæ.

¶ Ad aliud dico, quòd quamuis materia corporalis impediat reflexionem potentiæ ſuper actū nō tamen materia ſpiritualis qualiter eſt in propoſito. Aliter pōt dici negando maiorem, quia eſt contra Philoſophum, ubi probat, quod ſenſus ſentit ſe ſentire, & tamen eſt materialis.

2. De ani. cont. 136.

¶ Ad ſextum dico, quòd quando aliquid competit alicui ratione partis non ultimate actuantis, iſto modo maior eſt uera. Sed informare competit animę ratione partis principaliter eam actuantis.

¶ Ad ultimum concedo maiorem quando forma æquæ immediate perficit iſtas materias, ſed non eſt ſic in propoſito. nā anima perficit materiam propriam immediate, ſed corpus mediante aliqua forma ſubſtantiali educta de potentia materiæ unde argumentum eſſet demōſtratiuum poſita unitate formæ ſubſtantialis in homine, de quo alias erit ſermo.

QVANTVM ad quintum articulum opinio Philoſophorum maxime Auic. quod non, quia Angeli (quos ipſe dicit intelligentias) ſunt neceſſe eſſe, & neceſſe eſſe non eſt compoſitum ex genere & differentia, ſicut ipſe probat. Sed iſta opinio habet maiorem falſam,

Opinio Auic. 8. Met cap. 1.

quia Angeli non ſunt neceſſe eſſe, ſed ſolus Deus eſt neceſſe eſſe.

Opinio Theologorum. ¶ Ideo eſt opinio Theologorum, qui ſecundum, quod diuerſimode loquuntur, de natura generis, & differentiæ ita diuerſimode dicunt in propoſito. Illi enim qui dicunt, quòd natura generis, & differentiæ ſumitur ab eadem realitate, negant compoſitionem illam, & dicunt, quod eſt ibi compoſitio tantum ex duobus cõceptibiliter diſtinctis. Et hæc eſt opinio

Opinio Aureoli. Aureoli. Cuius ratio eſt iſta. Quæ deberent pœnes implicitum; & explicitum terminatum, & interminatũ ſumũtur ab eadem realitate. Sed genus, & differẽtia

5. Met. c. de diffinitione. ſunt huiuſmodi, ut patet per Auicennã.

¶ Cõtra, ſumo minorem ſub maiore tua ſic, materia, & forma dẽrent pęnes termi natum, & interminatũ, ergo dicunt eandem rem, quod improbat Philoſophus.

7. Met. con tex 37. Illud autem quod aſſumitur per Auicen. non eſt ad propoſitum, quia hic ſumimus genus pro genere naturali. Auic. autem loquitur ibi de genere logico, vnde

5. Met. in priu. tex. cap. 5. methaphorice ſic. Genus in hac parte non ſignat niſi intentionem logicam.

¶ Eſt ergo opinio Sco. quam ſequor, quod genus, & differentia ſumuntur ab alia, &

Opinio Scoti lib. 1. distin. 8. q. 3. alia realitate, hoc probat Scotus, quia genus alias completæ diffiniret, tũ, quia in diffinitione eſſet nugatio.

¶ Ego autem confirmo illam concluſionem dupliciter, primò quia color eſt qualitas, aut, ergo color eſt color inquantum qualitas, & ſic omnis qualitas erit

1. Priorum de re duplicatione. color, per argumentum Philoſophi. Aut per aliam realitatem ſuperadditam, & habetur propoſitum.

¶ Secundo ſic, illud quo aliqua conueniunt non ſumitur ab eadem realitate cum illo quo ipſa diſtinguuntur, ſed diuerſę ſpecies conueniunt in genere, & differunt per differentias, ergo.

1. Phyſ. con tex. 41. ¶ Confirmatur per Philoſophum ibi, ad Parmenidem, ubi uult quòd partes diffinitionis ſunt aliæ, quære ibi. Dico ergo, quod in Angelis eſt compoſitio generis, & differentiæ, & ſic patet ad quæſtionem.

¶ Ad argumentum principale concedo, quòd ibi non eſt compoſitio ex partibus quantitatiuis, eſt tamen ibi compoſitio ex ſubiecto, & accidente, puta ex intellectione, & intellectu. Et Philoſophus, qui allegatur in contrarium negatur. Etiam eſt ibi compoſitio ex eſſe, & eſſentia, tanquam ex duobus modabiliter, uel formaliter diſtinctis, ut dictum eſt in tertio articulo. Etiam eſt ibi compoſitio ex materia, & forma.

¶ Ad Philoſophum dico, quòd loquitur de materia corporali, ulterius eſt ibi cõpoſitio ex genere, & differentia.

¶ Ad Auic. patet per illud quod dictum eſt in ſecundo articulo.

An ſubſtantia materialis ſit indiuidua per aliquam entitatem propriam determinantem naturam ad ſingularitatem?

Scotus ſecundo ſententiarum diſtinctio. 3. quæſt. 6.

QVAESTIO II.

POST Angelorum compoſitionem oportet uidere Angelorum perſonalem diſtinctionem, ſed hoc nobis innoteſcit per rationem indiuidualem. Et primo oportet hoc inueſtigare in ſubſtantijs materialibus. Et quæro, an ſubſtantia materialis ſit indiuidua per aliquam entitatem propriam determinantem naturam ad ſingularitatem?

¶ Et uidetur, quòd non, quia tunc illud determinatiuum diceret ſupra naturam determinatam materiam, uel formã, uel compoſitum. Sed nullum iſtorum dicit, quia, uel eſſent plures materiæ, uel formæ, uel compoſita. ergo.

¶ Præterea tunc ſingulare eſſet compoſitum ex natura determinata, & determinante, & tunc ſequerentur tria inconuenientia.

¶ Primum, quod ſingulare eſſet per ſe intelligibile, quod eſt contra Philoſophũ. *1. Phyſ. con tex. 49.*

¶ Secundum quod de ſingulari eſſet ſciẽtia per ſe, & demonſtratio, quod eſt contra Philoſophum. *7. Met. con tex. 35.*

¶ Tertium, quod ſingulare eſſet per ſe diffinibile, quod eſt contra Philoſophũ. Omnia iſta inconuenientia probantur

per

per hoc, quia iſtud determinans ſe habet ad naturam determinatam ſicut differentia ad genus: Sed, quia differentia dicit aliam rem a genere, & determinat genus, & cõſtituit ſpeciem, ideo ſpecies eſt per ſe diffinibilis demonſtrabilis, & ſcibilis, ergo.

Hæc ratio coegit Nicolaum Bonetum concedere ſingulare deſiniri.

¶ In contrarium omne inferius includit per ſe aliquid quid non includitur per ſe in intellectu ſuperioris. Sed indiuiduum eſt inferius ad ſpeciem, ergo includit aliquam entitatem, quæ non includitur in ſpe, ſiue in natura. Sed illud uidetur eſſe principium indiuiduationis, ergo.

¶ Reſponſio, hic ſunt quinque articuli. Primo ſi natura ſeipſa eſt indiuidua, ſecundo ſi eſt indiuidua per negationem, tertiu ſi eſt indiuidua per quantitatem, quarto ſi eſt indiuidua per materiã, quinto ſi eſt indiuidua per entitatem propriã quæ dicitur gradus intrinſecus naturæ.

Opinio Aureoli.

QVANTVM ad primum articulum eſt opinio Aureoli, & multorum, ꝙ natura ſeipſa eſt indiuidua, ſicut ſe ipſa eſt natura. Quod probatur quadrupliciter.

Gothfred. quolib. 6. q. 16. & quolib. 7. q. 5.

¶ Primo ſic, ita ſe habet communitas, & ſingularitas ad naturam ſicut eſſe in intellectu, & eſſe uerum extra animam. Sed ꝙ res habeat uerum eſſe extra animam eſt ex ſe, quod autem habeat eſſe in intellectu eſt cauſa ipſe intellectus, ergo communitas in natura erit ab intellectu, & ſingularitas ab ipſamet natura formaliter.

Vide Aegidium.

¶ Secundo ſic, eadem ſunt principia unitatis, & indiuiduationis. Sed natura ſeipſa eſt una, ergo ſeipſa eſt indiuidua.

¶ Tertio ſic. Subſtantia uniuſcuiuſq; rei eſt propria illius cuius eſt, & non ineſt alteri, ſed oẽ tale eſt ex ſe indiuiduũ, ergo.

¶ Quarto ſic unitas numeralis eſt unitas realis, ſed natura ſeipſa eſt una vnitate reali, ergo.

¶ Contra illam opinionem arguo primo ſic. Obiectum inquantum obiectum eſt naturaliter prius ipſo actu, ſed illo priori obiectum eſt per ſe ſingulare per te, ergo intellectus intelligens aliquod obiectum, ſub ratione uniuerſalis intelligit, ſub ratione oppoſita ſuæ ꝓpriæ rationis quod eſt falſum.

¶ Secundo ſic, cui competit unum oppoſitorum ei de ſe repugnat alterũ. Sed naturæ de ſe competit unitas naturalis per te, ergo ei ex ſe multitudo numeralis repugnat, quod eſt falſum.

Opinio Scoti.

¶ Tertio arguit ſic Scotus. Cuius unitas realis minor eſt unitate numerali, illud nõ eſt de ſe unum unitate numerali. Sed unitas realis in hoc indiuiduo eſt minor unitate numerali, ergo.

Quò unitas realis ſit alia ab unitate numerali.

¶ Probatio minoris. Si unitas realis eſt alia ab unitate numerali, conſtat ſtatim, quod eſt minor, probatur autem, quòd unitas realis eſt alia ab unitate numerali a Scoto multipliciter.

10. Met. cõ tex. 7

¶ Primo per Philoſophum, ubi dicit, ꝙ in omni genere eſt unum primum, quod eſt menſura omnium, quæ ſunt illius generis. Sed illa unitas eſt realis non numeralis. ¶ Probatio minoris, quia in indiuiduis eiuſdem ſpeciei non eſt hoc prius, & illud poſterius, ſed mẽſurans eſt prius menſurato, ergo. ¶ Secundo ſic, Philoſophus dicit, ꝙ in ſpecie ſit comparatio in genere autem non. Et ratio eſt ibidẽ per eum, quia ſpecies dicit naturam unam, genus autem non. Et intendit ibi Philoſophus, ꝙ ſpecies ſit una vnitate reali nõ numerali. ¶ Tertio ſic, Philoſophus dicit, quod idem ſimile, & æquale fundantur ſuper uoum. Sed illa unitas eſt realis non numeralis, ergo. ¶ Probatio minoris quia nihil unum unitate numerali eſt ſimile, uel æquale ſibiipſi. ¶ Quarto ſic, unius oppoſitionis realis ſunt duo extrema oppoſita realia. Sed contrarietas eſt oppoſitio realis, ergo, utrunque extremũ eſt unum unitate reali, & nõ unitate numerali, quia tunc præciſe hoc album eſſet contrarium huic nigro, quod eſt incõueniens. ¶ Quinto ſic, unius actionis ſenſus eſt unum obiectum ſecundum unitatem realem non numeralem, & ergo alia eſt unitas realis, quam numeralis conſequentia patet. Probatio antecedentis, quia potentia cognoſcens hoc obiectum hac unitate unũ cognoſcit ipſum diſtinctum a quolibet, quod non eſt hac unitate unum. Sed ſenſus cognoſcit obiectum, inquantum eſt diſtinctum a quolibet, quod non eſt unum illa unitate numerali, ergo. ¶ Vltimo ſic. Si omnis vnitas realis eſt numeralis, ergo omnis diuerſitas realis, eſt numeralis. Sed hoc eſt falſum, ergo, & illud. Probatio falſitatis, quia omnis diuerſitas numeralis, ut ſic eſt æqualis, & ſic omnia eſſent

7. Phy. 43. & in 7. Phyſ. cont. tex. 29. & 31.

5. Met. con tex. 9. & 10.

eſſent æqualiter diſtincta, & ſic intellectus non poſſet plus abſtrahere a ſorte, & Platone, quam a ſorte, & linea, conſequentia probatur, quia vnio, & multa ſunt oppoſita. Sed quotiens dicitur vnũ oppoſitorum totiens dicitur, & reliquum. Iſta omnia probantur per Auicennam, ubi dicit ſic. Siquis interrogat nos de æquitate quid ſit, reſpondebimus, quod ipſa eſt æquiuitas tantum nec plures, nec una, nec uniuerſalis, nec particularis. Et infra clarius dicit ſic, ponemus de humanitate duas conſiderationes. Primam de ipſa, ſecundum quod eſt ipſa, unde ſiquis interrogaret nos an humanitas, quæ eſt in Platone ex hoc quod eſt humanitas ſit alia ab ea, quę eſt in ſorte, dicemus, quòd non, nec oportebit conſentire ei ut dico, ergo hæc, & iſta ſunt unum numero.

4. Met. com. text. 12. *5. Met. c. 1*

¶ Ad argumenta alterius opinionis. Ad primum dico, quòd maior eſt falſa, quia non ita ſe habet communitas naturæ extra intellectum, & vnitas in re, nam unitas realis communis eſt aliquid extra intellectum, eſſe uero in anima non eſt niſi operatione intellectus.

¶ Nota, quod uniuerſale duo includit. Primum eſt, quòd ſubſtratum uniuerſalis non ſit hoc, uel illud, ſed quaſi commune, & indifferẽs ad utrunque, & hoc eſt quaſi materiale.

Vniuerſale duo includit.

¶ Secundum actualis relatio, quam habet ad omnia de quibus dicitur, & hæc eſt completiua, & formalis ratio uniuerſalis. Primum habet a natura. Secundum habet per actum intellectus. Licet ergo natura ſpecifica de ſe habeat primam conditionem uniuerſalis, non tamen habet ſecundam, quæ eſt completiua, & formalis niſi per actum intellectus, & hoc eſt quod dicit Commentator, quod intellectus cauſat uniuerſalitatem in rebus.

1 De anim. com. 8.

¶ Ad ſecundum dico ad minorem, quod natura ſeipſa eſt vna unitate reali, non unitate numerali.

¶ Ad tertium dico, quod ibi arguit Philoſophus contra ideam Platonis. Et tũc dico, quòd ſi accipitur pro ſubiecta prima ex quo eſt indiuidua non ineſt alteri, ſed eſt propria eius cuius eſt per gradũ determinantem.

¶ Ad quartum dico, quod maior eſt falſa ſicut patet per ſex rationes, quæ ſunt ſactæ contra iſtam opinionem, quæ eſt Scoti.

QVANTVM ad ſecundum articulum eſt opinio Henrici, quod indiuiduum eſt indiuiduum per aliquod negatiuum, ſcilicet per rationem vnius. Vnitas enim nõ dicit niſi priuationem, quia ſi diceret rationem poſitiuam, aut diceret eandem rationem, quam dicit ens, & ſic eſſet nugatio dicendo ens unum, aut aliam, & tunc eſſet entitas addita entitati in quolibet, quod eſt inconueniens.

Henri. quo lib. 5. q. 8.

¶ Contra iſtam opinionem arguitur primo ſic, natura eſt indiuidua per illud quod ſibi formaliter repugnat, diuidi in plures partes ſubiectiuas. Sed illud non eſt negatio, ergo natura non eſt indiuidua per negationem.

¶ Probatio minoris, nulla imperfectio repugnat alicui formæ niſi propter aliquam perfectionem, quæ eſt aliquid poſitiuum. Sed diuidi eſt quædam imperfectio, & ideo non poteſt competere naturæ diuinæ, ergo.

¶ Confirmatur, quia quantuncumque negatio tollat potentiam proximam ad agere, uel pati, non tamen ponit formalem repugnantiam illius entis. Exemplum, ſi ſubſtãtia intelligitur non quanta non eſt diuiſibilis potẽtia propinqua, tamen non ſibi repugnat diuidi, quia tũc repugnaret ſibi accipere quantitatem.

Exemplum.

¶ Secundo nihil per negationem conſtituitur formaliter in entitate perfectiori, quam ſit entitas præſuppoſita negationi. Sed prima ſubſtantia eſt maxime ſubſtantia, & perfectiſſima, ergo prima ſubſtantia ſi eſt indiuiduum non cõſtituitur in eſſe per negationem, quæ præſupponit ſubſtantiam ſecundam.

Cap. de ſubſtantia.

¶ Tertio ſic, indiuiduum per illud, quo diſtinguitur formaliter, & principiatiuæ ab alio indiuiduo. Sed una negatio, ut ſic, non diſtinguit ab alia, ergo.

¶ Quarto ſic, prima ſubſtantia per ſe generatur, & per ſe operatur. Sed illam non competunt alicui per negationem, ergo.

7. Met. com. tex. 26.

¶ Quinto, & ultimo ſic, quia aſſumptum uidetur eſſe falſum, uidelicet, quòd unum ſit priuatio eum ſit paſſio adæquata entis poſitiui. Et

4 Met. com. tex. 3.

per hoc poteſt patere ad rationem opinionis. Aliter tamen poteſt dici, ꝙ non videtur ratio quin indiuiduum habeat cauſam poſitiuam per quam inſit ei illa duplex negatio; nam unitas ſpecifica pari ratione ſignificaret duplicem negationem, & tamen nullus negat entitatem poſitiuam eſſe rationem entitatis ſpecifice a qua ſumitur ratio differentiæ ſpecificæ.

Egidius & Gotfre. quo lib. 6. q. 16. & quolib. 7 q. 5. 5. met. cap. de quanto.

QVANTVM ad tertium articulum eſt opinio Egidij, ꝙ indiuiduum eſt indiuiduum per quantitatem, quod probatur primo ſic. Quando aliquid competit alicui primo, & per ſe cuiuſcunq; alteri cõpetit, cõpetit ei per rõné illius. Sed diuidi in plures partes competit primo, & per ſe quantitati ex quinto metaphyſ. ergo cuicunque competit hoc eſt per rationem quantitatis. Sed natura ſpecifica diuiditur penes indiuiduum, ergo hoc erit per quantitatem.

¶ Secundo ſic, iſte ignis non differt ab alio igne, niſi quia forma differt a forma. Sed forma non differt a forma niſi quia recipitur ab alia, & alia parte materiæ. Sed iſta alietas eſt per quantitatem, ergo iſte ignis diſtinguitur ab iſto per quantitaté. ¶ Tertio ſic, generans generat aliud propter diſtinctionem materiæ. Sed materia generati naturaliter præſupponit quantum. alias agens naturaliter ageret in non quantum, non autem naturaliter præſupponeret quantitatem niſi eſſet ꝑ ſe diſtinctiua, ergo. ¶ Contra iſtam opinionem arguitur quatuor vijs. Primo ex idemptitate rationis numeralis, & hoc dupliciter. Primo ſic. Impoſſibile eſt indiuiduum formaliter eſſe indiuiduum per id quod ablato remanet idem indiuiduũ numero. Sed ablata quantitate poteſt indiuiduum manere numero, ergo.

¶ Probatio minoris: quia non eſt contradictio, vel nõ eſt impoſſibile quòd Deus ſubſtantiam illam quantam quantitate conſeruet eam & informet alia quantitate, nec propter hoc ſubſtantia illa mutabitur mutatione ſubſtantiali, quia non eſt mutatio niſi a quantitate in quantitatem. Si dicas argumentum non ualet: qa aſſumit miraculum. Contra, miraculum non eſt reſpectu cõtradictoriorum: quia ad cõtradictoria nulla eſt potẽtia. Sed cõtradictio eſt quod manente eadem ſubſtantia ſit hoc per illud & non per illud, ergo. ¶ Secundo ſic manente eo quo aliquid eſt formaliter tale impoſſibile eſt ipſum non eſſe tale. Sed panis eſt hoc panis per quantitatem per te, ergo manente eadẽ quantitate impoſſibile eſt ipſum non eſſe hunc panem, & ſic tollitur tranſubſtantiatio panis in corpus Chriſti vbi manet eadem quantitas, & tamen non idem panis.

Mutatio nõ eſt niſi in quantitaté. 6. Ethicorũ

¶ Secunda via contra illam opinionem ſumitur ex ordine ſubſtantiæ & accidentis. Ex qua uia arguitur primo ſic. Subſtãtia ſecundum totam ſuam coordinationẽ eſt prior omni accidente natura tempore & diffinitione, ergo eſt prior quantitate, & ſic non indiuiduatur per eam. Reſpondetur, ꝙ licet ſubſtantia ſit quantitate prior in eſſendo, non tamen indiuiduando. ¶ Contra, eodem modo ſubſtantia eſt prior omni accidente quo eſt ſubiectum omnium accidentium, ſed non eſt ſubiectum omnium accidentium niſi inquantum hęc, ergo ut hęc præcedit ſimpliciter omne accidens.

7. met. contex. 4.

Quo ſubſtantia ſit prior quantitate.

¶ Secundo ſic, quod eſt prius alio duratione poteſt eſſe ſine illo. Sed ſubſtantia eſt prior omni accidente duratione, ergo poteſt eſſe ſine eo, & ſic non indiuiduatur per accidens ſiue per quantitaté.

7. met contex. 4.

¶ Tertia via ſumitur ex coordinatione prædicamentali. Ex qua arguitur ſic. In quolibet ordine prædicamẽtali ſunt omnia pertinentia ad illam coordinationẽ circumſcripto omni alio, quod non eſt aliquid illius coordinationis eſſentialiter. Sed ad coordinationem prædicamentalem, ſicut pertinet ad primum prædicatum de quo nihil prædicatur ita pertinet ad infinitum ſubiectum cui nihil ſubijcitur, ergo ſingulare eſt in qualibet coordinatione circumſcripta qnacunque alia coordinatione.

¶ Probatio minoris patet: quia coordinationes ꝓdicamẽtales ſunt primo diuerſę.

¶ Secundo ſic, in qualibet coordinatione circumſcripto quocunque alio alterius coordinationis eſt ratio ſpeciei. Sed de ratione ſpeciei eſt, ꝙ ſit prædicabilis de pluribus numero differentibus per Porphyrium, patet igitur quòd in qualibet coordinatione eſt per ſe indiuiduum de quo ſpecies prędicatur. Et non ualet fingere ſicut fingit Egidius, quia hoc eſt

Cap. de ſpecie.

Author reprehendit Egidium.

propter

¶Secunda ratio talis eſt. Inconueniens eſt ꝙ eſſentia quæ ẽ in potẽtia ſit cauſa ſiua rei quæ eſt in effectu, ſed eſſentia materiæ eſt in potentia, ergo.

¶Tertia ratio eſt. Illud in quo nulla eſt diuerſitas & diſtinctio nõ poteſt eſſe cauſa diuerſitatis & diſtinctionis. In materia nulla ẽ diſtinctio, uel diuerſitas, ergo.

Hæc ratio Scoti multũ cogit aduerſus D. Tho.

¶ Prẹterea arguit Sco. contra illam opinionem ſic. Materia eſt eadem in generato & corrupto, ergo habet eandem ſingularitatem in generato & corrupto, & ſic generatum & corruptum erit idem numero. Quid autem ſit dicendum ad auctoritates philoſo. quæ uidentur eſſe ꝓ illa opinione patebit ĩ ſeq̃nti articulo.

Opinio Scoti.

QVANTVM ad quintum articulum eſt opinio Sco. quam teneo, circa quã ponã unã concluſionẽ ſecũdo declarationem, tertio obiectorũ remotionem. ¶Concluſio eſt iſta, ꝙ ſubſtãtia materialis eſt indiuidua per entitatem poſitiuã determinantem naturam ad ſui ſingularitatem & poteſt dici gradus intrinſecus naturẹ. ¶ Iſta concluſio probatur ſic. Sicut unitas in communi conſequitur per ſe aliquam entitatem, ſic unitas indiuidualis conſequitur per ſe entitatem, ſed non conſequitur per ſe entitatem naturẹ, quia naturẹ eſt propria unitas realis, ex primo articulo, ergo conſequitur aliquam entitatem determinãtem illam, & iſta faciet per ſe unum cum entitate naturẹ. ¶Secundo ſic, omnis differentia differentium reducitur ad aliqua primo diuerſa, ſed indiuidua propriè differunt, ergo eorum differẽtia reducitur ad aliqua primo diuerſa. Sed iſta primo diuerſa nõ ſunt natura in illo & in iſto, quia non in eodem conueniunt aliqua & differunt, ergo oportet ut ſit aliquid aliud. Sed nõ poſſunt eſſe negationes, ex ſecundo articulo, nec quantitas ſiue accidentia ex tertio, nec materia ex quarto articulis, ergo erunt aliquẹ entitates poſitiuẽ per ſe determinantes naturam, quod eſt propoſitũ. Tertio ſic, ſicut ſe habet natura generis ad differentiam ſpecificam, ſic quidditas ad differentiam indiuidualem, ſed natura generis contrahitur per differentiã ſpecificam, ergo.

Quẹ ſit iſta ẽtitas à qua ſi vnitas indiuidualis.

¶Secundo oportet iſtam opinionem declarare maximè quæ ſit iſta entitas a qua ſit unita, indiuidualis. E. eſt ſcit dum ꝙ ſicut differentia ſpecifica poteſt comparari, uel ad illud quod eſt infra ſe, uel ad illud quod eſt ſupra ſe, uel ad illud quod eſt iuxta ſe. Eodem modo & differentia indiuidualis recipit illam triplicem comparationem, & eſt tunc inter differentiã ſpecificam & indiuidualem conuenientia & differentia, nam ſi differentia ſpecifica comparetur ad illud quod eſt infra ſe, tunc ſicut entitati illius differẽtiæ ſpecificæ repugnat diuidi eſſentialiter in plura ſpecie, & ꝑ hoc repugnat toti cuius iſta entitas eſt per ſe pars. Ita etiam differẽtiæ indiuiduali repugnat diuidi in partes ſubiectiuas & per ipſum repugnat talis diuiſio toti cuius iſta entitas eſt pars. Differentia autem eſt in hoc, quia iſta differẽtia indiuidualis excludit omnem diuiſionem naturæ tam numeralem quã ſpecificam, differentia autem ſpecifica quamuis excludat diuiſionem ſpecificã non tamen diuiſionem naturæ in partes ſubiectiuas.

Differentia indiuidualis excludit omnem diuiſionem.

Si autem comparentur differentia ſpecifica & indiuidualis, ad illud quod habent ſupra ſe eſt conuenientia, & differentia. Conuenientia, quia ſicut realitas a qua ſumitur differentia ſpecifica actualis reſpectu realitatis a qua ſumitur genus & determinat eam. Sic differentia indiuidualis eſt actualis reſpectu realitatis ſpecificè & determinat eam. Sed eſt diſſimile, primo quia differentia ſpecifica aliquando ſumitur a parte eſſentiali, aliquando vero ab ultimo realitate formæ, differentia uero indiuidualis ſemper ſumitur ab vltima realitate formæ quæ dicit conceptum ſimpliciter ſimplicem. Eſt autem alia differentia, quia differentia ſpecifica eſt quædam entitas q̃d ditatiua & cõſtituit compoſitum in eſſe quidditatiuo, differentia uero indiuidualis eſt primo diuerſa ab omni entitate quidditatiua, & quia a philoſ. forma frequenter uocat̃ quidditas & ideo apud eũ gradus ſiue differentia indiuidualis non uocatur forma ſed materiale. Et propriè uocat̃ ab eo materia. ¶Et ꝑ illud patet ad auctoritates philoſ. quẹ erant in prẹcedẽti opinione. Vocat. n. materiã gradũ indiuidualẽ. Si uero comparẽtur ad illud q̃d habent iuxta ſe dico quod ſicut differentia ſpecifica ſumpta ab ultima realitate ẽ primo diuerſa ab oĩ alio, ita differẽtia indiuidualis eſt primo diuerſa ab oĩ alii.

Quẹ ſit entitas ſpecifica

Forma quomodo vocetur quidditas.

¶ Tunc

QVAESTIO III.

CONSEQVENTER ad iſtam quęſtionem quęritur. An in una ſpecie angelica ſint vel eſſe poſſint plures Angeli ſolo numero differentes? Et videtur ꝙ non, quia in ſeparatis a materia idem eſt quidditas, & illud cuius eſt quidditas. Sed Angeli ſunt ſeparati a materia, ergo in eis eſt idem quidditas, & illud cuius eſt quidditas. Sed omnis differentia ſecundum quidditatem eſt ſpecifica, ergo angeli differunt ſpecie.

7. met. conte. 20. 21. et 41.

¶ Præterea differentia formalis eſt ſpecifica, ſed omnes angeli differunt formaliter, ergo. Probatio minoris, tũ quia formę ſunt ſicut numeri, & unus numerus differt ſpecifice ab alio, tum quia 10. methaphyſicæ. dicitur ꝙ maſculus & femina non differunt ſpecie, quia differunt materia: & differentia materialis non eſt ſpecifica.

8. met. contex. 10.
10. met. contex. 25.

¶ Præterea omnis forma ſeparata a materia habet in ſe totam perfectionem ſuæ ſpeciei. Sed Angelus eſt huiuſmodi, ergo habet in ſe totam perfectionem ſuæ ſpeciei, & ſic non ſunt plures in eadem ſpecie. ¶ Præterea multitudo indiuiduorum ſub eadem ſpecie eſt propter ſaluationem ſpeciei cuius indiuidua corrumpuntur ex ſecundo de anima, unde in corporibus celeſtibus quia non eſt corruptio in eis eſt tantum unum in una ſpecie ſicut unus ſol. Sed ſpecies angelica non habet indiuidua quæ corrumpãtur, ergo eſt tantum unus angelus in una ſpecie. ¶ Contra, Angelus & anima ſunt natura pares. Sed plures animæ ſunt in eadem ſpecie, ſecundum Auguſtinum, ergo & plures angeli.

2. de anima contex. 92. & inde.

Lib. 3. de libero arbitrio.

¶ Reſponſio, hic ſunt tres articuli ſecundum tres opiniones quarum duæ ſunt extremæ, & tertia media.

PRIMA eſt opinio antiqua quã recitat Varro ꝙ omnes angeli ſunt eiuſdẽ ſpeciei, quod probatur, primo ſic. Ruina angelica eſt reparanda per homines, ſed oẽs homines ſunt eiuſdem ſpeciei. ergo. ¶ Secundo ſic, ſicut ſe habet accidens naturale ad potentiam naturalem, ſic accidens ſupernaturale ad potentiam ſupernaturalem. Sed omne accidens naturale eiuſdem rationis arguit, uel requirit potentiam naturalem eiuſdem rationis, ergo accidens ſupernaturale eiuſdẽ rationis requirit potentiam ſupernaturalem eiuſdem rationis. Sed accidentia ſupernaturalia: puta gratia & gloria ſunt eiuſdem rationis in omnibus angelis, ergo & potentiæ ſunt eiuſdem rationis & per conſequens eſſentiæ.

Opinio Varronis.

Quæ ſint accidentia ſupernaturalia.

ALIA eſt opinio Thom. ꝙ non ſunt plures angeli in eadem ſpecie, nec eſſe poſſunt: ſed unuſquiſque facit ſuam ſpeciem, quod probatur ſic. Multiplicatio indiuiduorum ſub eadem ſpecie fit per materiam, ex quinto methaphyſicæ, ſed in angelis non eſt materia, ergo. Eãdem concluſionem tenet Egidius & probat eam ſic. Multiplicatio indiuiduorum fit per quantitatem, ſed in angelis non eſt quantitas, ergo.

D. Thom. 1. parte ſummæ q. 50. artic. 4.

5. met. contex. 12.

Egidius quo lib. 2. q. 7.

¶ Confirmatur illa concluſio per rationem Richar. ſi poſitis extremis oportet ponere medium, ſed ſunt plures perſonæ in una natura ſicut in trinitate, & plures naturæ in una perſona, uel ſuppoſito ſicut in homine, ergo eſt dare medium in quo eſt una perſona in una natura, & hoc eſt angelus. Sed omne tale per ſe diſtinguitᷣ ab omni alio, ergo unuſquiſque angelus per ſe diſtinguitur ſpecie ab omni alio. Sed hæc opinio continet aliqua falſa, ut patebit in tertia opinione, nec rationes concludunt.

Ricar. 4. de trin.

¶ Prima non, quia accipit minorem dubiam multis qui ponunt in angelis materiam. Maior etiam ſimpliciter eſt falſa, ut probatum eſt in quæſtione præcedenti. Similiter ſecunda ratio non concludit, quia habet maiorem falſam, ut patet ex tertio articulo præcedentis quæſtionis. ¶ Ad rationem Richard. ſoluit Varro quia Richard. non plus intendit concludere niſi ꝙ in angelis ſit tantum una natura ita ꝙ quilibet angelus habeat tãtum unam naturam, ſed ex hoc non ſequitur propoſitum. ſ. diſtinctio ſpecifica ſicut patebit ſoluendo.

Artic. 4.

Solutio Varronis.

¶ Ad tertium principale poteſt aliter dici & melius ꝙ tale medium non eſt naturale: ſed dependet a cauſa cauſante, uoluntariæ q̃ poteſt facere unum & reliquũ & ponere medium, & non ponere, ſicut ſtatim poſtea dicetur.

Dico

¶Ad ultimum dico, ꝙ illa non eſt totaliter cauſa, ſed aliqualis: Sed cum adducis exemplum de corporibus celeſtibus, dico, ꝙ argumentum ſecundum theologos eſſet ad propoſitum· quia ſtante illo ſole, & iſto mũdo Deus poſſet producere unũ mundum, ut pa uit ſupra, in principio ſecundæ quæſtionis. *Artic. 4.*

An Angelus poſſit ſe cognoſcere per eſſentiam ſuam?

Scotus 2. ſententiarum diſtinc 3. q. 8.
D Thomas 1. parte q. 54 Artic. 18.
Durandus 2. ſententiarum diſtinctio 3. q 6.
Ioannes Bacconitanus 2. ſenten. diſtinc. 4. q. 1.

QVAESTIO IIII.

SEQVITVR videre de angelorum cognitione. Circa quam quæruntur tria. ¶Primo vtrum angelus cognoſcat ſe per ſuam eſſentiam? Videtur quòd non, quia ſi intelligeret ſe per ſuam eſſentiam hoc nõ eſſet propter aliud niſi quia intelligẽs, & intellectum ſunt ſimul, ſed hoc non iuuat, qa in anima ſunt iſta duo & tñ nõ intelligit ſe per ſuam eſſentiam ut patet per philoſophum 3. de anima. Anima inquit intelligit ſe ſicut, & alia, alia autem intelligit per ſpeciem. *3. de anima contex. 15.*

¶Preterea eſſentia angeli eſt ſingularis, ſed ſingulare per ſe non eſt ratio intelligendi, ergo. ¶Preterea ita præſens eſt intellectui angelico actus intelligẽdi ſicut eſſentia. Sed actum intelligendi non intelligit per eſſentiam, ergo nec eſſentiã ſuam. Probatio minoris, quia aut intelligit actum ſuum quando eſt, aut quando non eſt. Si quando non eſt habere propoſitum. Si quando eſt tũc duo actus eſſent ſimul in eadem potẽtia, quod eſt falſum, ergo. ¶Præterea receptiuum oportet denudari a natura recepti, & ſic potentia cognitiua debet denudari ab eo, quod eſt ratio cognoſcendi. Sed angelus inquantum cognitiuus non denudatur ab eſſentia ſua, ergo eſſentia ſua non eſt ratio cognoſcendi, & intelligendi ſeipſum.

¶Contra, quanto forma eſt actualior tanto eſt actiuior. Sed eſſentia angeli ẽ actualiſſima, ergo maxime actiua, & ſic eſt rõ cognoſcẽdi ſeipſam. ¶Preterea angelus eſt medium inter Deum & animam: ſed Deus intelligit ſe per eſſentiam ſuam, & alia anima uero intelligit ſe, & alia per ſpeciem, ergo angelus, qui eſt medium intelligit alia a ſe per ſpeciem, & per eſſentiam. ¶Reſponſio hinc ſunt duo uidenda. Primo, quæ ſit cauſa intellectionis, ſecundo propoſitum. *Q. 19. Angelus ſit, quod medium.*

QVANTVM ad primum ſunt diuerſę opiniones: vna quæ imponitur beato Auguſtino ſ. ꝙ totalis cauſa eſt intellectionis anima, non obiectum, quod probatur primo ſic. Agens eſt preſtantius patiente, ſed corpus non eſt preſtantius ſpiritu, ergo corpus non poteſt agere in ſpiritum, & per conſequens obiectum non poterit cauſare intellectionem in anima. *Opinio Auguſtini. 15. de tri. cap. 4. & ſuper Gene.*

¶Secundo ſic operatio uitalis debet eſſe effectiuæ a principio uitalis. Sed accidit obiecto, ꝙ uiuat, ergo non poteſt eſſe cauſa intellectionis, quæ eſt operatio uitalis. ¶Tertio ſic, forma quanto eſt perfectior tanto ex actualior, ſed anima eſt actualiſſima, ergo maxime actiua, ergo ſeipſa poterit in ſuam actionem: cum hoc poterit formæ impſectiores ſicut formæ elemẽtorũ. ¶Quarto ſic. Actio propriæ dicta manet in agente, ſed intellectio manet in intellectu, ergo eſt ab intellectu effectiue. *9. met. contex. 16.* ¶Quinto ſic. Actio proprie dicta denominat agens: ſed intelligere denominat hominem ſecundum partem intellectiuam, ergo. ¶Contra illam opinionem arguitur per eundem Auguſtinum Omnis inquit res, quam cognoſcimus congenerat in nobis ſuam notitiam. Ab utroque enim paritur notitia. ſ. a cognoſcente, & a cognito. *9. de tri. capit. vltimo.*

¶Reſpondent gloſando Auguſtinum ꝙ ipſe intelligit terminatiue non effectiue.

¶Contra quod ſe habet in ratione parẽtis non habet ſe terminatiue, ſed obiectum habet ſe in ratione parentis, quia ab utroque paritur notitia, ergo.

¶Preterea. Ex uiſibili, & uidente gignitur uiſio. *11. de tri. cap. 2.*

¶Præterea arguitur ſic ratione: tantum ſunt quatuor genera cauſarum per ſe: ex quibus forma habet eſſe per productionem, & finis ſequitur productionem rei, ergo quando duæ cauſæ priores ſ. pata materia, & efficiens ſunt perfectę, & approximatæ, & non impeditæ poteſt ſequi ef-

fectus, ergo ſi anima ē cauſa totalis actua lis notitiæ genitæ, & ipſa materia eſt diſpoſita, ſequitur, quòd ſemper erit actuale intellectio, quod eſt inconueniens.

¶ Alia eſt opinio Gotfredi, ꝙ intellectus non habet actiuitatem reſpectum intellectionis, quod probatur ſic, mouens, & motum debent eſſe diſtincta ſubiecto, quod ergo eſt in potentia ad recipiendũ intellectionem non eſt cauſa actiua intellectionis, quia alius idem eſſet in potentia, & in actu. Sed intellectus recipit intellectionem, ergo non eſt cauſa actiua intellectionis, ergo.

Opinio Gotfredi.

¶ Secundo ſic, materia, & efficiens non coincidũt in idem, ex 2. phiſicorum. Sed intellectus eſt quaſi cauſa materialis, & receptiua intellectionis, ergo non eſt efficiens. ¶ Tertio ſic, relationes oppoſitæ non ſunt compoſſibiles in eodem. Sed relationes mouentis, & moti ſunt oppoſitę, ergo non ſunt compoſſibiles in intellectu. Sed intellectus mouetur ab obiecto, ergo nõ mouebit ſe cauſando intellectionem, quid ergo effectiuę cauſabit intellectionem. ¶ Reſpondet ꝙ idem obiectum ſecundum rem efficit intellectionem, & uolitionem inquantum relucet in fantaſmate. Qualiter autem fantaſma ſit poſſibile mouere intellectum poſſibilem cũ ſit in eadem eſſentia animæ, & non diſtinguitur ſubiecto. Dicunt quòd aia poteſt conſiderari dupliciter, vel ſecundum eſſentiam: & ſic nõ eſt principium alicuius operationis, vel ſecundum potentias, & tunc aliqua potentia eſt, quæ determinat ſibi aliquam partem corporis. Aliqua uero non determinat ſibi aliquam partem corporis; primo modo eſt fantaſma, ſecũdo modo intellectus, quia igit fantaſma determinat ſibi partem corporis, intellectus uero non, ideo comparatur ad ipſum ac ſi diſtingueretur ab ipſo ſubiecto, & poteſt ipſum mouere.

2. phyſ. con tex. 70.

An phantaſma moueat intellectum poſſibilem. Anima conſideratur duobus modis.

¶ Contra iſtam opinionem arguitur primo ſic. Effectus equiuocus non excedit cauſam in perfectione, ſed intellectio eſt nobilior fantaſmate, ergo. ¶ Secundo ſic, actus diſcurſiuus, & comparatiuus nõ dicit eſſe a cauſa non diſcurſiua, nec comparatiua, ſed intellectio eſt tale actus, fantaſmata autem nõ diſcurrit, nec ſillogizat, nec comparat, nec format relationes rationis, ergo. ¶ Tertio ſic, tunc ſequitur ꝙ in angelo in quo non eſt fantaſma non eſſet noua intellectio, quia moues, & motum nõ eſſent diſtincta ſubiecto. ¶ Quarto contra illam opinionem poſſunt addu ci rationes fundamentales primæ opinionis. Tertia eſt opinio Henri. qui dicit, ꝙ duplex eſt intellectio, una ſimplex, & cõfuſa altera diſcurſiua, & diſtincta, reſpectu primæ intellectus ē paſſiuus, reſpectum ſecundæ intellectus eſt actiuus.

Contra opinionē Gothfredi.

¶ Cõtra, aut intellectus factus in actu ſecundum notitiam primam confuſam eſt actiuus uirtute ſui reſpectu intellectionis ſecundæ, aut uirtute notitiæ primæ confuſæ. ¶ Si primo modo uidetur conueniens, ꝙ intellectus de ſe põt eſſe actiuus reſpectu ſecundæ, & non reſpectu primę, quia prima eſt perfectior ſecunda, & eiuſdem rationis cum ſint eiuſdem obiecti. Si ergo poteſt eē cauſatiuus reſpectu primę de ſe multo magis reſpectu ſecundæ. ¶ Si ſecundo modo, contra nullũ ſm perfectius poteſt eſſe formalis ratio cauſandi actum perfectiorem, ſed cognitio diſtincta eſt nobilior cognitione confuſa, ergo. Quarto eſt opinio Tho. & Egidij qui dicunt intellectum eſſe pure paſſiuũ, diſcordant autem iſti. Quia Tho. dicit ꝙ obiectum determinat intellectum & eſt ratio gignendi intellectionē. Egidius aũt ponit illud ſpeciem exiſtentem in intellectu, uel in ſenſu. ¶ Pro illa opinione arguitur per Commentatorē. Intellectus inquit ſe habet ad formas materiales uniuerſales ſicut materia ad formas induiduales. Et iterum dicit, ꝙ ſicut materia in genere entium, ita intellectus noſter in genere intelligibilium. Et philoſophus dicit, ꝙ intellectus nihil eſt eorum, quæ ſunt ante intelligere, & 8. phiſicorum dicit, ꝙ intellectus ante habitum eſt in potentia eſſentiali. Ex quo concluditur intellectum eſſe pure paſſiuum. ¶ Et cõfirmatur hęc rõ ſic. Agēs indeterminatum non põt in actionem determinatam niſi per aliquod determinetur. Sed intellectus de ſe eſt indeterminatus ad omnem intellectionem, ergo oportet ponere aliquod determinatiuum, quod eſt obiectũ vel ſpecies. ¶ Præterea ſicut factio eſt formaliter per formam, qua faciens aſſimilatur facto. Ita actio eſt per formam, qua agens aſſimilatur obiecto. Sed illud eſt ſpecies, ergo. ¶ Contra illam opinionem ſunt

Opinio Henrici, ꝙ dupl. ſit intellectio.

D. Thom. 1. parte Summę q. 79. artic. 2.

3. de anima comm 5.

3. de anima com tex. 5. 8. phyſ con tex.

Opinio Scoti quod ad intellectionem duę causę concurrunt. ſunt eodem difficultates, quæ ſunt poſitæ contra ſecundam. Ideo eſt alia opinio Sco. quam teneo. Quia ad intellectū concurrunt duæ cauſæ partiales integrantes unam totalem. ſ. intellectus, & obiectum vel aliquid ſupplens vicem obiecti. Quia aūt concurrat intellectus patet per ratio nem contra opinionem ſecundam. Et etiã quia tunc non poſſet ſaluari imago trini tatis in mente: quia nihil ipſius mētis ha beret rationem parentis. Quia aūt concurrat obiectum patet: tū quia actus eſt ſimilitudo obiecti, tum quia actus diſtinguitur ſecundum diſtinctionem obiecti, tum quia non eſſet perfectior intellectio perfectioris intelligibilis poſito equali conatu ex parte potentiæ, & ſic non eſſet perfectior intellectio Dei quam muſcæ, quod eſt contra philoſoph. ponentem felicitatem in ſpeculatione dei. tum quia tunc eſſet infinita actiuitas in intellectu inquantum eſſet actiuus reſpectu omniū intelligibilium: quia ad unā intellectionem requiritur alia perfectio in cauſa, quã ſit reſpectum alterius intellectionis, & ſic continet uirtualiter perfectiones cauſarum propriarum, & ita habens infinitas cauſalitates reſpectu infinitarum intellectionum eſt infinitum. ¶ Qualiter autē iſte duæ cauſæ concurrant diſtinguo de pluribus cauſis concurrentibus ad effectum eundem, quia quædam concurrūt ex equo ſicut duo trahentes unum pondus quædam uero non ex equo ſed ſecūdum ordinem, & hoc dupliciter, vel ſic quod inferior moueatur a ſuperiore, & recipiat uirtutem motiuam a ſuperiore ſicut manus mouet baculum cum quo mouet lapidem. Quædam uero concurrunt ſecundum ordinem nō quod ſuperior moueat inferiorem, nec quod det ei uirtutem agendi perfectiorem, ſed ſuperior de ſe habet perfectiorem uirtutem agēdi quã inferior, & inferior habet imperfectiorem: ſicut forte eſt de patre, & matre reſpectu prolis. Et illo modo concurrunt illæ duæ cau ſæ, quia neutra ſine altera poteſt in effectum totalem. Et ſi quæras, quæ ſit principalior, dico quod intellectus, tum quia intel lectus eſt illimitatus obiectum uero non tum quia intellectu agente ad intellectionem obiectum coagit, & non econuerſo. Intelligimus enim quando uolumus, ex 2. de anima, tum quia intellectus ē actualior, & quanto eſt aliquid actualius tanto actiuius. ¶ Si uero obijcias contra illa primo. In cauſis eſſentialiter ordinatis neutra eſt perfectio alterius. Sed ſpecies eſt perfectio intellectus, quia eſt eius forma, ergo non cōcurrit cum eo ad intellectionē. ¶ Secūdo ſic, unius operationis oportet dare per ſe unum principium. Sed intellectus, & ſpecies ſiue obiectum faciūt per accidens unum, ergo non ſunt cauſę intellectionis, quæ eſt una operatio per ſe. ¶ Ad primum dico, quod accidit ſpeciei inquantum eſt altera cauſa partialis, quod perficiat intellectum, ſicut ſi acuties cultelli poneretur in manu ad ſcindendum accideret manui talis acuties.

10. ethic. capitul. 10.

De cauſis concurrentibus ad eundem effectum.

2. de anima contex. 60.

¶ Ad ſecundum dico, quod unius operationis eſt una per ſe cauſa in ſuo ordine, ſicut etiam homo generat hominem, & ſol, & ille duæ cauſæ non faciunt unum niſi unitate ordinis quælibet tamē in ſuo ordine cauſandi eſt una ſimpliciter.

¶ Ad argumenta primæ opinionis iſtius primi articuli concedo quod corpus non poteſt agere in ſpiritum, ut principalis cauſa. ¶ Ad ſecundum concedo, quod operatio uitalis eſt a principio uitali, ut a cauſa principali, ſed tum illa concurrit obiectum, ut ſecundaria cauſa.

Corpus non agit in ſpiritum uirtute ſua actiua naturali, et naturaliter, ſed tãquam inſtrumentum diuinæ iuſtitiæ, vide D. Auguſtinũ ſuper Geneſim ca pit. 12. & Scotum 6. q. quol. & in 1 ſent. diſtin. 3. q. 7.

¶ Ad tertium dico, quod potentia intellectiua ex perfectione ſua ordinatur ab habēdum perfectionem, & operationem circa totū ens, & quia non eſt infinita, ideo non pōt in ſe habere totum ens, ergo ex perfectione intellectus habet actiuitatē, ſed tamen non omnimodam, ideo cōcurrit obiectū, non ſic aūt eſt de alijs formis, quia earum operationes ſunt limitatæ, & ex eorum operibus non poteſt argui infinitas.

¶ Ad quartum, & ad quintum dico, quod bene concludunt intellectum habere aliquã actiuitatē reſpectu intellectionis, quod concedo. ¶ Ad argumenta ſecundæ opinionis. Ad primū nego maiorē. ¶ Ad probationem cum dr idem eſſet in actu, & in potentia, dico quod aliquid eſſe in actu pōt intelligi dupliciter, vel, quod ſit in actu uirtualiter tale, uel quòd ſit in actu formaliter tale. Et eodem modo poteſt dici de potentia, unde actus, & potentia uniformiter accepta nō ſunt cōpoſſibilia in eodem, ſed, quod aliquid ſit in actu uirtualiter tale, & in potentia formaliter tale hoc

Aliquid eſſe in actu pōt intelligi duobus modis.

Quõ actus, & potentia non ſint cōpoſſibilia.

bene eſt poſſibile. Aliter poteſt dici ad maiorem per Commentatorem, quòd quamuis iſta maior habet probabilitatē in corporalibus, eſt tamen falſa in ſpiritualibus. Aliter poteſt dici quod eſt uera in cauſis uniuocis, eſt autem falſa in cauſis æquiuocis. Et hæc ſolutio redit in idem cum prima. Et iſta eſt intentio Philoſophi, ubi dicit quòd mouens neceſſe eſt habere vniuorum, & hoc dicit ibidē D. Thomas in expoſitione, uide ibidem.

Vide D. Tho. ibidē.

¶ Ad ſecundum dico, quod materia ex qua non coincidit in idem cum efficiente, ſed materia circa quam poteſt coincidere.

An relationes, de ſecūdo mō ſint incompoſſibiles.

¶ Ad tertium dico, quod relationes, de ſecundo modo relatiuorum, quædā ſunt cauſæ, & cauſati, quæ ſunt in compoſſibiles ſimpliciter, quædam ſunt producentis, & producti, & iſtæ ſunt in compoſſibiles in eodem ſuppoſito, non autem in eadem natura, quando natura eſt illimitata ſimpliciter, ſicut patet in Deo, quædā ſunt relationes mouentis, & moti, & qa in illa relatione non eſt dependentia eſſentialis, ideo huiuſmodi relationes non repugnant nec in eadem natura nec in eodem ſuppoſito.

¶ Tertia opinio non adducit argumenta ad quæ oporteat reſpondere.

¶ Ad auctoritates, quartæ opinionis de ſimilitudinibus Comment. dico, ꝙ non ſunt omnimode ſimiles, ſed aliquales. Eſt enim ſimilitudo quantū ad receptionem, non autem quantum ad actionem.

Ad primā authoritatem Ariſt.

¶ Ad primam auctoritatem Ariſt. quæ facit magis dubiū dicunt aliqui intellectū poſſibilem eſſe puram potentiam.

Pulchra expoſitio uerborum Ari.

¶ Contra pura potentia non eſt receptiua accidentis. Sed intellectus recipit ſpecies, ergo. Ideo dico, quod intellectus eſt nihil eorum quæ ſunt ante intelligere, id eſt non eſt intellectiuus ſui ante intellectionem alicuius fantaſiabilis, quia nihil intelligimus ſine fantaſmate.

3. De ani. contex.

Indeterminatio duplex eſt.

¶ Ad primam probationem dico, quod indeterminatio eſt duplex, quædā potentiæ actiuę, quædam potentiæ paſſiuæ, primo modo eſt Sol, ſecūdo modo materia, indeterminatum autem iſto ſecūdo modo oportet determinari per aliud, ſed primo modo non, & talis determinatio competit intellectui.

¶ Ad ſecūdū dico, quod ſimilitudo obiecti concurrit ut cauſa partialis.

QVANTVM ad ſecundum articulum eſt una opinio Henrici, quod Angelus nō cognoſcit ſe per ſuam eſſentiā, ſed per habitum ſcientialem in quo pręſentatur eſſentia ſua, ſicut & eſſentia aliorum. Sed quia illa opinio cōmuniter non tenetur, & patebit magis in q̄one ſequēti, ideo hic pręteremittatur. Sed eſt una alia opinio quam recitat Varro, ꝙ Angelus intelligit ſe per ſuam eſſentiam, quod declaratur ſic. Quanto aliquid eſt magis abſolutum a materia tanto magis eſt intelligibile obiectiue, & actiue, quia immaterialitas eſt cauſa intellectionis per Auic. Sed angelus eſt maxime abſolutus a materia, ergo eſt maxime intelligibilis obiectiue ita, & actiue. Et tunc ultra. Sicut eſt intelligibilis obiectiue ita, & actiue, ſed obiectiue eſt intelligibilis per eſſentiam ſuam, ergo, & actiue. Et addit illa opinio, quòd cum angelus intelligit ſe per ſuam eſſentiam intellectio, non diſtinguitur ab eſſentia, & potentia, quia actus recipit ſpeciem ab obiecto, & a ſubiecto, tum quia medium non eſt minus idem alteri extremo quam extrema ſunt eadem inter ſe. Intellectio autem mediat inter potentiam, & eſſentiam intellectiuam, quæ ſunt idem. Vlterius ex illo dicto ſequuntur duo, unum quod angelus ſemper intelligeret ſe, quia ex quo intellectio idem eſt cum eſſentia, & eſſentia ſemper manet, ergo & intellectio. Secundum quod ſequitur eſt, quod angelus intelligeret plura, ut plura, poteſt enim intelligere aliud a ſe, & cum hoc ſemper intelligit ſe.

Henri. quolib. 5. q. 14.

Opinio Varronis.

9. Met.

Ex dicti Hērici duo ſequuntur.

¶ Contra iſtam opinionē arguit ipſemet opinans dupliciter. Primo ſic. Quod eſt propriū Dei non competit creaturæ, ſed intellectionem idem eſſe cum eſſentia eſt propriū Dei, ergo non competit creaturæ ſiue angelo, ſecundo adducitur inconueniens iam tactum, ſcilicet, quod Angelus intelligeret plura, ut plura.

Duobus modis ipſemet opinans arguit.

¶ Ad primum dicit, quod proprium eſt Dei, quod intellectio ſui, & aliorum ſit idem cum eſſentia, hoc autem non competit angelo, quia intellectio angelorum non eſt idem cum eſſentia ſua.

¶ Ad ſecundum dicit, ꝙ non eſt inconueniens angelum intelligere plura, ſi talia habent connexionem inter ſe, & ad eū.

¶ Con-

¶Contra iſtam opinionem arguit Varro primo ſic. Nihil eſt quod ſeipſum gignat per Auguſtinum,ſed intellectus angelicus gignit ſui notitiam, ſiue intellectionẽ,ergo iſta intellectio nõ eſt idẽ cũ ipſo. *1. de tri. c. 1*
¶Secundo ſic. Auguſtinus dicit. Quãdo aĩa amat ſe alia res eſt amans alia amor; ergo ſimiliter eſt ex parte intellectus angeli. ¶ Tertio formatur ratio ſic. Cum angelus habuerit inordinatam dilectionẽ ſui peccando, ſi iſte actus eſt idem cum eſſentia ſua, & eſſentia fuit immediatẽ creata a Deo, ſequitur, ꝙ fuiſſet creatus a Deo cum aliqua malitia, quod uidetur abſurdum, ſicut patebit. *9. de tri. c. 2*
¶ Item ſi propter annexionem angelus poſſet intelligere plura cum omnia entia uniuerſi ſint ad idem, uel adinuicem connexa, tunc poſſet angelus ſimul omnia intelligere, & totum uniuerſum. *4. & 5. distinc.*
¶ Ad primam rationem opinionis cum dicitur ꝙ actus accipit ſpeciem ab obiecto nego ſecundum identitatem, concedo autem ſecundum ſpecificationem, quia aliud, & aliud obiectum, & alio, & alio modo ſpecificat actum.
¶ Ad aliud de medio poteſt dici uno modo ꝙ intellectus non mediat ſed eſt ſicut extremũ quod cauſatur ab utroque. Aliter poteſt dici diſtinguendo de medio, ꝙ eſt medium per participationem extremorũ ſicut patet in coloribus, & de hoc uerum eſt, ꝙ aſſumitur. *Medium duplex uide Sco. in 1. distinc. 7.*
¶ Alio modo eſt medium per abnegationem ſicut eſt intellectio, & de tali medio eſt falſum.
¶ Eſt ergo tertia opinio concordans cũ præcedenti in prima concluſione quam teneo, ꝙ angelus intelligit ſe per ſuam eſſentiã ita ꝙ eẽtia ſua ẽ rõ cognoſcẽdi. *Opinio Scoti*
¶ Iſtam concluſionem probat Scotus primo ſic. Omnis cauſa partialis, quæ eſt in actu perfecto ſibi proprio poteſt cauſare ſibi correſpondentem effectum, & quando eſt unita alteri cauſę partiali poteſt cum ea perfectẽ cauſare. Sed eſſentia angeli eſt de ſe in actu perfecto correſpondente obiecto, ut obiectum habet cauſalitatem partialem, vt declaratum eſt in primo articulo, ergo ipſa unita alteri cauſæ partiali puta intellectui poteſt habere perfectum actum intellectionis reſpectu ſui. ¶ Secundo ſic, non minoris efficaciæ eſt eſſentia angelica ꝙ ſpecies rei ſenſibilis: ſed ſpecies rei ſenſibilis præſens intellectui eſt ſufficiens ratio cognoſcendi ſe, ergo non minus eſſentia angelica præſens intellectui eſt ratio cognoſcendi ſe. *Vt ſæpius dictum eſt in 1. distinc. 3 et 14. q. quolib. & 15.*
¶ Contra iſta dicta obijcitur, primo nihil eſt alicui ratio operandi operatione immanente niſi informet illud: ſed eſſentia angeli non informat intellectum angelicum, ergo non eſt ei ratio operandi operatione immanẽte ſicut ẽ intellectio. *Contra iſta dicta obijcitur.*
¶ Secundo ſic. Si ratio ſecunda ualet uidetur, ꝙ qualibet entitas ſit per ſe ratio intellectionis cum ipſa etiam non ſit minoris efficacia ꝙ ſua ſpecies. ¶ Ad primũ dico ꝙ ſi ponerem intellectum eſſe cauſam totalem intellectionis, argumentum eſſet difficile, ſed tenẽdo ut poſui primo articulo, ꝙ intellectus habet ſuam cauſalitatem, non oportet, ꝙ obiectum informet intellectum nec ecõuerſo: quia neutrum dat alterĩ actum partialem pertinẽtem, ad ſuam cauſalitatem partialem.
¶ Ad ſecundum dico, ꝙ non eſt ſimile de intellectu noſtro & angelico ꝓ ſtatu iſto, quia nulla ſubſtãtia nobis eſt pro ſtatu iſto per ſe intelligibilis. Tunc enim poſſemus naturaliter cognoſcere abſentiam ſubſtãtię, pauis ĩ corpore Chriſti. Et ſi intellectus noſter intelligeret ꝓ ſtatu iſto ſine fantaſmatę, difficile eſſet ſoluere. *Nulla ſubſtãtia a nobis pro ſtatu iſto eſt per ſe intelligibilis.*
¶ Ad primum principale poteſt concedi ꝙ anima intelligit ſe per eſſentiam ſuam niſi habet impedimentum: ſed pro ſtatu iſto habet impedimentum, quia non immutatur primo niſi a fantaſiabili, hoc autem impedimentum non eſt in angelo.
¶ Ad ſecũdum poteſt primo ſimpliciter negari minor, quia ſingulare cum per ſe includat rationem entis quod eſt primũ obiectum intellectus noſtri poterit ꝓ ſe intelligi, quod ſi non intelligitur hoc eſt propter defectum intellectus noſtri, qui tamen defectus non reperitur in angelo. Aliter dicitur, ꝙ minor eſt falſa de ſingulari immateriali, uera autem de ſingulari materiali. ¶ Ad tertium dico, ſicut ad primum. ¶ Ad quartũ negetur maior ſi ſimpliciter ſumitur, quia ſequitur ꝙ intellectus eſſet nihil cũ intelligendo reciperet ens, & denudaretur ab ente unde iſta maior põt concedi in potẽtijs organicis, tñ hoc habitu, ꝙ ſit potẽtia nõ organica nõ oportet ipſam eẽ tale realiter quale eſt cuius debet eſſe receptiuũ, ſicut ẽ intellectus *Quare ſingulare nõ intelligatur.*

An ad hoc, ꝙ Angelus diſtinctè ſpecies creaturarum alias à ſe cognoſcat, requiratur neceſſario ꝙ proprias, & diſtinctas rõnes cognoſcẽdi eas habeat.

D. Bona. 2. ſenten. diſtinc. 3. q. 1. Artic. 2.
Scotus 2. ſenten. diſtinct. 3. q. 10.
D. Thomas prima parte quæſtio. 55. Articulo 3.
Ricardus 2. ſenten. diſtinc. 3. q. 2.
Durandus 2. ſententiarum diſtinctio 3. q. 6.
Ioannes Baccomitanus 2. ſenten. diſtinc. 6. q. 1.

QVAESTIO V.

SEQVITVR videre de cognitione angelorum per cõparationem ad res creatas. Et circa hoc quæruntur duo. ¶ Primo an ad hoc, ꝙ Angelus diſtinctè ſpecies creaturarum alias a ſe cognoſcat requiratur neceſſario, quòd proprias, & diſtinctas rationes cognoſcendi eas habeat? Videtur quòd non, quia quod continet uirtualiter aliud eſt ratio cognoſcendi ipſum, ſicut patet de eſſentia diuina. Sed eſſentia angeli continet uirtualiter iſtas eſſentias creatas, ergo eſt ſufficiens ratio ad cognoſcendum eas.

¶ Probatio minoris, tũ quia formæ ſunt ſicut numeri, tum quia uegetatiuum eſt in ſenſitiuo, & ſenſitiuũ eſt in intellectiuo, ſicut trigonum in tetragono, & tetragonum in pentagono, ex ſecũdo de anima. *8. met. contex. 10.*

¶ Preterea quod eſt ratio intelligendi in intellectu eſt eius perfectio naturalis: ſed ſpecies rei creatæ & materialis non poteſt eſſe perfectio intellectus angelici, ergo. Probatio minoris. Illa ſpecies eſt imperfectior re materiali, quæ ſe habet ad eam ſicut menſuratum ad menſuram. Sed res materialis non poteſt eſſe perfectio intellectus angelici, ergo nec ſpecies.

¶ Contra, pluralitas ſpecierum aut repugnat angelo propter perfectionem, aut propter imperfectionem, non propter imperfectionem, quia competit intellectui infimo puta humano, nec propter perfectionem, quia competit intellectui ſummo. i. diuino in quo ſunt diſtinctæ ideæ, ergo.

¶ Reſponſio, hic ſunt tres articuli ſecundum tres opiniones.

PRIMA eſt opinio, quòd angelus omnes quidditates cognoſcit per unum habitum ſcientialem. Modus ponendi eſt iſte. Quia licet habitus ſit in intellectu, ſicut forma in ſubiecto, obiectum tamen reſplendet, & eſt in eo obiectiuè. Et licet ille habitus ſit de prima ſpecie qualitatis, tamen ſuper ipſum fundatur ad ſcibile reſpectus eſſentialis qui ab eo abſolui non poteſt, nec poteſt capere habitum niſi capiat ſcibile, reſpectum cuius, eſt propter naturalem colligantiam correlationis quam habet ad illud. Et ſi quæratur quomodo per unum habitum ſunt plura obiecta præſentia realiter. Reſpondetur, ꝙ ſimile eſt hic & in habitu ſcientiali cuius obiectum continet multa intelligibilia circa quæ eſt ſcientia. Et ſi quæratur ulterius quomodo ille habitus reducit intellectum angeli de potentia ad actum intelligendi, dicitur, ꝙ intellectus angeli illo habitu creato naturaliter inclinatur ad intelligendum quidditates rerum ſimplicium quemadmodum graue inclinatur deorſum. Et tanto magis inclinatur ad intelligendum hoc quã illud quanto eſſentialius ordinatur ad unum quam ad aliud, ut ad intellectum eſſentiæ angelicæ quam alterius, & cum factus eſt intellectus in actu primo ad intelligendum primum, tunc ex imperio voluntatis copulante diſcurrit ad ſingula tam complexa quam incomplexa. *Henric quolib. 11. q. 14*

¶ Pro iſta concluſione quantum ad concluſionem principalem. ſ. quòd angelus cognoſcat omnia per habitum ſcientialem arguitur primo ſic. In anima nõ ſunt niſi tria. ſ. potentia, habitus, & paſſio. Sed ratio intelligendi in angelo non poteſt eſſe potentia ſua, quia ſic aliquod naturale eſſet ſufficiens principium repræſentandi omnia cognoſcibilia, nec poteſt eſſe paſſio quod certum eſt, ergo relinquitur quòd ſit habitus. *In aĩa ſunt tria 2. eth. cap. 5.*

¶ Secundo ſic, in intellectu nõ habente habitum non poteſt generari habitus per frequentes actus elicitos, ergo ſi in angelo non eſſet concreatus habitus ſcibilis ad cognoſcendum poſſet in ſe generare talem habitum, & ſic eſſet in potentia eſſentiali, ſicut intellectus noſter, quod eſt inconueniens.

¶ Tertio ſic. Dionyſius dicit, ꝙ connexio *Lib de diui-*

uniuerſi

nis nominibus. cap. 7. vniuerſi cõſiſtit in hoc quod ſupremum inferiorum coniungatur cum infinito ſuperiorum. Sed ſupremum in cognitione humana eſt, ꝙ cognoſcat prompte per habitum ſciẽtialem, ergo huiuſmodi cognitio ponenda eſt in angelo.

¶ Quarto ſic, ſi nulla alia eſſet ratio, niſi ꝙ ſpecies ſine habitu non ſufficit ad perfectam cognitionem, & habitus perfectus ſine ſpecie ſufficit: tunc fruſtra ponitur ſpecies ad actum intelligendi.

¶ Vltimo ſic. In uoluntate non ponuntur aliqua plura ut principia volendi diuerſa obiecta, ergo nec in intellectu oportet ponere diuerſa principia intelligẽdi ſed ſufficit unus habitus in intellectu pfecto.

Contra iſtã opinionẽ ſic arguitur. ¶ Contra iſtam opinionem arguitur ſic, & probatur, ꝙ non poteſt eſſe una ratio creata in angelo, quæ ſit ratio cognoſcẽndi omnes quidditates. Quia ubi pluralitas numeralis requirit maiorem perfectionem ibi infinitas pluralis requirit infinitam perfectionem. *Exemplum* Exemplum ſi poſſe portare decem pondera requirit maiorem uirtutem quam portare duo, tũc poſſe ſimul portare infinita requirit infinitã perfectionem: Sed aliquid eſſe diſtinctã rationem cognoſcendi plures quidditates requirit maiorem perfectionem, ergo eſſe rationem diſtinctè cognoſcendi oẽs quidditates requirit infinitã pfectionẽ, & ſic ille habitus infinitus é in infinitus in perfectione. Minor probatur: tũ quia in Deo ponitur infinitas ex infinitate repręſentatiuorum, tum quia repręſentatiuum unius eſt alterius rationis a repræſentatiuo alterius, & quodlibet dicit perfectionem: quia non poſſe repręſentare in repręſentatiuo dicit carentiam perfectionis.

¶ Secundo ſic, omnis ratio cognoſcendi una habetur unum adæquatum obiectũ in quo includuntur perfectè omnia cognoſcibilia per illam rationem: Sed iſta una ratio ſiue habitus qui ponitur ratio cognoſcendi non habet aliquod primũ obiectum includens uirtualiter oẽs quidditates creatas & cognitas, ergo. Probatio maioris, tum quia per exemplum de *Exemplũ de eſſentia diuina.* eſſentia diuina, ut eſt ratio cognoſcendi & ut eſt obiectum cognitum, tum per rationem, quod unitas poſterioris naturaliter dependet ab unitate prioris: Sed omnis ratio cognoſcendi creata ſe habet ad obiectum cognitum ſicut menſuratũ ad menſuram. Et ita ſicut poſterius ad prius naturaliter, ergo eius unitas dependet ab unitate obiecti.

¶ Tertio ſic, omnis ratio cognoſcẽdi una põt habere actũ ſibi adequatũ. Sed iſta rõ quæ ponitur ratio cognoſcendi reſpectu plurium quidditatum non poteſt habere unum actum adæquatum ſibi, quia ſecundum eos intellectus non poteſt diſtinctè intelligere plures quidditates, ergo. Probatur maior, quia memoria perfecta poteſt habere actum ſibi adæquatũ, vnde, & memoria infinita patris in diuinis eſt principium producendi notitiam actualem infinitam. *Quo memoria infinita patris ſit principium producendi.*

¶ Contra iſtas rationes inſtat ut: quia forma productiua plurium non oportet ꝙ habeat unum primum obiectum in quo continentur omnia alia obiecta, vt patet de forma ſolis reſpectu formarum generabilium, nec etiam oportet, ꝙ habeat actum unum ſibi adæquatum, ſed plures.

¶ Reſponſio, non eſt ſimile de principio limitato de productiuo extra ſe, & de principio productiuo, cuius eſt actus extra manens, ut patet per philoſ. *1. Ethic.*

¶ Quarto arguitur principaliter contra opinionem ſic. Intellectus non eodem modo formaliter nouit habitualiter plura qui poteſt ſine contradictione noſcere habitualiter hoc, & non noſcere illud. *4. arguitur contra opinionem.* Sed omnis intellectus creatus poteſt noſcere unum obiectum, & non aliud, ergo nullus talis nouit habitualiter eodem modo plura obiecta. Probatur minor, quia non poſſet noſcere habitualiter a. abſque hoc, ꝙ cognoſceret, b. ſine contradictione, uel hoc eſſet ex parte talis intellectus; quod patet eẽ falſum, uel propter neceſſariam colligantiam obiectorum, quod eſt falſum, quia poteſt unum eorũ ab intellectu noſtro intelligi altero non intellecto.

¶ Quinto ſic. Includentia rationes primo ſeipſis diuerſas non poſſunt diſtinctè cognoſci per unum commune repræſentatiuum, nihil enim eſt quod ſit ratio cõuenientiæ, & differentiæ ut ſic. Sed cunctæ creaturæ includunt rationes primo ſeipſis diuerſas, ergo, &c. *Ex quæſtione de indiuiduatione.*

¶ Vltimo ſic, quod dicitur de identitate reſpectus ad habitum, ſuit improbatum. *4 queſt prima diſtinc. artic. 2.*

D Thom. 1. par. ſum.q. 55. ar. 3.

SECVNDA eſt opinio Tho. Quia quanto angelus eſt ſuperior tanto intelligit per ſpecies pauciores. Vnde ſi in angelo infimi ordinis ſunt ſpecies in angelo ſupremi ordinis eſt tantum una, per quam cognoſcit omnia. Quod probatur primo ſic. Quanto aliquid recipitur in magis potentiali, tanto eſt magis contractum: ſed forma recepta in intellectu ſupremi angeli recipitur in intellectu qui magis recedit a potentialitate, ergo ipſa erit minus contracta, & magis uniuerſalis, & per conſequẽs plura repræſentabit.

¶ Secundo ſic, quanto angelus eſt ſuperior tanto magis appropinquat Deo: ſed Deus omnia intelligit per unum quia per eſſentiam ſuam, ergo angelus ſuperior intelligit per ſpecies pauciores. Iſta eſt ratio Tho. ¶ Tertio ſic, receptum eſt in recipiente per modum recipientis. Sed angelus ſuperior eſt perfectior, & uniuerſalior, ergo ſpecies recepta in eo ẽ uniuerſalior. ¶ Quarto ſic. Diony. dicit. Angeli ſuperiores habent uniuerſaliorem ſcientiam.

Ratio D. Thomæ in corpore quæſtionis ubi ſupra.

12. Cap. Angelicæ Hierarchiæ.

¶ Contra iſtam opinionem ſunt ſex rationes, primę contra præcedentem opinionem. Ideo dico aliter ad quæſtionem ꝙ in angelo ſunt diſtinctæ rationes cognoſcẽdi ad diſtincta cognoſcibilia, quæ rationes quamuis a quibuſdam uocẽtur habitus, uerißimę tamen dicuntur ſpecies. Et per hoc patet ad primum primę opinionis, dico, ꝙ aliquid eſt in anima, vt ſpecies quod largo nomine poteſt dici habitus inquantum eſt quædam qualitas de difficili mobilis.

Opinio Authoris pulchra.

Ad primum primæ opinionis, de 2. ethic. c. 5.

¶ Ad ſecundum dico, ꝙ ſi in angelo ſunt concreatę ſpecies reſpectu cognoſcibilium, tamen nõ poteſt in ſe generare aliũ habitum a ſpecie. Si uero Deus crearet unam nouam ſpeciem tunc angelus poſſet accipere, uel acquirere ſpeciem illius creaturæ, ſicut patebit in quæſtione ſequenti. Et cum dicis, ergo eſt potentionalis ſicut uidetur, nego conſequentiã, ut infra patebit.

¶ Ad tertium de Diony. dico ꝙ ſupremũ in inferiori eſt infimum in ſuperiori, ubi non repugnat ſuperiori tale ſupremum, hoc autem repugnat quando in nobis habitus eſt perfectio ſupplens imperfectionem intellectus noſtri pro quanto de ſe non eſt ſummæ habituatus, quod non ponitur in angelo.

¶ Ad quartum dico, ꝙ ſi non eſſet alia ratio & c. vt tu dicis, dico ꝙ ſi ibi eſt potentialis habitus non tamen ſufficit ſine ſpecie. Vel aliter. Illud quod tu uocas habitum, ego uoco ſpeciem, ſed tu ponis unũ, ego pono plures.

¶ Ad vltimum dico, ꝙ ſi obiectum appetibile eẽt prius appetitui illa præſentialitate qua eſt pręſens ipſi intellectui, requirerentur in appetitu ꝓpriæ rationes quibus obiecta diuerſa eſſent præſentia, ſed ſuppoſitum eſt falſum, ideo nõ ualet.

¶ Ad argumentum alterius opinionis, concedo, ꝙ in angelis ſuperioribus ſunt ſpecies uniuerſaliores ſumpta uniuerſalitate pro limpiditate, non pro maioritate extenſiua, & hoc patet, ꝑ Lincon. per tractantem uerba Dionyſij pręallegata, quòd angeli ſuperiores habent uniuerſaliorem ſcientiam. i. limpidiorem. Et per hoc patet ad omnes rationes.

Expoſitio Linconienſ.

¶ Ad primum de receptione dico, quòd iſta receptio eſt penes limpiditatem. Et ſi obijcias per inſtantiam de ſenſu, & intellectu, quòd ſpecies in intellectu eſt vniuerſalior, quam in ſenſu, dico eodem modo, quòd nunquam diſtinctæ ſpecies in ſenſu faciunt unum in intellectu. Sed dicitur uniuerſalior, quæ eſt in intellectu, quia limpidior. Eodem modo ad aliud, angelus enim ſuperior eſt propinquior Deo in limpiditate non in paucitate repræſentatiuorum.

¶ Ad primum pricipale nego minorem.

¶ Ad probationem de numeris, & figuris dico, quòd intentio Philoſophi eſt de ſpeciebus ſubalternis non autem de ſpeciebus ſpecialiſſimis.

¶ Ad ſecundum dico, quòd perfectio eſt duplex, ſcilicet ſubſtantialis, & accidentis. Species autem quamuis non poſſit eſſe perfectio intellectus angelici ſubſtantialiter poteſt tamen ipſum perficere accidentaliter.

Perfectio duplex.

An angelus cognoſcat res ſenſibiles per ſpecies innatas? vel acquiſitas?

Scotus ſecunda ſententiarum diſtinct. 3. quæſtio 11.

D. Thomas prima parte q. 55. Artic. 3.

QVAESTIO VI.

SECVNDO quantum ad cognoſcibilitaté, quã habet Angelus de creaturis quæro. An Angelus cognoſcat res ſenſibiles ꝑ ſpecies innatas, uel acquiſitas? Videtur, quod non per ſpecies acquiſitas, quia auctor libri de cauſis, dicit, quod intelligentia eſt plena formis. Sed non eſſet plena formis, ſi acquireret ſpecies, ergo. ¶ Præterea Aug. dicit, ꝙ agens eſt in præſtantius patiente, ſed corpus non eſt præſtantius ſpiritu, ergo corpus non poteſt agere in ſpiritum, uel Angelũ imprimendo ei ſpeciem. ¶ Prærerea Angelus eſt mediũ inter Deũ, & hoiem. Sed Deus quicquid intelligit, intelligit per rationes non aliũde acceptas, homo autem intelligit per ſpecies aliunde acceptas, ergo Angelus medio modo ſe habebit, ualet quicquid intelligit, intelligit per ſpecies non aliunde receptas, ſed ſibi concreatas. ¶ In contrarium arguitur ſic. Cognitio ſit per ſimile. Sed Angelus cognoſcit ſingulare, ergo habet in ſe ſimilitudinem ſingularis, ſed ſimilitudines omnium ſingularium non ſunt ſibi concreatæ, quia tunc eſſent infinitæ, ergo aliquæ erunt a rebus acquiſitæ.

Author libro de cauſis propoſitione. 9.12.
ſuper Gene. ad literam.

¶ Reſponſio, hic ſunt duo articuli, primus recitabit diuerſas opiniones, in ſecundo dicetur ad quæſtionem ſecundũ ueritatem.

QVANTVM ad primum articulum eſt opinio Tho. qui dicit, quòd angelus non accipit aliquam notitiam, a rebus intelligendo per ſpecies acquiſitas, ſed omnia intelligit per ſpecies innatas quod probatur, primo Si angelus cognoſceret per ſpecies acquiſitas, tunc haberet intellectum agentem, & poſſibilem, & hoc eſt falſum. Probatio minoris. ¶ Primo, quòd non habeat intellectum agentem, quia intellectus agens eſt, ubi primum obiectũ intellectus eſt intelligibile in potentia. Sed primum obiectum intellectus angelici eſt in actu intelligibile, quia immateriale. ¶ Non etiam habet intellectum poſſibilem, quia intellectus poſſibilis quandoque eſt in potẽtia. Intellectus autem Angeli ſemper eſt in actu. Secundo ſic, perfectius ens eſt Angelus, quam cœlum. Sed cęlum habet qualitates, & perfectiones ſuas ſibi concreatas, & non aliunde acceptas, ergo multo magis angelus, & ſic non intelligit per ſpecies à reb. acceptas. ¶ Tertio ſic. Sicut ſe habet modus eſſendi animæ, ad modum eſſendi Angeli, ſic modus operãdi ad modum operandi. Sed modus eſſendi animę dependet a corpore, modus autem eſſendi angeli non, ergo nec eius operatio ſiue intellectio dependet a corpore, ſed dependeret a corpore ſi intelligeret per ſpecies acquiſitas, ergo. ¶ Quarto ſic, ab extremo in extremum non conuenit tranſire niſi per medium. Sed inter ſenſibile, & intelligibile eſt medium imaginabile ſiue fantaſiabile. In angelo autem nõ erit tale medium, ergo nec tranſitus. ¶ Notant autem aliqui ſequentes iſtam opinionem quinque differentias inter intellectum angelicum, & humanũ. ¶ Prima eſt, quod obiectum intellectus noſtri eſt ipſa quiditas rei, & non illud cuius eſt, quiditas. Obiectum autem intellectus angelici eſt utrunque. ¶ Sed differentia eſt, quod obiectum intellectus noſtri eſt uniuerſale tantũ, obiectum aũt angeli, ẽ uniuerſale, & particulare. ¶ Tertia differentia eſt, ꝙ intellectus noſter non põt plura intelligere uno ſimplici uerbo, intellectus autẽ angeli poteſt. ¶ Quarta, ꝙ intellectus noſter non poteſt plura intelligere, ut plura niſi pluribus ſe conformet. Intellectus angelicus poteſt plura intelligere per unã ſpẽm, quę eſt pluriũ repræſentatiua. ¶ Quinta ẽ, qđ intellectus nr̃ nõ põt aliqđ intelligere de nouo, niſi aliqua mutatione facta circa ipſum intellectũ. Intellectus aũt angelicus põt ſolummõ facta mutatione in obiecto. ¶ Contra iſtã opinionẽ arguit primo ſic. Angelus hẽt intellectũ agentẽ, & poſſibilem, ergo põt accipere notitiã, & ſpẽm a rebus. Cõſequentia patet per eos. Antecedens ꝓbatur per Sco. ſic, potentia actiua, q̃ nõ ẽ imperfectionis ĩ aliqua creatura nõ ẽ neganda a ſuperiori creatura, q̃ eſt ſuperior quantũ ad hoc. Sed angelus eſt ſuperior hoie intelligente, & intellectus agẽs non eſt i eo imperfectionis, immo ꝑfectionis ergo nõ eſt negãdus ab angelo. Sed forte illa probõ non ualet, quia poneretur ab aduerſariis, ꝙ intellectus, q ponit in angelo ẽ perfectior, & eminetior intellectu agente

D Thom. 1. parte ſummæ q. 55. artic. 2.

Q̃uo in Angelis eſt intellectus agẽs, & poſſibilis.

Quod reſpõ rerũ creatarum in Angelis eſt intellectus agẽs, & intellectus poſſibilis.

Eſt intellectus agens, quatenus abſtrahit res ab eſſe ſenſibili, ad eſſe intellectuale.

Eſt intellectus poſſibilis quatenus eſt ſpecierum receptiuus.

Aut dicendum eſt, qđ in Angelis eſt poſſibilis, non agens, quia eſt productiuus, paſſiuus, & receptiuus, ſed non ſic de potentia intelligibili actu intelligibilis, ideo in ipſo Angelo, eſt intellectus poſſibilis, non agens.

agente in nobis. Ideo non oportet, quod ponatur intellectus agens quia ſuperflueret. Ideo probatur antecedens per eũdem, & melius. In omni eo q̃d recipit formam neceſſe eſt dare materiam uel naturam receptiuam illius formæ. Sed angelus recipit aliam ſpeciem a ſe, ergo habet rationem receptiuam iſtam. Sed hoc eſt intellectus poſſibilis, ergo hẽt intellectum poſſibilem & per conſequẽs intellectum agentem.

¶ Confirmatur dupliciter. Primo, quia ſi Deus creaſſet animæ noſtræ, ſpecies omnium intelligibilium adhuc eſſet in ea intellectus agens, & poſſibilis. Confirmatur ſecundo de anima Chriſti quæ uidebat omnia in uerbo diuino, & tamen erat in ea intellectus agens, & poſſibilis. Ad rationes autem ſuas.

¶ Ad primum, cum dicit non eſt in angelo intellectus agens, quia eius obiectum primũ eſt in actu, dico, quod æquiuocas de primo. Eſt primum obiectum adæquatum adæquatione perfectionis de quo non intelligitur de propoſito. Et eſt primum obiectum adæquatum adæquatione prędicationis ſicut ẽ ens, & in iſto modo non eſt inconueniens obiectum intellectus angelici eſſe in potentia.

¶ Ad ſecundum dico ad propoſitũ quod ſi iſtam perfectionẽ neceſſe eſt a deo creari ad quam ſe non poteſt actio naturæ extendere: tunc oportet, q̃ ſit a Deo immediate, ſed ſic eſt in propoſito. Nam qualitas cœli non poteſt in uirtute propria actiua tota natura creari. Receptio autem ſpeciei in angelo, poteſt fieri in uirtute intellectus angelici, ergo.

An Angelus dependeat a corpore. ¶ Ad tertium dico, quod angelus dependet a corpore dependentia accidentali quamuis non dependeat dependentia eſſentiali ſicut in intellectione noſtra animæ quodammodo dependet ab obiecto.

¶ Ad quartum dico, quod illud quod eſt medium in uirtute minori non oportet, quod ſit medium reſpectu uirtutis maioris. *Exemplum.* Exemplum de calido magis, & minus intenſo, nam calidum magis intenſum non oportet, quod tranſeat per tot media in calefaciẽdo ſicut minus intenſum. Sed intellectus angelicus eſt perfectior, & uirtualior, quã intellectus nr̃, ideo non oportet, quod tranſeat medium imaginatiue.

¶ Ad quintum dicendum, quod non eſt inconueniens plura accidentia eiuſdem ſpeciei eſſe in eodem ſubiecto, iſta ſunt diuerſorum, quæ includunt rationes primo ſeipſis diuerſas. Singularia autem ut patet ex quæſtione de indiuiduatione includunt rationes, id eſt gradum, uel rationes indiuiduales primo ſeipſis diuerſas, ergo.

¶ Eſt autem alia opinio Henrici, quæ dicit, quod Angelus non cognoſcit per ſpecies acquiſitas, ſed omnia cognoſcit per unum habitum ſcientialem, qui eſt ſibi a Deo concreatus, quod probatur primo ſic. *Henri. quodlib. 11. q. 14.* Sicut res ſe habet ad eſſe ita ad cognoſci, ex ſecundo meth. ſed ſingulare non addit aliquid poſitiuum ſupra uniuerſale, ergo cognitio eius non addit ſuper cognitionem uniuerſalis. *2. Met. contex. 4.* Sed habitus a Deo creatus Angelo eſt ratio cognoſcendi uniuerſale, ergo, & particulare.

¶ Secundo ſic. Omne apprehenſiuum alicuius obiecti debet eſſe determinatiuum reſpectu illius, ergo ſi intellectus angelicus poteſt recipere notitiam ab ipſis ſingularibus tunc eſſet determinatior, & magis limitatus, quam intellectus humanus.

¶ Tertio ſic. Si intelligeret ſingularia, primo poſſet de ipſis acquirere per diuerſos actus habitum iuxta uiam Philoſophi. *2. Ethic.* Et ſic de ſingularibus poſſet eſſe habitus ſcientialis, quod eſt contra Philoſophum. *7. Met. contex. 35. & 1. lib. poſt. contex. 35.*

¶ Quarto ſic. Si ſingulare eſſet per ſe cognitum eſſet primo præſens intellectui angelico, & tunc uel per eſſentiam angeli, quod non conceditur, uel per habitũ ſcientialem, quod non uidetur, quia eſt ratio cognoſcẽdi uniuerſalia, uel eſt præſens per ſeipſum, quod non uidetur, quia nihil mouet intellectum niſi in ratione primi obiecti, primum autem obiectum intellectus creati eſt uniuerſale, ergo.

¶ Quinto ſic. Si Angelus cognoſceret per receptionem ſpecierum, tunc poſſet cognoſcere Petrum, & Nicolaum, quia ſunt eiuſdem ſpeciei cum ſpecies ab ipſis abſtractæ, & in intellectum repoſitæ eſſent eiuſdem ſpeciei, & tunc duo accidentia eiuſdem ſpeciei eſſent in eodem ſubiecto.

¶ Contra iſtam opinionẽ de habitu ſcientiali eſt argutum in quæſtione præcedenti. *Vide quęſtio. præcedentem.* Ideo tantummodo dico ad rõnes eius.

¶ Ad

In quæſt. de indiuiduatione.

¶ Ad primam habet minorem falſam, ſicut patet.

¶ Ad ſecundum dico, quod non eſt imperfectionis cognoſcere ſingulare, quia hoc competit intellectui diuino, quamuis hoc neget ille maledictus Auerrois, nec ex hoc arguitur aliqua limitatio, uel determinatio in intellectu angelico ſicut nec in intellectu diuino.

12\. Met. cō ment. 51.

¶ Ad tertium dico, quod ſcientia eſt reſpectu quiditatum per ſe; Indiuiduum autem, uel ſingulare, ut præſcindit a ratione quiditatiua; & ſpecifica non dicit quiditatem ex quæſtione, de indiuiduatione, ergo.

¶ Ad quartum dico, quod eſt æquiuocatio, de primo, & per ſe, ut declaratur li. 1. q. de primo obiecto intellectus, ubi habetur iſtud principium, quod quicquid includit rationem obiectalem alicuius potentiæ eſt motiuum illius potentiæ. Sed ſingulare includit rationem obiectalem intellectus creati, quia includit rationé entis, ergo.

¶ Ad quintum dicendum, quod non eſt inconueniens plura accidentia eiuſdem ſpeciei eſſe in eodem ſubiecto, quando iſta ſunt reſpectu diuerſorum, quæ includunt rationes, primo ſeipſis diuerſas. Singulare autem, ut patet ex quæſtione de indiuiduatione includit rationes, id eſt, gradus, uel rationes indiuiduales, primo ſeipſis diuerſas.

Richar. l. 2. diſt. 3. q. 2.

¶ Eſt, ergo alia opinio Richar. qui dicit, quod omnia corruptibilia cognoſcit Angelus per ſpecies innatas, corruptibilia vero per ſpecies receptas, quod probatur primo ſic, quia ſi Angelus cognoſceret omnia per ſpecies innatas, tūc ita bene cognoſceret futura contingentia ſicut præſentia, quod eſt falſum, conſequentia probatur per Ariſtotelem, ſecundo de anima, qui dicit, quod intelligimus quando uolumus, quia habemus ſpeciem apud nos, ſed facta hypotheſi ita ſequitur in Angelo.

2. De anima tex. 60.

¶ Præterea, ſecundo ſic, ſicut ſe habēt ideæ ad res ideatas, ſic ſe habet ſpecies ad res ſpecificatas, ſed quia in Deo ab æterno fuerunt ideæ omnium, ideo ab æterno omnia cognouit. Similiter ſi in angelo ſunt ſpecies omnium concreatæ potuit omnia futura cognoſcere, dicunt aliqui, quod non ſequitur, quia res exiſtens aliam habet relationem ad ſuam ſpeciē in intellectu angelico, quam habet antequam eſſet.

Angeli cognoſcunt creata, per ſpecies innatas, per ſpeciem audio ſpeciē intelligibilem, quę nihil aliud eſt niſi quædā ſimilitudo repræſentans obiectum ad ſua eſſentialia, per ſpecies innatas intelligo ſpecies congenitas, concreatas, & naturales.

¶ Contra illa relatio, uel eſt in fundamēto ex natura fundamenti, & tunc poſito fundamento poneretur relatio, uel eſt ex termino, & tunc ad minus notitiam illius relationis capiet ex termino.

¶ Dico ergo, ſequendo opinionem iſtam quamuis aliqualiter diminute dicat, ꝙ Angelus accipiat notitiam ab iſtis ſingularibus, & intelligit per ſpecies a rebus abſtractas. Et pono quatuor cōcluſiones.

¶ Prima eſt, quod Angelus poteſt recipere notitiam a ſingularibus, ut ſingulare eſt.

¶ Secunda concluſio eſt, quod ſi habeat notitiam ſingularis, ut ſingulare eſt non acceptam a rebus, adhuc accipit notitiā exiſtentiæ actualis rei, uel non exiſtētię.

¶ Tertia cōcluſio eſt, quod notitiam intuitiuam ſingularium neceſſario recipit a rebus.

¶ Quarta concluſio eſt, quod ſpecies uniuerſales poteſt recipere a rebus ſi non eſſent ſibi concreatæ.

Angeli cognoſcūt ſingularia, ut ſingularia ſunt exiſtentia, ergo per nouas ſpecies, quia non per congenitas.

¶ Primam concluſionem probo Angelus poteſt cognoſcere ſingulare, ut ſingulare eſt, tum quia hoc non eſt imperfectionis cum competat intellectui diuino, tū quia illa cognitio intellectui angelico, non eſt improportionata, ſed non poteſt cognoſcere ſingulare, ut ſingulare ſub ratione uniuerſalis, quia ſingulare aliquid addit ad uniuerſale. ex quæſtione de indiuiduatione, ergo cognoſcit ſingulare per propriam ſpeciem, ſed non eſt probabile, quod ſint ſibi concreatæ ſpecies omnium ſingularium, quia cum talia ſunt infinita haberet ſpecies infinitas.

¶ Secundam concluſionem probo ex notitia quiditatum uniuerſaliū cum ſit neceſſaria non poteſt cognoſci complexio contingens, ſed eſſentiæ rerum ſunt contingentes, ergo.

¶ Tertiam concluſionem probo ſic, impoſſibile eſt cognitioné intuitiuam, quæ uariatur ad uariationem obiecti eſſe per repræſentationem, quod uniformiter ſe habet, ſed ſpecies repræſentatiuę uniuerſalium uniformiter ſe habent, cognitio autem intuitiua uariatur ſecundum mutationem obiecti, ergo.

¶ Quartam concluſionem probo ſic, per

hoc,

hoc, quòd illud quod non repugnat intellectui infimo, puta humano, ergo nec perfectiori, id eſt angelico. Ad rationes in contrarium.

¶Ad primum poteſt negari auctoritas libri de cauſis, ſi autem uelim ipſam recipere, dico, quod intelligentia eſt plena formis uniuerſalibus non tamen ſingularibus.

Quo corpus agat in ſpiritum uide Scotum in 4. ſen. diſt. 44. q. 2. ubi aſſerit ignē inferni eſſe corporalē, & cruciare malignos ſpiritus, & animas dānatas.

¶Ad ſecundum dico, quod nullum corporale poteſt agere in ſpiritum, ut cauſa totalis, bene tamē poteſt ut cauſa partialis, ut dictum eſt in quæſtione. Vtrum angelus cognoſcat ſe per ſuam eſſentiam.

¶ Ad tertium concedo, quòd Angelus cum ſit natura medium inter Deum, & hominem habet aliquam notitiam quā non accepit a rebus, ſicut eſt notitia uniuerſalium.

An in parte intellectiua ponatur ſpecies propter potentialitatem intellectus, uel propter abundantiam obiecti?

Scotus in 2. ſent. diſt. 3. q 8. & diſtinc. prima, q. 6. 7. & 8.
D. Thom. 1 par. q. 85. Art. 2.

QVAESTIO VII.

VLTIMO quantum ad materiam de angelorum cognitione. Quæro, an in parte intellectiua ponatur ſpecies propter potētialitatem intellectus, vel propter abundantiam obiecti? quod ponatur propter potentialitatem intellectûs probatur ſic. Qualis eſt proportio ſenſus ad ſenſibile mediante ſpecie ſenſibili eadem eſt proportio intellectus ad intelligibile mediante ſpecie rei intelligibili, ſed ſpecies requiritur in ſenſu propter potentialitatem potentiæ, & non propter abundantiam obiecti, quia præſente ſenſibili ſenſus informatur ſpecie, ſicut patet de uiſu, ergo.

¶In contrarium arguitur. Quia unius operationis eſt vnum principium per ſe, ſed intellectio eſt una actio, uel operatio, ergo habet unum principium per ſe, ſed ex intellectu, & ſpecie non fit unum per ſe, immo unum per accidens, ergo ſpēs nō requiritur in intellectu, ut mediet inter potentiam, & actum tanquam principium iſtius actus.

¶ Reſponſio, hic ſunt duo articuli. Primo ſi in intellectu eſt ponenda ſpecies.

¶Secundo dato quod ſic erit uidendum de principali propoſito.

Opinio Gothfredi, & Henrici li. 1. diſt. 3.

QVANTVM ad primum articulum eſt opinio Henrici, & Gothfredi, ꝙ nulla ſpecies ſit in intellectu, ſed ſolum in fantaſmate quorum rationes, & improbationes habentur in ſumma, ideo eas nunc prætermitto. Et ſupono cum opinione Sco. & eſt fere quaſi omnium aliorum, quod in parte intellectiua eſt ponenda ſpecies. Et tunc ad ſecundum articulum accedo, ubi ſunt duæ opiniones contrariæ. Vna eſt Tho. qui ponit quod ſpēs ponendæ ſint in intellectu propter materialitatem ipſius intellectus, quod probatur, primo ſic. Quia cognito fit per aſſimilationē, ideo ſi intellectus aliquid cognoſcit, oportet, quod ei primo aſſimiletur, ſed non aſſimilatur niſi per ſpeciem, ergo.

Opinio Scoti coincidit cum aliis.

D. Thom. 1. par. ſummæ q. 85. ar. 2.

¶Secundo ſic, omne illud quod eſt ex ſe indeterminatum ad plures actus ad hoc quod unum eliciat, oportet, quod per aliquid determinetur, ſed determinatur per ſpeciem, ergo.

¶Tertio ſic, ſi in parte intellectiua poneretur ſpecies propter abſentiam obiecti, & non propter potentialitatem potentiæ, tunc omnes intellectiones eſſent eiuſdē ſpeciei, & per conſeqnens omnes ſcientiæ, quod eſt falſum, conſequentia probatur, quia intellectus, qui eſt principium intellectionis eſt eiuſdem rationis ſpecificæ.

¶ Quarto ſic, ſicut ſe habet materia ad formas particulares ſic ſe habet intellectus ad formas uniuerſales, ſed formæ particulares determinant formam ad actum, ergo.

¶ Quinto ſic, ſi ſpecies poneretur in intellectu propter abſentiam obiecti præciſe tunc intellectus haberet fieri immediate in ipſam ſpeciem, & ſic ſpecies eſſet primarium obiectum intellectus, & non res cuius eſt ſpecies.

Iſta opinio quibuſdam non placet

¶Iſta opinio quibuſdam non placet, ſed arguunt

arguunt contra eam primo ſic. Quanto aliquid eſt magis ſeparatum a materia tā to magis ſecundum ſe eſt intelligibile a- ctiue ſicut patet per Aui. ſed intellectus tam angelicus,quam humanus eſt immu nis a potentialitate materiæ, ergo ſine oī ſpē poterit elicere actum intellectionis. *9. Met.*

¶ Secundo ſic, quanto aliquid plus habet de entitate poſitiua tanto eſt magis actiuum,ſed inter omnes formas forma intellectiua habet plus de entitate poſitiua, ergo erit magis actiua, ſed aliquæ formæ materiales ſine omni ſuperaddito poſſunt elicere ſuos actus ſicut patet de formis elementorum, ergo.

¶ Tertio ſic,quandocunque aliqua duo concurrunt ad aliquem actum eliciendum illud quod eſt cauſa formalis eſt ma gis potentia actiua,ſed ſi intellectus con currit cum ſpecie ad intellectionem ſpe cies erit ſicut cauſa formalis,& determinatiua intellectus,ergo erit magis poten tia actiua,quam intellectus,quod eſt falſum. Qui vult tenere iſtam ſecundam opinionem, quæ forte probabilior eſt,poteſt dicere ad rationes primæ opinionis. *Opinio ma gis proba- bilis.*

¶ Ad primum,quod cognitio fit per aſſimilationem non pœnes ſpeciem, ſed pœ nes actum. Eſt enim actus ſimilitudo obiecti.

¶ Ad ſecundum dico, quòd duplex eſt indeterminatio,vna potentiæ paſſiuæ,& de illa eſt uera maior argumenti,alia eſt indeterminatio potentiæ actiuæ, & de iſta maior eſt falſa. Intellectus autem eſt indeterminatus indeterminatione potentiæ actiuæ. *Duplex in- determina- tio.*

¶ Ad tertium dico,quod non ſequitur,ꝙ omnes intellectiones ſunt eiuſdem ſpeciei,pro eo quod tranſit per ſuum actum ſuper obiecta differentia ſpecie, ſicut Sol per eandem uirtutem inquantum ſu per obiecta diuerſa tranſit habet diſſoluere glaciem,& deſiccare lutum.

¶ Ad quartum dico,quòd illa ſimilitudo non eſt omnimoda,ſed aliqualis. Eſt.n. ſimilitudo in hoc,quod materia inquan tum recipit eſt in potentia paſſiua, & ſimiliter intellectus,ſed eſt diſſimilitudo, quia materia uidetur eſſe pręciſe potentia paſſiua,intellectus autem non ſolum uidetur eſſe potētia paſſiua,ſed etiā quodammodo potentia actiua.

¶ Ad quintum dico,quod intellectus fertur ſuper ſpeciem inquantum in ea relucet obiectum ſicut intellectus fertur ſupra uocem inquantum eſt expreſſiua rei. Qui autem vult tenere primam opinionem poteſt reſpondere ad rationes ſecūdæ opinionis ſic.

¶ Ad primum quandocunque ad aliquē effectum concurrunt plures cauſæ partiales altera deficiente non ſequitur effectus,ſpecies autem ad minus requiritur in cognitione abſtractiua, ergo illa non cauſante non ſequitur intellectio. Et cum dicis,quod immaterialitas eſt cauſa intellectionis,concedo, ſed non totalis,ut ſupra patuit. *Quō in materialitas ſit cauſa in tellectionis*

¶ Ad ſecundum uiſum eſt in quæſtione illa. An Angelus cognoſcat ſe per ſuam eſſentiam,quære ibidem.

¶ Ad tertium dico,quod intellectus con currens cum ſpecie eſt principalior cā, quam ipſa ſpecies,nec ipſa ſpecies eſt to ta cauſa formalis intellectionis ut argumentum ſupponit.

¶ Ad primum argumentum in contrarium dico,quod non eſt ſimile, quia uirtus uiſiua eſt uirtus organica,quę eſt ma gis materialis,quam intellectus,ideo cōſequentia non tenet.

¶ Ad aliud in contrarium eſt ſolutum in quęſtione illa. An Angelus intelligat ſe per ſe.

An Angelus poſſit naturaliter diligere Deum plus quam ſeipſum?

Scotus in 3. ſent. diſtinct. 27. q. 1.
D. Thomas prima parte quæſt. 60. Artic. ult.

QVAESTIO VIII.

POSTQVAM viſum eſt de angelorum cognitione, reſtat uidere de eorum dilectione. Et quęro illam quæſtionem ſine argumentis. An Angelus poſſit naturaliter diligere Deum plus quam ſeipſum?

¶ Reſponſio, hic ſunt duæ opiniones extremæ,una dicit,quod non. Cuius ratio-

nes

nes ſunt iſtæ. Omnis amicitia, quę eſt ad alterum eſt ex amicitia ſui ad ſe, per iſtā enim probationem probat Ariſto. quod amicitia paternalis eſt prima amicitia in natura, ergo amor quo angelus diligit Deum eſt ex dilectione, quam habet ad ſeipſum. Et ſic dilectio ſui erit maior per illud principium, propter quod unumquodque tale, & ipſum magis. 8 Ethi. c. 12

¶ Secundo ſic, non eſt idem actus habitus ſupernaturalis, & naturalis, ſed diligere Deum ſuper omnia & propter ſe eſt actus charitatis, ergo.

¶ Tertio ſic, omnis amicitia fundatur ſuper aliquam vnitatem, ergo ubi eſt maior unitas, ibi eſt maior dilectio, ſed maior eſt unitas naturalis angeli ad ſeipſum, quam angeli ad Deum, ergo.

¶ Quarto ſic, omnis natura diligit ſe quantum poteſt, quia uitat nocumentū ſuum quantum poteſt, ergo nō poteſt diligere Deum pluſquam ſe, quia tunc diligeret ultra poſſe.

¶ Alia eſt opinio contraria, quæ dicit, q angelus poteſt naturaliter diligere Deū plus quam ſe, quod probatur auctoritatibus Auguſtini.

De fide ad Petrum, & libro retractationum, & lib. de uera religione. D. Thom. 1. par. ſummæ q. 60. ar. ul.

¶ Iſtam concluſionem probat Thom. ſic. Bonum commune in quo clauditur, & reſeruat bonum particulare eſt magis bonum, ſed bonitas Dei clauditur in ſe omne bonū particulare, ergo ſicut naturalr plus diligimus totū, quā partē, ſic natura liter angelus poteſt plus diligere Deum, quam ſeipſum. Etiam pro illa opinione arguitur ſic. Si non poſſet angelus, uel homo diligere Deum plus quā ſeipſum niſi per charitatem, tūc homo poſſet ſcire ſe eſſe in charitate, quia poteſt ſcire ſi diligit Deum plus quam ſeipſum.

¶ Præterea quandocunque aliqua ratio conuenit alicui per eſſentiam alteri per participationem actus, qui tranſit ſuper iſta propter talem rationem magis attribuitur illi in quo eſt talis ratio per eſſentiam, quam alteri. Sed ratio bonitatis eſt ratio diligendi, & ipſa conuenit Deo per eſſentiam, creaturæ vero per participationem, ergo.

¶ Tenendo ergo illam uiam reſpondeo ad rationes alterius opinionis.

¶ Ad primum dico, quod maior eſt uera, de amicitia, quæ eſt ad alterum bonum particulare, non autem de amicitia, quæ eſt ad bonum uniuerſale, quod eſt Deus.

¶ Ad ſecundum dico, quod diligere Deū ſuper omnia in hoc tamen ſiſtendo non eſt actus charitatis ſeu actio, ſed diligere Deum inquantum eſt bonum ſummum, & obiectum beatificum ex cuius amore ſeruantur eius mandata, iſte eſt actus charitatis.

¶ Ad tertium dico, quòd amicitia aliquando fundatur ſuper uniuerſalitatem formalem, aliquando uero ſuper uniuerſalitatem proportionis, quæ eſt participātis ad participatum, & illa poteſt eſſe maior, quam alia ſi ſummum bonum eſſentiale, & participatū ſit bonum per eſſentiam ſicut eſt in propoſito.

¶ Ad ultimum dico, quod ly quantum poteſt referri ad obiectum diligibile, & ſic maior eſt uera, ſed non eſt ad propoſitum, uel ad ipſam potentiam dilectiuam, & tunc nego maiorem. De hoc amplius. *Lib. 3. diſt. 27. ar. 2.*

DISTINCTIO IIII.

An Angelus poſſit peccare?

Scotus 2. ſent. diſt. 4. q. 2.
D. Thom. 1 par. q. 63. Art. 3.

QVAESTIO I.

POST hoc videndum. Circa iſtam 4. diſtinctionem, quęro. An Angelus poſſit peccare? Videtur quod non, quia aut hoc eſſet inquantum eſt a Deo, & tūc Deus eſſet cauſa peccati aut inquantum eſt ex nihilo, & hoc non, quia in quantum eſt ex nihilo naturale eſt ſibi deficere, & ſic non eſſet aliquod peccatum.

¶ Præterea malitia, & peccatum nō ſunt ſine ignorantia per Ariſt. ubi dicit, quod omnis malus ignorans, ſed in Angelis nō eſt ignorantia. *3. Eth. c. 1*

¶ In contrarium. Quia peccauit de facto, ergo potuit peccare.

¶ Iuxta iſtam quæſtionem quæro aliam. An Angelus ab inſtanti ſuæ creationis fuerit

fuerit malus. Et uidetur, quod ſic teſtimonio Saluatoris, qui dicit de Angelo, ille homicida fuit ab initio. *Ioan. 8.*

¶ Præterea Angeli boni ab inſtanti ſuæ creationis fuerunt creati boni, ergo Angeli mali ab inſtanti ſuæ creationis fuerunt mali, conſequentia patet. Antecedens probatur per Auguſtinum, ubi dicit, quod Deus fuit creans ſimul naturam angelicam, & dans gratiam, ſed ſi habuit gratiam, ergo, & gloriam, probatio conſequentis, quia Angelus non diſcurrit circa perfectiones naturales, ergo nec circa perfectiones ſupernaturales. *12. De ciui. Dei. c. 9.*

¶ In contrarium eſt Origenes, qui dicit, quod ſerpens, id eſt diabolus non ſtatim ſuper pectus ambulauit ſicut nec Adam nec Eua ſtatim peccauerunt. *Origenes in Gloſſa ſuper Ezechielẽ, Vide in ſuo libro periarchõ 2. & 3.*

¶ Reſponſio hic tria ſunt uidenda, primo ſi Angelus potuit peccare, ſecundo ſi Angelus potuit ab inſtanti ſuæ creationis, tertio quid ſit de facto ſi ab inſtanti ſuæ creationis peccauerit, & fuit malus.

QVANTVM ad primum dico, ꝙ ſic, & perſuadetur tripliciter.

¶ Primo ſic, operatio non eſt melior, quam ſubſtantia, ſed ſubſtantia Angeli cum ſit de nihilo, & poſſit non eſſe per annihilationem, eſt defectibilis, ergo operatio eius defectibilis, & ſic poteſt peccare.

¶ Præterea agens cuius regula realiter differt ab ipſo poteſt ab ipſa deuiare, ſed Angelus habet pro regula diuinam uoluntatem, quę realiter differt ab Angelo, ergo poteſt ab ea deuiare, & per conſequens poteſt peccare.

¶ Tertio ſic, quia Anſ. dicit, quod Deus non poteſt facere homines impeccabiles, ſicut nec poteſt eos facere Deos, ſed eadem eſt ratio de Angelis, & hominibus, ergo. *In lib. cur Deus, homo.*

QVANTVM ad ſecundum articulum ſunt contrariæ opiniones, una ponit quod non, & ad hoc probandum ſunt diuerſę rationes. Ratio Hugonis dicit, ꝙ peccatum conſiſtit in actu uolũtatis, ſed actus uoluntatis cum ſit a potentia finita menſuratur tempore, ergo ſic non potuit peccare in inſtanti. *Lib. 1 de Sacramentis.*

¶ Præterea Anſ. uidetur addere ad eandem concluſionem duas rationes alias. *De caſu diaboli c. 3.*

¶ Prima eſt illa, Angelus non potuit peccare niſi per uelle, ſed primum uelle Angeli eſt a Deo non ab Angelo, ergo. Probatio minoris, quia ſi primum uelle habet a ſeipſo, aut hoc eſt uolens, aut nolẽs, ſi nolens, ergo illud non eſt primum uelle, ſi uolens, ergo alio uelle uolens, quia vult ſe uelle, & tunc quæram de illo ſicut de priori, & tũc, uel erit proceſſus in infinitum in actibus uoluntatis, uel dabis, quod primum uelle Angeli non ſit ab Angelo.

¶ Secunda ratio ſua eſt iſta, nullus poteſt peccare niſi ſit debitor iuſtitiæ, ſed Angelus in primo inſtanti ſuæ creationis non erat debitor iuſtitiæ, quia illam nondum acceperat, ergo.

¶ Alius ſcilicet Tho. arguit ſic. Operatio quæ eſt in eodem inſtanti quando incipit res eſt effectiue a cauſa producente rem in eſſe. Exemplum de motu grauis deorſum, & de tibia claudicante. Si igitur Angelus ab inſtanti ſuæ creationis potuit peccare, ergo actus ille eſſet effectiue a Deo, ſicut & eſſe angeli, quod eſt inconueniens. *D. Thom. 1. par. ſummæ q. 63. ar. 5. Exemplũ de motu grauis Vide Henri. etiã Varronem hic copioſe & D. Auguſt. 83. q. q. 3.*

¶ Ad idem arguitur ab aliis, ſcilicet ab Henrico ſic. Si Angelus potuit peccare ab inſtanti ſuæ creationis, ergo non potuit non peccare. Probatio cõſequentię, quia non potentia præcedente actum cũ non præcedat, nec potentia ſubſequente ſicut patet per ſe, nec etiam potentia ſimul exiſtente cum actu ex quo ponuntur actus in eſſe.

¶ Iſti idem arguunt ſic. In angelo ponuntur habitus ſcientiales omnium quiditatum. ſupra hos habitus prius ſertur intellectus ſpeculatiuus, deinde practicus, tertio complacentia naturalis, quarto complacentia deliberatiua in qua cõſiſtit peccatum, ſed illa non poſſunt eſſe in eodem inſtanti, ergo.

¶ Alij arguunt ſic, duæ mutationes quarum termini vnius ad quem eſt terminus alterius a quo non poſſunt eſſe in eodem inſtanti: ſed creatio angeli & peccatum ſunt huiuſmodi, ergo.

¶ Alia eſt opinio Sco. & eſt ad oppoſitum. Cuius ratio eſt iſta. Potentia quæ poteſt habere operationem perfectam, & non limitatur ad operationem rectam poteſt in eodem inſtanti habere operationem non rectam: ſed uoluntas angeli eſt huiuſmodi, ergo. Aureolus autem *Opinio Scoti.*

deducit

deducit illam rationem aliter , & bene
Opinio Aureola. ſic,uoluntas in quocunque inſtanti po-
teſt habere actum liberum, in illo poteſt
peccare , ſed in inſtanti ſuæ creationis
uoluntas Angeli potuit habere actum e-
licitum libere,ergo probatio minoris,po
teſt enim habere actum, quia effectus po
teſt eſſe coæuus ſuæ cauſæ . Item actum
elicitum ſicut agentia naturalia,quia li-
bertas non auſert potentiæ perfectioné.
Eſt etiam actus ille liber , cum ſit a cau-
ſa libera.

Opinio Petri Aureoli. ¶ Tertia eſt opinio Petri medians, & di-
cit, quod peccatum aliquando accipitur
pro defectu præciſe, aliquando uero pro
3.Ethi.c.5. defectu imputabili ſicut patet 3. Ethico.
ubi dicit,quod orbatus a natura non ui-
tuperatur,orbatus ex continentia , uel
malitia vituperatur. Tunc ad propoſitū
dicit , quod Angelus potuit peccare in
primo inſtanti ſuæ creationis peccato,
quod eſt ſolum defectus, & ſic intelligi-
tur ſecunda opinio.Sumendo autem pec
catum pro defectu imputabili Angelus,
non potuit peccare ab inſtanti ſuæ crea-
tionis,& ſic intelligitur prima opinio .
Sed quicquid ſit de iſta concordia tenen
do ſecundam opinionem dico ad ratio-
nes primæ opinionis, quod nō cōcludūt.

¶ Ad primum dico,quod eſt contra eam
10. Ethic. Philoſophus,ubi dicit, quod delectatio,
& uiſus fiunt in inſtanti. Item dicit 2. de
2.De ani. anima,quod lux fertur in inſtanti, & re-
probat illam opinionem,quę dicit,quod
ſit in tempore perceptibili. Item ſequi-
tur,quod anima in primo inſtanti ſepa-
rationis non eſſet beata , nec miſera ex
quo actus menſuratur tempore.

¶ Ad ſecundum de Anſ.dico, quod Anſ.
finxit ibi unum Angelum , qui eſſet nu-
da eſſentia non habens eſſentiam uo-
litiuam quam ipſe uocauit inſtrumen-
tum. Et de iſto concedo , quod non hēt
primum uelle a ſe. Et cum obijcitur aut
haberet uolens aut nolens, dico , quòd
primum uelle non habet , nec uolens,
nec nolens , ſed ſeipſo immediate elicit
in actum ſecundum qui uelle.

¶ Ad aliam rationem Anſ. dico , quod
aut intelligit de iuſtitia infuſa , & tunc
ſarracenus non habens iuſtitiam infu-
ſam non poteſt peccare , aut intelligitur
de iuſtitia acquiſita,& hoc nō ualet,quia
iuſtitia acquiſita poteſt amitti multis a-
ctib. iniuſte elicitis,ergo oportet , quod
intelligat de iuſtitia,id eſt de potentia na
turali uoluntatis,quæ eſt moderatrix in-
clinationis naturalis , quæ eſt contra iu-
ſtitiam infundendam . Sed illa ponitur
in Angelo in primo inſtanti creationis,
ergo.

¶ Ad rationem Thomæ dico, quod bene
arguit de actibus naturaliter elicitis a po
tentialitate libera ſicut eſt in propoſito.
Aliter ſoluitur,& melius. *Lib.1.diſt.*

¶ Ad aliam dico,quod cauſa non ſemper *18.*
prior eſt effectu duratione, quia aliquan
do eſt prior natura. Cum ergo arguis , ſi
potuit Angelus peccare, aut potentia p̄-
cedente actum, dico , quòd præcedente
actum natura non duratione.

¶ Ad alium de habitu ſcientiali,ille habi
tus ſcientialis eſt improbatus ſupra , in
quæſtionibus,tamen dico pro nūc, quod
omnis quiditas,quæ repræſentatur intel
lectui angelico poteſt ſibi præſentari ſine
habitu,& omni ſillogiſmo practico cir-
cunſcripto poteſt uoluntas habere actū
deordinatum,& ſic peccare.

¶ Ad ſecundam rationem dico, quod ma
ior eſt falſa,quia luna eodem inſtanti il-
luminatur a Sole,& illuminat hemiſpe
rium noſtrum,& tamen ſunt diuerſæ mu
tationes .

QVANTVM ad tertium articulū
de facto dico, quòd malus Angelus non
fuit malus ab inſtanti ſuæ creationis, ſed
fuit aliqua morula inter creationem , &
lapſum , quod patet per Magiſtrum,ui- *Diſt. 3 c.3 & 4.*
de ibi.

¶ Item per Auguſtinum, ubi dicit,quod *Super Gen. ad literā.*
Deus non prius eſt ultor , quam aliquis
ſit peccator. Item Iſaiæ. Quomodo ceci- *Iſaiæ 14.*
diſti lucifer de cœlo , qui &c. Et Ezech. *Ezechiel. 28.*
Tu ſignaculum ſimilitudinis in delitiis
paradiſi,&c. ergo non ſtatim cecidit. Sed
diceres quot ſunt morule , & quæ ſunt.
Ad quod dicetur in ſecundo articulo quę
ſtionis ſequentis . Ad argumenta prin-
cipalia.

¶ Ad primum dico,quod in peccato duo *In peccato duo ſunt.*
ſunt, ſcilicet actus,& deformitas . Ratio-
ne actus eſt a Deo quemadmodum ponit
alia opinio, ſicut patebit infra.Sed ratio-
ne deformitatis eſt a creatura inquantū
eſt de nihilo. Et cum arguis , naturale eſt
ſibi deficere,concedo de defectu, qui eſt
annihilatio,nego aūt de defectu , qui eſt
decli-

declinare a regula, uel uia rationis.

Ignorantia duplex eſt.

¶ Ad ſecundum dico, qund ignorantia eſt duplex, ſcilicet præcedens, & ſubſequens. Angelus autem habet ignorantiam ſubſequentem uoluntatē non præcedentem ſicut etiam, cum quis peccat mortaliter ratione contradicente.

Expoſitio Magiſtri.

¶ Ad argumenta ſecundæ opinionis dicit Magiſter, & bene, quod ille fuit homicida ab initio, ideſt ſtatim poſt initium, quia fuit modica motula inter creationem, & lapſum.

¶ Ad ſecundum nego antecedens ſicut patebit in quæſtione ſequenti. Tu probas, quod ſimul habuerunt gratiam, & gloriam, dico, quod eſt falſum.

¶ Ad probationem reſpondeo per interemptionem, quia Angelus diſcurrit quātum ad ſuas perfectiones naturales ad minus diſcurſu qui eſt hoc ex hoc. Et dato, quod concedatur non ualet conſequentia, quia non eſt ſimilis ratio de perfectionibus naturalibus, & ſupernaturalibus.

DISTINCTIO V.

An Angelus prius meruerit ipſam beatitudinem, quam acceperat eam?

Scotus in 2. ſent. diſt. 5. q. 1.
D. Thom. 1 par. q. 62 Art. 4.
Ricardus 2. ſenten. diſtinc. 6. q. 2.
Franciſcus de Mayronis 2. ſent. diſtinct. 4. & 5. q. 1.

QVAESTIO I.

POST hoc conſiderare. Circa iſtam diſtinctionē quintam Magiſter tractat de duobus, ſcilicet, de conuerſione bonorū, & auerſione malorum angelorum. ¶ Quantum ad conuerſionem, quæro illam quæſtionem: An Angelus prius meruerit ipſam beatitudinem, quā acceperat eam? Videtur, quod non, quia Angeli aliquid merentur ex obſequiis impenſis hominibus, aut ergo illud præmium habuerūt ante meritum, & ſic habetur propoſitum, aut expectauerunt & hoc non, quia ſpes, quæ differtur affligit animam quod non ponitur in angelo.

¶ Præterea meritum, & præmium ſibiinuicem correſpondēt, ergo ubi eſt maius præmiū, ibi eſt maius meritū. Sed aliqui Angeli habent plus de merito, quam de pręmio, ſed homines nō poſſunt tantum mereri in modico tempore, ergo nec angeli, & ſic pręmiū præceſſit meritum.

¶ In contrarium arguitur. Sicut ſe habēt mali angeli ad damnationem, ita boni angeli ad præmiū, ſed illi demererūt, ergo.

¶ Reſponſio, circa iſtam quæſtionem primo ponitur opinio Magiſtri, quæ cōmuniter non tenetur. Secundo dicetur ad ōnem ſecundum communē opinionē.

Opinio Magiſtri communiter nō tenetur.

QVANTVM ad primum articulū eſt opinio Magiſtri, ꝙ in angelis beatis pmium præceſſit meritum, merentur tamen præmia per obſequia hominibus impenſa cuſtodiendo. Et eſt exemplum, ſicut rex dat bonum æquum militi, qui nōdum meruit ſcit tamen illum militem æquo dato bene uti, & ꝙ merebitur non.

Exemplum.

Libro de correctione, & gratia.

¶ Contra per Aug. ubi dicit, quod angeli ſancti, qui ſteterunt illius uitæ mercedē accipere meruerunt.

¶ Præterea, ſi homo non fuiſſet creādus angelus non habuiſſet beatitudinē, quia tunc nō potuiſſet eam mereri per obſequia hominibus impenſa.

Si præmium pręcederet meritum in Angelis ſequeretur quod omnes Angeli boni non eſſent beati, nam non omnes Angeli deputantur ad cuſtodiā hominum.

¶ Pręterea, per hoc, ꝙ aliqs præuidetur bene uſurus accepto non meretur illud, tūc.n. homo potuiſſet mereri gratiā, quia præuidetur a Deo, quod eſt bene uſurus ea, & tunc gratia iam non eſt gratia.

¶ Præterea aliqui arguunt ſic contra Magiſtrum. Quia non omnibus nobis miniſtrant, & præbent obſequia, ſed diceret Magiſter, immo miniſtrant, uel mediate uel immediate, quia ſuperiores faciunt reuelationes, & illuminationes inferioribus.

QVANTVM ad ſecundum articulum dico duas concluſiones. Prima, ꝙ angeli meruerunt beatitudinem ſuam, ſecunda, quod meruerunt eam antequam acceperunt eam.

¶ Prima concluſio probatur, quia naturę inferiorum conſequuntur perfectionem

ſuam per operationem propriam , ergo multo magis Angeli.

¶ Secunda concluſio probatur, quia uoluntas non ſimul vult mutabiliter, & immutabiliter, ſed uoluntas quando præmiatur vult immutabiliter, quando autẽ meretur elicit actum contingentem, ergo.

¶ Præterea diſpoſitio, uel uia præcedit terminum, ſed meritum eſt uia ad beatitudinem.

¶ Præterea aliqui arguunt ſic. Idem non poteſt eſſe ex gratia perfecta, & imperfecta, ſed meritum eſt ex gratia imperfecta, præmium autem ex gratia perfecta, ergo. Sed illa ratio Sco. nõ placet, quia eſt poſſibile aliquam animam tantam gratiam habere in via quãtam habebit in patria, licet non haberet ita perfectum uſum, & ſic poſſet eſſe idem habitus ſine identitate actus. Sed remanet dubium ex quo Angelus prius meruit ſuam beatitudinẽ, quæro quot morulæ fuerunt inter creationem, & beatitudinem quantum ad beatos, & inter creationem, & lapſum quantum ad malos. Vnde dicit unus doctor, quod fuerunt duæ morulæ, vna qua omnes fuerunt creati altera qua iſti, & iſti fuerunt in termino, ita quòd boni nõ ponentes obicem receperunt gratiam, & gloriam, mali autem non, quia poſuerũt obicem.

Illa ratio non placet Scoto

Dubium.

¶ Alia opinio ponit tres morulas. In prima omnes fuerunt creati, & habuerunt gratiam, in ſecunda illi meruerunt, & illi demeruerunt, in tertia boni fuerunt in gratia confirmati, mali uero fuerunt damnati.

Vide D. Thomam 1. parte ſummæ q. 66. articul 6. Henricum. D Bona. & Varronem copioſe.

¶ Tertia eſt opinio, quæ forte ẽ melior, quæ ponit quatuor morulas. In prima omnes fuerunt creati in naturalibus, in ſecunda appoſita eſt gratia, in tertia iſti meruerunt, & illi demeruerunt, in quarto omnes fuerunt in termino boni fuerũt glorificati, mali uero damnati.

¶ Sed adhuc quæreres quid ſunt iſtę morulæ. Vna opinio dicit, quod ſunt diuerſa inſtantia temporis diſcreti, ſed hæc opinio improbata eſt ſupra. q de æuo.

Quod ſint iſtæ morulæ.

¶ Alia opinio dicit, quod ſint diuerſa inſtantia æui, & hoc poſita in ſucceſſione æui.

¶ Tertia opinio dicit, quod ſint diuerſa æuiterna, ſecundum quod unumquodque æuiternum habet ſuum æuum. Teneatur quod plus placet.

¶ Ad argumenta principalia.

¶ Ad primũ concedo, quòd meruerunt aliquam beatitudinem accidentalem nõ autem eſſentialem. Et propter illam beatitudinem accidentalem nulla eſt afflictio in expectando, quia habent eſſentialem quam maxime uolunt.

Duplex eſt beatitudo.

¶ Ad ſecundum dico, quod in illa morula habuerunt Angeli boni ita intenſum actum, quod meruerunt beatitudinem efficacius, quam mereri poſſet purus uiator toto tempore vitæ ſuæ.

An Angelus potuerit appetere Dei æqualitatem?

D Bona. 2. ſent. diſt. 5. q 2. Ar. 1.
Scotus 2. ſent diſtinct 6. q. 1.
D. Thomas prima parte quæſt. 63. Artic. 3.
Franc de May. 2. ſen diſt. 4. & 5 q. 3.

QVAESTIO II.

VISO de angelorum conuerſione, reſtat uidere de angelorũ auerſione, ubi quæritur. An Angelus potuerit appetere Dei ęqualitatem? Reſponſio, hic ſunt duæ opiniones contrariæ, una dicit, quod non. Et probatur primo ſic. Quia Angelus nõ peccauit ex paſſione, nec ex ignorantia, quia pœna non præceſſit culpam, ergo peccauit ex electione. Sed ut patet 3 Eth. Electio non eſt impoſſibiliũ Angelum autem eſſe æqualem Deo eſt impoſſibile.

3. Ethic. c 5

¶ Secundo ſic, nihil poteſt uoluntas uelle, quod includit contradictionem, ſed Angelum eſſe æqualem Deo includit cõtradictionem, ergo.

¶ Tertio ſic, nihil poteſt uoluntas uelle niſi prius ſit cognitum ſecundum Augu. ſed Angelum eſſe æqualem Deo, non poteſt Angelus intelligere, tum, quia ratio ſua non erat adhuc deprauata, tum, quia implicat contradictionem, ergo. Iſta ratio eſt Anſ. de caſu Diaboli.

Cap 4.

¶ Quarto ſic, nulla creatura poteſt appetere

tere

tere ſuiipſius deſtructionem, ſed Angelum eſſe æqualem Deo, includit Angelũ nõ eſſe Angelum, ergo. Iſta ratio eſt Anſ. in li. de ſimilibus. ¶ Iſtam opinionem nõ teneo, quia multę auctoritates uidētur clamare ad oppoſitum. Ait. n. Aug. ꝙ demonſtratio elatione inflatus uoluit dici Deus.

Cap. 6.

In quæſtionibus noui ac uet. teſt.

¶ Secundo, quia Magiſter dicit oppoſitum pertractans illud Iſa. Aſcendam in cœlum .i. ad æqualitatem Dei.

In ultimo c. ſecundæ diſtinct.

Iſaiæ c. 14.

¶ Item gloſa ſuper Epiſtolam ad Philip. pertractans illud, non rapinam, &c. dicit non uſurpauit ſibi ęqualitatem Dei ſicut Diabolus. ¶ Præterea arguo, per rationes aliorum. Arguit. n. Sco. ſic, uoluntas habet duplicem actum amandi, ſ. amorem amicitiæ, & amorem concupiſcentiæ concupiſcendi aliquod amatum. Et ſecundum utrunque actum babet totum ens pro obiecto, ita quod ſicut quodcunque ens poteſt aliquid amare amore amicitiæ, ita quodcunque ens poteſt concupiſcere ipſi amato, ſed Angelus potuit amare ſeipſum amore amicitiæ, ergo potuit ſibiipſi concupiſcere quodcunque concupiſcibilē, & ita cum æqualitas Dei ſit bonum quoddam concupiſcibile ſecundum ſe potuit illud bonum Angelus concupiſcere ſibi. ¶ Secundo ſic, ſi æqualitas Dei eſſet poſſibilis Angelo, poſſet Angelus ſibi concupiſcere eam. Sed huiuſmodi impoſſibilitas non prohibet quin Angelus poſſit hoc uelle: quia uoluntas poſſet eſſe impoſſibilium, ex 3. Ethi. ergo.

Philip c. 2.

Rationes Scoti.

¶ Confirmatur, quia damnati odiũt Deũ ut patet ex illo Pſal. Superbia eorum, qui te oderunt aſcendit ſemper. Odiens autem uult oditum non eſſe, ergo damnati uolunt Deum non eſſe, & tamen hoc eſt impoſſibile, ergo illa impoſſibilitas non prohibet, quin poſſit hoc appeti a uoluntate. ¶ Dico ergo, ꝙ appetitus poteſt accipi pro actu intenſo uoluntatis ſine conatu ad opus extra. Aliquando etiam poteſt accipi cum conatu ad opus extra, primo modo poteſt eſſe impoſſibilium ſicut patet de illo, qui habet manum abſciſſa, ſecundo modo non poteſt eſſe impoſſibilium, ideo dico, ꝙ Angelus potuit appetere æqualitatem Dei actu intenſo uolũtatis ſine conatu ad opus extra.

3. Ethic c. 5

Pſal. 73

Appetitus poteſt accipi duobus modis.

¶ Et tũc per hoc ad argumenta alterius opinionis.

¶ Ad primum dico, ꝙ eſt æquiuocatio de electione ſicut eſt de appetitu ut immediate dictum eſt, unde electio ſumpta pro actu uoluntatis intenſo ſine conatu ad opus extra poteſt eſſe impoſſibilium, ſicut patet de illo, quare &c.

An electio ſit impoſſibilium.

¶ Ad ſecundum dico, ꝙ licet angelus nõ potuit intelligere compoſitiuæ ſe eſſe æqualem Deo, potuit tamen intelligere quod ſignificatur per hoc eſt illud appetere, quia ad actum uolitionis ſufficit ſimplex cognitio abſque compoſitione. Et per illud patet ad tertium. ¶ Ad quartũ dico, ꝙ non oportet, ꝙ aliquis uelit conſequens, ſi uult antecedēs maxime, quando conſequens non eſt de per ſe in intellectu antecedentis. nam aliquis poteſt appetere epiſcopatum non uolendo ſacerdotium; nunc autem Angelus intelligebat prius quid ſignificabatur per equalitatem Dei, quam intelligeret deſtructionem ſui, ideo potuit appetere ſibi illam æqualitatem non teredo ſe ſuper ſui deſtructionem.

Exemplum Scoti.

DISTINCTIO VI.

An peccatum ipſius Luciferi fuerit ſuperbia?

D. Bona. 2. ſent diſt. 5. q. 1. Art. 1.
Scotus 2. ſent diſt 6 q 2
D Thomas 1 parte q 63. Articu. 2.
Ricardus 2. ſent diſt 5 q. 1.
Franc de May. 2. ſent. diſt. 5. q 4.

QVAESTIO I.

PRAETEREA ſcire oportet. Circa iſtam diſt. 6 quæro. An peccatum ipſius Luciferi fuit formaliter ſuperbia? Videtur ꝙ ſic. Aug. dicit. Male uoluntatis initium quid poterat eſſe niſi ſuperbia. Et Eccle. Initium omnis peccati ſuperbia.

14. de ci. Dei c. 13

Eccl. c. 10.

¶ Præterea Lucifer nõ potuit peccare niſi unico pctõ, ſed cõſtat ꝙ peccauit ſupbia p illud Pſ. Superbia eorum, q te &c.

Pſal. 73

Probatio maioris, quia ſi potuit pluribus peccatis peccare peccatum ſuum fuiſſet remiſsibile, quod reputatur communiter falſum, probatio conſequentis, quia uoluntas non poteſt ſimul habere duos actus perfectos ſicut nec intellectus, ergo ſi potuit pluribus peccatis peccare peccauit uno poſt alterum, & in illo ſecundo inſtanti potuit pęnitere de primo.

¶ In cōtrariū arguitur, peccatū Luciferi fuit maximū peccatū, ſed peccatū ſuperbię nō eſt maximū, ergo probatio minoris. Sicut propoſitum de propoſito, & oppoſitum de oppoſito, ergo ſi ſuperbia eſſet maximum peccatum, humilitas eſſet maxima uirtus, quod eſt falſum, quia charitas eſt maior.

¶ Reſponſio, hic ſunt quatuor uidenda. Primo ponitur communis opinio antiquorum, ſecundo quia peccatum eſt in actu uoluntatis, diſtinguetur de actibus uoluntatis, tertio quæ ſit malitia in primo angelo, quarto ad quod genus peccati habeat reduci.

Opinio communis. QVANTVM ad primum dicitur communiter, ꝙ peccatū primi angeli fuerit ſuperbia, quod probatur primo ſic. Angeli non potuerunt primo peccare per aliquod nolle, quia nolle præſupponit uelle, & ſic non peccauerunt, primo per irā, nec per auaritiam, nec peccauerunt aliquo uelle inordinato circa temporalia, nec peccato carnis ut patet, ergo eodem mō alijs excluſis peccauerunt per ſuperbiam.

In canonica ſua. ¶ Præterea, ſecundum Ioann. omne quod eſt in mundo, aut eſt concupiſcentia carnis, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia uitæ, ſed non peccauerunt concupiſcentia carnis, nec oculorū, ergo.

Duplex eſt actus uoluntatis. NVNC ſecundo oportet diſtinguere de actibus uoluntatis. Et dico in communi, quod duplex eſt actus uoluntatis, ſ. uelle, & nolle, Eſt ergo nolle actus poſitiuus uoluntatis, quo fugit diſconueniens, uelle autem eſt actus uoluntatis, quo acceptat omne conueniens.

Duplex eſt uelle. ¶ Item nominatio, ꝙ uelle eſt duplex. ſ. uelle amicitiæ, & uelle concupiſcentiæ, uelle amicitiæ eſt illius obiecti cui uolo bonum, uelle autem concupiſcentiæ eſt illius obiecti, quod uolo alicui obiecto amato.

¶ Item nominatio, quòd inter iſtos actus eſt talis ordo, quòd uelle concupiſcentiæ præſupponit uelle amicitiæ, & nolle, neceſſario præſupponit uelle. Et conſimilis ordo eſt in iſtis actibus deordinate ſumptis per regulam Boetij. Quando unum ſequitur ad aliud eodem modo utrobique addito adhuc ſequitur, unde ſicut nolle præſupponit uelle, & nolle amicitiæ deordinatum præſupponit uelle deordinatum, & nolle concupiſcentiæ deordinatū præſupponit uelle deordinatū. *Inter iſtos actus eſt ordo. In Thopicis.*

QVANTVM ad tertium articulū dico duas concluſiones.

¶ Prima eſt, quod malitia in primo angelo quantum ad uelle amicitiæ fuit inordinatus amor ſui. *Prima concluſio.*

¶ Secunda concluſio, quod malitia in angelo quantum ad uelle concupiſcentiæ fuit, quod inordinate concupiuit beatitudinem. *2. concluſio.*

¶ Prima concluſio probatur, quia aut illa malitia fuit amor Dei, & hoc non, quia Deus eſt tale obiectum amabile quod ex ſola ratione ſui dat completam rationē bonitatis actui. Aut fuit amor quo dilexit alium Angelum, & hoc nō, tum quia inclinatio naturalis plus inclinat ad ſe, quam ad aliud, tum quia amicitia fundatur ſuper vnitate, 8. Eth. tum, quia amicitia ad alterū eſt ex amicitia ad ſeipſum, 9. Eth. ergo relinquitur, quod illa amicitia fuit inordinatus amor ſui. *Deus eſt obiectum amabile. 8 Eth. c. 1. 9. Eth. c. 12.*

¶ Confirmatur per Aug. dicit, quod duo amores fecerunt duas ciuitates, ſ. Dei, & Diaboli. Ciuitatem Dei fecit amor Dei, uſque ad contemptum ſui. Ciuitatem Diaboli fecit amor ſui uſque ad contemptum Dei. *14. de ciu. Dei. c. ult.*

¶ Secuuda concluſio probatur per rationem Anſ. Sicut primum concupiſcere inordinatum non præceſſit in Angelo ex affectione iuſtitiæ, ergo ex affectione commodi, maximum autem commodum maxime appetitur a uoluntate, non ſequente regulam iuſtitiæ, ſed maximum commodum eſt beatitudo, ergo. *De caſu Diaboli cap. 4. quere ibi.*

¶ Secundo ſic, quicquid uoluntas, uult hoc eſt, ex ratione alicuius boni honeſti, uel utilis, uel delectabilis, ſed Angelus non concupiuit hoc amore honeſti, quia ſic non peccaſſet, nec amore utilis, quia iſte non eſt primus amor, ergo amore boni delectabilis, ſed ſummæ delectabile eſt beatitudo, ergo.

¶ Tertio

¶ Tertio ſic, potentia appetitiua quæ conſequitur in actu ſuo potentiam appræhenſiuam illud primo appetit in quo apprehenſiua primo delectatur; ſed illud eſt beatitudo, ergo.

Opinio Scoti.

QVANTVM ad quartum argumentum dicitur a Sco. quòd iſta malitiã non reducitur ad peccatũ ſuperbiæ nec quantum ad primum nec quantum ad ſecundum actum, quia ſuperbia eſt excellẽtia excluſiua, & deſpectiua. Inquantum eſt quædam excellentia excluſiua uel deſpectio videtur eſſe contemptio aliorũ, ſed nec in prima nec in ſecunda malitia erat aliquorum deſpectio, ergo &c. Et ſic forte poteſt reduci ad peccatum luxuriæ. non enim luxuria ſemper eſt in actibus carnis, ſed circa delectabile inordinatæ concupitium.

Poſſet autẽ ille immoderatus appetitus beatitudinis (ſecundũ Scotum) dici luxuria, accipiendo nomen luxuriæ non pro appetitu carnalis delectationis, ſed ad appetitum cuiuslibet delectationis ipſum extendendo.

¶ Ad argumenta primæ opinionis quæ dicitur quòd reducatur ad peccatum ſuperbiæ. Ad primum dicitur ꝙ diuiſio peccatorum capitalium comprehendendo peccatum diaboli non eſt ſufficiens, aut ſi eſt ſufficiens per quandam reductionẽ poteſt concedi quòd reducitur ad peccatum luxuriæ.

¶ Ad ſecundum patet per hoc quod præmittitur, omne quod eſt in mundo, ita ꝙ peccata quibus communiter peccant homines continentur ſub iſto ternario, ſed non oportet primum peccatum angeli ſub illo ternario contineri.

¶ Ad primum principale patet per iam dicta immediate.

¶ Ad ſecundum nego maiorem.

¶ Ad probationem dico, quòd cum peccauit ſecundo peccato adhuc fuit in via, & per conſequens potuit pœnitere: ſed hoc melius patebit diſtinctione ſequẽti.

DISTINCTIO VII.

An Angelus malus neceſſario male velit?

D.Bona.2.ſent.diſt.7.q.2.Art.1.
Scotus 2.ſent.diſt.7.q.1.
D.Thomas 1.parte q.64.Artic.2.
Ricardus 2.ſent.diſt.7 q 2.

QVAESTIO I.

SVPRA dictum eſt quòd circa iſtam diſtinctionẽ ſeptimam in qua tractat Magiſter de malorũ angelorum obſtinatione & eorum formarum inductione. Quæro primo, an Angelus malus neceſſario male uelit? Videtur, quòd poſſit bene uelle: quia Iaco. dicitur, dæmones credunt, & contremiſcunt. ſed iſti ſunt boni actus, ergo. *Iacob. 2.*

¶ Præterea dæmones ſunt capaces Dei cũ ſint ad eius imaginẽ, ſed non poſſunt Deum capere niſi per bonum actum voluntatis, ergo poſſunt bene velle.

¶ Præterea ſicut principiũ in ſpeculabilibus, ſic finis in agibilibus, per Philoſophum ſecundo Phyſicorum, ſed intellectus dæmonũ non eſt ita excecatus, quin poſſit uerum cognoſcere, ergo uoluntas eorum non eſt ita peruerſa quin poſſit bene velle. *2.Phyſ. com text.88.*

¶ Contra in Pſal, Superbia eorum qui te oderunt aſcendit ſemper. *Pſal. 73.*

¶ Reſpõſio, hic ſunt tres articuli. Primo ponuntur aliquæ opiniones non veræ, ſecundo ponetur una diſtinctio neceſſaria ad propoſitum, tertio ſoluetur quæſtio iuxta membra illius diſtinctionis.

QVANTVM ad primum eſt duplex opinio, vna Thomæ quòd malus Angelus eſt ita obſtinatus in malo quòd ſemper malum, vult. Cuius ratio eſt iſta appetitus approportionatus apprehenſioni a qua mouetur, ſi apprehenſiua virtus apprehendit immobiliter tunc appetitiua adhæret immobiliter: ſed appetitiua Angeli proportionatur apprehenſiue, & mouet eam, & ipſa immobiliter apprehendit: quoniam ſine diſcurſu, apprehenſiua autem hominis cum diſcurſu, ergo ita Angelus immobiliter adhæret, quòd bonus non poteſt male velle, nec malus bene uelle, homo autem poterit bene & male velle. *D.Thom.1. par. ſummæ q.64.ar.2.*

¶ Alia eſt opinio Henrici, qui tenet eandem cõcluſionem, ſed aliter probat eam ſic, uoluntas quanto eſt perfectior tanto perfectius immergit ſe obiecto, ſed voluntas Angeli eſt maxime perfecta cum *Henri. quolib.8.q 11.*

ſit ſeparata a corpore, ergo maxime immergit ſe obiecto ita ut ab eo reſilire nõ poſſit, ſicut ſi ferrum impingatur oſſi rotunditur nec retrahi poteſt, nec eadem uirtute qua immittitur nec maiori.

¶Contra iſtam opinionem arguo primo ſimul contra concluſionem, ſecundo in ſpeciali contra rationes. Ex prima uia arguitur primo per Auguſtinum ſic arguit,

De fide ad Petrũ c. 5.

ſi poſſibile eſſet, ut humana natura poſtea, quam a Deo auerſa bonitatem perdidit uoluntatis ex ſeipſa rurſum rehabere eam potuiſſet multo poſſibilius haberet hoc natura angelica, quę quanto minus grauatur corporis pondere tanto magis eſſet prædita facilitate.

¶Secundo ſic, non tantum uoluntas Angeli damnati eſt obſtinata, ſed etiam uoluntas hominis damnati, & obſtinati, & oportet utriuſque aſſignare cauſam conuenientem, uel communem per Auguſtinum.

De fide ad Petrũ. c. 5.

Sed neutra illarum cauſarum põt poni cauſa obſtinationis hominis dãnati, ergo, probatio minoris, quia anima cõiuncta corpori non habet cognitiuã immobiliter apprehendentem ſicut habet Angelus ſecundum opinionem primam, nec ſe immergit immobiliter, in obiectũ ſecundum ſecundam opinionem, ergo, oportet aſſignare cauſam obſtinationis ĩ anima quanto eſt ſeparata. Aut igitur tũc ante omnem actum elicitum eſt obſtinata, & tunc neutra cauſarum prædictarum eſt cauſa obſtinationis. Aut ipſa fuit obſtinata per aliquem actum quem elicit, & hoc nõ, quia anima ſeparata nihil meretur, nec demeretur.

Diſt. 5.

¶Tertio ſic, ſicut declaratum fuit ſupra, quòd inter creationem, & lapſum angelorum fuerunt aliquę morulæ in quibus peccauerunt diuerſis generibus peccatorum, & tunc cum peccauerunt, primo peccato adhuc erant viatores, in ſecunda morula potuerunt pœnitere.

¶In ſpeciali arguitur contra iſtas opiniones contra primam. Aſſumit enim in minore duas partes falſas prima, quod intellectus ſit motor uoluntatis, quod eſt falſum, & cõtra Anſel. de libero arbitrio, qui uult, quod uoluntas eſt domina, & motor in toto regno animæ. Et præterea dato, quod eſſet uerum, tunc eſſet contra eum, quia intellectus angelorum ante primum peccatum fuit rectus in apprehendendo, non enim pœna præceſſit culpam, ergo mouet uoluntatem ad rectè uolendum cum moueat per modum naturæ. Aliud falſum aſſumitur, ꝙ intellectus Angeli nullatenus intelligat cum diſcurſu, quod eſt improbatum ſupra quæſtione ult. primæ diſtinctionis. Vnde nota, ꝙ diſcurſus eſt duplex, vnus qui eſt in hoc poſt hoc ordine durationis, & ille forte non competit Angelo. Alius qui eſt hoc ex hoc ordine quodam naturæ, & iſte diſcurſus competit Angelo.

Vt declarabitur 25. huius ſecundi.

Duplex diſcurſus, uide Franciſcũ de Mayronis in prologo 1. ſent. q. 14.

¶Contra ſecũdam opinionem arguitur primo ſic. In cuius poteſtate eſt agere in eius poteſtate eſt intenſe, uel remiſſe agere ſicut per oppoſitum, in cuius poteſtate non eſt agere in eius poteſtate non eſt intenſe, uel remiſſe agere, ſed in poteſtate uoluntatis eſt ut immergatur obiecto, ergo in eius poteſtate eſt ſic, uel ſic ſe immergere obiecto, & ſic poterit reſilire ab obiecto.

¶Præterea eadem uirtute aliquid quieſcit in termino, & mouetur ad terminũ, ſed uoluntas libere mouetur ad obiectũ, ergo libere quieſcit in obiecto.

QVANTVM ad ſecundum articulum dico, ꝙ in actu poteſt attẽdi triplex bonitas. prima dicitur bonitas ex genere ſicut uolitio tranſiens ſuper obiectum conueniens tali actui ſecundum dictamen rationis rectæ. ſecunda dicitur bonitas moralis, & illa competit actui cũ tranſit ſuper obiectum conueniens ſecundũ dictamẽ rectæ rationis cum omnibus circunſtantijs requiſitis inter quas potiſſima circunſtantiarum eſt, circunſtantia finis. ¶Tertia bonitas dicitur meritoria, quæ competit actui ex hoc, ꝙ ſuppoſita duplici bonitate iam dicta ipſa elicitur conformiter principio merendi, quod dicitur charitas, uel gratia. Huic triplici bonitati opponitur triplex malitia. prima eſt malitia in genere. ſecunda eſt malitia ex circunſtantia, quæ opponitur bonitati morali. tertia eſt malitia demeritoria, & opponitur bonitati meritoriæ. Et nota, quod aliquando bonitas, & malitia ſic opponuntur, quod ibi nullum eſt dare actum indifferentem ſicut bonitas ex genere, & malitia ſibi oppoſita. Et ratio eſt, quia actus non poteſt eſſe niſi tranſeat ſuper obiectum conueniens, & tunc eſt bonitas ex genere, uel ſuper obiectũ

In actu põt attendi triplex bonitas.

Triplici bonitati triplex malitia opponitur.

diſcon-

diſconueniens,& tunc eſt malitia ſibi op poſita. Aliquando autem bonitas, & malitia ſic opponuntur,quod ibi eſt dare actum indifferentem ſicut in ſecundo, & tertio modo,& intelligo in ſtatu uiæ, & hoc declarabitur infra. *Diſt.41.*

QVANTVM ad tertium articulũ quæſtio poteſt eſſe de illa triplici bonitate,& malitia . Si quæratur de bonitate primo mõ ſi malus angelus habere poſſit bonam uolitionem ex genere,planum eſt,quod ſic,quia habet multas uolitiones tranſeuntes ſuper obiectum conueniens tali actui puta cum amat ſe, & huiuſmodi Si autem quæratur de bonitate morali,& malitia ſibi oppoſita , uno mõdo dicitur,quod non poteſt habere bonam uolitionem,tum quia omnem uolitionem deformat ex aliqua circunſtantia inordinata referendo illud inordinate ad amorem ſui , tum quia habitus in eis eſt perfecte malus in termino,& ideo perfectiſſime inclinat ad malum.

Opinio uera & ſubtilis, ipſius Scoti. ¶ Alia eſt opinio ad oppoſitum,tum quia in eis manent naturalia integra,& ſic eſt in eis inclinatio naturalis ad bonum , tũ quia habet uermen, qui eſt remorſus de peccato eorum , & ille actus non eſt malus moraliter, tum quia nihil eſt ita in poteſtate noſtra ſicut actus uoluntatis, uoluntas autem poteſt ſuſpẽdere actum alterius potentiæ , ergo multo magis actum ſuum ne inclinetur, & uelit malũ.

Opinio Scoti magis placet Authori. ¶ Iſtam ſecundam opinionem ſequitur Scotus,quæ plus placet . Si uero quæritur de tertia bonitate, ſcilicet, ſi angelus malus poſſit habere bonam uoluntatem meritoriam,diſtinguo quia iſta propoſitio poteſt accipi in ſenſu compoſitionis,& ſic eſt falſa , quia non ſtant ſimul, quod ſit angelus malus , & quod habeat bonam uoluntatem,ſicut nec album poteſt eſſe nigrum,uel poteſt accipi propoſitio in ſenſu diuiſionis,& ſic poteſt eſſe vera,& tunc prætermiſſa potentia logicali accipio potentiam realem,ut diſtinguitur in potentiam actiuam , & potentiam paſſiuam. Et ſi quæritur de potentia paſſiua dico , quod angelus malus bene poteſt uelle,ideſt poteſt eam recipere,ſi eam Deus immitteret . Si autem quæratur de potentia,ut notat rationem principij actiui,adhuc poteſt eſſe dupliciter, quia uel in ratione principii partialis,& ſic poſſet ſi aliud obſtaculum non haberet,uel in ratione principij totalis, & ſic non poſſet,quia non habet charitatem, quæ eſt principium bonæ uolitionis,id eſt uoluntatis bonitate meritoria.

¶ Ad primum principale dicitur vno modo,quod licet credãt, iſte tamẽ credant actus credendi in eis eſt malus,quia oderunt illud creditum iuxta illud Pſal. Superbia eorum,qui te oderunt &c Aliter dicitur,quòd quamuis non ſit actus malus non tamen eſt bonus neceſſario,quia Inter iſtam bonitatem,& malitiam oppoſitam contingit accipere actum indifferẽtem. Vel poteſt dici melius , quod ille actus non eſt bonus quia non eſt propter illum finem,unde bonitas moralis ſumitur,nec habet bonitatem , quæ eſt principium bonitatis meritoriæ. *Pſal.73*

¶ Ad ſecundum dico, quod non ſunt capaces Dei potentia propinqua,ſed remota , ex qua nec ſumitur bonitas moralis, nec meritoria.

¶ Ad ultimum dico , quod argumentum eſſet efficax,ſi ponerẽ, quod intellectus eſſet motor uoluntatis ſicut poſuit prima opinio.Sed hoc nego, & dico ad ſimilitudinem , quod non eſt ſimpliciter vera, ſed aliqualiter,ſicut dicetur infra , vnde intellectus reſpectu ueri eſt potentia naturalis,uoluntas autem eſt libera.

An Angeli poſſint inducere ueras formas ?

Petrus Scotellus 2.ſententiarum diſtinctio 7. quæſt. 2.

QVAESTIO II.

QVANTVM ad ſecundam materiam quæro. An Angeli poſſint inducere ueras formas? Videtur,quod ſic,per auctorẽ libri de cauſis qui dicit, quod intelligentiæ imprimunt formas declines. Item per Boetium,qui dicit, ꝙ formæ naturales ueniunt a formis , quæ non ſunt in materia, ſed huiuſmodi formæ ſunt angeli ſine materia,ergo. *Lib.de tri.*

¶Item plus dominatur natura angelica ſuper materiam, quam uirtus imaginatiua, ſed uirtus imaginatiua poteſt uerã formam inducere, ergo probatio minoris per Auicennam, qui dicit, quod gallina, quæ pugnauit cum gallo ex imaginatione victoriæ habet calcaria, ergo. &c.

8. De animalibus.

¶In contrarium eſt Philoſophus, omne quod fit, fit à ſimili ſibi in ſpecie, ſed Angelus non habet ſimilitudinem cum forma materiali, ergo.

7. Met. con tex. 28.

¶Reſponſio, hic ſunt tres articuli. Primo recitabo vnam opinionem. Secundo vnam aliam, tertio ſoluã rationes utriuſque opinionis.

QVANTVM ad primum eſt opinio multorum, quæ ponit duas concluſiones. Prima, quod Angelus non poteſt directe, & per ſe inducere formam corporalem in materia, ſecunda concluſio, ꝙ indirecte, & per accidens poteſt.

¶ Prima concluſio probatur per Commentatorem, qui dicit, quòd nullum immateriale poteſt producere formam materialem, ſed Angelus eſt immaterialis, ergo.

7. Met. cõmen. 28. & 31.

¶ Secundo ſic, quod producit aliquam formam, oportet, quod præhabeat eã formaliter ſi agit vniuoce, uel uirtualiter ſi agit æquiuoce, ſed Angelus nullo illorũ modorum præhabet formam materialẽ, ergo probatio minoris, non enim præhabet eam formaliter, cum ſit quoddam ſpirituale, nec uirtualiter, quia tunc haberet dominium ſupra materiam, & poſſet eam producere.

¶Tertio ſic, hęc eſt ratio, quare homo poteſt magis perfectum ens producere, quã cœlum, quia plus conuenit cum entibus perfectis, ſed cœlum, quia plus diſtat non poteſt producere, niſi formam imperfectam, cum ergo Angelus adhuc plus diſtat, quam cœlum non poteſt producere formam perfectam, nec imperfectam.

¶Secunda concluſio declaratur per Auguſtinum, qui dicit, quod materia eſt plena rationibus ſeminalibus ſicut mulieres grauidę ſunt plene fœtibus. Angeli autem cognoſcendo debitas proportiones rerum naturalium approximant actiua paſſiuis, quibus approximatis ſequitur inductio formæ.

3. De trin. c. 5. uel 8.

QVANTVM ad ſecundum articulum eſt alia opinio, quæ diſtinguit de formis perfectis, & imperfectis. Et primo dicit, quod Angeli non poſſunt inducere formas perfectas. ſecundo dicit, quod poſſunt inducere formas imperfectas. Et ſecunda concluſio probatur primo ſic. Sicut ſe habet corporale ad ſpirituale, ita e contra ſpirituale ad corporale. Sed aliquod corporale poteſt producere ſpirituale, ſicut patet de ſpecie, quæ gignitur in fantaſmate, & in intellectu, ergo.

Opinio aliorum.

¶Secundo ſic, in eſſentialiter ordinatis quicquid perfectionis eſt in inferiori, uidetur eſſe, & in ſuperiori, ſed agens naturale poteſt producere ueram formam in materia, ergo multo magis Angelus, qui eſt ſuperior.

¶ Confirmatur illa ratio per Auic. ubi dicit nos autem, &c. quęre ibi.

6 Lib. naturalium parte 4. c. 4.

QVANTVM ad tertium articulum, qui uult tenere ſecundam opinionem poteſt reſpondere ad argumenta primæ opinionis.

¶ Ad primum nego Commentatorem, quia eſt contra fidem, ſequitur enim, ꝙ Deus non poſſet producere formam materialem cum ipſæ ſit ſine materia.

Auerroes ẽ contra fidẽ in hoc.

¶Ad ſecundum nego minorem, quia Angelus præhabet iſtam formam materialem uirtualiter. Et quando arguitur, ergo dominatur ſuper materiam, dico, quod aliquid dominari ſuper materiam poteſt intelligi dupliciter, uel quantum ad impreſſionem formæ, uel quantum ad productionem, ſecundo modo nego. primo modo concedo.

Aliquid dominari ſupra materiã poteſt intelligi duobus modis.

¶Ad tertium dico, quod conuenientia, & aſſimilatio non eſt cauſa quare homo poteſt producere formam aliquam, & non cœlum. Tunc enim cum Angelus aſſimiletur Angelo, poſſet eum producere, quod eſt falſum. Cauſa igitur eſt proportionalitas uirtutis quam habet angelus reſpectu formarum naturalium. Qui uero uult tenere primam opinionẽ poteſt reſpondere ad argumenta, ſecundæ opinionis.

¶ Ad primum concedo, quod Angelus poteſt aliquod corporale facere, puta motum localem, ſed non formam realem, & permanſiuam, de qua loquimur.

¶Ad ſecundum nego maiorem, nam in homine eſt forma ſenſitiua, & tamen nõ eſt in Angelo.

¶Ad

¶Ad argumenta principalia.

Scotellus negat Authorem de causis. ¶ Ad primum nego auctorem de cauſis, qui ſecutus eſt Auicennam, qui poſuit intelligentiam dotatricem formarũ, quæ opinio eſt communiter reprobata, & excommunicata.

¶ Ad ſecundum dico, quod Boetius loquitur de ideis, quæ ſunt in mente diuina, non in Angelis.

¶Ad tertium dico, quod non eſt ſimile, quia per imaginationem nihil poteſt introduci in corpore, niſi facta conſimili alteratione in eo, in quo eſt imaginatiua, Angelus autem, non habet materiam coniunctam, quæ poſſit conſimili alteratione alterari, ad formam materialem.

DISTINCTIO VIII.

An Angeli ſint corporei? vel an Angelus poſſit aſſumere corpus, in quo exerceat opera uitæ?

D. Bona. 2. ſent. diſt. 8 q. 1. Ar. 3.
Scotus 2. ſent. diſtinct. 8. q. 1.
D. Thomas prima parte quaeſt. 51 Artic. 3.
Ricardus 2. ſent diſt. 8. q. 5. & 6.
Durandus 2. ſen. diſt. 8. q. 2.

QVAESTIO I.

SOLET etiam in quæſtione uerſari. Circa iſtam diſtinctionem octauam quæritur. An Angeli ſint corporei? ſed quia hoc patuit diſtinct. 3. quæſtione de compoſitione Angelorum, igitur quære ibi.

¶ Secundo quæritur. An Angelus poſſit aſſumere corpus, in quo exerceat opera uitæ? Videtur quod non, quia tunc haberet maiorem unitatem ad corpus aſſumptum, quam ad non aſſumptum, ſed hoc non poteſt eſſe, nec eſt poſſibile, quia non poteſt eſſe iſtius corporis forma, nec poteſt aſſumi ab eo in unitate ſuppoſiti ſicut uerbum diuinum aſſumpſit humanam naturam, ergo eſt ibi tantum unitas, ſicut motoris ad mobile, ſed talis unitas poteſt eſſe Angeli ad corpus non aſſumptum, ut ad cœlum, quod mouet.

¶Præterea aut aſſumeret corpus elemẽtare, & hoc non, quia illud non aſſumeret corporis accidentia, quæ apparent, aut aſſumeret corpus mixtum, & hoc nõ, quia non uidetur habere uirtutem actiuam ad miſcendum elementa ſecundum commixtionem talis corporis, aut aſſumeret corpus cęleſte, & hoc non, quia illud non recipit peregrinas impreſſiones.

¶ Præterea, tertio ſi poteſt in corpore aſſumpto exercere opera uitæ, ergo eſt ibi aliquid viuum, conſequens eſt falſum, ergo, & antecedens, falſitas conſequentis patet, quia corpus non eſt uiuum niſi per formam uitalem informantem. Angelus autem non poteſt eſſe forma corporis. Conſequentia probatur, quia forma ſeparata a materia non poteſt tranſmutare materiam per Commentatorem 7. Meth. *7. Met. 28. & 31.*

¶In contrariũ patet per multa loca ſcripturæ, puta de Angelis apparentibus Abrahæ, & de Angelo Thobiæ.

¶Reſponſio, hic ſunt tria uidẽda. Primo quid importetur per Angelum aſſumere corpus, ſecundo quale corpus aſſumit, tertio ſi in illo corpore poteſt exercere opera uitę.

QVANTVM ad primũ, dico quatuor concluſiones. *Opinio Authoris.*

¶ Prima, quod non importat præſentiã qua præſens eſt corpori, quia tunc aſſumeret cœlum empireum cui eſt præſens.

¶ Secunda concluſio, quod non importat unionem materiæ ad formam, quia ut aliqui dicunt, Deus non poteſt facere Angelum informare materiam corporalem. Et ad hoc eſt ratio Petri talis uulla uirtute poteſt fieri, ut quod eſt hoc aliquid, & res completa, & terminata fiat modificatio, ſed Angelus eſt res terminata completa, & hoc aliquid, & nobiliſſima ſpecies uniuerſi, ergo non poteſt fieri forma materiæ.

¶ Tertia concluſio, quod non importat unionem naturæ ad ſuppoſitum creatũ, quia ſuppoſitum creatum non poteſt ſuppoſitare duas naturas eſſentialiter diſtinctas.

¶ Quar-

¶Quarta concluſio unio eſt motus unitatis, quæ motor intrinſecus unitur corpori,& ſic aſſumit angelus corpus, i. deſt ad ſe ſumit inquantum utitur eo tanquam inſtrumento ad aliquas operationes exercendas.

QVANTVM ad ſecundum articulum dico aliquas concluſiones.

¶Prima quòd non aſſumitur corpus celeſte, quæ probatur, quia tale corpus non recipit in ſe peregrinas impreſſiones.

¶Secunda concluſio, quod non aſſumit corpus elemẽtare, quia illud non eſt ſuſceptiuum illorum accidentium, quæ apparent in illis corporibus.

¶Tertia concluſio, quod poteſt aſſumere corpus iam a natura generatum: puta cadauer mortui, iſta patet per ſe.

¶Quarta concluſio, quòd poteſt aſſumere corpus ſemiplena mixtione mixtum, tum quia tale corpus non poteſt ita ſubſtitutio ad tam perfectam mixtionem deduci qualis requiritur in corpore humano, tum quia quando diſparet tale corpus non remanet locus talis corporis, quod non eſſet ſi fuiſſet perfectè mixtum. Et ſi dicas qualiter poteſt hoc fieri, ut tale corpus formetur, dico quòd angelus optimè nouit naturas rerum,& ſic optime approximare actiua paſſiuis, & in conuenienti proportione quibus proportionatis, & debita influentia reſpectu cęli poſita habetur corpus imperfectè mixtum.

Angelus optime nouit naturas rerum.

QVANTVM ad tertium articulum prętermiſſo actu intellectiue potentiæ oportet primo uidere de actu potentiæ motiuæ, ſecundo de actu potentiæ ſenſitiuæ, tertio de actu potentiæ uegetatiuæ.

¶Quantum ad actum potentiæ motiuæ patet per omnes, quòd angelus poteſt mouere corpus motu locali ſiue progreſſio, & hoc ſiue corpus ſit aſſumptum, ſiue non aſſumptum, ſed difficultas eſt in modo ponendi, an. ſ. mouet per intellectum & uoluntatem, an per potentiam executiuam.

¶Et dicunt Thomiſtæ, quòd non mouet per potentiam executiuam, quia in angelo non ponitur executiua, quod probatur primo ſic. Quæ multiplicantur in inferioribus vniuntur in ſuperioribus ſicut patet de ſenſitiua,& intellectiua, quę diſtinguuntur in homine, & in angelo ponitur tantum intellectus, cum ergo virtus uolitiua, & motiua diſtinguuntur in homine, ne duæ uires in angelo erunt tanquam una uis, quæ eſt uirtus uolitiua,& imperans,& exequens.

Thomiſtę dicunt, quod Angelus nõ mouet per potentiam executiuam.

¶Secundo ſic, iſta potentia executiua ſi ponitur, fruſtra ponitur, ergo non debet poni in angelo, probatio antecedentis, quia iſta potentia executiua, aut habet operationem intra manentem,& tunc nihil facit ad motum localem, aut tranſeuntem,& tunc non ſubiacet imperio uoluntatis, & ſic angelus ſemper mouebit, quod eſt falſum.

¶Tertio ſic, ſi angelus habet talem potentiam executiuam illa potentia eſt ſpirituale, & per conſequens ſuper ſe reflexiua, ut patebit. Et tunc quęro, aut reflectitur ad determinandum, aut ad mouendum, non primo modo, quia illud eſt ſolius uoluntatis, non etiam ſecundo modo, quia tunc ſimul eſſet in potentia, & in actu reſpectu eiuſdem, quod eſt impoſſibile. Quid ergo eſt principium mouendi in angelo ſecundum locum.

Lib. de cauſ.

¶Dicunt iſti, qui ſunt pręcedentis opinionis diuerſimodè. Quia aliqui uolunt, quòd ſit intellectus practicus, quia per intellectum practicum angelus aſſimilatur actioni. Alij dicunt, quòd eſt uoluntas imperans, quia ſi eſſet intellectus practicus ſemper moueret cum illud principium ſit actiuum naturale.

Quid ẽ principium mouendi in Angelo.

¶Sed cõtra hoc arguitur primo ſic. Operationes differentes ſecundum primas actionum differentias non reducuntur in eandem potentiam, ſed intelligere vel le,& mouere ſecundum locum differunt ſecundum primas differẽtias actionum, ergo.

¶Probatio minoris, nam intelligere, & velle ſunt actiones intra manentes, mouere autem ſecundum locum eſt tranſiens actio, ille autem duæ differentiæ. ſ. intus manere,& tranſire extra, ſunt differentiæ actionum.

Intelligere, & velle ſũt actiones imanentes, mouere ſecũdum locum eſt actio trãſiens.

¶Secundo ſic, actio communis pluribus oportet quod ſit a pricipio cõmuni, ſed mouere ſecundum locum eſt actio cõmunis pluribus. ſ. angelus hõibus beſtijs & c. ergo, oportet quod ſit a pricipio cõmuni, ſed illud nõ ẽ intellectus, & uolũtas cũ non ſint in beſtiis. Relinquitur ergo in angelis potentia executiua, ergo. Dico ergo quòd angelus

gelus mouet corpus aſſumptum ſiue non aſſumptum per potentiam executiuã tali ordine, nam primo eſt intellectus ſpeculatiuus, ſecundo uoluntas complacens, tertio intellectus practicus dirigens ad praxim, quarto uoluntas imperans, quinto potentia exequens. Tunc ad argumenta aliorum.

¶ Ad primum dico, ꝙ illa, quæ multiplicantur in inferioribus non uniuntur in ſuperioribus quando ſunt deſperata. Exẽplum de intellectu, & uoluntate, potentia autem executiua eſt ab ipſis deſperata. ¶ Ad ſecundum dico, ꝙ ponitur potentia executiua propter operationem tranſeuntem. Et cum dicis, ergo non ſubiacet imperio uolũtatis, nego, nam manus mea mouet ſcamnum per potentiam executiuam, & tamen ſubiacet imperio uoluntatis quantumcunque ſit operatio tranſiens.

Exemplum.

¶ Ad tertium dictum eſt pluries, quòd non eſt inconueniens idem eſſe in actu, & potenita illo modo, quòd ſit in actu uirtualiter tale, & in potentia formaliter tale. ¶ Secundo in illo articulo eſt uidendum. Si angelus in corpore aſſumpto poſſit exercere actus potentiæ ſenſitiuæ. Et dico quòd non. Cuius ratio eſt quia iſti actus ſiue operationes non ſunt nate recipi niſi in compoſito organico, & perfecte mixto ex corpore, & anima inquantum habet potẽtiam perfectam quorum neutrum eſt ibi.

An idẽ poſſit eſſe in actu, & in potentia.

¶ Tertio eſt uidendum ſi angelus eſt in corpore aſſumpro exercere poſſit actus potentiæ uegetatiuæ.

¶ Et dico tres concluſiones, ſecundum quòd huic potentiæ attribuuntur tres operationes. ſ. augmentatio, nutritio, & generatio.

Potentię uegetatiuæ attribuuntur tres operationes.

¶ Prima concluſio, quòd angelus non poteſt propriè exercere in tali corpore operationes augmentationis, quia augmentatio proprie eſt corporis compoſiti animati, & perfecte mixti quorum neutrum eſt ibi.

Augmentatio propriè ẽ cõpoſiti corporis animati.

¶ Secunda concluſio de actu nutritionis dico, quòd ſi loquimur de uera nutritione nihil ibi nutritur, ſi autem loquamur de maſticatione, quæ præcedit nutritionem, illa nõ eſt aliud niſi diuiſio cibi per motum localem mandibularum, & traiectio in uentrem, & tunc poteſt fieri exaltatio, & reſolutio in humores.

¶ Tertia concluſio ſi poteſt in actum generationis, dico quòd poteſt inquantum poteſt eſſe incubus, & ſuccubus, hoc autem intelligendum eſt de malis angelis, non de bonis, quia non eſt veriſimile, ꝙ boni angeli immiſceant ſe talibus uilitatibus. Malus autem angelus in aſſumpto corpore poteſt alicui eſſe ſuccubus, & recepto ab illo ſemine deciſo poteſt illud ſeruare in qualitate, & calore naturali quouſque ſit alicubi mulieri incubus, & transfundat illud in matricem ſicut aliqui ſenſerunt de generatione Merlini, & forte, quòd illo modo concipietur antichriſtus.

Quõ fertur Merlinus fuiſſe propagatus.

¶ Ad primum principale dico ꝙ cęlum non aſſumitur in illo modo, ſed alio ſicut patet ex quarta concluſione primi articuli.

¶ Ad ſecundum patet quale corpus aſſumit ex ſecundo articulo.

¶ Ad tertium patet ex tertio articulo quales actus poteſt ibi exercere, non enim exercet ibi tales actus, vel opera, ut propter hoc ponatur angelus illius corporis forma, ergo &c tantum de quæſtione.

An dęmones poſſint ludificare ſenſus noſtros?

Scotus 2. ſententiarum diſtinc. 8.

QVAESTIO II.

SECVNDO quæritur. An Dęmones poſſint ludificare ſenſus noſtros? Videtur ꝙ non, quia philoſoph. ait, quòd ſenſus reſpectu proprij obiecti ſemper eſt uerus, ergo non poteſt decipi a Dæmone.

2. de anima contex. 152

¶ In contrarium eſt Auguſtinus, & patet ex contraria experientia. Reſponſio, hic ſunt tria uidenda. Primo quomodo ſe habeat uiſus ad potentias ſenſitiuas appræhenſiuas, & illæ appræhenſiuæ, quomodo ſe habeant adinuicem inter ſe, ſecundo quomodo ſpiritus uitales ſe habeant ad potentias ſenſitiuas appręhenſiuas, tertio ex his ad propoſitum.

17. de ciui. Dei.

Quan-

In libro de differentia ſpiritus, & animæ.

QVANTVM ad primum eſt notandum ſicut patet per doctrinam conſt. In cerebro debemus imaginari duas partes, primam quæ eſt maior, & poſtremam quæ eſt minor. In parte prima ſunt duæ concauitates, ſeu ventriculi. Vnus uentriculus eſt in anteriori parte anterioris partis cerebris a quo fluunt ſeptem paria neruorum qui deſeruiunt potentijs ſenſitiuis exterioribus, & maxime vnũ pari deſeruit viſui, qui nerui protenduntur quouſque coniungantur oculis. Et vnus neruus erit a dextra, & uadit ad ſiniſtram, alius oritur a parte ſiniſtra, & uadit ad dexteram, & cancellantur in medio ad modum crucis, & in illo medio ſtat iudicium uiſus, alias unum, & idem videretur duo, ut probat Auicẽna. Alius ventriculus eſt in ſecũda parte poſterioris partis cerebri, & ibi debemus imaginari unũ corpus ad modũ uermis quod aliquando clauditur aliquando aperitur, cuius opus eſt memorari, & hẽt unũ uentriculum ſupra ſe, & alium ſub ſe, deinde in ultima parte cerebri ẽ ponendus unus ventriculus, & ſic in uniuerſo ſunt quinque uentriculi, vel concauitates. Et ſecundum illa babemus ponere quinque potentias inter appræhendentes ſecundum viam Auicẽ. prima eſt ſenſus communis, ſecunda imaginatiua, vel formatiua, tertia cogitatiua, quarta eſtimatiua, quinta memoratiua.

6. naturalium par. 1.

6. naturalium par. 1. cap. vltimo.

¶ Nam ſenſus communis habet pro organo primum uentriculum qui eſt in prima parte anterioris partis cerebri cuius actus eſt recipere formas a ſenſibilibus particularibus, & habet duplicem faciẽ, unam ad ſenſus particulares, quæ clauditur in ſomnis, aliam ad imaginatiuam quæ retinet ſpecies, vt ſtatim dicetur, & iſta aperitur in ſomnis: & eſt cauſa ſomniorum.

¶ Secunda potentia, quæ dicitur formatiua, uel imaginatiua habet pro organo ſecundum uentriculum qui eſt in vltima parte anterioris partis cerebri, & eius actus eſt retinere ſpecies, quia ſenſus cõmunis non habet uim retentiuam, ſed eſt ſicut aqua cui imprimitur ſigillum, ut deducit Auicenna ubi ſupra.

¶ Tertia potentia dicitur cogitatiua, & habet pro organo uentriculum qui eſt in inferiori media concauitatis cerebri, & eius actus eſt componere, & diuidere ſpecies, quæ ſunt in potentia formatiua.

¶ Quarta potentia. ſ. æſtimatiua pro organo habet uentriculum qui eſt in ſummo mediæ concauitatis cerebri, cuius actus eſt appræhendere intentiones non ſenſatas, ſicut patet de agno qui fugit lupum.

¶ Quinta potentia. ſ. memoratiua habet pro organo uentriculum qui eſt in ultima parte cerebri, & eius actus eſt retinere ſpecies acceptas ab æſtimatiua, hæc omnia ſi profundius uis uidere quære Auicennam.

6. naturalium par. 1. cap. vltimo circa mediũ

QVANTVM ad ſecundum articulum oportet tria uidere. Primo quomodo ſpiritus uitales ſe habeant ad organa dictarum potentiarum, ſecundo quomodo ſe habeant ad potentias ſiue uirtutes, tertio quomodo ſe habeant ſpiritus ad ſimilitudines ſenſibilium.

¶ Quantum ad primum dico ꝙ ſpiritus exiſtens in organo prædictarum uirtutũ non ſunt corpora continua cum illis organis, ſed contigua. ſicut patet per ſententiam Ariſtotelis. Primo generatio ſpirituum eſt in corde, deinde tranſmittuntur in corde ad cerebrum tranſeundo ꝑ duram matrem, quod non eſſet uerum ſi eſſent corpora continua cum organis, ſecundo dico, ꝙ ſunt in illis organis ſicut in locis in quibus conſeruantur, & hoc patet ſatis per conſt. clarè.

In libro de differentia ſpiritus, & animæ.

¶ Quantum ad ſecundum principale in iſto articulo dico, ꝙ uirtutes ſecundum id ꝙ ſunt non ſunt formæ ſpirituum ſed organorum: quia non eſt intelligibile, ꝙ unum, & idem ſit per ſe forma duorum diſcontinuorum, ſed organa, & ſpiritus ſunt diſcontinua. Cum ergo uirtutes ſint formę organorum non poſſint eſſe formę ſpirituum.

¶ Quãtum ad tertium principale in iſto ſecundo articulo dico, ꝙ iſte ſimilitudines ſenſibilium alio modo ſe habent ad organa, & alio modo ad ipſos ſpiritus. In organis enim ſe habent ſicut color ad ipſum corpus coloratum: quia ſicut corpus coloratum informatur colore, ita organa informantur illis ſimilitudinibus. Ad ſpiritus autem ſe habent iſte ſimilitudines ſicut ſpecies coloris ad aerem: quia ſicut ceſſante corpore colorato ceſſat ſpiritus, qui erat in aere, ita ceſſante ſpecie,

quæ

quæ eſt in organo ceſſat ſimilitudo, quæ eſt in ſpiritu.

Quõ Demones poſſint ludificare ſenſus noſtros.

¶ Tunc ad tertium articulum principale dico, q̄ dæmones poſſunt ludificare ſenſus noſtros multipliciter. Primo ut illud quod eſt abſens uideatur præſens, ſecundo, vt quod præſens eſt lateat, tertio ut illud quod eſt vnius coloris uideatur eſſe alterius coloris, quarto ut illud quod eſt unum videatur plura, quinto ut illud quod eſt unius quantitatis uideatur eſſe alterius, ſexto ut illud quod eſt in uno ſitu uideatur eſſe in alio, ſeptimo ut illud quod eſt unius figuræ uideatur eſſe alterius, octauo ut illud quod eſt in motu uideatur eſſe in quiete, nono ut quod eſt ſub quiete uideatur eſſe in motu.

¶ Omnes illos modos ludificationis poteſt dæmon facere in nobis dupliciter .ſ. operando aliquid extra nos, aut aliquid intra nos. Breuitatis autem gratia tãtum de primo pono exemplum. Ludificat.n. ſenſus noſtros primo operando aliquid extra nos faciendo in aere naturam ſpecularem congregando diuerſas partes aeris, ita ut habeat naturam ſpecularem, ita ut ſicut oppoſito ſpeculo illud quod eſt retro uidetur ante, ſicut patet cuilibet inſpicienti, ſecundo poteſt hoc idem operando aliquid intra nos: nam ſicut dictum eſt in primo articulo, ſenſus communis non retinet ſpecies: ſed uirtus formatiua: ſpecies autem quæ eſt in organo iſtius potentiæ multiplicat ſe per ſpecies quæ ſunt corpora diafona in uia, quæ eſt ab organo ſenſus communis uſque ad organum potẽtiæ memoratiuæ, formatiuæ, & imaginatiuæ, & tunc malus angelus ita forti motu mouet ſpeciem, quæ eſt in organo ſenſus communis, ut uideatur ſibi obiectum præſens quod repræſentat ab alia ſpecie, & hoc quære melius in Auicenna. Idem intelligo de alijs modis ludificationum prædictis.

Pulchrum exemplum.

6. naturalium par. 4. cap. 2.

¶ Ad argumentum in contrarium dico, quòd ſenſus reſpectu proprii obiecti eſt verus, niſi fiat permutatio in organo, uel in medio, patet autem in tertio articulo, quòd dæmon poteſt immutare organum & medium.

DISTINCTIO IX.

An vnus Angelus poſſit alteri loqui?

D. Bona. 2. ſenten. diſtinc. 10. q. 1. Artic. 3.
Scotus ſecunda ſententiarum diſtinct. 9. quæſtio 2.
D. Thomas prima parte q. 107. Artic. 1.
Ricardus 2. ſent. diſtinctio 9. q. 1.
Franciſcus de Mayronis 2. ſent. diſtinc. 9. 10. & 11. q. 1.

QVAESTIO I.

POST prædicta ſupereſt. Circa iſtam diſtinctionẽ nonam quæritur. An angelus poſſit alteri loqui? Videtur quòd non, quia locutio fit de eo quod ẽ ignotum: ſed quicquid eſt ignotum uni angelo eſt notum alteri, ergo, probatio minoris, eſſentia angeli eſt intimior angelo quam ſua cogitatio: ſed iſta intimitate non obſtante eſſentia angeli eſt nota alteri angelo, ergo & cogitatio

Lingua Angelorum nihil aliud eſt niſi aliqua uirtus ſupernaturalis expreſſiua propriorum conceptuum. hãc linguam habent etiam Angeli inferiores, & ſuperiores, qua poſſunt omnes loqui.

¶ Secundo ſic, ſi angelus poſſit loqui uni angelo, ita poteſt loqui diſtanti ſicut præſenti, conſequens eſt falſum: quia non poſſet loqui uni angelo quin loqueretur omnibus intermediis, ergo.

¶ Tertio ſic: quicquid angelus cognoſcit per ſpecies innatas, ſed omnis ſpecies, quæ uni angelo innata eſt, alteri angelo innata eſt, ergo quicquid cognoſcit unus, & alius cognoſcit. Ergo fruſtrà fit locutio. Maior probatur per rationes.

¶ In contrarium eſt Damaſcen. & patet per illud quod habetur in Iſa. duo ſeraphim clamabant alter ad alterum, ſed clamor eſt quædam locutio.

D. Thomas 1 parte ſummæ. q 55. artic. 2. quæ ſunt poſitæ ſup. diſt. 2. q. penultima.

¶ Reſponſio, hic ſunt duo articuli. In primo ponitur una opinio, quæ reprobatur, ſecundo dicetur ad quæſtionem ſecundum ueritatem.

Vide Dam. lib. 3 c. 32. & Iſa. cã 6

QVANTVM ad primum articulum eſt opinio Henrici, quæ tria dicit.

¶ Primo quomodo loquens cognoſcit illud de quo loquitur .ſ. ſingulare.

¶ Secundo quomodo poſſit illud cognoſcere unus, & alium latere.

¶ Tertio quomodo fiat ei patens per aliquam rationem quando loquendo exprimit

mit illud. ¶ Quantum ad primium dicitur, quòd angelus cognoſcit ſingulare per uniuerſale concreatum ſuo intellectui. Quod probatur primo, quia unúmquodque ſicut ſe habet ad eſſe, ita ſe habet ad cognitionem, ſed ſingulare quantum ad eſſe nihil addit ſupra uniuerſale, ergo.

Henric. quolib. 5. q. 15. et quol. 2. q. 8. 2. met. cō tex. 4.

¶ Secundo ſic, nihil mouet aliquam potentiam, niſi in uirtute primi obiecti, ſed primum obiectum intellectus angelici eſt uniuerſale, ergo.

¶ Tertio ſic, ſequitur quòd intellectus angeli eſſet magis determinatus, & limitatus, quam humanus.

Rōnes multum apparētes Henrici

¶ Quarto ſic, quia ſi non ſequitur, quòd ſicut per appręhenſionem uniuerſalium generatur in nobis habitus ſcientialis, ſic in intellectu angeli ſi primo cognoſceret ſingularia poſſet eſſe habitus ſcientiæ, ſine ſcientia, vel pręter ſcientiam uniuerſalium, quod eſt contra philoſoph. 7. metaphiſicæ.

7. met. contex. 53.

QVANTVM ad ſecundum dicit ille doctor, quòd licet intellectio huius vniuerſalis, quæ eſt ratio intelligendi huic pateat illi uero non, tamen patent ei conceptus huiuſmodi, ut eſt de ipſo ſingulari, quia per hoc quòd ipſe utitur forma uniuerſali ad concipiendum ſingulare nihil innouatur in intellectu illius, & ideo eſt neceſſaria locutio propter ſingulare cognitum iſti, & alium latet.

QVANTVM ad tertium dicit, ꝙ ſicut ſingularia ſignata cognita a nobis non poſſumus per locutionem alteri exprimere niſi exprimendo ſingularia uaga cum proprietatibus, & accidentibus ſub quibus aliquid reuelatur, ita neque vnus angelus ſub eadē ſignificatione ſub qua ei reuelatum eſt poteſt alteri angelo loquendo manifeſtare: ſed format alteri conceptum nouum realiter alium de ſingulari uago quem conceptum alius intellectus angelicus uidet, quaſi legeret in libro, & hoc uocatur loqui, ſiue locutio.

¶ Contra iſtam opinionem arguitur primo ſic, unumquodque ſicut ſe habet ad eſſe ita ad cognoſci, ſed ſingulare addit ſupra uniuerſale ex quæſtione de indiuiduatione, ergo.

¶ Præterea rationes quibus probatur, ꝙ ſingulare non poteſt intelligi ab angelo producunt ex hoc, quod eſt imperfectionis in intellectu cognoſcere ſingulare: ſed hoc eſt falſum: quia intellectus Dei cognoſcit ſingulare.

¶ Præterea illa opinio, uel concluſio eſt improbata multipliciter de uniuerſali concreato, ſiue habitu ſcientiali, diſtinctione 3. q. illa. Vtrum angelus cognoſcendo diſtinctas quidditates habeat diſtinctas rationes cognoſcendi, quære ibi.

¶ Contra ſecundam concluſionem illius arguitur ſic. Ipſe improbat ſpeciem in beatitudine per hoc quòd unus beatus uideret eam in intellectu alterius naturaliter, & ſic uideret naturaliter obiectum repræſentatiuum naturaliter per ſpeciem, ſic arguo in propoſito. Si habitus eſt ratio naturaliter cognoſcendo ſingularis cum unus angelus uideat habitus naturaliter in alio non poterit eum latere obiectum repræſentatiuum.

¶ Præterea quando duo intelligibilia comparantur ad eundem intellectum nō alligatum uirtuti fantaſtice magis actuale eſt magis intelligibile ſi non excedit facultatem potentiæ, ſed ſignatum intelligibile eſt magis actuale indiuiduo uago, ergo magis intelligibile ad intellectu qui non alligatur uirtuti fantaſtice, qualis eſt intellectus angelicus.

¶ Contra tertiam concluſionem illius doctoris ſequitur, quòd in intellectu angeli ſunt duo conceptus de eodem, unus uagus ſignans, & alius determinatus ſignatus, & ſic erit ponere pluralitatem ſine neceſſitate.

¶ De ſecundo articulo principali dico tres concluſiones.

¶ Prima, quòd angelus loquens alteri cauſat immediate conceptum illius obiecti de quo loquitur angelo cui loquitur. Et probatur ſic Omnis loquens intellectualiter carent immediate in eo, cui loquitur conceptum de quo loquitur ſi poſſet: Sed angelus, qui loquitur, poteſt, ergo. Probatio minoris. Illud, quod ſufficienter eſt in actu primo, reſpectu alicuius effectus, poteſt illum immediatè cauſare in receptiuo proportionato, & approximato, ſed angelus habens notitiam alicuius obiecti eſt ſufficienter in actu primo ad cauſandum intellectionem actualem illius obiecti, & angelus

audiens

audiens eſt receptiuum proportionatum.

Angelus loquens quod gignat in intellectu audientis.

¶ Secunda concluſio eſt declarare quid angelus loquens gignat in intellectu audientis. Et dico primo quòd poteſt cauſare actum, & non ſpeciem. Iterum poteſt cauſare actum, & ſpeciem. Iterum poteſt cauſare ſpeciem & non actum. Probatio primi, dato quòd duo angeli poſſunt loqui de aliquo habitualiter noto, ſed tunc gignit actum, & non ſpeciem, quia alias oporteret ponere duas ſpecies in eodem intellectu eiuſdem obiecti, quod eſt falſum ſecundum aduerſarium.

¶ Secundo probatur, quia ſi Deus crearet unam nouam ſpeciem, & notitiam illius haberet unus angelus, & non alius habens notitiam poſſet loqui angelo non habenti notitiam de illa ſpecie, & ſic gigneret in intellectu illius actum, & ſpeciem.

¶ Tertium probatur, quia minor uirtus non poteſt impendere maiorem uirtutem a ſua actione, ergo ſi ſuperior angelus conſideraret aliquid in genere proprio tunc inferior uolens ſibi loqui non impediret ſuam intellectionem actualem, cauſabit autem aliquid, ſed nõ actũ ut patet, ergo ſpeciem.

Quò Angelus poſſit loqui uni, & non alteri.

¶ Tertia concluſio quomodo unus angelus poteſt loqui uni, & non alteri. Et dicunt aliqui, quòd angelus non poteſt uni loqui quin alijs omnibus loquatur.

Obiect. Varronis.

1. opinio.

¶ Contra hoc obijcit Varro multipliciter. Primo quia angelus non eſt peioris conditionis, quam homo, ſed homo poteſt conſiliari, & loqui cum uno ſecrete non loquendo cum alio, ergo.

¶ Secundo quia angelus bonus non poſſet loqui aliquod ſecretum alteri, quod lateret angelum malum ſit eſſet medius, quod eſt inconueniens, & contra Chriſoſtomum ſuper Mat hæum. Ideo eſt alia opinio, quòd angeli habent inter ſe ſignificatiua ſecreta, & priuata, & per talia ſigna poteſt loqui uni, & non alteri.

2. opinio.

¶ Contra intimior eſt eſſentia angeli ſibi, quam quodcunque ſignum, ſed non obſtante iſta intimitate eſſentia unius angeli nota eſt alteri, ergo.

¶ Præterea, quando conueniunt adinuicem de iſtis ſignis ſecretis quare non potuit tertius angelus eſſe præſens qui audire iſt pacta.

3. opinio.

¶ Ideo eſt tertia opinio, quòd hoc eſt ideo quia angeli ſunt ſpecula uoluntaria unde ſi eſſent duo ſpecula ſibi mutuo oppoſita, poteſt unum ſpeculum uoluntarię ſe dirigere ad unum, & non ad alium.

¶ Contra, quamuis repræſentatio ſubſiſtit uoluntati, tamen poſtquam repręſentatio, & locutio facta eſt in effectu uidetur eſſe obiectum naturale ſicut etiam apparet in nobis, quòd locutio antequã ponitur in effectum ſubſiſtet imperio uoluntaris, ſed poſtquam poſita eſt in effectu eſt obiectum naturale auditus. Ideo eſt alius modus Thomæ qui dicit, quòd conceptus in nobis duplici clauduntur obſtaculo, ſcilicet uoluntate, & corporeitate. In angelo autem cum non ſit corporeus conceptus eius clauditur tantum uno obſtaculo, ſcilicet uoluntatis. Et ideo ſtatim cũ vult conceptum ſuum ab alio uideri ſtatim ille uidet.

4. Opinio. D. Thomæ 1. parte ſummæ. q. 107. artic. 1.

¶ Contra illam opinionem eſt eadem ratio, quæ contra precedentem.

5. opin. Scoti.

¶ Quinta eſt opinio Scoti, quæ redit in idem cum iſtis qui dicunt, quòd ſicut in poteſtate angeli eſt uti illa, uel illa ſpecie, ita in eius poteſtate eſt gignere actualem notitiam in illa, uel in illa intelligentia, quia non magis determinatur paſſiuum naturale ad patiendum, quam actiuum naturale ad agendum.

¶ Sed contra iſtam opinionem eſt eadem ratio, quæ contra præcedentem. Et ideo non uideo bono modo rationem determinantem niſi uoluntatem diuinam. Si tamen aliqua prædictarum opinionum eſt uera, concordo tamen cum ultimis tribus opinionibus, quæ in idem tendunt.

¶ Ad argumentum primum in oppoſitum nego minorem. Ad probationem dico, quòd non ualet, quia eſſentia angeli eſt obiectum naturale, cogitatio uero eſt obiectum uoluntarium.

Eſſentia angeli eſt obiectum naturale, et cogitatio obiectum uoluntarium.

¶ Ad ſecundum patet per idem ſicut declaratum eſt in tertia quæſtione articuli.

¶ Ad tertium nego maiorem, ad probationem illius patet in tertia diſtinctione quæſtione illa. Vtrum angelus cognoſcat alia a ſe per ſpecies innatas, uel acquiſitas, quære ibidem.

An

An Angelus unus poſſit alium illuminare?

Scotus 2. ſententiarum diſtinctio 9. q. 1.
D. Thomas 1. parte q. 106. Artic. 4.
Ricardus 2. ſent. diſt. 9 q. 2.
Franc. de May. 2. ſent. diſt. 11. q. 2.
Durandus 2. ſen. diſt. 11. q. 3.

QVAESTIO II.

SECVNDO quæritur. An Angelus unus poſſit alium illuminare? Videtur quod non, quia illuminare eſt lumen creare, uel lumen intendere, ſed Angelus non poteſt lumen creare, quia creare competit ſoli Deo, nec poteſt creatum intendere, quia ab eodem habitus intenditur a quo producitur.

2. Eth. c. 6. ¶ Secundo ſic, non eſt minoris nobilitatis intellectus angelicus, quã humanus, ſed intellectus humanus illuminatur a ſolo Deo. Erat lux vera, quæ illuminat, &c. *Ioan. 1.*

¶ Præterea omnis mutatio eſt inter oppoſita, & ſic ſi Angelus illuminatur prius fuit tenebroſus, quod eſt inconueniens.

¶ Præterea, aut Angelus inferior illuminat ſuperiorem, aut econuerſo, non primo modo, quia illuminans eſt perfectior illuminatio, ſed Angelus inferior non eſt perfectior ſuperiore, ergo, nec etiam ſecundo modo, quia maius lumẽ obfuſcat minus, ſicut patet in meridie, quod lumen ſolis obfuſcat lumen ſtellarum.

8. cap. cele. Hyerar. ¶ In contrarium eſt Diony. qui dicit, ꝙ angeli ſuperiores purgant, illuminant, & perficiunt inferiores.

¶ Confirmatur, quia eccleſia triumphãs aſſimilatur eccleſiæ militanti, ſed in eccleſia militante unus homo illuminat alium hominem, ergo.

¶ Reſpondeo, hic ſunt quatuor articuli, ſecundum quatuor modos dicendi.

D. Thom. 1. par. ſumma q. 106. ar. 1 ¶ Eſt enim prima opinio, Thom. qui dicit, quod Angelum illuminarẽ alium angelum intelligitur dupliciter, ſcilicet cauſatiuæ, quia cauſat lumen, ſecundo modo conſortatiuæ. Primo modo Angelus non illuminat alium Angelum, ſed ſecundo modo.

¶ Contra iſtam opinionem obijcit Varronis, quia confortatio illa aut eſt per impreſſionem, uel informationem factam ab alio, aut per repulſionem contrarij, ſicut dicimus, quod unus carbo confortatur ex coniunctione alterius carbonis, quia duo carbones poſſunt magis repellere frigiditatem aeris circunſtantis, ſed nullum iſtorum poteſt dari in propoſito, quia unus Angelus nihil recipit per impreſſionem ab alio, nec etiam eſt ibi expulſio contrarij, puta tenebræ, ergo. *Obiectio Varronis.*

¶ Ideo eſt ſecundus modus Henrici, qui dicit, quod quadrupliciter poteſt intelligi Angelum ſuperiorem illuminare inferiorem. Vno modo lumen infundendo, ſicut ſol illuminat medium. Alio modo luminoſum offerendo, ſicut deferens candelam illuminat domum, tertio modo obſtaculum amouendo ſicut aperiẽs feneſtram de die, quarto aliquid faciendo, quo facto cauſatur lumen in recepiuo, ſicut cum medicus ſanat oculum infirmi. *Henr. quolib. 5. q. 15*

¶ Ad propoſitum applicando. Primo mõ ſolus Deus illuminat. Secundo modo unus Angelus illuminat alium ei loquen do de aliquo noto ſibi, & non alteri.

¶ Tertio, & quarto modo Augelus illuminat hominem, ſicut probatur per Auguſtinum ſuper illud Pſal. Da mihi intellectum &c. Et ſecundum membrum deducitur ſic. Angelus inferior per naturalem influentiam angeli ſuperioris eſt reducibilis in ſtatum naturalem, & ultimatum perfectionis naturalis, ſed ultimata perfectio Angeli eſt intelligere opus diuinum, ergo. *Pſal. 118.*

¶ Contra iſtam rationem arguit Sco. & bene, quia tunc Angelus ſuperior faceret uidere Angelum inferiorem aliquod reuelatum in uerbo, quia hoc eſt ultima eius perfectio. *Contra Henricum arguit Scotus*

¶ Ideo eſt tertia opinio, quæ dicit, quod ſicut homo docet alium hominẽ, ita Angelus poteſt alium Angelum illuminare, ſed unus homo docet alium quadrupliciter.

¶ Primo modo imprimendo ſpeciẽ directe ſicut in Mathematicis: Magiſter imprimit diſcipulo formam quadranguli.

¶ Secun-

¶Secundo modo imprimendo lumen indirecte excitando lumen intellectus agẽtis. ¶ Tertio modo proponendo propoſitiones modo debito, & determinato pro ponendo principium ad concluſionem eliciendam ex principio, & connexionẽ ipſorum adinuicem ſicut recitat Augu. de iuuene illo interrogato de concluſionibus geometricis per ordinem.

¶Quarto modo homo docet alium iuuãdo, & confortãdo intellectum circa obiectum. Applicando illa ad propoſitum dicitur, ꝙ angelus nõ illuminat primo modo quãtum ad ſpeciem, nec ſecundo modo quantum ad lumen, quia angelus nihil recipit ab alio, nec tertio modo.ſ. proponendo propoſitiones debito modo, q̃a angelus intelligendo non diſcurrit, & ſic illuminat, quarto modo iuuando intellectum circa obiectum, & ipſum confortando. ¶Contra illam opinionem eſt eadem ratio, quæ fuit contra Thomam de illuminatione confortatiua.

¶Item arguit ſic Varro, quia ſi unus angelus non facit aliquid in alio non uidetur ipſum illuminare ſicut ſi ſol ſemꝑ luceret in ſe, & nihil faceret extra ſe nunquam illuminaret mediũ. Propter quod eſt quartus modus dicendi.ſ. Scoti qui dicit, ꝙ illuminatio in angelo eſt quedam locutio de noto perfectiſſimo in eſſe ſecundo, & unus angelus poteſt alteri loq, vt patet ex quæſtione præcedenti, ideo unus poteſt aliũ illuminare. Sed hic ſunt duo dubia, unum ſi ſuperior illuminans poteſt facere inferiorẽ uidere in uerbo, Secundo ſi inferior poſſit illuminare ſuperiorem ¶ Ad primum dico, ꝙ non, q̃a ſicut cognitio uerbi eſt mere ſupernaturalis, ita cognitio cuiuſcunq; obiecti cõtenti in eo eſt mere ſupernaturalis, ſed quod eſt mere ſupernaturale non ſubiacet cauſalitati cauſę ſecundæ, ergo.

¶Ad ſecũdum dubium dico, ꝙ Deus de potentia ſua abſoluta poteſt aliquid reuelare angelo inferiori, ꝙ non eſſet reuelatum angelo ſuperiori. Et tunc ille inferior poſſet aliquo modo loqui ſuperiori, quæ locutio eſſet aliquo modo illuminatio. De communi tamen curſu quicquid Deus reuelat inferioribus, reuelat & ſuperioribus. ¶Ad primum principale dico, ꝙ illuminare non eſt lumen creare, quia creatio excludit omnem cauſalitatem ſubiectiuam ſicut patebit in quæſtione de ratione ſeminali, hic autem præſupponitur ſubiectum receptiuum.

Opinio Scoti quid ſit illuminatio.

Duo dubia.

Ad 1.

Ad 2.

¶ Ad ſecundum dico, ꝙ intellectus humanus non tantum illuminatur a luce diuina quin etiam ibi concurrat cauſa ſecunda illuminans.

¶ Ad tertium dico, ꝙ non oportet ibi cõcedere tenebram per poſitionem, quia cherubin ſunt perſpicatiores in ſcientia quam angeli, & tamen propter hoc angeli non dicuntur tenebroſi.

¶ Ad quartum dico, ꝙ angelus inferior poteſt illuminare ſuperiorem ſi aliquid reueletur ſibi quod non reuelatur ſuperiori. Nec eſt inconueniens, ꝙ angelus inferior excedat ſuperiorem in aliqua ꝑfectione accidentali. Eodem modo dico, quòd angelus ſuperior poteſt illũminare inferiorem. Et cum dicis, quòd maius lumen obfuſcat minus per argumẽtum de ſole, & ſtellis dico, quòd ſupponit falſũ, quia ita apparet propter materialitatem & defectum ſenſus cum impedimẽto medij non diſpoſiti, quia ſi quis eſſet in puteo profundo in meridie uideret clare ſtellas non obſtante luce ſolari.

DISTINCTIO X.

Vtrum omnes Angeli mittantur?

D. Bona. 2. ſenten. diſtinc. 10 q. 2. Artic. 1.
Scotus 2. ſenten diſtinc. 10. q. 1.
D Thomas prima parte q. 112 Artic. 1.
Ricardus 2. ſenten. diſtinctio 10. q. 2.
Durandus 2. ſenten diſtinct. 10. q. 1.

QVAESTIO I.

HIC etiam inueſtigãdum. Circa illam diſtinctionẽ 10. tractat Magiſter de miſſione angelorũ, ideo quæro ſicut Magiſter quęrit. Vtrum omnes angeli mittantur? Videtur quòd non, per Dioniſium qui dicit, quòd ſuperiora illa agmina ab intimis nunquam recedunt. *8 cap. cęle. Hier. cap. 7*

¶Præterea Daniel. dicitur. Milia miliũ miniſtrabant ei, & decies centena milia aſſiſtebant ei, ſed qui aſſiſtunt non mittũtur, ergo.

¶In contrarium eſt apoſtolus. Oẽs ſunt *Heb. 1.*

 admini-

adminiſtratorii ſpecies &c. ¶ Reſpódeo, & dico, ꝙ omnes mittuntur. Sed miſſio eſt duplex.ſ. ad intra, & ad extra. Illi aūt de ſupremis ordinibus ſecūdum commu nem curſum non mittuntur niſi ad intra faciendo reuelationes inferioribus. Illi autem de infimis ordinibus mittuntur ad extra. Veruntamen quamuis de communi curſu ſpiritus ſuperiores non mittantur ad extra, puto tamen ꝙ ex aliqua cauſa ſpeciali, etiam ſpecies ſuperiores mittuntur ad extra, quia ſicut vult beatus Bern. ille qui annunciauit incarnationem Christi fuit de ſummo ordine.

Miſſio duplex eſt.

Cauſa ſpeciali Angeli ſuperiores mittuntur ad extra.

¶ Ad argumentum Dionyſii, & Danielis dicendum, quòd loquuntur de communi curſu miſſionis.

DISTINCTIO XI.

An Angelus cuſtodiens poſſit aliquid effectiuè cauſare, in intellectu hominis cuſtoditi?

Scotus 2. ſententiarum diſtinc. 11. q. 1.

QVAESTIO I.

ILLVD quoque ſciendū. Circa iſtam 11. diſtinctionem quæro. An angelus cuſtodiens poſſit aliquid effectiuè cauſare in intellectu hominis cuſtoditi? Videtur ꝙ ſic, quia alias fruſtra cuſtodiret ipſum niſi poſſet eum dirigere in actibus humanis.

¶ Præterea à actiuum quod poteſt aliquid cauſare in paſſiuo excellentiori, poteſt & aliquid cauſare in paſſiuo minus excellēti. Sed intellectus angelicus eſt nobilior intellectu humano, & angelus poteſt aliquid efficere in intellectu angelico, vt patet ex quæſtionibus de locutione angelorum, & illuminatione, ergo.

¶ Præterea plus conuenit intelligētia cū intellectu humano, quam ſenſibile, ſed ſenſibile poteſt aliquid efficere in intellectu noſtro, ergo.

¶ In contrarium patet per Auguſt ſuper illud, pſal. Angelis ſuis mādauit de te, &c.

Pſal. 90.

¶ Reſpōſio, hic ſunt tres articuli. Primus ſi quilibet homo habet angelum cuſtodem ſui. Secundus ſi angelus poteſt aliquid efficere in intellectu noſtro ſecūdum opinionem Auicennæ. Tertius ſi ſecundum opinionem Theologorum.

QVANTVM ad primum dico cū Magiſtro, ꝙ ſic, hoc patet Matth. Angeli eorū ſemper uident faciē patris mei &c. vbi dicit Hieronymus. Magna dignitas animarum, vt unaquęque anima habeat ab ortu natiuitatis ſuæ in cuſtodiam ſuā depuratum angelū. Item in actibus apoſtolorum dicitur de Petro. Forſitan angelus ipſius eſt. Itē in pſal. Angelis ſuis mandauit de te.

Matth. 10.

Actuū c. 2

Pſal. 90.

¶ Sed hic eſt dubium de Antichriſto ſi habebit angelum cuſtodem ſui. Et dicit Aureolus, & bene, ꝙ Antichriſtus, vel erit obſtinatus in malo, & ſic nō habebit, vel non erit obſtinatus, & ſic non erit inconueniens ipſum habere angelū. Itē eſt & aliud dubium, quia duo homines cuſtoditi poſſunt adinuicem contradicere ex bono motiuo de aliquo bono opere, & ſic uidetur, ꝙ inter angelos ſit controuerſia, & pugna. Ad quod dico ſecūdum viam ſanctorum, ꝙ nullum inconueniēs eſt inter angelos eſſe opinionum diuerſitatem, quantum ad ea, quæ ſunt ad finem dummodo manet identitas finis.

¶ Item dubium eſt ſi contriſtantur de cuſtodito perdito, dico ꝙ non habent triſtitiam prout triſtitia habet paſſionem, & afflictionem, ſed prout dicit uolitionem.

QVANTVM ad ſecundum articulum eſt opinio Auicennæ, qui dicit, ꝙ anima dum actu intelligit habet ſpecies ab intelligentia, & hęc ſpecies non habent eſſe manſiuum in anima poſt actualem conſiderationem, probatur per hoc quod in organo ſenſus conſeruatur ſpecies poſt receſſu ſenſibilis ex eo, ꝙ organum non eſt natum cognoſcere obiectū, ſed intellectus non eſt potentia organica ergo. Modus ſuus ponendi fuit talis, ipſe poſuit ordinem in intelligentiis ita ꝙ ultima intelligētia influebat ſpecies dum erat actualis intellectio ſuper noſtrum intellectum. Et ſicut Plato poſuit, quòd per conuerſionem intellectus noſtri ad ideam alicuius rei haberemus ſcientiam illius rei Ita Auicenna poſuit, ꝙ per conuerſionē intellectus noſtri ad illam.ſ. intelligētiam haberemus notitiam rei. Ait enim in principio capituli allegati, quòd cauſa dandi formam intelligibilem animæ

6. naturalium par. 5 cap. 6.

Modus ponendi Auicennæ.

Auic vbi ſupra.

mæ noſtræ non eſt niſi intelligentia in effectu penes quam ſunt principio formarum intelligibilium abſtractarum.

¶ Contra illam opinionem arguitur dupliciter, ſecundũ quòd duo ponit. Primo quòd ſpecies fluunt in animam noſtram ab intelligentia, ſecundo quòd ille ſpecies non manent niſi actu intelligendi manente.

D. Thom. 1. parte ſummæ q. 89. artic. 2. phyſ. 23.

¶ Contra primum arguit Thomas ſic, ꝙ ſi ita eſſet tũc fruſtra anima uniretur corpori, quia nõ propter aliquam perfectionem animæ in eſſendo, quia forma non eſt propter materiam, ſed econnerſo, ex ſecundo phiſicorum, nec propter perfectionem animæ in operando, quia non unita poſſet habere ſpecieſ ab intelligentia ſicut unita. Iſta ratio non ualet, quia eodem modo cõcludit, quòd anima beata fruſtra unitur corpori, quia nõ propter aliquam perfectionem in eſſendo, quia forma non eſt propter materiam, ſed ecõnerſo, ut dicis, nec propter perfectionem eius in operando, quia illam perfectam operationem habet anima beata non vnita corpori, ſicut unita.

1. & 2. poſt. contex. 33. & cont 27 & 1. met in prohemio, et 2. phyſ. contex 6.

¶ Arguo ergo aliter ſic. Omnis noſtra cognitio oritur a ſenſu, & deficiente ſenſu deficit ſcientia, quæ eſt ſecundum illum ſenſum. Sed hęc eſt falſa ſi ille ſpecies imprimerentur ab intelligentia, ergo. ¶ Cõtra ſecundum articulum arguitur Li. diſ. 3 quære ibi. Et adducitur ad præſens auctoritas Aui. in ult. c. i. partis 6. naturaliũ vbi dicit, quòd anima non conſiderat ſpecies niſi ueluti ſunt repoſitæ ĩ intellectu.

QVANTVM ad terſium articulũ dico, quòd cum quæritur, Vtrum angelus poſſit aliquid effectiuę cauſare ĩ intellectu noſtro poteſt intellectu, vel de angelo abſolutæ ſumpto, vel de angelo cũ corpore aſſumpto. Si ſecundo modo patet, ꝙ ſic per totum librum Tobiæ de Raphaele Si autem primo modo dico duas concluſiones: Prima eſt, quòd nihil poteſt cauſare immediate effectiuè: puta intellectionem, uel ſpeciem, ſecunda concluſio eſt, quòd aliquid poteſt diſpoſitiuè.

1. de anima contex. 24.

PRIMA concluſio probatur ſic. Actus actiuorum ſunt in patiente diſpoſito, ſed intellectus noſter dum eſt coniunctus corpori corruptibili non eſt diſpoſitus ad ſuſcipiẽdum immediate ſpeciem, vel intellectionem ab angelo, ergo quia pro ſtatu iſto intellectus impeditur ne poſſit recipere immediate immutationẽ ab aliquo actu intelligibili ſine fantaſmate, quia fantaſma ſe habet ad intellectũ noſtrum pro iſto ſtatu ſicut ſenſibile ad ſenſum, ſed ſenſus non immutatur primo niſi ab aliquo ſenſibili, ergo nec intellectus noſter immutatur pro ſtatu iſto primo niſi a fantaſiabili. Ex hoc infert Sco. correlatiuum, quòd angelus non poteſt aliquem rapere ad intellectionem uiſibilem, quia omnis raptus uirtute diaboli eſt præciſe ad aliquid intenſe imaginandum cuius intenſa imaginatio facit animum diſtractum ab omni alia cogitatione.

Scotus infert correlatiuum.

QVANTVM ad ſecundam cõcluſionem dico, quòd poteſt aliquid cauſare diſpoſitiue, non tamen ut nouum fantaſma producat, quia nouum fantaſma non produceretur niſi cauſa naturali mediante qua ponitur obiectum. Quomodo ergo poteſt diſponere, & nouum fantaſma non producere, dico quòd hoc poteſt fieri duplex.

Vide Egidiũ quol 6 q. 16.

¶ Primo quietando motum humorum, & ſpirituum qui motus impediunt cognitionem. Et exemplum eſt, videmus enim quod in aqua mota imagines non apparent, in aqua uero quieta apparent, & tũc viſus diſtincte videt. Ita etiam motus ſpirituum, & humorum impediunt diſtinctam cognitionem, & ſedatio eorum iuuat. Cum ergo angelus poſſet illos motus ſedare poterit, & ad diſtinctionem cognitionum iuuare. Et hoc eſt quod habetur 7. phiſicorum, quòd anima ſedẽdo, & quieſcendo fit prudens.

Pulchrum exemplum.

7. phyſ contex. 19.

¶ Alius modus eſt Rich. qui dicit, quòd angelus poteſt diſpoſitiue aliquid facere fantaſmata tranſmutando abſque tamen corruptione illius organi ĩ quo ſunt, quibus tranſmutatis, & debito modo adinuicem ordinatis, plus quam prius magis habet diſponere ad intelligendum. Et eſt exemplum, ſicut ex paucis literis diuerſi modè ordinatis fiunt diuerſæ repreſentationes, ita ex eiſdem fantaſmatibus alio, & alio modo ordinatur fiunt diuerſæ repreſentationes propterquod dicitur i. de generatione, quòd ex eiſdem literis fiũt comędia, & tragędia. i. verſos reſultantes in laudem, uel uituperium.

Vide Ricardum in 2. diſtinc. 10. q. 2.

Exemplum.

1 de gener cont. 5

¶ Ad primum principale dico, quod non fruſtra cuſtodit hominem, tum quia poteſt aliquid efficere diſpoſitiue, tum quia cuſtodiunt nos a multis impugnationibus dæmonum, ut uult Hieronimus ſuper Matthæum.

¶ Ad ſecundum dico, ꝙ maior eſt uera dummodo non ſit impedimentum in paſſo minus excellenti. Sed in propoſito dico, quod eſt impedimentum in noſtro intellectu pro ſtatu iſto, puta fantaſma.

¶ Ad tertium eodem modo, ꝙ ſenſibilia poſſunt immutare intellectum pro ſtatu iſto, quia nullum eſt impedimentum, ſed intelligentia non poteſt, quia habet impedimentum, ut dictum eſt.

DISTINCTIO XII.

An materia dicat entitatem poſitiuam diſtinctam realiter a forma?

Scotus 2. ſententiarum diſtinctio 12. q. 1. Ricardus quolib. 4 q. 5. Art. 1.

QVAESTIO I.

HAEC de naturę angelicæ. Circa iſtam diſtinctionem 12. quæritur primo. An materia dicat entitatē poſitiuam diſtinctam realiter a forma? Videtur, ꝙ non, quia 7. Meth dicitur, ꝙ materia nec eſt quid, nec quale, nec quantum, nec aliquod prædicamentorum, ergo. *7. Met. contex. 8*

¶ Præterea 5. Phy. probatur, quod generatio non ſit motus ſic. Quod generatur, nō eſt, quod mouetur eſt, ergo quod mouetur non generatur, ergo generatio non eſt motus. Si rō eſt bona, oportet, ꝙ uniformiter negetur a ſubiecto generationis eſſe quod affirmatur de ſubiecto motus. Sed de ſubiecto motus affirmatur eſſe in potentia, quia motus eſt actus entis imperfecti, uel in potentia, ergo hoc negetur a materia, & ſic erit nihil cum nec ſit in actu nec in potentia. ¶ Præterea ſic materia de ſe eſſet cognoſcibilis, quod ē contra Philoſophum. ¶ In contrarium arguitur per illud quod habetur 1. Phy ubi dicitur, ꝙ materia eſt illud ex quo fit aliquid cum inſit, ergo. ¶ Reſpōſio. Hic ſunt tres articuli Primo impugnatur una opinio falſa, ſecundo dicetur ad quæſtionem ſecundum ueritatem, tertio remouentur quædam dubia. *5. Phyſ. contex. 8* *1. Phy. cont. 6 3. 2. Phyſic. con. 28.*

QVANTVM ad primum eſt una opinio, quæ dicit, ꝙ materia nō dicit entitatem poſitiuam diſtinctā a forma, ſed in ſubſtantia generabili, & corruptibili, ē tantummodo una entitas poſitiua, quæ a quibuſdā dicitur materia a quibuſdam uero dicitur forma, maxime cū perficit in gradu ſuæ entitatis diuerſimodę. ¶ Cōtra illud dictū arguit Sco. primo per dictū Philoſophi 1. Phy. ubi dicitur, unum cōtrarium nō fit aliud, ſed oportet aliquid cōe manere ſub utroque termino. Ex hoc arguitur ſic, oē naturale agens requirit potentiā in quam agit, & iſtā potentiā tranſmutat de oppoſito in oppoſitum. Sed unū oppoſitū nō fit aliud oppoſitum, ergo materia, quæ ſubiicitur non eſt alterum oppoſitorum, puta forma, uel priuatio. *1. Phyſic. cont. 60. & 63.*

¶ Secundo ſic, aliqua ſubſtātia eſt corruptibilis a principiis intrinſecis, ſed ſi ſubſtātia generabilis, & corruptibilis nō hēt niſi unā entitatē poſitiuā eius ſubſtantia erit ſimplex, & non hēbit in ſe principia corruptionis, ergo. ¶ Tertio ſic. Si materia nō ſit entitas poſitiua aliā a forma, nō erit generatio nec corruptio, ſed hoc eſt falſum, ergo. Probō maioris, generatio ē a nō ſubiecto in ſubiectū, corruptio autē econuerſo, ex 5. Phy. Sed ſi ſubiecta generabilis ſit ſolū idē, quod forma nō remanebit ſubiectū aliud ¶ Quarto ſic, principiū receptiuū eſt diſtinctū realiter a principio recepto, quia idē nō recipit ſe. Sed principiū receptiuū eſt materia, & principiū receptū ē forma, ergo. ¶ Addo ad idē duas rōnes Primo ſic. Quādo unū manet altero non manente illa nō ſunt idē, ſed manente materia forma pōt corrumpi, & non manere, ergo ¶ Secundo ſic, qđ præſupponitur generationi non eſt idē cum eo qđ acquiritur per generationem. Sed materia præſupponitur generationi, forma uero acquirur, ergo. ¶ Præterea Auic. ait, materia non eſt in effectu niſi per formā, forma uero eſt quoddam aliud a materia, & unum non eſt aliud. *5. Met. cōt. 7.* *5. Met c. 5 quaſi circa principium.*

QVANTVM ad ſecundū articulū eſt uidendū qualis entitas eſt entitas materiæ. Et dico, ꝙ eſt entitas in potentia, ſed hoc dupl'r pōt intelligi ſecū dū, ꝙ duplex ē potētia. ſ. obiectiua, & ſubiectiua. Mā ār ex quo, pducta ē nō ē i potētia obiectiua, ſed ſubiectiua, & ut ſic ē ēt in actu. *Duplex eſt potentia.*

Sed

Actus eſt duplex.

Sed eſt diſtinguendũ de actu, quia actus eſt duplex. ſ. actus formalis qui informat & actus entitatiuus. Materia vero non dicit actum primo modo ſumptum, ſed ſecundo modo, & tunc eſt probandum, ꝙ materia dicit entitatem diſtinctam a forma, quod probatur per ſex rationes factas in primo articulo contra primã opinionem, & confirmatur ex v. fundamentis philoſ. in diuerſis locis. ſ. tum quia materia ẽ per ſe principiũ, ex 1. phiſicorum, tum quia materia eſt per ſe cauſa, ex 2. phiſicorum, tum quia materia eſt per ſe pars compoſiti, ex 7. methaphiſicæ, tum quia materia eſt per ſe ſubiectum generationis, ex 4 phiſic. tum quia materia ẽ ingenita, & incorruptibilis, ex 1. phiſico.

QVANTVM ad tertium articulũ reſtat remouere quædam dubia contra hoc quod dictũ eſt in ſecundo articulo. ſ. ꝙ materia dicit entitatẽ poſitiuã actualẽ,

¶ Primo quia non poteſt ſaluari generatio, vt diſtinguitur contra alterationem per dictum philoſ. qui arguit contra antiquos philoſ. ꝙ ſi ſubiectũ generationis ẽ ens in actu non poteſt ſaluari generatio,

1. de gen cõ tex. 1. et 23

¶ Secundo quia quod aduenit enti ſubſtantiali in actu eſt actus, ergo ſi materia eſt ens in actu ſubſtantiali forma ei adueniens eſt accidens,

¶ Tertio ſic, quia ex duobus entibus in actu non fit unum per philoſ. 7. metha. & ſic materia nõ faceret ꝑ ſe vnũ cũ forma.

7. met com- tex. 49.

¶ Quarto ſic, ſicut ſe habet primus actus ad primam potentiam, ita prima potẽtia ad actum. Sed primus actus qui eſt Deus nihil includit potẽtialitatis, ergo nec prima potentia ſicut eſt materia includit aliquid actualitatis,

¶ Quinto ſic, actus proportionatur potẽtiæ. Sed potentia materiæ eſt infinita, ergo ſi materia dicit actum, habebit actum infinitum. ¶ Ad primum dico, quod vt patet ex ſecundo articulo, ꝙ actus eſt duplex. ſ. actus entitatiuus qui opponitur potẽtiæ obiectiuæ, & actus formalis, qui perficit potentiam ſubiectiuam. Antiqui enim philoſ. poſuerũt, ꝙ materia eſt ens in actu corporeo, & formali ſecundo modo dicto. Ego autem non ſic pono,

Opinio Varronis.

¶ Ad ſecundum dicit Varro, ꝙ maior eſt falſa, quia patitur inſtantiam de alimento quod aduenit rei exiſtenti in actu, & tamen non eſt ei accidens. Vnde quod aduenit rei actuatæ actualitate formali, & ultimata bene eſt ei accidens, ſicut infra patebit quæſtione de pluralitate formarum. ¶ Et eodem modo dico ad tertiũ ꝙ unus actus poteſt eſſe potentialis, & formalis perfectibilis reſpectu alterius, vt patet in homine ſuppoſita pluralitate formarum. ¶ Ad quartum dico, ꝙ accipiẽdo uniformiter maior habet ueritatẽ ſub tali ſenſu, quia ſicut actus primus qui eſt Deus nullam habet potentiam paſſiuam ad actum formalem, ſic materia prima ex ſe nullum habet actum formalem.

Duplex potentia.

¶ Ad quintum dico, ꝙ potentia eſt duplex. una, quæ reſpicit formam in fieri, alia quæ reſpicit formam in eſſe ſubiecti. Primo modo concedo, ꝙ tantus eſt actus quanta eſt potentia, ſecundo modo non, oportet ꝙ actus proportionetur potẽtiæ abſolutæ ſumptæ.

¶ Ad argumẽta principalia. Ad primum auctoritas ſoluit ſeipſam, quia dicitur ibi ꝙ materia non eſt aliquid eorum quibus determinatur ens, ſicut ſunt ſpecies, & differentiæ, ſed materia eſt aliquid indeterminatum. ¶ Ad ſecundum dico, quòd eſſe affirmatum de ſubiecto motus eſt eſſe in actu ſicut patuit ſupra in quæſtione de motu angelorum, & hoc eſſe remouetur a ſubiecto generationis ſumendo ſemper pro eſſe in actu formali.

¶ Ad vltimum dico ꝙ materia eſt per ſe cognoſcibilis, ſed ſi non cognoſcitur, hoc eſt propter defectum intellectus noſtri.

An materia per potentiam diuinam poſſit eſſe ſine forma?

D. Bona. 2. ſenten. diſtinc. 12. q. 1. Artic. 1.
Scotus ſecunda ſententiarum diſtinct. 12. q 2.
D Thomas prima parte q. 66. Artic. 1.
Ricardus 2. ſent diſtinctio 12. q 4
Franciſcus de Mayronis 2. ſent. diſtinc. 12. q. 2
Durandus 2. ſententiarum diſtinctio 12. q. 2.
Joannes Baccouitanus 2. ſent. diſt. 12. q. vnica

QVAESTIO II.

SECVNDO quęritur. An materia per potentiã diuinã poſſit eſſe ſine forma? Videtur ꝙ non, quia priuationes formarũ oppoſitarum ſunt oppoſitæ, ſed oppoſita non poſſunt ſimul eſſe in eo

dem ſubiecto. Si autem materia eſſet ſine omni forma tunc oppoſita eſſent in ea. ¶ Præterea plus habet de actualitate for ma materialis quam materia. Sed Deus non poteſt facere formam materialem ſine ſubiecto puta motum ſine mobili, ergo. ¶ Præterea Hugo. dicit ꝙ materia nõ po teſt eſſe ſine forma.

De ſacramẽtis parte 1.

¶ Præterea idem probat Auicenna, & Ariſtoteles. ¶ In cõtrarium, quicquid Deus per ſe poteſt intelligere poteſt per ſe facere, ſed Deus poteſt intelligere materiã ſine forma, ergo. ¶ Reſponſio. Hic ſunt tres articuli. In primo ponuntur duę opiniones falſę, ſecundo dicetur ad quęſtionem ſecundum ueritatem, tertio dicetur ad motiua eorum qui ſunt pro oppoſita parte.

2. met ca. 3
1 de gene. cap de augmento.

Opinio Albertus Egi.

QVANTVM ad primum eſt una opinio, quæ conformiter dicendo ad dicta in primo articulo præcedentis quæſtionis dicit, ꝙ quia materia, & forma dicunt eandem rem, ideo materia nõ poteſt eſſe ſine forma. Sed hæc opinio quantum ad fundamentum eſt improbata in præcedenti quæſtione, ideo relinquitur.

D. Thom 1. parte ſummæ q 66. artic. 1.

¶ Eſt ergo opinio Tho. quę dicit ꝙ Deus hoc non poteſt, & habetur talis ratio ab eo, ꝙ Deus non poteſt facere, quod implicat contradictionem, ſed materiam eſſe ſine forma implicat contradictionem, ergo. Probatio minoris, quod per ſe exiſtit eſt in actu, ſed materia ſecundum ſe non eſt in actu, & ſic ſimul eſſet in actu, & nõ eſſet in actu, quæ contradicunt. Aliqui enim ſequentes illam opinionem arguunt multipliciter.

¶ Primo ſic, ſicut ſe habet figura ad corpus, ita forma ad materiam. Sed Deus nõ poteſt facere corpus ſine figura, quia faceret infinitum in actu, ergo.

¶ Item quanto aliqua verius faciunt unũ tanto minus ſunt ſuperabilia, ſed materia verius facit unum cum forma, quam ſubiectum cum propria paſſione, ergo ſunt minus ſeparabilia, ſed Deus homo poteſt facere ſubiectum ſine propria paſſione, ergo. ¶ Item materia prima habet minimum de entitate, quia eſt prope nihil ſecundum Auguſtinum. Sed ſi poſſet eſſe ſine forma nõ haberet minimum de entitate, ergo. Probatio minoris, quod poteſt per ſe eſſe, habet plus de entitate, quam id quod non poteſt per ſe eſſe. Sed

12. cõfeſſionem cap. 32

relatio per ſe non poteſt eſſe ſine fundamento, materia autem per ſe poteſt eſſe ſine forma, ergo materia habet plus de entitate quam relatio.

¶ Item omne quod habet per ſe eſſe, vel eſt actus, uel habens actum, ſed materia nullum horum eſt cum ſit ens in potẽtia. ¶ Item quod habet per ſe eſſe, habet ideã in Deo, ſed materia non habet ideam in Deo, ergo. ¶ Item ſecundum Boetium oẽ eſſe eſt a forma, ſed materia nõ habet formam ¶ Vltimo ſic, quando aliqua ana logantur in uno analogato, illud non habet eſſe niſi in primo realiter, & eſſentia liter, & in alio nõn habet eſſe niſi per rationem illius. Exemplum de ſanitate in vrina, & in animali. Sed materia, & forma analogãtur in eſſe, & hoc primo competit formę, ergo.

1. de tri c. 3
Vide Auerro. 2 phyſ. com. 12.

Exemplum.

QVANTVM ad ſecundum articulum dico, ꝙ illa opinio eſt falſa, quod primo probo ſic. Quia plus dependet accidẽs a ſubiecto, quam materia a forma, ſed Deus poteſt facere accidens ſine ſubiecto, ut patet in ſacramento altaris. Reſpondetur, ꝙ non eſt ſimile, quia materia nullum dat actum, accidens autẽ dat actum, ergo accidens poteſt eſſe ſine ſubiecto, materia aũt nõ poteſt eſſe ſine forma ¶ Contra Ariſtoteles primo de gene ratione mouet conſimilem quęſtionẽ, & dicit, ꝙ materia non poteſt ſeparari a forma niſi paſſiones ſint ſeparabiles, ſed ꝑ te paſſiones poſſunt ſeparari a ſubiectis, ergo ¶ Item ſeptimo methaphiſicę. Accidentia nõ ſunt entia niſi quia entis, ergo.

1. de gen. cõ tex.

7. met. com tex, 2.

¶ Secundo principaliter arguit Scotus ſic. Deus poteſt facere, quod nõ implicat contradictionem, ſed materiam eſſe ſine forma non implicat contradictionem, ergo. ¶ Probatio minoris, abſolutum prius alio abſoluto, & diſtinctũ realiter ab eo poteſt eſſe abſq; contradictione ſine illo. Sed materia eſt ens abſolutum diſtinctũ realiter a forma, vt patet in quęſtione præcedenti, & prius forma, quia receptiuum eſt prius recepto, ergo. ¶ Præterea quicquid Deus cauſat in creaturis reſpectum abſoluti, & non eſt de eſſentia rei poteſt fieri ſine illo. Sed forma abſoluta non eſt de eſſentia materiæ, ergo ¶ Dico ergo, ꝙ hic, aut quæritur de forma abſoluta, aut reſpectiua. Si primo modo patet ꝙ ſic. Si ſecundo modo non faciendo nec mẽtionem

Vide etiam Henricum quol. 3. q. 10

nem de forma reſpectiua,quę eſt creaturę ad creaturam,ſed de forma reſpectiua quæ eſt creaturæ ad Deum, patet ex quæſtione quarta iſtius ſecundi, ꝙ illa relatio eſt idem realiter quod creatura, & ſic non poteſt eſſe ſine alia, quia nihil poteſt eſſe ſine eo quod eſt idem realiter ſibi.

QVANTVM autem ad tertium articulum oportet reſpondere ad argumenta alterius opinionis. ¶ Ad primum dico quòd non implicat contradictionē, & cū probas,quòd eſſet in actu, & non in actu. Dico, quòd ſicut eſt duplex potentia ſ. obiectiua, & ſubiectiua, ita eſt duplex actus. Vnus qui opponitur potentiæ ſubiectiuæ, & dicit actus formale. Et alius qui opponitur potentiæ obiectiuæ,& dicitur actus entitatiuus. Materia aūt eſt in actu, & non in actu,ſed non contradictoriæ: quia eſt in actu entitatiuo, & non in actu formali.¶ Ad ſecundum dico,primo quòd iſta ſimilitudo eſt uera quantū ad terminabilitatem,quia ſicut figura terminat corpus extrinſece,ita forma terminat materiam intrinſece:ſed nó eſt uera quātum ad inſeparabilitatem.¶ Aliter pōt dici,quòd Deus pōt facere corpus ſine figura. Et cum dicit,quòd tunc fieret infinitū in actu,nego quia quāuis corpus nō terminetur termino extrinſeco,terminaret tñ termino intrinſeco.¶ Ad tertium eſt inſtantia de aīa intellectiua, quæ non pōt ſeparari a corpore, quia cū ſit per forma corporis uerius fac unū cū corpore q̃ ſubiectum cū propria paſſione. Sed pōt aliter reſponderi, quòd eſſe magis vnū pōt intelligi dupliciter, vel quantum ad partes unitas,uel quātum ad modū unionis puta quantum ad ſeparabilitatem,uel inſeparabilitatem. Primo modo materia, & forma faciunt magis vnum: ſed non ſecundo modo. ¶ Ad quartum dico,quòd materia eſt minimū inter entia infra conceptum generis ſubſtantiæ,& ſic intelligit Auguſt. Sed materia non habet minimum eſſe comparando ipſam ad oia,quę ſunt infra conceptum entis, & hoc patet ſeptimo methaph. ubi dicit,quòd ſubſtātia quæcunque,ſiue materia, ſiue forma, ſiue compoſitum eſt prior quocunq; accidente perfectione.¶ Ad quintum iam patet ex dictis, ꝙ materia habet actū entitatiuum.¶ Ad ſextum dico,ꝙ minor eſt falſa: quia materia habet ideam propriā in Deo,quia eſt per ſe terminus creationis,per Auguſt. 7 ſuper Ge. cap. 16. ¶ Ad ſeptimū dico,quòd Boetius ibi intelligit de eſſe ſpecifico, & perfecto, quod eſſe nō habet materia. 1 de tri. c.3. ¶ Ad vltimum dico,ꝙ maior eſt falſa, qa accidens,& ſubſtantia analogantur in ente,ex quarto methaphiſicæ, 4 met. contex. 2. cum accidēs poteſt eſſe, ſiue ſubſtantia,vt patet in euchariſtia.¶ Ad primum principale dicit, ꝙ ſicut materia per uirtutem diuinā pōt eſſe ſine forma:ita per uirtutē diuinā priuationes formarum oppoſitarum poſſunt ſimul eſſe in materia. Aliter pōt dici, ꝙ inter illas priuationes non eſt oppoſitio propinqua,ſed remota. 5. phyſ. contex. 7. Et confirmatur p philoſo. quinto phiſicorum, qui dicit, quòd non eſt tranſmutatio de non ſubiecto ad non ſubiectum:quia non eſt ibi oppoſitio, & omnis tranſmutatio eſt de oppoſito ad oppoſitum.¶ Ad ſecundum dicit Aegidius,quòd nō eſt ſimile,quia motus non habet eſſe permanſiuum, quia ē in continuo fluxu. Materia autem habet eſſe permanens. Aliter dicitur,quòd motus addit ſuper mobile ſolum reſpectum: ſed forma dicit quid abſolutum. Aliter dicit Varro,quòd argumentum non ualet, quia forma naturalis præſupponit materiam, materia autem nō præſupponit formam,quia prius poteſt eſſe ſine poſteriori,ideo materia poteſt eſſe ſine forma, & non econuerſo. Aliter poteſt dici ſecundum Scotum,quòd non eſt inconueniēs quòd Deus facit motum ſine mobili. Sed de hoc alibi in materia de euchariſtia. ¶ Ad auctoritates Hugonis, Auicennæ, & Ariſtot. dico ꝙ loquuntur de materia, ut comparat potētiæ naturali nó diuinæ.

Duplex potentia.

Eſſe magis vnum poteſt intelligi duobus modis.

An lux fuerit prima die creata?

Scotus 2. ſententiarum diſtinc. 13.

D. Thomas prima parte q 67. Artic. 4.

QVAESTIO I.

PRIMA autē diſtinctionis. In iſta diſtinctione decimatertia tractat Magiſter de operatione primæ diei, & de creatione lucis. Ideo quero. An lux fuerit prima die creata? Vt, ꝙ nō, qa propriū accidens non ꝓducitur ſine ꝓprio ſubiecto. Sed propriū ſubiectū lucis eſt ſol, & ſol fuit quarta die creatus, igitur.

In contrarium eſt Magiſter in litera. Et confirmatur, quia illud fuit primo creatum per quod diſtinguebatur dies a nocte. Sed illud erat lux, ergo.

¶ Reſponſio. Hic ſunt quinque articuli. Primo uidendum eſt, quid ſit lux, ſecundo quid lumen, tertio qualiter lumen gignitur a luce, quarto qualiter multiplicatur ĩ medio, quinto quõ lux fuit creata.

Quõ lux nõ ſit ſubſtantia, ſed accidens.

QVANTVM ad primum articulum dico, quod lux non eſt ſubſtãtia, ſed accidẽs Quod probo tripliciter. Primo, forma ſubſtantialis non eſt per ſe ſenſu ꝑceptibilis. Sed lux eſt per ſe ſenſu perceptibilis, ergo. Minor patet. Maior probatur, omne illud cuius præſentia eſt in aliquo ſenſu perceptibilis, & eius abſentia eſt perceptibilis, ergo ſi ſubſtantia eſt ſenſu perceptibilis abſentia panis in Euchariſtia eſt naturaliter perceptibilis, quod eſt falſum.

1. Phy. contex. 27. & 30.

¶ Secundo ſic, quod vni eſt accidens nulli eſt ſubſtantia. Sed lux eſt alicui accidens, quia poteſt ineſſe, & abeſſe præter ſubiecti corruptionem.

Opinio Aureoli.

¶ Tertio ſic per Aureolum. Illud eſt accidens alicui quod ſibi additum in prædicatione non facit nugationem ſicut patet per Commen. ſed ſine nugatione dicitur Sol lucidus, ergo.

7. Met. commen. 4.

QVANTVM ad ſecundum articulum dico, quòd lumen non eſt ſubſtãtia. Quod probatur tribus rationibus poſitis in præcedenti articulo, quia concludunt hic ſicut ibi. Et additur, quarta ratio, quia uel eſſet ſubſtantia corporalis, uel ſpiritualis. Non primo modo per argumentum Philoſophi, 2. de anima, quia tunc duo corporea eſſent ſimul, quod improbat Philoſophus, nec ſecundo modo, quia eſt extenſibile.

2. De ani. tex. 69.

QVANTVM ad tertium articulũ dico, quod lux gignit lumen tanquã propriam ſpeciem ſimilem ſibi. Ad cuius intelligentiam eſt ſciendum, quod ſecundum Alacem in ſua perſpectiua triplex eſt radius, rectus, fractus, & reflexus. Radius rectus eſt qui diffunditur a corpore luminoſo in medio eiuſdem Dyafoneitatis, & durat tantum quantum uirtus luminoſi Radius autem fractus eſt, qui concurrente medio alterius Dyafoneitatis, non tamen omnino opaco multiplicatur in iſto medio non ſecundum lineam rectam. Radius autem reflexus eſt, qui concurrente medio opaco antequam terminetur uirtus actiua luminoſi diffunditur in partem oppoſitam. Iſtis modis lux poteſt gignere lumen. Sed tunc eſt dubium quomodo lumen eſt in medio. Et ibi ſunt duæ opiniones extremæ. Scotus dicit, ꝙ habeat eſſe intentionale, non quod intentio dicatur, quia intendit ſenſum, ſed quia eſt ratio tendendi in actum cuius eſt propria ſimilitudo, & probat, quod habet eſſe intentionale, quia ſi non eſſet ibi intentionaliter tunc poſitum ſuper ſenſum prohiberet ſenſum.

Triplex eſt radius.

Dubiũ quõ lumen ſit in medio.

Opinio Scoti 2. ſent. diſt. 13.

¶ Alia eſt opinio Aureoli, & Thomæ, ꝙ habet eſſe reale in medio, tum quia hẽt effectum realem, tum quia denominat medium, tum quia expellit oppoſitum, ſ. tenebras. Sed iſte opiniones forte non ſunt contrariæ. Nam intentio accipitur dupliciter. Vno modo pro intentione logica. Alio modo pro ente diminuto, quia non eſt ita perfectum ſicut ſuum fundamentum. Et illo modo lumen habet eſſe intentionale in medio, quia eius eſſe nõ eſt ita perfectum in medio ſicut eſſet in ſuo fonte. Et tunc argumenta Thomæ nõ concludunt, quia illud eſſe intentionale poteſt habere effectum realem, & denominare medium, & expellere contrariũ. Sed de hoc dicam diffuſius alibi ſi cõtingat me ſcribere, in ſecundo de anima.

Opinio Aureoli, & D. Thomę 1. parte ſummæ, q. 67. ar. 2.

Intentio accipitur duobus modis.

Morte præuentus non ſcripſit.

QVANTVM ad quartum articulum fuit opinio Empedoclis, ſicut ſibi imponit Ariſtoteles, ſecundo de anima, ꝙ lumen non multiplicatur, in medio in inſtanti, ſed in tempore non perceptibili. Eandem opinionem tenet auctor libri de ſphera. Sed teneo propoſitum. Tũ propter auctoritates Philoſophorum, quę dicunt oppoſitum propter rationes. Et eſt prima ratio talis ipſius Philoſophi in ſecundo de anima. Quando aliquid diffunditur in tempore imperceptibili ſuper aliquod ſpatium, multiplicato illo ſpatio diffunditur in tẽpore perceptibili, quia duo imperceptibilia poſſunt facere vnũ perceptibile, ergo ſi lateret nos multiplicatio luminis in paruo medio propter imperceptibilitatem temporis non lateret nos in magno ſpatio ab oriente in occidens.

2. de ani. tex. 70.

2. de ani. cõ tex. 70.

¶ Secunda eſt ratio Aureoli, & bona talis. Si radius nõ generatur a Sole in aere

Pulchra opinio Aureoli.

in inſtanti, ergo nunquam generabitur, conſequens eſt falſum, ergo & antecedens. Conſequentia probatur, quia Sol non eſt niſi in inſtanti in uno ſitu. Tunc in illo inſtanti, aut generat radium, aut non. Si ſic habetur propoſitum, ſi non, ergo nunquam generabitur, quia ſicut uariatur ſitus Solis, ita uariatur linea recta ſecũdum quam radius rectus deriuatur.

D. Tho. 1. par. ſumma q. 67. ar. 4. QVANTVM ad quintum articulum dico, quod prima die fuit creata lux. Hoc probat Thomas ſic Qualitas primi corporis debuit prima die creari, licet lux eſt huiuſmodi, ergo ratio non ualet, quia agens perfectum, & ordinatũ prius producit ſubiectum, quam qualitatem. *Opinio Baſilij.* Ideo eſt alia ratio Baſilij talis. Illud fuit primo creatum, per quod producenda diſtincte cognoſcebantur. Sed hoc erat lux, ergo. Iſta ratio confirmatur per Magiſtrum, qui dicit. *Cap. 1. huius diſt.* Congrue mundi ornatus a luce cœpit vnde cętera, quæ creanda erant videntur. Alia ratio poteſt ad idem adduci talis. Sicut eſt in cognitione, ita eſt in operatione. Sed in cognitione incipitur ab uniuerſalibus, ergo, & in operatione. Sed communius, & uniuerſalius eſt lux, quia in eo conueniunt corporalia, & ſpiritualia, ergo. Sed hic ſunt duo dubia. Primum quid ſit illa lux. Secũdum quid factum ſit de ea.

¶ Dicunt aliqui ad primum, quod per illam lucem intelligitur natura angelica illuminata per gratiam. Sed ille eſt intellectus allegoricus, non literalis. Dicas ergo mihi quid fuerit illa lux literaliter. Et dicit Aureolus, quod illa lux nihil aliud fuerit literaliter, quam ipſamet dies Sed hoc non credo eſſe uerum, quia non eſt imperfectior prima dies, quam ſequentes. Sed in diebus ſequentibus diſtinguebantur dies, & opera, ergo. Ideo dico cũ *Quid fuerit illa lux.* Magiſtro, quod fuit corpus lucidum uelut lucida nubes.

¶ Ad ſecundum dubium dicit Magiſter, quod aut de eo fuit corpus ſolis formatũ, aut in ea parte cœli eſt in qua ſol eſt, & ſic ei eſt unita ut diſcerni non ualeat.

¶ Contra illud quod dicit Magiſter, ꝙ de illa luce ſit ſol formatus, obiicit Aureolus, quia tunc ſol eſſet generabilis, & corruptibilis. Sed argumentum non cogit, nam ponunt aliqui cœlum formatum de materia primo creata & tamen non ponunt ipſum generabile, & corruptibile.

¶ Ad argumentum patet per Magiſtrum quod lux illa non erat ſine ſubiecto, quia erat in partibus illis quas nunc illuſtrat ſolis diurna lux.

DISTINCTIO XIIII.

An cœlum ſit compoſitum?

D. Bona. 2. ſent diſt. 12. q. 1. Art. 2.
Scotus in 2. ſent. diſt. 14. q. 1.
D. Thom. 1 par. q. 66. Art. 2.
Ricardus 2. ſenten. diſtinc. 12. q. 8.
Franc. de May. 2. ſent diſt. 12. q 3.
Durandus 2 ſen. diſt. 12. q. 1.
Ioan. Bacconitanus 2. ſen. diſt. 14. q 1.

QVAESTIO I.

DIXIT quoque Deus, &c. Circa iſtam diſtinctionem decimamquartam oportet duo uidere. Primo de natura cœli quantum ad eius ſimplicitatem, uel compoſitionem, ſecundo de motu ipſius. Primo, ergo quæritur. An cœlum ſit compoſitum? Videtur, quod ſic, quia medium ſapit naturam extremorum. Sed cœlum .i. firmamentum eſt medium inter aquas ſuperiores, & inferiores, ergo.

¶ Præterea in re mota oportet imaginari materiam, ſed cœlum mouetur, ergo.

¶ Præterea cęlum eſt animatum, ergo eſt compoſitum. Antecedens probatur per Ariſtotelem, & Auicennam ubi dicit, ꝙ cœlum eſt animal obediens Deo. *1. cęli com. tex. 13. 9. Met. c. 1.*

¶ In contrarium arguitur ſic. Quod eſt compoſitum eſt corruptibile, ſed cœlum non eſt corruptibile, ergo.

¶ Reſponſio. Prima tria argumenta quærunt tres difficultates. Primum quærit ſi cœlum ſit de natura quatuor elementorum, ſecundum quærit ſi in cœlo ſit materia, tertium quærit ſi cœlum ſit animatum. Et ſecundum illa tria, ſunt tres articuli.

PRIMVS ſi cœlum ſit de natura qua-

quatuor elementorum. Et dicitur cum Philoſopho, ꝙ non. Hoc probatur ibi multis rationibus, de quibus adduco tantum duas. Prima eſt talis, proprius motus ſequitur propriam naturam. Sed cęlū, & elementa habent diuerſos motus, quia cęlum mouetur circulariter, elemēta uero mouentur motu recto, ergo.

1 Cęli com. tex. 5. & inde.

¶ Secunda ratio. Cœlum eſt incorruptibile ſecundum totum, & ſecundum partes, elementa autem ad minus ſunt corruptibilia ſecundum partes. Sed corruptibile, & incorruptibile non habēt eandem naturam, quia differunt plus quam genere.

10. Met. cō tex ult.

SECVNDVS articulus eſt. Si in cęlo eſt materia. Et dicit Aureolus, quòd non, & probatur primo ſic. Si in cœlo eſſet materia, uel eſſet eiuſdem rationis cū materia inferiorum, uel alterius Sed neutrum illorum poteſt eſſe, ergo. Probatio minoris. Non enim eſt eiuſdem rationis quia tunc eſſet corruptibile, & tranſmutabile. Nec eſt alterius rationis, quia materia non dicit actum.

Opinio Aureoli.

¶ Præterea Commen. dicit in tractatu in de ſubſtantia orbis ꝙ cęlum non habet materiam, & addit, ꝙ in hoc melius habuit intētionem Ariſtotelis quam alibi.

Com. in tractatu de ſubſtantia orbis c. 2.

¶ Pręterea, quod habet materiam eſt in potentia cōtradictionis, & poteſt eſſe, & non eſſe, ſed cęlum non eſt in potentia contradictionis, ergo.

¶ Confirmatur ex 7. Meth. ubi dicitur, ꝙ materia eſt per quā res poteſt eſſe, & non eſſe. Si autē dicatur, ꝙ non oportet cęlū nō eſſe, q a forma cœli terminat, uel ſatiat appetitū materiæ. Cōtra impoſſibile eſt aliquā formā excludere aliquā priuationem formæ niſi det ſuſceptiuo formaliter aliquem actum oppoſitū. Sed forma cœli non dat formaliter actum multarum formarum, quia non continet eas uirtualiter ad minus enim non cōtinet animam intellectiuam, ergo. ¶ Iſtam opinionem non teneo, quia arguam contra eam ſic. Extenſio quantitatiua neceſſario præſupponit materiam, ſed cęlum eſt extenſum extenſione quantitatiua, ergo. Minor patet ad ſenſum. Maior probatur, quia forma, ſecundum ſe non extenditur.

7. Met. com tex. 22.

¶ Secundo arguitur a quibuſdam ſic Oē quod eſt in actu, uel eſt actus, aut habēs actum. Sed cœlum non eſt actus, quia tūc eſſet intelligibile actiue, ergo eſt habens actum. Sed omne tale conſtat ex materia & forma, ex actu, & potētia, ergo. Hic datur aliqua inſtantia, ſed de hac alibi dicetur.

Vide Authorem ſex principiorū.

¶ Sunt autem circa iſtam concluſionem duo dubia. Primum. Si materia cęli eſt eiuſdem rationis cum materia inferiorū. Secundum. Si materia cœli habet aliquā extenſionem ab extenſione quantitatis.

Duo dubia.

¶ Ad primum dicitur a quibuſdam, ꝙ eſt eiuſdem rationis, quod probatur, primo quia materia nullum dicit actum, ſed diſtinctio fit per actum, ergo.

¶ Secundo ſic. Si eſſet materia eiuſdem rationis cum alia, aut eſſet eiuſdem actualitatis, aut alterius. Si eiuſdē, habeo propoſitum. Si alterius, ergo ſunt duæ materiæ primæ.

7. Met. com tex. 49.

¶ Tertio ſic, non eſt alia ratio aſſignata ab aduerſarijs propter quod in cœlo, & in inferioribus nō ſit eadem materia, niſi quia vnum eſſet tranſmutabile in aliud. Sed hoc non ualet, quia in cœlo eſt una materia, & tamen unum non eſt tranſmutabile in aliud. Sed hoc non credo eſſe uerum, primo quia Commentator dicit, quod quicquid dicitur de ſuperioribus, & inferioribus dicitur æquiuocæ. Secundo ſi materia eſſet eiuſdem rationis hic, & ibi, ſequitur, quod cœlum eſſet corruptibile, uel ad minus materia unius rei corruptibilis eſſet in potētia ad formam cœli, & poſſet tranſmutari, alias illa potentia eſſet fruſtra.

1. de ſubſtātia orbis. c. 3.

¶ Pręterea arguit Varro ſic, tranſmutatio facit nos ſcire materiam ſecundum Comment. ergo per diuerſas tranſmutationes arguemus diuerſas formas. Sed diuerſæ ſunt tranſmutationes ſuperiorum, & inferiorum, igitur.

8. Met. com men. 4. & 12.

¶ Secundo. Finis imponit neceſſitatem his, quæ ſunt ad finem. Sed forma eſt finis materiæ, ergo ubi una forma perficit incorruptibiliter, forma autem inferiorū corruptibiliter, ergo.

5. Met com tex. 22.

¶ Ad rationes alterius opinionis dicitur.

¶ Ad primū, quod ſupponit falſum, quia materia habet actum diſtinctum contra potentiam obiectiuam, ut patet.

Vide in hoc 1. diſt. 12. q. 1.

¶ Ad ſecundum dico, quod materia eſt prope nihil in ſua coordinatione, ſcilicet corruptibilium, & incorruptibilium Sed quia materia dicit proprium actum diſtinctum

ſtinctum contra potentiam obiectiuam non eſt inconueniens, quod una excedat aliam i entitate ſicut dicimus, ꝙ materia eſt principalius ens quã relatio, ut patet, nec eſt inconueniens eſſe duas materias primas, ut patet in diſt. 3. q. de compoſitione angelorum.

Vide in 12. diſt. princ. q. 1.

¶ Ad tertium dico, quod omnes cęli ſunt eiuſdem ſpeciei. Sed Scotus arguit contra per hoc, quod cœli habent diuerſos effectus differentes ſpecie. Credo tamen, quod iſta obiectio non ualeat in cauſis æquiuocis, quia ſol per eandē uirtutem habet diſſoluere glaciem, & exiccare lutum. Si autem ualeat iſta obiectio, poteſt dici aliter, quod materia ſub forma vnius ſtellæ, non poteſt tranſmutari in aliam, quia non eſt in potentia naturali ad eam, ſed tantum in potentia obiectuali.

¶ Aliter poteſt dici, quod materia nõ eſt in potentia ad formas niſi propter rationes ſeminales, quæ non ſunt in propoſito. Sed de hoc dicetur infra.

Diſt. 18.

¶ Ad ſecundum dubium dicit Aegidius quod materia habet propriam extenſionem aliam ab extentione quantitatis, qđ probatur ſic. Impoſſibile eſt accidens aliquod permanens, & diuiſibile eſſe ſubiectiuæ, niſi in ſubiecto diuiſibili, alias accidens eſſet naturaliter ſine ſubiecto. Sed quantitas eſt accidens permanens, & diuiſibile, ergo habet ſubiectum diuiſibile uel extenſum. Sed hoc eſt materia, ergo.

Opinio Aegidij.

Hoc non placet aliis, nec mihi, quia omne extēſum eſt quodammodo corporeũ, & ſic plures quantitates corporeæ eſſent ſimul in eodem, & perirent argumenta Philoſophi.

Authori Aegidij opinio non placet.

¶ Ad argumētum autem dico, quod deficit per falſam imaginationem, quia imaginatur quod quantitas prius exiſtat in actu, quam adueniat materiæ, quod non teneo, ſed dico, quod agens naturale educit de potentia materiæ quantitatem actualem ad quam prius erat in potẽtia. Per ea, quæ dicta ſunt patet ad argumēta opinionis, quæ negat in cœlo materiam.

Hæc opinio nõ tenetur.

TERTIVS articulus eſt uidere ſi cœlum eſt animatum, & patet per auctoritates allegatas in tertio articulo principali, quod ſic. Et confirmatur tali ratione. Viuum non poteſt eſſe a non uiuo, ſed multa ſunt uiua producta uirtute cęli, ſicut illa, quæ generantur per putrefactionem, ergo. Maior patet, quia omne uiuum eſt nobilius non uiuo. Iſta opinio eſt falſa, & excommunicata per dominũ Stephanum epiſcopum Pariſien. & Theoricæ Magiſtrum, & eſt contra Damaſce. & contra Baſilium, & Gregorium. Thomas autem improbat illam opinionem, per rationem talem. Quia ſi cœlum eſſet animatum, anima fruſtra uniretur corpori cœleſti, quia non propter perfectionē, in eſſendo pro eo, quod materia eſt propter formam, & non econuerſo, nec propter perfectiones in operando, quia æquæ perfecte poſſet operari non unita ſicut unita. Iſta ratio non concludit, quia eadem ratio poſſet fieri de anima beata, quę unitur corporei, ſicut deductum eſt. 11. diſtinct. quæſt. 1. articulo 2. Ideo eſt alia ratio Richardi, quæ arguit ſic. Cœlum non habet animam uegetatiuam, quia non augetur, nec minuitur, nec etiã habet animam ſenſitiuam, quia non habet inſtrumenta ſentiendi, nec habet animam intellectiuam, quia intellectiua præſupponit iſtas, ergo.

Lib. 1. D. Tho. 1. par. ſummæ, q. 70. ar. 3.

in 2. ſent. diſt.

¶ Sed iſta ratio non ualet, quia illa anima intellectiua ſecundum Platonicos, qui fuerunt contrariæ opinionis non unitur ei ut forma, ſed ut motor. Teneo ergo, quod cœlum non eſt animatum, tum propter dictum Damaſ. tum propter dictum Baſilii, Gregorii Nazanzeni, tum propter articulum excommunicatum per dominum Stephanum, qui dicit. Error eſt cœlos ponere animatos.

Ratio hic non ualet.

Lib. 2. c. 5.

¶ Ad rationem contrariæ opinionis cum dicitur, quod uiuum non poteſt eſſe, a non uiuo, quia tunc non uiuum, &c. dicitur uno modo, quod non eſt inconueniens, aliquid eſſe nobilius in uno ordine, & ignobilius in alio ordine, licet enim cœlum ſit ignobilius in genere entitatis, eſt tamen nobilius in genere cauſalitatis.

¶ Contra, aut cauſat inquantum ens, aut inquantum non ens. Non ſecundo modo, quia quod nihil eſt, nullius eſt cauſa, ergo primo modo, ſcilicet inquãtũ eſt ens, & tunc ſic. Quicquid eſt nobilius in cauſalitate eſt nobilius in entitate, ſed per te cęlum eſt nobilius in cãlitate, ergo & in entitate, quod eſt cõtra Aug. qui dicit, quod oẽ uiuum eſt nobilius nõ uiuo.

¶ Ad

¶Ad argumentum illud melius patebit in quæſtione de rationibus ſęminalibus, ubi dicetur, quod forma uiua eſt immediate a Deo per creationem.

¶Ad primum principale dico, quod medium eſt duplex. ſ. collectiuum, & diſtinctiuum, ut patet in coloribus, de medio primo modo ſumpto eſt uera maior, ſed non de medio ſecundo modo ſumpto, firmamentum enim eſt medium diſtinctiuum non collectiuum. *Mediū eſt duplex.*

¶Ad ſecundum dico, quod non eſt contra me, quia concedo, quod in cœlo ſit materia.

¶ Ad tertium patet ex tertio articulo, quod cœlum non eſt animatum. Et dico quod Philoſophi ſentientes oppoſitum dixerunt falſum.

An cœlum moueatur ab intelligentia creata? ſecundo an ſit animatum?

Scotus 2. ſent. diſt. 14. q. 1.
D. Thomas 1. parte q. 70. Artic. 3.
Ricardus 2. ſent. diſt. 14. q. 4.
Franc. de May. 2. ſent. diſt. 14. q. 1.
Ioan. Bacconitanus 2. ſententiarum diſtinctio. 16. q. 1.

QVAESTIO II.

SECVNDO quæritur. An cœlum moueatur ab intelligentia creata? Videtur, quod nō, per Philoſophum qui dicit, ꝙ primum cauſatum mouetur a cauſa prima. Sed primum cauſatum eſt cęlum, ergo mouetur a prima cauſa, quæ eſt Deus. *2. Cæli cōt.*

¶ Præterea cœlum non recipit peregrinas impreſſiones, ſed ſi moueretur ab intelligentia reciperet peregrinas impreſſiones, ergo.

¶Præterea, octauo Phyſicorum. Cęlum mouet ſeipſum, ergo non mouetur ab intelligentia, ergo. *8. Phyſ. com 20.*

¶Contra Philoſophus 12. Meth. inueſtigat numerum intelligentiarum numerum orbium, quia ſunt motores orbiū.

¶ Reſpondeo, & dico quod hic ponūtur tres articuli. In primo ponuntur tres opiniones falſæ, & in ſecundo dicetur ſecundum ueritatem, quod intelligentia creata mouet cœlum, tertio declarabitur ſi iſta actio ſit totaliter ab intelligentia, uel a Deo.

QVANTVM ad primum eſt una opinio, quod cęlum effectiue mouetur a prima cauſa non mediante aliqua cauſa ſecunda, quia poteſt immediate per ſeipſam mouere.

¶Contra, quamuis Deus poſſet mouere orbem non mediante cauſa ſecunda, tamen propter communicationem ſuæ bonitatis, & propter maiorem creaturarum connexionem uoluit ipſum mouere mediantibus cauſis ſecundis.

¶ Secunda opinio eſt Auicennæ, quod cœlum mouetur effectiue ab anima cœli ex eo, quòd illa anima mouetur ab intelligentia ſub ratione amati, & deſiderati. *9. Met. c. 2.*

¶Contra iſtam opinionem patet, quod ſupponit falſum, quod cœlum ſit animatum, quod improbatum eſt, in tertio articulo præcedentis quæſtionis.

¶Tertia opinio eſt, quod cœlum mouetur naturaliter a ſua forma ſicut formæ grauium, & læuium determinatę ſunt ad motum ſurſum, & deorſum. *3. Opinio.*

¶Contra corporea determinata ad aliquē motum naturalem determinantur ad illum, ideo quia conſequuntur per ipſum aliquam perfectionem. Sed cęlum non conſequitur per ſuum motum aliquam perfectionem, ergo &c. Forte dicis, quod immo, quia conſequitur perfectionem quæ eſt motus. Hoc non ualet, quia poſt reſurrectionem meliorabitur cęlum; & tamen non habebit hanc perfectionem, quę eſt motus.

¶Præterea. Si hoc eſſet perfectionis naturalis in cœlo maxime eſſet in cœlo nobiliſſimo, i. in cęlo empireo. Sed hoc eſt falſum, quia non mouetur, ergo.

¶ Præterea contra hanc opinionem eſt Auic. ubi dicit, quod motus cœli non eſt naturalis, nec violentus. *9. Met. c. 2.*

QVANTVM ad ſecundum articulum dico, quòd cœlum mouetur ab intelligentia creata. Cuius ratio eſt, quia aut mouetur immediate a Deo, aut ab anima propria, aut a forma propria, aut ab intelligen-

ligentia creata. Sed primo mõ non, ut patet cõtra primã opinionẽ, nec ſecũdo modo, ut patet contra ſecundam opinionem, nec tertio modo, ut patet contra tertiam opinionem, ergo relinquitur, quod

Dubium. quarto modo, ſcilicet quod cœlum mouetur ab intelligentia. Sed hic eſt dubiũ per quid intelligentia mouet cœlum, ſ. an per intellectum, uel per uoluntatem,

Diſt. 8. q. 2 in prin. tertij articuli. an per potẽtiam executiuam. Sed de hoc dictum eſt ſupra, quære ibi.

QVANTVM ad tertium articulũ ſunt tres opiniones. Vna eſt, quæ dicit

Prima opinio. quod actio illa partim eſt a Deo, & partim ab angelo, quia productum poteſt cõſiderari, quantum ad ens, uel quãtum ad hoc ens, primo modo eſt a Deo, ſecundo modo ab intelligentia. Et ratio huius eſt, quia inter agens creatum, & increatum eſt triplex differentia. Vna, quod agens increatum eſt primariũ agens, creatum eſt ſecundarium, ſecunda quod agẽs increatum eſt actus purus, creatum non, tertia, quod agens increatum non eſt cõtractum, agens creatum ſic. Ex hoc arguitur tali medio. Effectus non contractus eſt a cauſa non contracta. Sed entitas ut ſic non eſt contracta, entitas autem ut hæc eſt contracta, ergo.

2. Opnio. ¶ Secunda opinio dicit, quod res, & omnes actiones ſecundum communem rationem producuntur a Deo, & ab agente creato. Hoc probatur ſic, potentia proportionatur eſſentiæ Sed eſſentia diuina eſt infinita, ergo, & potentia, ſed propter infinitatem eſſentiæ diuinæ, non poteſt poni aliquod creatum quin ſtatim illabitur ei eſſentia diuina, ergo, & potentia diuina habet illabi cuilibet potẽtiæ creatæ, & concurrit ad illum effectum.

3. Opinio Varronis. ¶ Tertia eſt opinio Varronis, quod non eſt ponere, quod in omni effectu producto agens increatum habeat actionem elicitam, ſed ſicut generans graue dando ſibi formam ſiue actum primum dat actũ ſecundum, non quod ipſum eliciat. Ita & in propoſito agens primũ dat intelligentiæ eſſe, & potentiam mouendi cœlum, qua habita intelligentia mouet cœlum per ſe præſuppoſita manutenentia ipſius a Deo. De iſtis tribus opinionibus accipiatur, quæ magis uidetur probabilior.

¶ Ad primum principale dico, quòd prima cauſa mouet cauſatum, primum intelligendo primitatem non ſimpliciter, ſed in ordine ad ſequentia, unde intelligentia mouens cœlum dicitur prima, nõ ſimpliciter, ſed in ordine ad intelligentias ſequentes.

¶ Ad ſecundum dico, quod cœlum non recipit peregrinas impreſſiones ex qualitatibus ſenſibilibus.

¶ Ad tertium Philoſophus poſuit, quod cœlum moueret ſeipſum, quia erat animatum, ſed hoc eſt falſum, ut patet in quæſtione præcedenti.

DISTINCTIO XV.

An in mixtus maneant elementa ſecundum ſuos formas ſubſtantiales in actu?

Scotus 2. ſent diſt. 15 q. 1.
D. Thomas 1. parte q. 76. Artic. 4.
Franc. de May. 2. ſent. diſt. 15. q 1.
Ioan. Bacconitanus 2. ſententiarum diſtinctio. 16. q. 1.

QVAESTIO I.

DIXIT etiam Deus producant aquæ reptile, &c.

¶ Circa iſtam diſtinctionem decimamquintam ſunt duo quærenda. Primum. An in mixto maneant elementa ſecundum ſuas formas ſubſtantiales in actu? Videtur quod ſic, *1. de gene. cont. 90. c. de mixtione*
quia mixtio eſt miſcibilium alteratorũ unio. Ex quo arguitur dupliciter. Primo quia ſi ſunt alterata, ergo non ſunt corrupta. Secundo, quia ſi ſunt unita, ergo nõ ſunt corrupta, & ſic manent in actu.

¶ Præterea qualitas elementi non eſt ſine elemento, 2. de anima, ſed in mixto ſunt qualitates elementorum, ergo. *2. de anima cont. 113*

¶ Contra. Si elementa manerent in actu cum habeant contrarios motus, & quietes, tunc unumquodque mixtum uiolenter, moueretur, & quieſceret.

¶ Præterea, omne compoſitũ ex contrariis in actu ẽ corruptibile, ſed multa ſunt

mixta

mixta, quæ non corrumpuntur, ſicut patet de lapide, & auro, ergo.

¶ Reſponſio, hic ſunt tres articuli. In primo ponuntur tres opiniones falſæ. In ſecundo dicetur ſecundum ueritatem. Tertio ſi omnia elementa ueniant ad compoſitionem mixti.

QVANTVM ad primum eſt una opinio quam recitat Philoſophus, primo de generatione, quod impoſſibile eſt mixtionem eſſe. Et ratio huius eſt, quia miſcibilia, aut manerent ſaluata, aut corrupta, aut unum corruptum, & aliud ſaluatum. Non primo modo, quia non eſt ratio quare ſint plus mixta, nunc quam prius cum maneant eodem modo nunc, & prius, nec ſecundo modo, quia nullatenus entia non ſunt miſcibilia, ſed corrupta ſunt nullatenus entia, nec tertio modo, quia miſcibilia debent ſe uniformiter habere. Iſta opinio eſt falſa, ut patet per Philoſophū, 1. de gene ubi querit quomodo generatio diſtinguitur a mixtione. Ideo eſt opinio Auic. ſicut imponit ſibi Commē. 3. cœli, & mundi, ꝙ elementa maneant in mixto non remiſſo ſecundum ſubſtantiam quamuis remittantur ſecundū qualitates proprias.

1. de gene. c. 7.

1. de gene. com. 83

1. de gene. com. 8.

3. cœli com. 67.

¶ Contra hoc arguit Commen ſic. Idem eſt iudicium de toto, & de parte, ergo ſi qualitas poteſt remitti ſecundum partē manente ſubſtantia omnino non remiſſa eadem ratione poſſunt elementa manere ſecundum ſubſtantiā remiſſa tota qualitate. Et ita poſſet eſſe ignis non calidus, quod eſt inconueniens Et hic dicit Scotus, ꝙ ratio non concludit, quia licet ſit eadem ratio de toto, & de parte inter ſe comparata, non tamen reſpectu tertij. Et licet elementum determinet ſibi aliquā qualitatem, habet tamen eam ſub quadā latitudine, & non eſt proceſſus ultra ad aliquem gradum, ita ꝙ non poteſt ab omni gradu ſpoliari. Et ſic licet corpus poſſit eſſe ſine hoc, uel illo loco non tamen ſine omni loco. Quicquid tamen ſit de ratione ipſemet Scotus dicit, quod opinio Auic. ſit falſa.

3. cœli ubi ſupra.

Opinio Scoti.

¶ Tertia eſt opinio Commene. ubi ſupra, qui ponit, quòd elementa manēt in mixto ſecundum ſuas formas ſubſtantiales remiſſas ſiue refractas, quod probatur, primo per Philoſophum 5 Meth. qui dicit, ꝙ elementum eſt ex quo cōponitur res, & manet in re. Secundo. Si elementa non manēt in mixto, ſequitur ꝙ materia prima immediate reciperet omnem formam ſine ordine, quod eſt falſum. Arguit enim Comment. contra ſe tripliciter.

Opinio Com. ubi ſupra.

5. Met. com

¶ Primo, quia tunc forma mixti adueniret enti in actu formali, & ſic eſſet forma accidentalis.

¶ Secundo, quia nulli formæ conuenit intendi, & remitti niſi formæ accidentali, ergo forma elemētaris eēt accidētalis.

¶ Tertio receptiuum dēt denudari a natura recepti, ergo opottet materiam elementi denudari a forma ſubſtantiali propria ſi debet eſſe ſub forma mixti.

3. de anima com. 4.

¶ Ad primum, & ſecundum dicit quod formæ elementares ſunt mediæ inter formas ſubſtantiales, & accidentales, ideo poſſunt intendi, & remitti, & formā ſubſtantialem recipere.

¶ Ad tertium dicit, ꝙ maior eſt uera de formis eiuſdem ordinis, non autē de formis alterius ordinis, formæ autem miſcibiliū, & mixti ſunt alterius ordinis, ergo.

¶ Contra iſtam opinionem patebit per rationes, quæ fient in ſequenti articulo.

QVANTVM ad ſecundum articulum dico duas concluſiones. Prima, ꝙ elementa non manent in mixto in actu. Secunda, ꝙ continentur in uirtute tanquā in eminentiori in forma mixti Probatur prima concluſio primo ſic, quia nulla pluralitas ponenda eſt ſine neceſſitate, ſed hic nulla eſt neceſſitas ad ponendum elementa miſcibilia in actu, ergo. Probatio minoris, non enim eſt alia neceſſitas ad ponendum elementa in actu niſi propter operationem, ſed propter hoc non oportet, quia cum forma mixti contineat eminenter formam miſcibilis poterit in eius operationem.

1 Phy. com tex. 41. & 50.

¶ Secūdo ſic, forma elementaris nata eſt conſtituere ſuppoſitum per ſe ſubſiſtens in genere ſubſtantiæ, ergo ſi ſunt plures formæ elementares in mixto actu, erunt in mixto plura ſuppoſita in genere ſubſtantiæ.

¶ Tertio ſic, quantitas conſequitur ſubſtantiam corpoream ſicut paſſio ſubiectum, ergo ſi ſunt ibi plures ſubſtantiæ corporeæ in actu, erunt plures quantitates in eodē, quod eſt contra Philoſophū. Sequitur etiam, ꝙ quælibet pars mixti nō eſt mixta, quod eſt cōtra Philoſophū.

4. Phyſ. & 8. Met.

1. de gene. com. 86

¶ Quarto

¶Quarto ſic,mixtum generatur ex miſcibilibus,& ſic ſe hēt miſcibile ad mixtum ſicut terminus a quo ad terminum, ad quem , ſed iſti ſunt termini incompoſſibiles,ergo.

Exemplum in coloribus ¶ Secundam concluſionem declaro per exēplum in coloribus,ubi color medius includit extremos,non ſecundum realitatem,quia æquæ ſimplex eſt color medius ſicut extremus. Sed quia ſaluatur virtus eorum in medio tali,ita eſt in propoſito.

1. de gene. cont. 84. Et declaratur per Philoſophum 1.de gene.ubi dicit. Quoniam uero ſunt quædā entia,potentia quædam actu , contingit mixta æqualiter eſſe,& non eſſe , in actu quidē ente aliquo generato ex ipſis ſupple quantum ad corpus mixtum.Et ſequitur de miſcibilibus,potentia autem utrūque,quæ erant in actu antequam miſcerentur.Et ſequitur ſtatim infra. Saluatur enim virtus eorum.

QVANTVM ad tertium articulū ſunt duæ opiniones extremæ .Vna dicit, ꝙ non oportet omnia elementa concurrere ad generationē mixti, quia piſcēs fuerunt primo producti de aqua tantum.

2. de gene. cont. 50 ¶Alia eſt opinio Philoſophi 2. de gene. qui dicit oppoſitum.Et ratio ſua eſt talis. Ex eiſdem ſumus ex quibus nutrimentū. Sed ex quatuor elementis nutrimētum, ergo.Item ex eiſdem aliquid conſtruitur in quo ultimatæ reſoluitur , ſed mixtū ultimate reſoluitur in quatuor elementa , ergo,&c.

5. Met. cont tex. 4 ¶ Ad primum argumentum Comment. dico,ꝙ diffinitio elementi.5.Meth.conuenit tantum materiæ.

¶Ad ſecundum dico, quod materia reſpicit formam dupliciter.

¶Primo quantum ad perfici.Sic dico ꝙ poteſt qualibet forma ſubſtantiali pfici.

¶ Secundo modo reſpicit eam quantum ad tranſmutari, & iſto modo oportet , ꝙ ſit ordo,quia primo oportet,quòd materia in homine primo ſit ſub forma elemēti,ſecundo ſub forma ſeminis , tertio ſub forma carnis,una illarum adueniente altera non manet,ita eſt in propoſito.

¶Ad primum principale dico, quod mixtio eſt eorum,quæ primo fuerunt alterata,nunc autem ſunt corrupta.

¶Eodem modo dico ad ſecūdum , quòd unio non ſumitur ſibi ſtricte,ſed large.

¶Ad aliud dico,qualitas non eſt ſine elemento,& ſine eo quod includit formam elementi,ſicut eſt forma mixti.

An anima ſenſitiua in bruto ſit extenſa?

Ricardus 2. ſent. diſt. 15. q. 2.

QVAESTIO II.

SECVNDO quęritur. An anima ſenſitiua ī bruto ſit extenſa ? Videtur ꝙ non, quia forma extenſa eſt maior in maiori ſubiecto,& ſic potentia ſenſitiua eſſet maior in pede quam in corde.

¶Preterea,quod educitur de potētia materiæ indiuiſibili non eſt extenſum , ſed anima ſenſitiua eſt huiuſmodi,ergo.Probatio minoris , quia forma ſubſtantialis, in materia præcedit omne accidēs, & ita præcedit quantitatem per quam eſt diuiſibilis.

¶In contrarium eſt Philoſophus.2.de anima , de diuiſione corporis annuloſi . *2. de ani. cont. 19.*

¶Reſponſio,hic ſunt opiniones. Vna eſt fundata in dictis Thomæ quòd quando forma reſpicit totum & partes ſecundum eandem rationem ſicut patet de forma ignis,tale forma eſt extenſa . Quando uerò forma non reſpicit totum,& partes ſecundum eandem rationem, talis forma non eſt extenſa . Et quia anima ſenſitiua eſt talis forma,ideo non eſt extenſa. Hoc confirmatur per Aug.li.de quantitate animæ,ubi ponit,ꝙ cum uermiculus pungitur in una parte ſtatim retrahit ſe,quod non eſſet uerum , ſi anima ſenſitiua eſſet extenſa. *An anima ſenſitiua ſit extenſa.*

¶ Præterea ibidem Aug.dicit,quòd ſpecies rei uiſibilis in oculo non eſt extenſa,ergo multo magis potentia nō eſt extenſa , quoniam non magis extenditur accidens quam ſubiectum . Opinio hæc non placet Varroni,& Richar.

¶Arguunt enim primo ſic . Quod producitur de potentia extenſa eſt extenſum. Sed anima ſenſitiua eſt huiuſmodi,ergo. *2 ſen. diſt. 15. q. 2.*

¶Secūdo ſic,quia cū anguillæ diuidūtur per partes remanent uiuentes,quod non eſſet uerū niſi eius aīa per diuiſionē corporis

poris diuideretur, ſed nihil poteſt diuidi niſi extenſum, ergo. Qui uult iſtam opinionem ſecundam tenere poteſt dicere ad argumentum alterius opinionis de uermiculo, quod illa attractio nō eſt per animam ſenſitiuam præciſe, ſed per colligationem filiorum.

¶ Aliter poteſt dici ad primum, & ſecundum, quod quicquid dicit Auguſt. lib. de quantitate animæ, non dicit aſſerendo, ſed inquirendo.

¶ Ad primum principale dico, quod maioritas eſt duplex, ſ. intenſiua, & extenſiua. Exemplum de albedine in æquo, & Margarita, nam in æquo eſt maior extenſiue, ſed in Margarita intēſiue. Ita in propoſito, anima ſenſitiua in pede habet maiorem extenſionem, ſed in corde habet maiorem intenſionem. *Maioritas duplex eſt.*

¶ Ad ſecūdum dico, quod ſubiectum eſt extenſibile aptitudine, quamuis non ſit extenſum actu, ut patet ſupra diſtin. 3. q. de indiuiduatione, & diſt. 14. de ſimplicitate cœli.

DISTINCTIO XVI.

An intellectus, & uoluntas quę ſunt partes imagines ſint idem realiter, quod anima?

D. Bona. 2. ſent. diſt. 16 q. 1.
Scotus in 2 ſent. diſt. 16. q 1.
D Thom par q. 77. Art. 1.
Ricardus 2. ſenten. diſtinc. 16. q. 1.

QVAESTIO I.

HIS excuſſis quod ſupra. Circa iſtam diſtinctionē 16. in qua tractat Magiſter de imagine creata. Quæritur, an intellectus, & uoluntas quæ ſunt partes imaginis ſint idem realiter, quod anima? Videtur, quod non, quia imago eſt per imitationem illius cuius eſt imago. Sed anima eſt ad imaginem Trinitatis, & in Trinitate diſtinguuntur perſonæ realiter, ergo.

¶ Præterea potentiæ diſtinguuntur per actus, ex ſecundo de anima. Sed actus intellectus, & uoluntatis diſtinguuntur realiter, ergo. *2. de anima cont. 33.*

¶ Præterea, quæ non diſtinguuntur realiter poſſunt de ſe inuicem prædicari in abſtracto. Sed intellectus, & uoluntas nō ſic prędicatur, ergo.

¶ Contra, ſicut tranſmutatio facit ſcire materiam, ita actio facit ſcire formā, per Commentatorem. Sed materia ſeipſa eſt receptiua formæ, ergo forma ſeipſa, ſiue anima ſeipſa eſt actiua, ſed eſt actiua per potentias, ergo. *8. Met. con tex. 12.*

¶ Confirmatur per Philoſophum 2. Phy. qui dicit, quod natura eſt principium motus, & quietis. *2. Phyſ con tex 3*

¶ Reſpondeo, hic ſunt quinque articuli ſecundum quinque opiniones.

PRIMA eſt opinio Tho. qui dicit quod potentiæ animæ ſunt diſtinctæ realiter inter ſe, & ab eſſentia animæ fluentes ab eſſentia animæ ſicut accidens à ſubiecto, ſunt tamen accidentia inſeparabilia. Et quod ſint accidentia probat ubi ſupra primo ſic. Actus, & potentia ſunt in eodem genere, ſed actus illarum potentiarum ſunt in genere accidentiū, ergo. *D. Thom. 1. par. q. 77. ar. 1.* *9. Met. con tex. 13.*

¶ Secundo ſic, anima per ſeipſam eſt actus ſiue forma, ergo ſi potentiæ ſunt idē quod ſua eſſentia, ſicut ipſa eſt principiū uiuendi, ita & intelligēdi, ſed anima ſemper eſt principium uiuendi, ergo eodem modo ſemper intelligendi, quod eſt falſum. Et confirmatur ſic. Agens per eſſentiam ſemper agit, ſed anima non ſemper agit, ergo non eſt agens per eſſentiā, ergo potentia per quam agit non eſt ſua eſſentia.

¶ Tertio arguitur ab aliis ſic. Vnum, & idem ſimplex non poteſt eſſe principiū diuerſarum operationum, ſicut nec eadē materia poteſt eſſe principium diuerſarum formarum, niſi per aliam, & aliam diſpoſitionem. Sed operationes intellectus & uoluntatis ſunt diuerſæ, ergo.

¶ Quarto ſic. Accidens uariabile præſupponit accidens inuariabile, ſed intelligere, & uelle ſunt accidentia uariabilia, ergo præſupponit accidentia inuariabilia, ſed hoc eſt potentia, ergo potentia eſt accidens. *Aegidius quolib. 3 q. 10.*

¶ Quinto ſic. Sicut ſe habet eſſentia ad eſſe, ita potentia ad operari, ergo permu-

tatim

tatim ſicut ſe habet eſſe ad operari, ita potentia ad eſſentiam. ſed nullius creaturę eſſe eſt ſuum operari, ergo nec eſſentia eſt ſua potentia.

¶ Sexto ſic. Quod non recipit magis & minus non eſt idem ei quod recipit magis & minus, ſed eſſentia non recipit magis, & minus, potentia aũt recipit magis minus, q͡a, unus ē igenioſior altero ergo.

Cap. de qualitate. ¶ Septimo ſic. Ariſtoteles in preſentis dicit, quòd naturalis potentia eſt in ſecunda ſpecie qualitatis, ſed omne tale eſt accidens, ergo.

2. de anima com 92. ¶ Octauo ſic. Commentator dicit quòd anima diuiditur in has potentias ſicut pomum in colorem & ſaporem, ſed hęc eſt diuiſio in accidentia, ergo.

¶ Nono ſic. Effectus aſſimilatur ſuę cauſę, ſed effectus harum potentiarum eſt accidens, ergo.

¶ Decimo ſic. Iſta ſe habent per ordinē ens per ſe ſtans, accidens manens, & accidens fluens, tunc ſic. Impotentiale eſt tranſire ab ente per ſe ſtante ad accidēs fluens niſi per accidens manēs quod eſt medium inter illa duo, ergo cum actus animæ ſit accidens fluens, & ſubſtantia animæ ſit ens per ſe ſtans, ita potentia animæ erit accidens manens.

¶ Vndecimo ſic. Si potentia animæ ſit idē quod ſua eſſentia, ergo & actus quod eſt falſum. Probatio conſequentiæ, quia cum anima non intelligat ſe per ſuam eſſentiam, tunc actus eſt medium, & ſic nō eſt minus idem alteri extremo, quam extrema ſint idem inter ſe.

1. phy. con tex. 41. & 50. ¶ Contra illam opinionem arguitur ſic. Non eſt ponenda pluralitas ſine neceſſitate, uel diſtinctio ſine neceſſitate. Sed hoc nulla eſt neceſſitas ad ponēdum has potentias diſtinctas ab eſſentia animæ, ergo. Minor probatur, quia nulla ratio opinionis primæ concludit, quod patet ſic.

¶ Ad primum dico, quod æquiuocat de potentia, quia potentia accipitur uno modo, ut eſt differentia entis. Et ſic potentia, & actus non ſolum ſunt in eodem

9. Met. commen 13. genere, ſed etiam idem numero, ut patet per Commentatorem.

¶ Secundo modo ſumitur potentia pro principio actiuo, uel paſſiuo, & ſic maior eſt falſa.

¶ Ad ſecundum dico, quod non ualet, quia anima eſt principium formale uitæ, ſed ut eſt principium intellectionis uolitionis reducitur ad genus cauſæ efficientis.

¶ Ad confirmationem dico, quod agere per eſſentiam poteſt dupliciter intelligi. Vno modo ut diſtinguitur contra agens dependens, & ſic competit ſoli Deo agere per eſſentiam. Alio modo ut diſtinguitur contra agens per accidens, & iſto modo maior eſt falſa.

¶ Ad tertium nego maiorem, quod patet per eundem doctorem libro ſecundo qui dicit, quod anima ſeipſa eſt immediatum principium receptiuum talium potentiarum quas ponit diuerſas formas. *Vide Henricum.*

¶ Ad quartum eodem modo per negationem maioris, quia potentiæ animæ aut ſunt accidentia uariabilia, & habetur propoſitum, aut inuariabilia, & tunc cum anima ex ſui perfectione poſſit fundare diuerſa accidentia inuariabilia multomagis poterit, & uariabilia.

¶ Ad quintum nego proportionem, quia eſſe eſt idem realiter quod eſſentia ut patet ex quæſtione de compoſitione angelorum. Sed operatio non eſt idem quod potentia.

¶ Ad ſextum ſuppoſitum, quod forma non recipit magis aut minus quod tantum eſt dubium. Dico, quod potentia ſecundum ſe non recipit magis, & minus. Et cum dicis, quod unus eſt ingenioſior altero, dico, quod hoc eſt propter organa bene diſpoſita. *An unus homo ſit ingenioſior altero.*

¶ Ad ſeptimum dico, quod Ariſtoteles accipit ibi potentiam pro quadam facilitate, & idoneitate.

¶ Ad octauum patebit ex ſecunda concluſione quintæ opinionis.

¶ Ad nonum concedo, quod uniuocus effectus debet aſſimilari ſuæ cauſæ, ſed in cauſis æquiuocis non oportet ſicut eſt in propoſito.

¶ Ad decimum dico eodem modo ſicut dictum eſt ad quartum.

¶ Ad ultimum patet per illud quod dictum eſt diſtinctione 2 quæſtione illa. An angelus cognoſcat ſe per ſuam eſſentiam?

SECVNDA opinio dicit, quod potentia animæ eſt quædam proprietas conſubſtantialis emanans ab ipſa anima quæ eoipſo, quod emanat ab illa non eſt

Q ipſa

ipſa eſſentia animæ, quia tantum emanat immediate ab illa non declinat in aliud genus, & ita non eſt ſubſtantia, nec accidens quamuis reducatur ad genus ſubſtantiæ. Videas hoc diffuſius in Bonauentura ſi uis intelligere uerius.

D. Bona in 2. diſt. 24. ar. 2 q. 1. *5. de trinit.* *Cap. de qualitate.*

¶ Contra iſtam opinionem arguitur per Auguſtinum quinto. de trinita. quod in rebus creatis, quod non ſecundum ſubſtantiam dicitur, reſtat ut ſecundum accidens dicatur.

¶ Item Boetius, & Simplicius ſuper prædicamenta dicitur. Omne quod eſt aut eſt ſubſtantia, aut accidens, & tota philoſophia clamat, quod inter ſubſtantiam, & accidens non eſt dare medium. Sed forte ſic nō eſt, nec philoſophus ſic clamat, quia Commentator dicit, quod inter ſubſtantiam, & accidens eſt dare mediū. Et Auicenna expreſſius dicit ſic. Poſſibile eſt, quod aliquid ſit in aliquo non ut accidens, nec ut ſubſtantia, uide ibi circa medium capituli.

7. Met. cō. 8. *1. parte 6. naturalium c. 1.*

IDEO eſt tertia opinio, quę dicit, quod potentiæ animæ ſint idem cum eſſentia animæ, ſed diſtinguuntur realiter inter ſe, quia ſunt partes animæ. Quod probatur ſic, per philoſophum 3. de anima ubi dicit, de parte animæ qua cognoſcit, &c. Item Boetius libro diuiſionum dicit, quod diuiſio animæ in potentias eſt, ſicut diuiſio totius in partes uirtuales.

D. Bona in 2. diſt. 24. q. 1. *3 de anima cont. 1.*

¶ Contra. Auguſtinus dicit, quod quælibet iſtarum potentiarum complectitur totam eſſentiam animæ, ſed pars non cōplectitur totum, ergo.

9. de tri. c. 5.

¶ Præterea, partes præcedunt totum origine? Sed intellectus, & uoluntas non præcedunt eſſentiam animæ, ergo.

¶ Ad rationes opinionis patebit ex ſecūda concluſione quintæ opinionis.

QVARTA eſt opinio, quod potentiæ animæ ſunt idem cum eſſentia animæ re abſoluta, & ab ea diſtinguuntur tantum relatiue, ita quod potentia animæ non eſt niſi eſſentia animæ ſub reſpectu ſumpta ad diuerſa intelligibilia, & uolibilia. Iſta quære diffuſius ſi uis in Gandauo.

Henri quodlib. 3. q. 14

¶ Contra, non quærimus quid ſignificet potentia, ſed quærimus quid ſit immediatum principium operationis. Et dico, quod non poteſt eſſentia animæ cum reſpectu aſſumpto, quia unius operationis eſt unum per ſe principium, ſed eſſentia cum reſpectu non facit per ſe unum, quia aggregat res diuerſorum generum.

2. de anima 99.

¶ Præterea iſte ponit, quod uoluntas realiter eſt nobilior intellectu, ponit etiam, quod relatio realiter eſt eadem cum ſuo fundamento. Tunc arguo ſic. Quæ ſunt idem realiter eidem fundamento unum non eſt nobilius altero realiter, ſed per te uoluntas eſt realiter nobilior intellectu, ergo.

Vide ut ſupra.

NVNC reſtat ponere quintam opinionem quam teneo, & dico duas concluſiones.

Opinio uera Authoris, & Scoti.

¶ Prima, quod illę potentiæ ſunt idem in eſſentia animæ realiter.

¶ Secunda, quod diſtinguuntur formaliter.

¶ Prima concluſio probatur ſic, non eſt ponenda pluralitas ſine neceſſitate. Sed hoc nulla eſt neceſſitas ad ponendum diſtinctionem realem in iſtis potentiis, ut patet per improbationem dictarum opinionum, ergo.

¶ Secundo ſic. Ignobilitas non eſt ponenda in natura perfecta ſicut eſt anima, niſi occurrat improbabilitas, ſed talis diſtinctio ignobilitat animam, & non apparet probabilitas, ergo probatio minoris, quia Deus eſt immediatum principium diuerſarum operationum abſque eius diſtinctione reali, ergo.

¶ Præterea ordinatum immediate ad aliquem finem debet immediate attingere illum finem, ſed anima immediate ordinatur ad beatitudinem, ergo immediate debet illam attingere. Sed hoc non eſſet ſi attingeret per intellectum tanquam per accidens ſeparatum, ergo.

¶ Quarto ſic, perfectior eſt forma ſubſtantialis, quam accidentalis. Sed forma accidentalis ſeipſa exit in actum, ergo.

¶ Secunda concluſio probatur ſic, tum quia ſi una potentia diffinitur in eius diffinitione non ponitur alia, tum quia aliquid competit per ſe uoluntati, quod non competit intellectui. Per hoc patet ad rationes ſuperius tactas. Dico enim, quod non ſunt partes animæ, ſed quædā perfectiones formaliter ſumptę, non tamen realiter diſtinctę.

Ad rationes ſuperius tactas.

¶ Ad

In 1. ſent. diſtin. 3. q. ult. ¶ Ad primum principale patet, imago enim Trinitatis non eſt præciſe in iſtis potentijs ut ſunt actus primi, quia licet ſit ibi conſubſtantialitas non tamen eſt ibi diſtinctio realis. Nec in actibus ſecundis, quia quamuis ſic ibi diſtinctio, non tamen eſt ibi ſubſtantialitas. Ideo dico, quod imago eſt in potentiis ut ſubſunt actibus ſecundis.

¶ Ad ſecundum dico, quod non oportet, quod ſit tanta diſtinctio in potentiis, quanta eſt in actibus. Sol enim per eandem potentiam habet exiccare, & humectare.

¶ Ad ultimum dico, quod diſtinctio formalis impedit prædicationem identicā inter illas potentias. Et ſi obiicias, quare non impedit in Deo cum ponas ibi diſtinctionem formalem. Soluit Scot. & bene, quod hoc eſt propter infinitatem harum potentiarum, & perfectionum quæ infinitas non reperitur in creaturis. *8. diſt. 1. q. 4.*

DISTINCTIO XVII.

An anima ſit compoſita ex materia, & forma?

An anima Adæ fuerit creata extra corpus?

Vltimo. An paradiſus ſit locus conueniens habitationi hominum?

Scotus 2. ſententiarum diſtinctio. 17. quæſtio 1.

D. Thomas prima parte quæſtio 102. Articul. 2.

Ricardus ſecundo ſententiarum diſtinct. 17. quæſt. 5.

QVAESTIO I.

HIC de origine animæ. Circa iſtam diſtinctionem decimamſeptimam poſſet quæri. An anima ſit compoſita ex materia, & forma. Sed ſolutio patet per id quod dictum eſt de compoſitione angelorum, articul. quarto, quære ibi.

¶ Secundo poſſet quæri, an anima Adæ fuerit creata extra corpus? Sed ad hoc patet per Magiſtrum.

¶ Tertio quæritur, an paradiſus ſit locus conueniens habitationi hominum? Et uidetur, quod non, quia eſt iuxta globum lunarem, ſed talis locus non eſt habitabilis propter ſpheram ignis, ergo. *Cap. 2. quæ reibi.*

¶ Contra Gene. Tulit Deus hominem, & poſuit eum in Paradiſum, &cæt. *Cap. 1.*

¶ Reſponſio, quod ſic, & pro ſtatu naturæ lapſæ, & pro ſtatu naturæ reſtauratæ, de primo patet, quia eſt ibi Enoch, & Helias, ut dicitur Gene. & quarto Reg. de ſecundo patet, quia fuit ibi Adam, & Eua. Sed eſt dubium de loco Paradiſi, ubi ſit, quantum ad locum. Dico, quod eſt in oriente, quia ubi noſtra translatio habet quem formauerat a principio alia translatio habet ad orientem. Et ſi quæratur de eius latitudine dicitur a quibuſdam, quod eſt ſub æquinoctiali, nec eſt ibi color intemperatus propter uelocem motum Solis. Doctor uero ſubtilis dicit, quod eſt circa, uel circa Zodiacum. Si autē quæras de eius altitudine, dicitur a Magiſtro, quod eſt iuxta globum lunarem. Scotus dicit, quod eſt dictum Mathematicum, & ponit eum circa medium interſtitium aeris noſtri. Et per hoc patet ad argumentum principale qualiter eſt ſoluendum. *Cap. 5. Cap. 2. Dubium de loco paradiſi ubi ſit, iuxta Scotum.*

An in homine ſit alia forma ſubſtantialis præter animam intellectiuam?

D. Thomas prima parte quæſt. 76. Artic. 4.

QVAESTIO II.

QVARTO quæritur. An in hoc homine ſit alia forma ſubſtantialis præter animam intellectuā? Videtur, quod non; quia philoſophus 4. Metheorum dicit, quòd caro quæ non poteſt facere opus carnis, eſt caro æquiuoce, talis eſt caro mortua, ergo eſt caro æquiuoce. Sed ſi per aliam formam eſſet caro, quam per animam uiuam poteſt dici caro uniuoce. *4. Met. con tex. 54.*

¶ Præterea 8. Meth. formæ ſe habent ſicut numeri. Sed uno numero addito uariatur ſpecies numeri præcedentis, ergo eodem modo in formis ſubſtantialibus, & ſic homo non eſſet unum ſpecie. *8. Met. con tex. 10.*

¶Contra, Comment. 1. phiſicorum, quæ ſunt inter primam materiam, & ultimam formam ſunt materiæ compoſitę, & formæ compoſitę. *1. Phy. con tex. 1.*

¶Reſponſio, hic ſunt quatuor articuli. Primus. Si anima intellectiua ſit forma ſubſtantialis, & ſpecifica, hominis ſecundus. Si cum illa ſit compoſſibilis in homine alia forma ſubſtantialis, & ponitur ibi opinio falſa. Tertio dicetur ad quæſtionem ſecundum ueritatem. Quarto dicetur ad motiua aliorum.

QVANTVM ad primum dico, quod ſic, quod probatur per philoſophum. Anima inquit, eſt actus corporis phiſici organici uitam habentis in potentia. Et ſubdit ibidem, quod non eſt actus ſecundus, ſed ſubſtantialis, & primus. *2. de anima cont. 6.*

¶Secundo, quia omnes philoſophi communiter poſuerunt in diffinitione hominis, rationale tanquam differentiam, intelligentes per rationale animam intellectiuam.

¶Tertio per rationem philoſophi, 2. de ani. ſic Id eſt forma ſubſtantialis hominis, quo amoto non remanet tale niſi æquiuoce. Exemplum eius eſt de dolabro, quia eius forma amota non remanet dolabrum niſi æquiuoce. Sed amota intellectiua ab homine non remanet homo niſi æquiuoce.

¶Quarto ſic, per rationem modernorum quę etiam eſt aliqualiter philoſophi in 2. de ani. propria operatio eſt à propria forma. Sed intelligere eſt propria operatio hominis, ergo eſt a propria forma ipſius. Sed tale eſt ab anima intellectiua. *2. de anima cont. 8.*

¶Confirmatur ex 1. Ethi. ubi dicitur, quod fœlicitas, quæ conſiſtit in ſpeculatione, & in intellectione eſt propria operatio hominis.

¶Contra iſtā concluſionem ſunt duo dubia. Primum, diuidentia aliquid ex oppoſito non faciunt per ſe unum, ſed corporeū, & incorporeum ſunt huiuſmodi, ergo non faciunt per ſe unum cū corpore. Sed anima eſt incorporea, ergo non facit vnum cum corpore, cum corporeū & incorporeū ſint ex oppoſito diuiſa. Sed forma facit per ſe unum cū eo cuius eſt forma, ergo anima non eſt forma corporis.

¶Secundum dubiū cauſalitas cauſæ formalis eſt dare alteri eſſe quale ſibi cōpetit. Sed eſſe animę intellectiuę eſt immortale, ergo dabit corpori eſſe immortale ſi eſt eius forma, quod eſt falſum. Ad iſta dubia dicetur alibi. *Secundum dubium.*

QVANTVM ad ſecundum articulum eſt opinio Thomæ, quod in homine eſt tantum una forma ſubſtantialis, ſcilicet anima intellectiua. Quod probatur primo ſic, unius rei tantum unicum eſt eſſe, ſed unum eſſe eſt ab una forma, ergo unius entis puta hominis eſt una forma. Confirmatur ex 7. Metha. Genus nihil eſt præter generis ſpecies. *D. Thom. 1. parte q. 76 ar. 4.* *7. Met. con tex. 43.*

¶Secundo ſic, forma ſubſtantialis diſtinguitur a forma accidentali, quia forma ſubſtantialis aduenit enti in potentia, accidentalis autem enti in actu, & ſic forma ſubſtantialis eſſet accidētalis forma.

¶ Tertio ſic, ſi in homine eſſent plures formæ ſubſtantiales dicendo hō eſt animal, nō eſſet prędicatio per ſe primo mō, conſequēs eſt falſum, ergo, & antecedēs. Probatio conſequentiæ, prædicatio ſumpta a diuerſis formis eſt prædicatio per accidens, ſicut cum dicitur homo eſt albus. Sed ſi in homine eſſent plures formæ cum diceretur homo eſt animal, illa prædicatio ſumeretur a diuerſis formis, ergo.

¶Quarto probat illud Scotus ſic. Pluralitas non eſt ponēda ſine neceſſitate, ſed non eſt neceſſitas ponere plures formas, quia perfectior continet virtualiter imperfectiores, ſicut trigonus cōtinetur a tetragono ex 2 de anima. *Lib. 4. diſt. 11. q. 3.* *2 de anima cont. 13.*

¶Quinto

¶Quinto confirmatur illa opinio ſic. Iſtæ plures formæ aut ſunt eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimæ aut alterius. Non primo modo, quia una illarum ſicut eſt intellectiua eſt incorruptibilis per naturã, altera vero eſt corruptibilis. Sed corruptibile, & incorruptibile differunt plus
10 Met. con tex. 26. quam genere, ex 10. Meth. Nec ſecundo modo, quia tunc homo non eſſet vnus ſpecie, & hominis per ſe non eſſet una diffinitio.

QVANTVM ad tertium articulum dico, quod illa opinio eſt falſa, quia in homine ad minus, ſunt ponendæ duæ formæ ſubſtantiales, ſcilicet intellectiua, & corporea. Et hoc probat Henricus ſic. Diuerſa agentia, quæ agunt diſtinctis operationibus non poſſunt habere eundẽ terminum formalem. Sed anima intellectiua eſt terminus creationis, ergo oportet quod agens naturale habeat aliũ terminum formalem.

¶Secundo probat idem Rich ſic. Eadem accidentia numero prę ſupponunt aliquã formam ſubſtantialem eandem numero.
2. Sen diſt. 17. q. 5 Sed in homine mortuo manent eadẽ accidentia numero, ſicut patet de cicatricibus, oportet, quod ſit aliqua forma ſubſtantialis eadem numero. Sed non eſt anima intellectiua, ergo eſt alia, quod eſt propoſitum. Maior probatur, quia unitas poſterioris dependet ab unitate prioris.

¶Præterea, ſi non filius carnalis non haberet eſſe genitum a patre, quia materia eſt ingenita, anima autem intellectiua ẽ a Deo per creationem, ſimiliter eius unio cum corpore eſt a Deo creante, ergo oportet ponere aliquam formam ſubſtantialem ratione cuius filius eſt genitus a patre.

Opinio Vgonis phi. ¶Hugo Artiſta probat illam concluſionem ſic. Omnis forma immediate in materia recepta eſt forma generabilis, & corruptibilis. Sed anima intellectiua, nec eſt generabilis, nec corruptibilis, ergo non eſt forma immediate recepta in materia, ergo præſupponit aliam, ſed non accidentalem ex 1 Phiſicorum, ergo ſubſtantialem. Ratio autem iſta non ualet, quia idem argueretur de forma cœli, cũ non ſit generabilis, aut corruptibilis, ex 1. cęli.

Opinio Landulphi. ¶Ideo aliter arguitur a Lãdulfo ſic. Cauſalitas cauſæ formalis eſt dare alteri tale eſſe, quale ſibi competit. Sed anima intellectiua non eſt corporea formaliter, ergo non dat eſſe corporeum, ergo.

¶Præterea probo idem ſic. Anima eſt actus corporis phiſici, ex 2. de anima, ſed corpus phiſicum habet formam ſubſtantialem, ergo. *2. De ani. cont. 4. 6. & 7.*

¶Præterea arguo per duo argumenta fidei ſic. Si beatus Petrus conſecraſſet in triduo confeciſſet uerum corpus Chriſti, tunc quæro, quis erat terminus conſecrationis, aut materia pura, & hoc non, ut patet per ſe, aut anima intellectiua, & hoc non, quia anima intellectiua ſecundum omnes eſt ibi tantum ſecundum concomitantiam. Aut corpus informatum aliqua forma ſubſtantiali. Et tunc quæro, quæ ſit illa, quia aut anima intellectiua, & hoc non, quia erat in limbo, aut alia, & tunc, uel eſſet de nouo introducta, & non eſſet, tũc Chriſtus idem indiuiduum numero, uel altera, quæ præfuit, & habetur propoſitum.

¶Secundo, quia iſta poſitio deſtruit reliquias Sancti Dominici, & omnium Sanctorum. Probatio. Chriſtiani exhibent reuerentiam corporibus ſanctorum. Tunc quæro, aut in illis corporibus manet eadem forma ſubſtantialis, quæ fuit cum anima intellectiua, & habetur propoſitum, aut alia, & tunc non ſunt reliquiæ ſanctorum uenerandæ.

QVANTVM ad quartum articulum dico, quòd rationes opinionis primæ non concludunt. *Rationes D. Thomæ an concludantur.*

¶Ad primũ quando dicitur, ꝙ unum eſſe requirit unam formam, nego. Aliter poteſt dici, quod requirit unam formam ultimate ſpecificantem. Et iſta eſt anima intellectiua, quæ ultimate actuat quamuis aliam præſupponat. Confirmatio non ualet, quia philoſophus dicit ibidem, aut ſi eſt, ut materia eſt.

¶Eodem modo ad ſecundum, quod aduenit alicui enti in actu ultimato, & ſpecifico eſt bene accidens. Sed per illam formam præcedentem homo non erat in actu ſpecifico ultimate.

¶Ad tertium nego conſequentiam. Ad probationem dico, quod prædicatio ſumpta a diuerſis formis alterius generis eſt accidentalis. Sed quando ſunt formæ eiuſdem generis, puta ſubſtãtię, & una eſt potẽtialis reſpectu alterius, non oportet.

¶ Ad quartum nego minorem, & cũ non probatur, quod forma ſuperior continet inferiorem concedo de formis eiuſdem ordinis, ſed forma corporea nõ eſt eiuſdẽ ordinis cum anima intellectiua quamuis ſint in eodem genere ſaltem remoto.

¶ Ad quintum dico, quod ſuppoſitio diuiſiua non habet neceſſitatẽ, quia quando quæritur de aliquibus duobus, an ſint eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime oportet, quod utrunque ſit per ſe ſpecies, ſecunda autem harum formarum eſt per ſe ſpecies, ſed pars ſpeciei. Aliter poteſt dici, quod dato, quod ſint alterius ſpeciei adhuc faciũt per ſe unum, quia una eſt potentia reſpectu alterius.

¶ Ad primum principale dico, quod caro mortua eſt caro uniuoce, ſed eſt caro uiua æquiuoce, quia ut ſic non poteſt facere opera carnis uiuæ.

¶ Ad ſecundum dicendum, quod illud eſt intelligendum, de ſubſtantia directe exiſtente in genere cui competit plenius ratio ſubſtantiæ. Aliter poteſt dici, quod illa ſimilitudo non tenet quãtum ad omnia, ſed tenet, quantum ad hoc quod ſicut numeri conſiſtunt in indiuiſibili, ita & formæ.

DISTINCTIO XVIII.

An in materia ſit ratio ſeminalis?

D.Bona. 1.ſent.diſt.18 q.1.Art.1
Scotus in 2 ſent.diſt.18.q 1.
D.Thom.1.par.q.115.Art.2.
Ricardus 2.ſenten. diſtinc.18.q.3.
Durandus 2 ſen.diſt.18.q.2.
Ioan.Bacconitanus 2 ſen.diſt.18 q.1.

QVAESTIO I.

IN eodem quoque paradiſo. Circa iſtam diſtinctionem decimam octauam quæro. An in materia ſit ratio ſeminalis ad formam naturaliter educendam de ipſa? Videtur, quod ſic, quia alias forma crearetur, ſi nihil eius præexiſteret.

¶ Secundo, quia alias generatio naturalis eſſet uiolenta, quia uiolentum eſt cuius principium eſt ab extra. *3.Ethi.c.1.*

¶ Tertio ſic. Generatio formæ ſubſtãtialis eſt naturalis, ergo eſt a principio intrinſeco materiæ. Conſequentia probatur ſic, natura eſt principium motus, & *2.Phyſ.con* quietis eius in quo eſt. *tex 3.*

¶ Quarto ſic, philoſophus dicit phiſica *6.Met.con* non eſt practica, quia principium factibilium eſt in faciente, principium uero naturalium eſt in ipſis rebus. *tex.1.* Cum ergo uniformiter accipit principium, quia aliter argumentum ſuum non ualeret, oportet quod intelligat de principio actiuo.

¶ Quinto ſic, illa quæ ſunt caſu poſſunt *7.Met.con* generari ſicut ea in quorum materia præ *tex.29.&* exiſtit aliqua pars formæ inducendæ. *inde.*

¶ Contra, forma non generatur, niſi quia *7.Met.con* compoſitum generatur, ſed in materia *tex.23.26.* non præexiſtit aliquod ſeminarium compoſiti, ergo. *& 27.*

¶ Præterea. Si aliquid formæ eſſet in materia tunc forma corrupta poſſet redire eadem numero per naturam cuius contrarium patet in fine ſecundi de generat. *1.De gene. cont.70* Probatio conſequentiæ. Ex quo aliquid generatur in idem poteſt reſolui, & ſic ſi forma poſſet redire in priſtinam potentiam poſſet etiam eſſe idem agens, ſed iſtis duobus exiſtentibus ſequitur idem effectus.

¶ Præterea relatio realis non poteſt eſſe ſine termino reali, ſicut nec ſine fundamẽto. Sed ſi poneretur talis ratio ſeminalis eſſet relatio ad formam, & eſſet ſine termino cum forma non exiſtat.

¶ Reſpondeo. Hic ſunt tria uidenda. Primo quid eſt ratio ſeminalis. Secundo in quibus ponitur. Tertio ad quid ponitur.

QVANTVM ad primum dico, quod in materia tria conſiderantur, ſcilicet eſſentia materiæ, potentia receptiua, & actus. Ratio autem ſeminalis non poteſt poni in eſſentia materiæ, quia Chriſtus fuit in Abraham ſecundum corpulentã ſubſtantiam, & materiam, ut patet per Aug. ſed non fuit Chriſtus in Abraham *10 Cap ſuper gen. ad* ſecundum rationem ſeminalem, ergo. *literam.*

¶ Secundo, non poteſt poni in potentia receptiua materiæ, quia Deus facit aliquid in materia non ſecũdum rationem *9 Cap. ſuper gene. ad* ſeminalem, ut patet per Aug. ad literam. *literam.* Sed Deus nihil facit in materia, cuius rõ

ſit

ſit materia receptiua.

¶ Tertio ponitur ſecundum aliquos, ꝙ ratio ſeminalis eſt aliquid in materia, & eſt gradus aliquis imperfectus reſpectu formæ educendæ, & eſt eiuſdem rationis cum gradu ſequenti. Vide hoc in Bonauentura.

2. ſent. diſt. 18. q. 3.

¶ Iſta opinio confirmatur per quinque rationes factas in principio quæſtionis.

¶ Contra, quæro an illa pars formæ, quæ acquiritur per generationem, aut præfuit in materia, aut non. Si ſic, ergo non acquiritur per generationem. Si non, ergo non euadis creationem quam intendis uitare.

¶ Præterea, in cuius uirtute actiua eſt ens perfectius, in eius uirtute actiua eſt ens imperfectius eiuſdem rationis. Sed gradus præcedens eſt imperfectior gradu ſequenti, & eiuſdem rationis, quia alias forma eſſet compoſita ex partibus diuerſarũ rationum. Si ergo generans poteſt ponere formam in eſſe ſecundum gradum ſequentem qui eſt perfectior, multo magis ſecundum gradum præcedentem, qui eſt imperfectior.

¶ Præterea, quæro de illa parte formæ, quæ ultimò inducitur de cuius potentia educatur. Si immediate producitur de potentia materiæ, tunc fruſtra ponitur ratio ſeminalis. Si autẽ producatur de gradu imperfecto hoc eſt incõueniens, ꝙ aliquid producatur de potentia alicuius qđ eſt eiuſdem rationis cum eo, quòd producitur.

¶ Præterea illa ratio intrinſeca ſeminalis aut ſemper agit, & ſic materia nunquam eſſet in eſſe quieto ſub forma, aut nõ ſp agit, ſed tantum quando excitatur ab agẽte exteriori, & cum tale agens ſit extra erit generatio uiolenta.

Vide Ricardum 2. ſen. diſt. 18. q. 2

¶ Eſt alia opinio, quæ dicit, quod materia eſt tota forma ſecundum purum eſſe potentionale.

¶ Contra, aut actus aliquid addit ad illud purum potentionale, aut nihil. Si nihil, ergo generatio terminatur ad nihil. Si aliquid, uel abſolutum, uel reſpectiuum. Non reſpectiuum, quia tunc relatio eſſet terminus motus, uel mutationis cuius contrarium patet. Si addit aliquid abſolutum, ergo non præfuit tota forma.

5. Phyſ. con tex. 10.

¶ Dico ergo, quod ratio ſeminalis eſt quædam qualitas conſequens formã ſubſtantialem ſeminis, & non eſt actus coæuus correſpondens ipſi materiæ, ſed uia ad productum, quod eſt per ſe intentum a natura.

Quid ſit ratio ſeminalis ſecundũ Scotum.

QVANTVM ad ſecundum articulum, eſt ſciendum, quòd aliqua ſecundũ aliquos ſemper producunt ſibi diſſimilia immediate, ut ſol producit ranam. Aliqua producunt ſibi ſimilia, & hoc dupliciter, ſcilicet mediate, ut homo hominẽ, uel immediate, ut ignis ignem.

Quõ aliqua producant diſſimilia, et ſimilia, uide Scotum hic.

¶ Ad propoſitum dico, quòd in primis non poteſt eſſe ratio ſeminalis, quia nec uirtute cœli poteſt ſenſitiua forma in rana produci. Cuius ratio talis eſt. Omnis cauſa æquiuoca eſt nobilior effectu producto. Iſta enim negata non poteſt probari, quòd Deus eſſet perfectior muſca. Sed cœlum non eſt nobilius ipſa forma ſenſitiua, quia omne uiuum eſt nobilius non uiuo, ſecundum Aug. ergo.

¶ Ad illam rationem datur una reſponſio quæ data eſt ſupra. In his autẽ, quæ producunt ſimilia mediate ut homo generat hominem, oportet ponere ſemen, & rationem ſeminalem. In his autem, quæ producunt ſimilia immediate, ut ignis ignẽ, non oportet ponere rationem ſeminalem, quod probatur primo. Elementa ſunt imperfectiſſima entia in genere ſubſtantiæ, ſicut patet per Commentatorem. Sed ſemen cuiuſcunque eſt perfectius eo, quod dicitur ex ſemine generari, ergo.

Diſt. 14. q. 1. ar. 2. uide ibi.

3. Cæli commen. 22. & 67.

¶ Præterea ſemen non ponitur niſi ut medium inter primum agens, & ultimum effectum. Sed hæc actio eſt immediata, ergo.

¶ Contra illud ultimum dictum ſunt quinque rationes poſitæ in principio quæſtionis. Et ſunt rationes opinionis, quæ ponit, quòd forma præexiſtit in materia ſecundum gradum imperfectum, ideo ad eas reſpondeo modo.

¶ Ad primum dico, quòd non ſequitur creatio, quia creatio excludit actum cuiuſcunque cauſæ extrinſecæ neceſſario, hic autem præſupponitur materia quamuis non gradus formæ. Quod ſi arguas contra de anima intellectiua, & gratia quæ præſupponunt aliquid, quia anima præſupponit

corpus,& gratia aîam,& tñ creantur. Di-
Deus poteſt producere animam ſine corpore.
co ꝙ non eſt uerum, quia Deus non neceſſario præſupponit illa, poſſet enim animam intellectiuam producere ſine corpore, ſicut aliqui ponunt de anima Adæ, & gratiam inquantum eſt quædam qualitas ſine anima. Agens autem creatum neceſſario præſupponit ſubiectum.

¶ Ad omnia alia dico, quod natura accipitur uno modo, ut diſtinguitur contra propoſitum, & artem.

¶ Alio modo ut diſtinguitur contra uiolentum. Et ſic ex parte paſſi accipitur naturalitas in propoſito, ut dicitur generatio naturalis ex naturali inclinatione principii paſſiui ad formam.

Triplex modus dicendi de ſemine.
QVANTVM ad tertium articulũ eſt triplex modus dicendi. Vno modo, quod ſemen ponitur, ut principium generationis ſubſtantiæ. Alio modũ ut ſit principium alterationis, tertio modo, ut ſit via ad illud quod eſt per ſe intentum a natura. Et iſtum ultimum modũ teneo. Primus.n. non poteſt ſtare, quia quod nõ eſt, non poteſt eſſe principiũ productiuũ ſubſtantiæ. Sed in inſtanti generationis ſubſtantiæ ſemen non eſt, ergo. Quod ſi diceres maior eſt uera in uirtute propria, ſed ſemen poteſt in uirtute generantis quam uirtutem Auerrois uocat diuinã.

7 Met. commen. 31.

¶ Contra, in uirtute non agentis nihil agit, ſed ſemine deciſo poteſt generans nõ eſſe, ergo non agit in uirtute generantis.

¶ Præterea nullum imperfectum poteſt eſſe cauſa per ſe ſufficiens perfectioris. Sed ſemen cum omni qualitate, & ſpiritibus eſt imperfectius genito.

¶ Similiter ſecundus modus non ualet accipiendo ſemen uniformæ pro ſemine maris, quod poteſt agere in ſemen fœminæ, quia nihil per gradum ſuæ entitatis, ſiue per qualitatem ſuam corrumpit ſe, nec alterat ſuum proprium ſubiectum.

¶ Præterea principium actiuum uniforme non eſt cauſa difformiorum, uel differentium, ergo ſi ſemen ut ſupponitur ſit uniforme, non poterit alterare ut ſint ibi diuerſa organa, quæ apparent in genito.

¶ Ad argumentum in contrarium, & ad quinque principia patet in fine ſecundi articuli.

¶ Ad primum alterius opinionis dico, ꝙ dictum philoſophi debet reſtringi ad factionem rei completæ, unde dicit ibi, ꝙ forma generatur per accidens.

¶ Ad ſecundum quibuſdam non uidetur inconueniens, quòd corruptum redeat idem numero, de quo dicitur in quarto. Si autem habetur pro inconue-
Diſt. 12. q. 6.
nienti, poteſt dici, quod philoſophus in 5. phyſicorum dicit, quod ad identitatem numeralem aliquid plus requiritur, ſci-
5. Phyſ. com tex.
licet identitatis temporis, & motus, quæ in propoſito deficiunt.

¶ Ad ultimum dicitur a quibuſdã, quod relatio fundamentalis poteſt eſſe ſine termino quamuis relatio formalis non poſſit eſſe ſine termino. Illa autem relatio ſeminalis dicit relationem fundamentalẽ, non formalem.

Opinio uera ſecundum Scotum.
¶ Aliter poteſt dici, quod illa relatio habet aliquem terminum intrinſecum licet non extrinſecum.

An unicus ſit intellectus?

Petrus Scotellus 2. ſent. diſt. 18. q. 2.

QVAESTIO II.

SECVNDO quæritur. An ſit unus intellectus numero in omnibus? Videtur, quod ſic. In ſeparatis a materia idem eſt, quod quid eſt cum eo cuius eſt. Sed omne tale eſt unum numero, ergo.

¶ Præterea multiplicatio indiuiduorum, aut ſit per quantitatem, aut per materiã. Sed intellectus non eſt quantus, aut materialis, ergo.

¶ Præterea multiplicatio indiuiduorum ſit propter corruptionem, ex ſecundo de anima, ſed intellectus eſt incorruptibilis, ergo.

¶ Præterea cui non communicatur actus non communicatur forma. Sed intelligere nõ communicatur corporei, ergo nec intellectus, & per cõſequens intellectus non multiplicatur ad multiplicationem corporum.

¶ Contra, ſi eſſet unus intellectus nume-

ro in Petro, & Iuda periret omne meritum, & pręmium. Etiam Auic. dicit, animam unam numero eſſe in duobus corporibus eſt falſum. Reſponſio, hic ſunt quatuor articuli. Primo ponetur una diſtinctio de intellectu. Secundo dicetur una opinio Commentatoris. Tertio arguetur contra ipſum. Quarto reſpondebitur ad motiua Commentatoris.

6. Naturalium par. 5. cap. 2.

Intellectus ſex modis accipitur.

QVANTVM ad primum dico, quod intellectus capitur ſex modis. Primo pro intellectu agente, qui eſt omnia facere. Secundo pro intellectu poſſibili, qui eſt omnia fieri. Tertio pro intellectu informato habitu ſcientiali, uel ſpecie. Quarto pro imaginatione, & dicitur intellectus paſſiuus, & eſt corruptibilis. Quinto dicitur intellectus ſpeculatiuus. Sexto dicitur intellectus adeptus, & dicitur ille intellectus ſpeculatiuus, qui componitur ex intellectu materiali, & intellectu in actu. Intellectus autem adeptus cõponitur ex intellectu materiali, & ex lumine Intellectus agentis. Vnde ſicut aer ſimul recipiendo ſpeciem recipit lumen, ſic etiam intellectus poſſibilis recipiendo ſpeciem ſimul recipit lumen intellectus agentis, & propter hanc receptionem dicitur intellectus adeptus.

Vide Auer. 3. de anima cõm. 5.

3. de anima com. 18.

QVANTVM ad ſecundũ articulũ eſt opinio Commentatoris, quod intellectus poſſibilis eſt unus numero in omnibus. Quod probatur primo ſic. Quod eſt immateriale, non multiplicatur ad multiplicationem corporum. Sed intellectus eſt immaterialis, ergo.

¶ Secundo ſic, quod non eſt corpus, nec uirtus in corpore, non multiplicatur ad multiplicationem corporum. Sed intellectus non eſt corpus, nec uirtus in corpore, ergo.

¶ Tertio ſic, ſi intellectus ad multiplicationem corporum multiplicaretur, tunc ea, quæ eſſent in intellectu nõ eſſent intellecta in actu, conſequens eſt falſum; ergo, & antecedens.

¶ Probatio conſequentiæ, quia ſi intellectus multiplicatur, tunc eſſet hic, & nũc & ea quæ ſunt in intellectu eſſent hic, & nunc. Sed ea quæ ſunt hic, & nunc, ſunt intelligibilia in potentia, ergo.

¶ Quarto ſic. Si intellectus eſſet multiplicatus idem moueret ſeipſum, quia intellectus in potentia mouet intelligentem. Si ergo intellectus eſt in potentia idem intellectus mouet ſeipſum.

¶ Quinto ſic. Quod recipitur in aliquo recipitur per modum recipientis. Sed in intellectu meo, & tuo ſpecies recepta eſt una, ergo intellectus eſt unus. Probatio minoris. Nam poſſibile eſt, quòd ego, & tu intelligamus lapidem, aut ergo hoc eſt per unam ſpeciem, & habetur propoſitum, aut per aliam, & aliam, ſi ſic cum iſte ſpecies differant numero, & conueniant in ſpecie, aut cognoſceretur inquantum ſpecies per unã ſpeciem, & habetur propoſitum, aut per aliam, & aliam, & ſic in infinitum ſtandum, ergo ſuit in primis, uidelicet quod per unam ſpeciem cognoſcatur.

¶ Vt autem magis appareat poſitio iſta ſunt hoc duo conſideranda. Primo quomodo differant formę intentionales, & reales. Secundo quomodo differant natura corporalis, & ſpiritualis.

¶ Propter principium nota, quòd formæ intentionales non numerantur ad numerationem ſubiectorum, quia alias non poſſent eſſe plures formæ in eadem parte medii.

¶ Item non extenduntur ad extenſionem ſubiecti, quia non educuntur de potentia materiæ, formæ autem reales educuntur de potentia materiæ, & numerantur, & extenduntur ad numerationem, & extenſionem ſubiect.

¶ De ſecundo nota quantum ad pręſens, quod in duobus differunt natura corporalis, & ſpiritualis.

¶ Primo, quod natura ſpiritualis poteſt ſimul eſſe cum natura corporali, abſque hoc, quod natura corporalis cedat ei. Natura uero corporalis ſimul cum corporali eſſe non poteſt.

¶ Secundo, quod natura ſpiritualis poteſt eſſe ſimul, & ſemel in diuerſis, dum tamen ipſa habeant ordinem ad aliquod unum, ſicut patet de anima, quæ eſt in diuerſis partibus corporis. Natura uero corporalis hoc non poteſt niſi per miraculum. Sic ergo dico, quod quia ſpecies, quæ eſt in intellectu habet eſſe intentionale, poteſt ſimul eſſe in imaginatione, ut patet ex primo dicto.

¶ Amplius, quia intellectus eſt, quid

ſpiri-

Q͞uo intellectus poſſit pluribus vniri.

ſpirituale poteſt pluribus uniri non per informatione, vt imaginatur Commentator: ſed per quandam vnionem, qua intellectus copulatur imaginationi per ſpeciem; Et iſto modo poſuit Commentator vnum intellectum numero in omnibus.

3. de anima com. 18.

QVANTVM ad tertium articulũ ſunt contra commentatorem octo difficultates quarum quatuor ipſemet contra ſe mouet. Alię ſunt a doctoribus modernis factę.

¶ Primo ſic. Quando aliqua habent unã & eandem perfectionem primam habẽt, & ſecundam perfectionem eandem. Sed per te omnes homines habent unam perfectionem primam eandem .ſ. intellectũ, ergo ſimiliter habebunt eandem perfectionem ſecundam .ſ. intelligere unum. Sed hoc eſt falſum, quia quando tu dormis ego intelligo. Similiter quando tu affirmas unum ego nego illud, ergo.

¶ Secundo ſic. Intellectus agens, & poſſibilis ſunt æterni, & tamen generatum ex eis .ſ. intellectio, & intellecta nõ ſunt æterna. Sed ſi eſſet unus intellectus ſicut ille eſt æternus, ita intellectio, & intellecta eſſent æterna, quod patet eſſe falſum.

Ratio Gotfredi.

¶ Tertio ſic. Si intellectus poſſibilis eſſet vnus in omnibus, & de ſe nullam habet formam, & propter hoc eſt poſſibilis uocatus, ergo eſt ſicut materia prima.

¶ Quarto ſic, plurificato eſſectu formali plurificatur forma: Sed tu, & ego ſumus homines per intellectum, & tamen tu es alter homo a me, ergo & alius intellectus.

Reſponſio Auerrois.

¶ Ad primum obiectum reſpondet Commentator, ꝙ maior eſt uera ſi habet omnia eadem, quæ requiruntur ad actum ſecundum. Sed hic non ſunt omnia eadẽ quæ requiruntur ad actum ſecundum, quia eſt diuerſa fantaſia, uel imaginatio, quæ eſt generabilis, & corruptibilis. Eodem modo ad ſecundum. Eſt enim intelligere generabile, & corruptibile, quia dependet ab intentione imaginata, quæ eſt generabilis, & corruptibilis.

¶ Ad tertium concedo, quòd intellectus eſt ſicut materia in ſuo ordine, quia ſicut materia ſe habet in genere entium, ſic intellectus in genere intelligibilium.

¶ Ad quartum dicit, quòd intellectus nõ eſt forma, nec unitur nobis, vt forma.

¶ Quamuis iſtę rationes aliqualiter ſoluantur non tamen ſufficienter, ſed exiſtenter adhuc manent. Et præter has adducuntur rationes modernorum, quarũ prima eſt iſta. Si eſſet intellectus unus in omnibus, tunc homo non intelligeret. Conſequens eſt falſum, ergo, & antecedens. Probatio conſequentiæ, nam ſecundum Commentatorem ibidem. Intellectus ſe habet ad fantaſmata ſicut oculus ad colores. Ex unione autem quam habet oculus ad parietem per colorem non ſequitur, ꝙ paries uideat, ergo ex unione quam habet intellectus ad nos per ſpeciẽ non ſequitur, ꝙ nos intelligamus, ſed ꝙ intelligamur.

Rationes recentiorum.

¶ Secunda ratio eſt iſta. Si eſſet intellectus unus in omnibus hominibus, intellectus iſte eſſet æternus. Et ſic haberet omnes ſpecies ab æterno, & ſic non poterit recipere aliquam ſpeciem, quod eſt contra philoſ. tertio de anima.

¶ Tertia ratio talis eſt. Ab una uirtute creata non poſſunt progredi duo actus ſolum numero differentes. Sed intelligere meum, & tuum reſpectum eiuſdem obiecti ſolo numero diſtinguuntur, ergo non poſſunt eſſe ab eadẽm uirtute numero, ergo.

¶ Quarta ratio eſt talis. Sicut transmutatio facit ſcire materiam, ita actio formam. Sed propria actio hominis eſt intelligere, ergo ex intelligere debemus inueſtigare formam hominis propriam. Sed nõ eſt intelligibile, quòd multiplicetur eſſectus formalis, & nõ multiplicetur forma, ergo ad multiplicationẽ hominis ſequitur multiplicatio formæ. Reſpondet, ꝙ verum eſt ſi intellectus eſſet forma hominis. Nunc autem ſecundum eum intellectus non eſt forma hominis. Iſta reſponſio nulla eſt, quia procedit ex falſa ſuppoſitione. Eſt enim intellectus propria forma hominis, ut probatum eſt ſupra diſ 17 de pluralitate formarum articulo primo.

QVANTVM ad quartum articulum dico, quòd argumenta commentatoris non concludunt.

¶ Ad primum, & ſecundum dico, quòd intellectus non multiplicatur effectiuè ex corporibus, ſed ex proprijs gradibus indiuiduantibus, vt patet ſupra.

Vt patet ſupra diſtinc. 3. q. de indiuiduatione.

¶ Ad tertium nego conſequentiam. Ad probationem cum dicitur. Receptum in intellectu eſſet hic, & nunc eſt ſignatum Dico, ꝙ illud receptũ poteſt recipi obie

ctiue, & ſubiectiue. Subiectiuę eſt particulare, obiectiue uniuerſale.

¶ Ad quartum patet, quòd maior eſt falſa in ſpiritualibus quamuis uero in corporalibus ſit dubium, quòd aliquid moueat ſeipſum ſicut ſupra patuit.

Diſtin. 2. de motu angelorum. *Solutio Aureoli.* ¶ Ad quintum ſoluitur a quibuſdam antiquis, & etiam ab Aureolo per oppoſitum, quia ſequitur, quòd omnes intelligentiæ eſſent una intelligentia, & ſic intellectus intelligētiæ, quæ mouet lunam eſſet idem cum intelligentia, quæ mouet ſolem, quia ſicut arguitur de ſpecie reſpectu in ellectus tui, & mei in illo argumēto, ita arguitur i propoſito. Dicit hic Egidius, quòd oppoſitum nō ualet, quia ſpecies in intellectu hominis, & intelligentiæ ſunt alterius rationis. Species autem quæ ſunt in intellectu meo, & tuo, ſunt eiuſdem rationis. Ego autem teneo primam ſolutionem, & dico, quòd ſolutio Egidii non ualet, peccat enim per fallaciam petitionis principii, ſicut patet intuenti ipſam.

In tractatu de vnitate intellectus. *Opinio Authoris.*

¶ Ad primum principale nego minorem ſicut melius patuit diſtinctione 3. q. Verū plures angeli poſſunt eſſe ſub eadem ſpecie?

¶ Ad ſecundum nego maiorem, quia indiuiduatio nec ſit per quantitatem, nec per materiam, ſicut patuit diſtin. 3. q. de indiuiduatione.

¶ Ad tertium dico, quòd ibi non eſt cauſa totalis, ſed concauſa.

¶ Ad ultimum nego minorem, quod patet p philoſ. vbi quærit. Vtrum anima habeat aliquam propriam operationē quā non communicet corpori. Et dicit quòd non, & exemplificat ibidem de intelligere, &c.

1. de anima comtex. 13.

DISTINCTIO XIX.

An homines in ſtatu innocentię fuiſſent immortales ſi non peccaſſent?

Scotus ſecunda ſententiarum diſtinctiom. 2. quæſtio

D. Thomas prima pertè q. 100.

Ricardus ſecunda ſententiarum diſtinctio 20 quæſtio 3.

Durandus ſecunda ſententiarum diſtinct. 20. quæſtio 5.

QVAESTIO I.

SOLET etiam quæri. Circa iſtā diſtinctionem decimamnonam quæritur. An homines in ſtatu innocentiæ fuiſſent immortales ſi non peccaſſent? Videtur quòd non, quia ubi eſt eadem ſpecies, eſt eadem differentia ſpecifica. Sed homo in ſtatu illo fuit eiuſdem ſpeciei cum iſto ſtatu, & in ſtatu illo mortale eſt propria eius differentia per Porphirium, ergo.

¶ Præterea, illa immortalitas, aut eſſet ex parte animæ, aut ex parte corporis. Non ex parte animæ patet per Apoſtolum qui dicit, quòd ſolus Deus habet immortalitatem. Non etiam ex parte corporis, quia omne generabile eſt corruptibile ex primo cęli, & mundi. Sed corpus hominis in ſtatu innocentiæ erat generabile, ergo & corruptibile.

¶ Confirmatur, quia cum in ſtatu innocentiæ habeat corpus nutribile indigebat alimento, & per conſequens fiebat ibi aliqua deperditio. Sed eadem eſt ratio de toto, & de parte.

¶ In contrarium ſcribitur Gen. In quacunque die comederis ex eo morte morieris. Sed non dixit hoc de actu moriendi, quia non ſtatim fuerunt mortui, ergo de potentia. *Cap. 3.*

¶ Reſpondeo, immortalitas poteſt referri ad corpus, uel ad animam. Et ſic ſunt duo uidenda. Primo. Si corpus erat immortale. Secundo. Si anima ſit immortalis pro ſtatu illo, ſiue pro ſtatu iſto.

QVANTVM ad primum dico, quòd immortalitas dupliciter accipi poteſt, vel abſolute, uel ex ſuppoſitione. Si primo mō adhuc dupliciter, quia uel conſiderata natura, uel conſiderato dono pro ſtatu innocentiæ ſibi collato.

Si

Si primo modo ſic homo erat mortalis, & hoc quia erat compoſitus ex contrarijs, quę nata ſunt agere in ſe inuicem ſi ponantur altera ſecundum proprias eſſentias in mixto, vel ſi non ponuntur ſicut uerius credo, ut patuit ſupra, hoc eſt *Diſtin. 15.* propter organicas partes in quibus ſunt qualitates contrarię.

¶ Si ſecundo modo conſideratur donum quod Deus dederat, & dicitur quaſi naturale: quia pro tota natura erat ſibi datum ſic fuiſſet immortalis ſtante homine in *Quō Adam erat mortalis, & immortalis.* illo dono. Si uero conſideratur ex ſuppoſitione, & conditione, ſic erat etiam immortalis, & mortalis. Immortalis, quia poterat non mori ſi ſteriſſet, & illa dona retinuiſſet Mortalis quia poterat mori ſi illa dona amiſiſſet, ſicut & factum eſt.

QVANTVM ad ſecundum articulum dico, ꝙ anima rationalis, & pro ſtatu iſto, & pro ſtatu illo eſt immortalis *Vide Scotū in 4. ſent. diſtin 43 q. 2* quamuis forte hoc demonſtratione, & ratione naturali oſtendi non poſſit. Adducuntur nihilominus auctoritates phyſicorum, & rationes.

¶ Primo ſic Ariſtoteles. Intellectus ſeparatur ab aliis potentijs ſicut perpetuum *2. de anima contex. 21.* a corruptibili. Si dicatur, ꝙ ſeparatur ab alijs quantum ad operationes. Contra, ex hoc ſequitur propoſitum, quia ſi poteſt ſeparari quantum ad operationem, *1. de anima contex. 21.* ergo quantum ad eſſe.

¶ Secundo ſic, tertio de anima ponitur *3. de anima contex. 7.* differentia inter ſenſum, & intellectum quia excellēs ſenſibile corrūpit ſenſum, de intellectu autem non eſt ſic: quia intellectus non debilitatur in operando, ſed omne tale eſt incorruptibile, ergo.

¶ Tertio ſic, philoſ. mouentes cauſæ velut prius exeuntes, quæ autem ut ratio. i. *12 met contex. 16 et 17 16 de animalibus ca. 4.* forma, & cetera, videtur dicere, ꝙ intellectus, & forma manentes poſt compoſitum.

Quarto ſic, decimoſexto de animalibus. Solus intellectus eſt ab extra, & ſic non recipit eſſe per generationem, ergo non ſubijcitur cauſalitati cauſæ ſecundæ, & ſic non eſt corruptibilis.

¶ Quinto ſic, deſiderium naturale nō eſt *1 met in prohemio.* fruſtra, ſed in anima eſt naturale deſiderium ad ſemper eſſe, ergo.

¶ Sexto ſic. Illud per quod res poteſt eſſe *7 met. contex. 22.* & non eſſe eſt materia, ex ſeptimo methaphiſicę: ſed anima intellectiua non habet materiam; quia eſt forma ſimplex, ergo. Ratio iſta forte non ualet, quia accipit minorem dubiam.

¶ Septimo ſic, philoſophus vult quòd fortis debet ſe exponere morti ſecundum iu- *3. ethic. c. 2 & 9. ethic. cap. 9.* dicium rationis pro republica, ergo anima eſt immortalis, probatio conſequentiæ. Nullus propter quodcunque bonum uirtutis, uel in ſe, uel in alio poteſt appetere ſuum non eſſe: tum quia non eſſe eſt nihil, tum quia non eſſe non includit rationem boni, tum quia talis non efficeretur melior, quæ ſunt rationes Auguſtini, *3. de lib. arbitrio.* ſed ſi anima non eſſet immortalis acciperet totaliter non eſſe, ergo.

¶ Octauo per rationes Thomæ, primo *D Tho. parte 1. q. 75.* ſic. Simpliciter non pōt ſeparari a ſeipſo, ſed anima eſt ſimplex, ergo non poteſt ſeparari a ſeipſa, nec per conſequens corrumpi.

¶ Secūdo ſic, quod corrumpitur, aut corrumpitur per contrarium, aut per defectum alicuius neceſſario requiſiti ad eius eſſe, ſed anima intellectiua non habet cōtrarium, nec eſſe corporis eſt ſimpliciter neceſſarium ad eius eſſe, quia habet pro- *artic. 6.* prium eſſe, ergo omnes iſtas rationes re- *Lib. 4. diſt. 43. q. 2.* petit Sco. & dicit eas non concludere ſicut patet intuenti ipſum in prædicta queſtione.

¶ Aureolus autem adducit hic duas ra- *Opinio Aureoli.* tiones, prima eſt illa. Nulla operatio eſt abſtractior, quam ſit principium operationis, ſed exprimitur in nobis operationem eſſe, quæ non ſubeſt alicui corruptioni, ergo nec ſubſtantia ſubeſt corruptioni, minor patet, quia exprimitur, quod libere intelligimus, eligimus uolumus, & iudicamus.

¶ Secunda ratio eſt talis. Subſtantia non quanta non poteſt corrumpi ab aliquo quanto, ſed in nobis eſt aliqua ſubſtantia non quanta, ergo non poteſt corrumpi ab aliquá uirtute corporea.

¶ Aliter arguo ſic. Si obiectum eſt incorruptibile, & potentia eſt corruptibilis. Sed obiectum intellectus eſt incorruptibile ſicut ſunt rationes ęternę, ergo.

¶ Vltimo arguitur per rationem Theologicam: quia nullum malum impunitum, & nullum bonum irremuneratum ſed ſi anima eſſet incorruptibilis, multa mala non impunirentur, ergo. Quicquid ſit de efficatia illarum rationum, & utrum demonſtra-

monſtratiuè concludant dubium eſt. Te
Anima eſt incorrupti bilis. neo tamen, quòd anima eſt incorruptibilis.
¶ Ad primum principale patet ex primo articulo, quia corruptibilis erat ex natura pure conſiderata in ſe.
6. de tri. capit. 6. ¶ Ad ſecundum quantum ad primum membrum: puta de anima cum dicitur, quòd ſolus Deus immortalitatem habet, patet per Auguſtinum, qui dicit, quòd immortalitas vocatur ibi immutabilitas: Sed ad aliam partem alterius membri de corpore dicatur, ſicut ad primum.

DISTINCTIO XX.

An in paradiſo terreſtri fuiſſet propagatio filiorum per copulam carnalem?

Petrus Scotellus 2. ſenten. diſtinc. 20.

QVAESTIO I.

POST hæc videndum eſt. Circa iſtam diſtinctionẽ 20. quæritur. An in paradiſo terreſtri fuiſſet propagatio filiorum per copulam carnalem? Videtur quòd non, quia propagatio per copulam carnalem fit ex deciſione ſeminis, vt ſemen eſt de ſuperfluo alimenti: ſed in ſtatu innocentiæ nihil fuiſſet ſuperfluum, ergo.

¶ Præterea generatio per copulam carnalem non fit ſine corruptione, & macula, ſed in ſtatu illo non fuiſſet aliqua corruptio, nec macula, ergo.

¶ In contrarium manente eadem natura in ſpecie manet conſiliis actus, ſed natura humana eſt eiuſdem ſpeciei in ſtatu iſto, & illo, & in iſto ſtatu fit generatio filiorum per copulam carnalem, ergo.

¶ Reſponſio, hic ſunt duo articuli. Primus qualis ſit generatio filiorum pro ſtatu naturæ lapſę, ſecundus qualis fuiſſet in ſtatu naturæ inſtitutę.

¶ Circa primum ſunt uidenda ſeptem, qualis ſuperfluitas ſit ſemen cum ſemen ſit de ſuperfluo alimenti, ſecundo quæ virtus ſit in ſpermate maris, & fęminę, tertio in quã to tempore formatur fetus, quarto, quæ membra primo formantur, quinto vnde cauſatur tanta diuerſitas ſicut eſt inter carnes, & oſſa, & huiuſmodi ſexto de diuerſitate partium ex eo, quòd aliquę fiunt in maiori, & minori tempore. Vltimo de cauſa maſculinitatis, & femineitatis.

QVANTVM ad primum dico cũ Auerroe ſuo, quòd prætermiſſa digeſtione oris ſunt tres digeſtiones ſ. digeſtio ſtomachi, epatis, & cordis. Eſt enim cor princeps in uirtute nutritiua, & in hoc ipſe repręhendit Galenum, qui poſuit, quòd princeps in uirtute nutritiua erat epar. Sicut enim ſe habet digeſtio ſtomachi ad digeſtionem epatis, ita digeſtio epatis ad digeſtionem cordis. Superfluitas autem digeſtionis ſtomachi ſunt feces. Superfluitas autem digeſtionis epatis ſunt urinę. Superfluitas autem digeſtionis cordis poſt factam miſſionem neceſſariam ad omnia membra remanet ſuperfluum quod dicitur ſemen. *Colliget. 2. libri ca. 10. Tres ſunt digeſtiones. Contra Galenum. Quid ſit ſuperfluitas digeſtionis*

QVANTVM ad ſecundum eſt opinio Galeni ſicut recitat Auicenna, quòd in ſpermate femineo eſt uis actiua ad formationem fetus, quod probatur, primo ſic. Matris habet uim receptiuam. Exemplum de illa, quæ ſteterat cum uiro dedit magnum ſaltum, ut emitteret ſemen ne impregnaretur, & non potuit. Sed matrix non ſolum habet uim receptiuam retinendi ſemen maris; ſed etiam, ſemen proprium. Et tunc quæro ad quid retinet, quia aut pręciſe propter materiam fetus, & hoc non, quia talis materia ponitur menſtruum, aut propter vim actiuam, & habetur propoſitum. *9. de animalibus cap. 1.*

¶ Secundo ſic, quod ex ſe inſpiſſatur habet uim actiuam, ſed ſemen mulieris ex ſe inſpiſſatur, ergo, minor probatur per iſtam mulierem, quæ cum non ſtaret cũ uiro patiebatur ſuffocationem matricis, hoc autem non erat, niſi quia eius ſperma erat inſpiſſatum in matrice. Iſta opinio a quibuſdam non tenetur, quia eſt contra philoſ. Item eſt contra Auicennam, qui repręhendit Galenum, & dicit, quòd ignorat in hoc radices ſeminis naturalis. *15. de animalibus. 1. 9. de animalibus cap. 1.*

¶ Item contra Auerroiſ. Et eſt ratio Auerrois talis. Si eſſet in ſpermate mulieris *Colliget. 2. libri. ca. 10.*

virtus actiua ad formationem fetus poſſet naturaliter generare ſine uiro, quod eſt inconueniens probatio conſequentiæ, quia agens approximatum paſſo debite poteſt iudicare ſuam formam in materia bene diſpoſita, ſed ſanguis menſtruoſus, & ſemen mulieris ſunt bene diſpoſita, ergo.

¶ Ad primam rationem Galeni dicitur, quòd ſuprema receptum neceſſarium nō eſt, propter vim actiuam, ſed propter contemperamentū ſicut ponit Auicenna, & exponitur ſtatim.

¶ Ad ſecundum dico, quòd illa inſpiſſatio non ſper eſt propter uim actiuam, ſed propter caliditatem matricis.

In 3. ſui canonis. fen. 21. et ex. ponitur ſtatim.

¶ Diceres ergo ad quid ponitur ſperma uiri, & mulieris, dico quòd ſperma mulieris ponitur propter contemperamentum ſpermatis uiri. Et hoc eſt dictum Auicennæ vbi ſupra, qui dicit, quòd duorum ſpermatum commiſtio eſt neceſſaria, quia cum uiri ſperma ſit groſſum, & calidę complexionis, ſperma feminę contemperat groſſitiem, & calorem ſpermatis maris propter mollitiem, & frigiditatem propriam.

Opinio Auicen. vt ſupra.

¶ Vlterius dico cum Auicennę licet quibuſdam non placeat, quòd ſperma mulieris, & ſperma maris cedunt, vel intrāt materiam fetus, aliter tamen, & aliter: quia ſperma femineum intrat non habens uim actiuam, ſperma autem uiri intrat habens uim actiuam. Exemplum ſuum eſt, paſta quæ eſt modo panis, & in uirtute caloris furni fit in paſta quædam cruſtula. Sic etiam eſt quando coadunantur iſta ſpermata uirtute caloris matricis generatur cruſtula ſiue pellis.

Exemplum.

¶ Quibuſdam autem hoc non placet uolentes, quòd ſemen uirile concurrat tantummodo, ut dans formam, quia aliter idem eſſet in potentia, & actu, & actiuum, & paſſiuum. Teneatur quod plus placet.

Li. 80. triū quæſt.

QVANTVM ad tertium ſunt duę opiniones de formatione fętus. Vna eſt Auguſtini quæſtionum, qui dicit, quòd illa formatio fit in quadraginta diebus, tali ordine, ſex diebus primis eſt ſub forma lactis, nouem diebus ſub forma ſanguis, duodecim diebus eſt ſub forma carnis, decem, & octo reſiduis diebus diſtinguuntur, & formantur membra.

In Leuitico.

¶ Alia eſt uia quam tangit quædam gloſa, quòd maſculus in quadraginta quinque diebus formatur, femina uero in 84. Et huic opinioni fauet philoſophus decimo de animalibus. c. j. dicens, quòd ſi fetus maſculi quartodecimo die ceciderit per aborſum ſuper aquam frigidam inuenitur habens ſubſtantiam inuolutam intela, qua ſciſſa apparebunt membra diſtincta, puto tamen, quòd utraque opinio eſt uera, quia perfecta formatio fit in quadragintaquinque diebus, & ſic accipit Auguſtinus. Semiplena autem fit in quadraginta diebus, & ſic accipit gloſa in Leuitico.

6 de animalibus.

QVANTVM ad quartum dicit Democritus, ut recitat philoſophus, quòd primo formantur membra exteriora, deinde interiora. Hoc reputat philoſophus & dicit, quòd primò formantur interiora membra, inter quæ primo formatur cor. Ratio eſt quia illud primo formatur in animali, quod eſt principium motus in animali, ſed huiuſmodi eſt cor. ergo. Deinde formantur illa in quibus uigent uirtus animalis puta epar, & cerebrum. Quod ſi dicas quare non formatur tunc pulmo. Reſpondet Auicenna, quod hoc eſt ideo quia pulmo eſt propter reſpirationem, ſed in prima formatione fetus non indiget reſpiratione, ideo non formatur pulmo.

9. de animalibus.

QVANTVM ad quintum dico, quòd illud eſt propter diuerſitatem materiæ, nam ad generationem fetus concurrit ſperma maſculinum, & femininum, & menſtruum, ſperma autem maſculinum fit materia ſpirituum quantum ad id quod eſt ſubtilis in eo, quantum autem ad id quod eſt groſſius tranſit in membra. Sperma autem femineum fit materia neruorum, & uenarum, & eorum, quæ non reſtaurantur. Menſtruum autem fit materia carnis, & pinguedinis, & eorum, quæ poſſunt reſtaurari.

9. de animalibus cap.

QVANTVM ad ſextum ponit philoſophus nono de animalibus, quòd

cum

9. de anima libus. cum omnia animalia habent certum tempus pariendi excepto homine, quia quædam parturiunt in ſeptimo menſe, quædam in nono, quædam uero multotiens intrant undecimum menſem ſicut recitat Auicenna, philoſophus uero dicit nono de animalibus, quòd plures decipiuntur mulieres credentes ſe eſſe impregnatas. *Quare mulieres decipiuntur ſe eſſe grauidas.* Et cauſa huius eſt, quia matrix interdum attrahit proprium ſperma, & claudit ſe ſuper illud, & tunc mulier putat ſe impregnatam, tunc ſi poſtmodum utatur uiro euomat ſperma clauſum, & recipit ſperma uiri unde impregnabitur, & tunc mulier decipitur in computatione quia incipit computare a tempore quo fuit clauſum ſperma proprium, & non a tempore quo recipit ſperma uirile.

Dubium. ¶ Sed eſt dubium quare natus in ſeptimo, & nono menſe uiuit, in octauo uero non. *Rationalis.* Et aſſignantur duæ rationes.

¶ Prima eſt phiſica talis, quia puer exiſtens in utero communiter in ſeptimo menſe petit exitum, & ſi inueniat facilem exitum non inueniet leſionem, & uiuit. Si autem inueniat obſtaculum recipiet leſionem, & reuertetur ad locum proprium. Si autem exhibit in octauo menſe, quia non eſt facta curatio a leſione moritur. Si autem tardabit uſque ad nonum menſem, quia in octauo facta eſt curatio a leſione, ideo exibit ſanus, & uiuet. *Ratio mathematica.*

¶ Alia eſt ratio mathematica quia in quolibet tempore impregnationis dominatur planeta ſuper fetus ſecundum ordinem, ita quòd primo menſe dominatur Saturnus, & ſic per ordinem uſque ad Lunam, quæ dominatur in ſeptimo menſe, Luna autem eſt frigida, & humida, & quamuis ratione frigiditatis ſit cauſa mortis, tamen ratione humiditatis eſt cauſa uitæ. Si autem uadat uſque ad octauum menſem, tunc reincipiet dominari Saturnus, qui eſt frigidus, ſiccus cauſa mortis, ſi autem tranſit uſque ad nonum menſem tunc habet dominium Iupiter, qui eſt calidus, & humidus ex quo eſt cauſa uitę.

QVANTVM autem ad ſeptimum, quare aliquando mulier parit maſculum aliquando feminam. *Opinio Galeni.* Eſt prima ratio Galeni qui dicit, quòd hoc eſt quia cum ſperma femineum intrat ſperma maſculinum generatur femina, cum autem econuerſo generatur mas.

¶ Hæc ratio non ualet, quia ponit ſperma mulieris habere uim actiuam reſpectu formationis fetus, quod improbatum eſt in principio quæſtionis huius.

¶ Secunda ratio Democriti qui voluit, quòd ſperma maris cadens in parte dextra matricis generat maſculum, in parte uero ſiniſtra generat feminam. Iſta ut dicit philoſophus ratio non ualet ut declaratur in principio ſeſtodecimo de animalibus. *Opinio Lucani.*

¶ Alia eſt ratio Lucani, qui dicit, quòd hoc eſt ex parte teſtium, nam teſtis dexter facit ad generationem maris, ſiniſter facit ad generationem feminæ, unde ſi fuerit pars dextra teſtium ligata generatur femina, & ſi ſiniſtra generatur mas. Iſta ratio ſecundum philoſophum ubi ſupra, non ualet, quia ſunt multa animalia, quæ carent teſtibus, & tamen generant mares. Ideo eſt alia ratio ex parte qualitatis ſeminis uirilis, nam illud ſemen, uel feruet in calore, & facit ad generationem maris. Si autem eſt in calore remiſſo, facit ad generationem feminę.

¶ Alia ratio aſſignatur ibidem propter ætatem, nam iuuenes, & ſenes generant feminas quia in iuuenibus non eſt calor naturalis completus, in ſenibus autem eſt diminutus, homines uero proue ctę eta is genera mares.

¶ Alia ratio eſt ibidem ratione uentorum, quia cum fuerit uentus Septemtrionalis generatur mas, cum uero fuerit Meridionalis generatur femina.

QVANTVM ad ſecundum articulum principalem dico, ſeptem per ordinem. Primo quòd in ſtatu innocentiæ fuiſſet filiorum procreatio per copulam carnalem. Et hoc probatur per Auguſtinum. *14. de ciui. Dei cap. 13.*

¶ Secundo dico, quòd per quamlibet copulam carnalem fuiſſet facta prolis generatio. Cuius ratio eſt, quia potentia actiua perfecta, & potentia paſſiua diſpoſita ſi iſte ſunt ordinate nunquam exeunt ocioſæ in actu, ſed omnia iſta erant in ſtatu innocentiæ, ergo.

¶ Tertio

ergo fuiſſet iam confirmatus. Dico ergo quòd potuit peccare venialiter. Vbi notandum, ꝙ peccatum mortale diſtinguitur a veniali in hoc, peccatum mortale ē deordinatio oppoſita ordinationi ſine qua finis conſequi non poteſt aliquo modo, & iſta ordinatio cadit ſub pręcepto. Sed peccatum ueniale eſt deordinatio oppoſita ordinationi, quæ non eſt neceſſaria ſimpliciter ad conſequendum finē, eſt tamen utilis, & talis cadens ab ordine peccat uenialiter. Et iſto modo Adam potuit peccare venialiter.

¶ Et tunc ad primum argumentum alterius opinionis dico, ꝙ quamuis mortale non poſſit ſtare cum innocentia & ſumma rectitudine rationis, veniale tamē poteſt, quia non tātum repugnat. Et ſi obijcias quòd eadem ratione peccatum ueniale poteſt ſtare cum beatitudine, ex quo poteſt ſtare cum ſumma rectitudine rationis, dico quòd non ualet: quia beatus habet præceptum de ſemper continuando actum fruitionis non diuertendo non ſolum ad oppoſitum, ſed etiam nec ad actum deſperatum, ſed viatori nullum præceptum tale datur ad minus quā tum ad actum deſperatum.

¶ Ad ſecundum nego minorem, nam leuis motus per ſubreptionem circa articulum fidei eſt deordinatio in uirtute ſuperiori, & tamen non eſt mortale.

¶ Ad argumentum principale dico, quòd ſi peccaſſet peccato ueniali habuiſſet aliquam aliam pęnam quęcunque ſit illa.

An peccatum primi hominis de facto ſit grauiſſimum?

D Bonauen. ſecunda ſenten diſtinctio. 21. q. 3. Artic. 3.

Scotus ſecunda ſententiarum diſtinctio. 21. quæſtio 1.

Ricardus ſecunda ſententiarum diſtinctio 21. q 2

Durandus ſecunda ſententiarum diſtinctio 21. quæſtio 3.

Franciſcus de Mayronis ſecunda ſent. diſt. 31. q. vnica.

QVAESTIO II.

QVARTO quæritur. An peccatum primi hominis de facto ſit grauiſſimum? Videtur, quòd ſic, quia deſtruit maximum bonū idest iuſtitiam originalē.

¶ Præterea illi peccato debetur maxima pæna: pura mors.

¶ Præterea Auguſtinus dicit, quòd Adā, & Aeua voluerunt rapere deitatem: ſed hoc fuit maximum peccatum in angelo, ergo multo magis in homine. *Pſal. 68.*

¶ Contra Auguſtinus dicit, ꝙ Adam nō carnali concupiſcentia motus, ſed quadam amicabili compulſus beniuolentia, ne ſociam contriſtaret peccauit. *10. ſuper Geneſim capit. vltimo ad literam.*

¶ Reſponſio, hic ſunt tria videnda. Primo quale fuit peccatum Adę, ſecundo quantum fuit graue, tertio quis grauius peccauit Adam, uel Eua.

QVANTVM ad primum patuit ſupra. ſ. ꝙ duplex eſt actus uoluntatis, ſcilicet uelle, & nolle. In nolle autem non cōſiſtit peccatum, ſed in uelle, uelle autem eſt duplex, ſcilicet uelle aliquid amore amicitiæ, qui eſt propter ſe, uelle amore commodi, qui eſt propter aliud. Et illud quod amat amore amicitię magis amat, quam illud quod amatur amore commodi. Quia propter quod unumquodque tale, & ipſum magis. Sed primum peccatum Adæ nō fuit ex immoderato amore ſui ſicut fuit peccatum angeli primi, quia angelus ſe per eſſentiam intelligit primo homo autem non. Ideo ſicut ponit Auguſtinus, hoc peccatum quantum ad radicem fuit immoderatus amor uxoris ſuæ. *Diſtinc. 6. q. 2. Dupl. eſt actus voluntatis. 1. poſt. con tex. 5. 11. cap ſuper Gene.*

QVANTVM ad ſecundum dico, quòd peccatum poteſt accipi, vel ſecundum ſuam rationem formalem, vel quantum ad ſequelam. Et ſic pono duas concluſiones. Prima quòd non fuit maximū peccatum ex ſe, ſecunda quòd fuit maximum peccatum quantum ad ſequelam.

¶ Prima probatur, tum quia non opponitur Deo, & maximo bono, ſicut eſt peccatum in ſpiritum ſanctum, tum quia non eſt cum maxima deliberatione factum.

¶ Secunda concluſio probatur, tum quia ratione perſonæ cuius culpa omnes inuo

luebat, tum quia non habuit inclinationem ad cadendum neceſſario, & præceptum ſibi datum erat leue ad ſeruandum.

QVANTVM ad tertiū dico duas concluſiones.

¶ Prima, quòd per ſe plus peccauit Eua, quia uoluit rapere deitatem; Adam uerò hoc non credidit, imo etiam de Dei miſericordia cogitauit.

¶ Secunda concluſio ꝙ propter aliquas circunſtantias accidentales Adam plus peccauit: tum quia propter perſonæ excellētiam, tum propter omni ſcientiam, tum propter uirtutis conſtantiam, quæ plus uigebat in Adam, quam in Eua.

¶ Ad primum principale patet per ſecundam concluſionem ſecundi articuli, fuit enim maximum peccatum propter ſequelam.

¶ Ad ſecundum dico, ꝙ pena mortis gehennę non competebat peccato Adę qa ipſe ſaluatus eſt. Si autem accipias mortem pro morte naturali patet per illud, quod dictum eſt.

Diſtinc. 19. q. 1. ¶ Ad vltimum dico, ꝙ Adam non appetebat rapere ęqualitatem directè: ſed interpretatiuè, ſicut omnis peccans vult voluntatem ſuam interpretatiuè preferre voluntati diuinæ.

DISTINCTIO XXII.

An peccatum primorum parentum fuerit ex ignorantia?

D. Bona. 2. ſenten. diſtinc 22. q 1. Artic. 2.
Scotus 2. ſententiarum diſtinction. 22 q 1.
Ricardus 2 ſenten diſtin. 22. q. 1.
Ioannes Bacconitanus 2. ſent. diſtin 22. q 1.

QVAESTIO I.

SIC videtur diligenter inueſtigādum. Circa iſtam diſtinctionem 22. quæritur. An peccatum primorum parentum fuerit ex ignorātia? Videtur quòd ſic, quia omne peccatum aut ex infirmitate, aut ex induſtria, aut ex ignorantia, ſed peccatum primorum parentum non fuit ex infirmitate quia nondum erat peccatum in eis, nec ex induſtria quia tale peccatum eſt ex certa ſcientia, & omne tale eſt peccatum in ſpiritum ſanctum.

¶ Præterea Auguſtinus. Adam inexpertus diuinæ ſeueritatis falli potuit ut crederet ueniale quod fuerat mortale. *7. de ciui. et ēt ſuper Gene. cap. 4.*

¶ Preterea 3. ethic. Omnis malus ignorans ſed Adam factus eſt malus per peccatum, ergo fuit ignorans. *3 ethic. c. 3*

¶ In contrarium arguitur, quia ignorantia eſt pena peccati, ergo non præceſſit peccatum.

¶ Reſponſio, primo ponam unam neceſſariam propoſitionem, ſecundo dicetur ad quęſtionem. Tertio uidebitur ſi aliqua ignorantia excuſat a peccato.

PROPOSITIO neceſſaria eſt philoſ. talis. Virtutes, & vitia ſunt in poteſtate noſtra, hoc probatur primo ſic. Quæcunque ſunt ſecundum electionem ſunt uoluntaria, & in poteſtate noſtra, ſed uirtutes, & uitia ſunt huiuſmodi, ergo. *3. ethic. contra Pithagoram.* ¶ Secundo ſic, quæ a nobis poſſunt operari ſunt uoluntaria, ſed uitia, & uirtutes ſunt huiuſmodi, ergo.

¶ Tertio ſic, omnes operationes reducuntur ad aliqua principia, ſed omnes operationes noſtrę non reducuntur ad principia extrinſeca, igitur reducuntur ad principia, quæ ſunt in nobis, ut ad uoluntatem.

¶ Quarto ſic, ſi malitia non eſt in poteſtate noſtra tunc ſumus mali ex ignorantia, ſed hoc non ualet, nam ignorantia eſt duplex, una directè aliquid operando, ut patet in ebrioſo qui dupliciter eſt arguendus, primo quia inebriauit ſe; ſecundo quia inebrietate peccauit. Eſt alia ignorantia iuris quando quis indirectè peccat, & praue operatur. Sed prima, & ſecunda ignorantia ſunt in poteſtate noſtra, ergo.

¶ Vltimo ſic, quæcunque laudantur, uel uituperantur ſunt in poteſtate noſtra, ſed uirtus, & malitia ſunt huiuſmodi, ergo. Maior patet, quia nullus uituperatur de turpitudine naturali, ut ſi quis naſcitur cæcus.

QVANTVM ad ſecundum articulum eſt duplex modus dicendi. Vnus Richar. ꝙ ignorantia dupliciter accipitur. Vno modo pro ſimplici neſcia, quæ *2. ſenten. diſtin 22. q. 1*

eſt

eſt reſpectum illorum, quæ non tenetur
Dupl. ignorantia. homo ſcire, & talis ignorantia non eſt pæ
na, ſed defectus naturalis conſeqnens na
turam, ſecundo modo accipitur ignoran
tia pro neſcia eorum, quæ qnis tenetur
ſcire pro illo tẽpore quo debet ea ſcire.
¶ Ad propoſitum dicit, ꝙ prima ignoran
tia fuit in primis parentibus ante pecca-
tum, ſecunda non.
Opinio Scoti ¶ Secundus modus dicendi eſt Scoti, ꝙ
quędam eſt ignorantia pręcedens pecca
tũ, & diſponit ad peccatũ, ſecũda ẽ igno
rantia cõcomitans pctũm, tertia ẽ ignorã
tia quæ ſequitur ex pctõ quaſi pæna eius.
Ignorantia duobus modis poteſt accipi. ¶ Vel aliter ſic. Ignorantia poteſt accipi
vel pro ignorantia ſimplici, uel pro igno
rantia erronea, uel pro ignorantia facti
in ſe, & quo ad aliquas circunſtantias.
¶ Ad propoſitum dicit, quòd primus ho
mo non peccauit ignorantia erronea, q a
approbare uera pro falſis eſt naturæ la-
pſæ non inſtinctè, peccauit autem igno-
rãtia circunſtantiarũ, quia uolẽs placere
uxori, credidit ueniale qđ fuit mortale,
ut patet per Augu. ſup Gen. ad literam.

QVANTVM ad tertium articu-
5. ethic. lum poſſet dici cum philoſ. qui dicit, du
plex eſt ignorantia, una eſt in actu, & in
habitu ſicut in principio, alia in actu, ſed
nõ in habitu ſicut ĩ illo q uincit a paſſio
ne, prima excuſat, ſed anõ. Aliter põt di
Opinio Ric. de duplici ignorantia. ci per uiã Ric. ꝙ duplex eſt ignorantia.
¶ Prima eſt ignorantia inuincibilis ſim-
pliciter, & hæc totaliter excuſat a pecca-
to pro eo, quòd talis ignorantia tollit ra
tionem uoluntarij, & peccatum non eſt
peccatum niſi ſit uoluntarium.
¶ Secunda dicitur ignorantia affectata,
ut cum aliquis ſua uoluntate vult igno-
rare propter minorem remorſum con-
ſcientiæ, & hoc non excuſat immo aggra
uat. ¶ Tertia eſt ignorãtia craſſa quę par-
tim eſt uoluntaria, & partim inuolunta-
ria, ut cum aliquis propter negligentiam
non vult laborare, ut ſciat quod tenetur
ſcire quamuis illud ſcire uellet ſine labo
re, hoc ęqualiter alleuiat a peccato quã
uis non totaliter tollat.
¶ Ad primum, & ſecundum patet per il-
lud quod dictum eſt in ſecunda opinio-
ne 2. ar. ¶ Ad tertium dico, quòd omnis
malus eſt ignorans ignorantia præceden
te, aut ſubſequente peccatum. Et iſto mo
do Adã fuit malus ignorãtia ſubſequẽte.

DISTINCTIO XXIII.

An Deus poſſit facere uoluntatem crea-
turę rationalis impeccabilem
per naturam?

D. Bona. 2. ſenten. diſtinc. 23 q. 1. Artic. 1.
Scotus 2. ſenten. diſtin. 23. q. 1.
Ricardus 2. ſenten diſtin. 23. q. 1.
Durandus 2. ſenten. diſtinc. 23. q. 1.
Ioannes Bacconitanus 2. ſenten. diſtin. 23. q. 1.

QVAESTIO I.

PRAETEREA ſolet q̃-
ri. Circa iſtam diſtinctio
nem 23. quæritur. An
Deus poſſit facere uolun
tatem creaturę rationa-
lis impeccabilem per na
turam? Videtur ꝙ ſic, quia ſicut ſe habet
corpus ad motum, ita uoluntas ad uelle,
ſed Deus poteſt facere corpus ſemp or-
dinatum in motu ſuo ſicut patet de cęlo,
ergo uoluntatem ordinatam in ſuo uelle
& ſic impeccabilem. ¶ Pręterea Deus po
teſt facere aliquam voluntatem, quæ ne
ceſſario tendat in aliquod obiectum bo-
num, ergo, & uolũtatem, quæ neceſſario
tendit in omne bonum, quia eadẽ neceſ-
ſitate uoluntas tendit in finem, & in ea q̃
ſunt ad finem, ſed uoluntas neceſſario ſp
tendens in omne non põt peccare, ergo
Deus põt facere uoluntatem impeccabi
lem p naturam. ¶ Præterea Deus põt fa-
cere, ꝙ aliquid ſit ſine eo, quod nõ eſt de
eſſentia eius; ſed poſſe peccare non ẽ de
eſſentia uoluntatis cum non ſit libertas,
nec pars libertatis ſm Anſ. ergo. Cõtra ꝙ *vbi ſupra.*
uni eſt ſubſtãtia nulli ẽ accidens, ergo a *2. lib. de libe*
ſimili quod uni eſt ſupernaturale nulli ẽ *ro arbitrio.*
naturale, ſed nõ poſſe peccare ẽ beatis ſu *cap. 10.*
pernaturale, ergo non põt alicui eẽ natu
rale. ¶ Reſpondeo, primo ponã rõnes ali-
quorum. Secundo dicam quæſtionem.

QVANTVM ad primum oẽs con
ueniunt in cõcluſione negatiua, quã pro
bat unus ſic. Ois uoluntas, quæ in agẽdo *Alexan. de*
non ẽ regula ſuæ actionis, ſed habet aliã *Ales 2. ſecunda.*
regulam ſuperiorem poteſt ab illa diſcor
dare, & per conſequens peccare, ſed uo-
luntas creata eſt huiuſmodi. Alius pro-
bat idem ſic. Obiectum uolũtatis creatæ
non tm̃ eſt bonũ exiſtẽs, ſed ẽt apparẽs,
ſed nulla potentia creari poteſt, quæ nõ

¶ Secundo ſic, ſicut ſe habet ſpes ad tentionem, ita uiator ad notitiam intuitiuã, ſed ſpes, & tentio non ſe compatiuntur, ergo nec uiator manens uiator, & notitia intuitiua de eſſentia diuina, ſed Adam in ſtatu iſto erat uiator, ergo.

Opinio Scoti verior.

¶ Alia opinio eſt in cõtrarium quam credo ueriorem. Et confirmo eam primo ſic. Cuicunque poteſt communicari actus cognitionis non communicato actu dilectionis illi poteſt communicari cognitio intuitiua non beatifica, ſed Deus potuit communicare Adę actum cognitionis de ſua eſſentia non communicando actum dilectionis, ergo probatio minoris, Iſti duo actus ſunt eſſentialiter differentes, & vnus eſt prior alio. Tũc arguo ſic. Obiectum mere voluntariè cauſans poteſt influere ad cauſationem prioris omiſſo poſteriori, ſed tale obiectum eſt eſſentia diuina, ergo poteſt influere actum cognitionis qui eſt prior omiſſo actu dilectionis, qui eſt poſterior.

Vide etiam Ricardũ in 2. diſt. 23. q. 4.

¶ Secundo ſic, quod non implicat contradictionem eſt factibile a Deo, ſed hoc nõ implicat contradictionem ſicut patet de Paulo, & Moyſe qui uiderunt Deum nude, ut patet per Gregorium, Hieronimũ, & Auguſtinum, ergo. Si dicas ꝙ talis uiſio fuit beatifica ſi fuiſſet continuata.

¶ Contra, cum paſſibilitate corporis nõ ſtat beatitudo, ſed tales habebãt corpus paſſibile, ergo.

¶ Præterea hoc confirmatur per dictum doctoris quem conatur defendere. Ait enim, ꝙ Deus præter comumnem ordinem poteſt continuare hoc, quòd mentes aliquorum in hac carne uiuentium, ſed non ſenſibus carnis utentium vſque ad uiſionem ſuæ eſſentiæ eleuet, ut etiã dicit Auguſtinus, & in li. de vidẽdo Deũ de Moyſe, & Paulo. Item Auguſtinus ad Paulinum de uidendo Deum. Poteſt humana mens diuinitus rapi ex hac vita ad angelicam uitam antequam per illam mortem carne ſoluatur, ſic raptus eſt Paulus quando audiuit illic archana uerba.

D. Thom. 1. parte q. 12. artic. 11. in ſolutione 2. artic. 12. ſupra Gene ad liberum.

¶ Ad primum alterius opinionis nego minorẽ pro ſillogiſmi, non. n. eſſet in termino quamuis haberet actum uiſionis, non tamen Deus influeret ad actum dilectionis in qua maxime conſiſtit beatitudo.

Angelũ repreſentantẽ Deum.

¶ Ad ſecundum maior eſt falſa ſi intelligitur de intuitiua quocunq; modo ſumpta, quia ſpes, & tentio repugnant ſimpliciter. Intuitio aũt in via non repugnat niſi ibi ſit lumen gloriæ, & etiam inflexus ad actum delectationis.

DISTINCTIO XXIIII.

An voluntas creata neceſſitetur reſpectu ultimi finis, vel ſit libera?

Scotus 1. ſententiarum diſtinc. 1. q. 4.
D. Thomas primm parte q. 82. Artic. 1.

QVAESTIO I.

NVNC diligenter inueſtigari oportet. Circa iſtam diſtinctionem 24. oportet uidere de duobus. Primo de uoluntatis libertate, ſecundo de uoluntatis nobilitate.

¶ Circa primum quęritur. An uoluntas creata neceſſitetur reſpectu ultimi finis, vel ſit libera. Videtur quòd neceſſitetur, quia finis mouet methaphorice, ſed efficiens proprie mouet, ſed efficiens approximato paſſo diſpoſito neceſſario mouet, ergo finis ultimus neceſſario mouet voluntatem methaphoricè.

9. met. com. tex. 10.

¶ Præterea omne mobile pręſupponit aliquid immobile, ſed actus uoluntatis reſpectu eorum, quę ſunt ad finem ſunt mobiles, ergo præſupponunt aliquem actum neceſſarium, & immobilem, ſed ille non uidetur eſſe non reſpectu finis, ergo.

8. phyſ. & in lib. de motu aĩalium.

¶ Contra, eadem uirtute uoluntas vult finem, & ea quæ ſunt ad finem. Confirmatur, libertas & neceſſitas propter oppoſitum modum principiandi non ſunt compoſſibilia in eodem, ſed voluntas aliquid libere vult, ergo nihil vult neceſſario.

¶ Reſpondeo, primo ponetur una opinio ſecundo improbabitur, & dicetur ad quęſtionem ſecundum ueritatem, tertio dicetur ad motiua primæ opinionis.

QVANTVM ad primum eſt opinio

D.Thom. 1. parte q. 82. artic. 1. Henric. quolib. 3. q. 17.

nio Tho. Et opinio Henrici quolibet .j. q. 16. dicunt ambo, quòd uoluntas neceſſitetur reſpectum ultimi finis apprehenſi per intellectum, quia non poteſt ipſum nõ uelle, quod probatur quadrupliciter, primo ſic. Quia ſicut principium in ſpeculabilibus ſic finis in agibilibus. Sed intellectus de neceſſitate aſſentit principio, ergo uoluntas fini ultimo.

2. phyſ. com tex. 83.

¶ Secundo ſic, illud uoluntas vult neceſſario cuius participatione vult quicquid vult, ſed participatione finis ultimi uoluntas vult quicquid vult, ergo. Minor probatur, quia omnia ſunt bona participatione primi boni ſecundum Auguſtinum. Tolle inquit bonum hoc, & illud, & ſi potes uidebis bonum omnis boni.

8. de tri. c. 4 vel. 8.

¶ Tertio ſic, illud uoluntas vult neceſſario in quo non eſt aliquis defectus, nec aliqua ratio mali, ſed in ultimo fine non eſt defectus alicuius boni, nec aliqua ratio mali, ergo.

¶ Quarto ſic, omnis uoluntas habet cur, ſecundum Auguſtinum, ergo uolendo quodcunque aliud habet cur, ſed illud cur, reducitur ad finem, ergo non uolendo finem vult finem, quod eſt contra Anſelmum.

Lib. de tri. cap. 12.

QVANTVM ad ſecundum articulum dico, quod illa opinio non ſtat, quia uoluntas non neceſſitatur reſpectu ultimi finis, quod probatur a Scoto.

Lib. 1. diſt. 1 q. 4.

¶ Primo ſic, nihil eſt ita in poteſtate uoluntatis ſicut eſt ipſa uoluntas, ut patet per Auguſtinum primo retractationum, hoc autem non intelligitur niſi quantum ad actum elicitum, ergo cum actus intellectus circa finem ultimum ſit in poteſtate uoluntatis, ut poſſit illum actum ſuſpendere multo magis, poteſt ſuſpendere actum primum.

Cap. 9. & 22.

¶ Secundo ſic, agens quod neceſſitatur ad agendum, de neceſſitate remouet prohibens actionem eius, ſicut patet exemplum de graui cum tendit deorſum frangit trabem, ergo ſi uoluntas neceſſitetur ad uolendum ultimum finem remouebit prohibens illam actionem, ſed illud non eſt conſideratio finis, ergo faciet ſtare intellectum circa actualem conſiderationem finis, cuius contrarium experimentum.

Exemplũ de graui.

¶ Tertio ſic, omne agens neceſſario de neceſſitate agit ſecundum ultimum potentiæ ſuæ, quia ſicut non eſt in poteſtate eius actio ita nec intenſę, uel remiſſę agere, ergo uoluntas de neceſſitate uolet finem equę intenſę quãtum poteſt cuius contrarium experimur.

¶ Vltimo ſic, potentia libera per participationem non magis tendit in obiectum perfectum quam in aliud obiectum, ergo nec potentia libera per eſſentiam, ſicut eſt uoluntas, antecedens patet de potentia uiſiua, quæ non magis neceſſario uidet pulcherrimum quam minus pulchrum.

QVANTVM ad tertium articulum reſpondeo ad motiuum primæ opinionis.

¶ Ad primum dico, quòd illud ſimile cõcluderet multa falſa ſi ſimilitudo eſſet vniuerſaliter uera, quia concluderet, quod ſicut neceſſario aſſentimus concluſionibus propter principia, ſic neceſſario aſſentiremus illis, quæ ſunt ad finem, propter finem quod eſt falſum. Vnde ſimilitudo eſt quo ad duo, ſcilicet quo ad ordinem iſtorum, quia ſicut ordo eſt inter illa uera inter ſe, ſic inter bona. Et ſicut illa uera ſunt ordinate cognita, ita & iſta bona ſunt ordinata uolita.

Sed non eſt ſimile quantum ad ordinem neceſſitatis in uno, & in alio, quia neceſſitas eſt in intellectu propter euidentiã obiecti, non autem bonitas obiecti neceſſario cauſat aſſenſum in uoluntate.

¶ Ad ſecundum uidetur primo, quòd maior ſit falſa, ſimiliter minor eſt dubia, quia participatione alicuius uolũtatem aliqua uelle poteſt intelligi dupliciter, uel uirtute eius, ut efficientis, & tunc nõ eſt ad propoſitum, quia non oportet, quod uideamus Deum oculo carnali ſicut uidemus colorem, aut poteſt intelligi uirtute eius, ut continentis uirtualiter, & tunc minor eſt falſa, quia non oportet, quod uirtute Dei uoluntas uelit quodcunque uolitum, tunc enim omnis actus uoluntatis eſſet actualis uſus referendo illud in obiectum primo uolitum.

¶ Ad tertium dico, quòd quamuis uoluntas non poſſit tale obiectum non uelle, tamen non oportet neceſſario uelle, quia poteſt ſuſpendere actionem ſuam dicendo, nolo me uelle.

¶ Ad quartum dico cum dicitur, quòd

uoluntas

Quo voluntas habeat cur.

voluntas habet cur, uerum eſt in elicien do, ſed in ceſſando ab actu ſicut deficit ſibi actus ſic defecit ſibi cur.

¶ Ad arguméta principalia. Ad primum dico, quòd finis non neceſſario mouet, quia ad nullum actum extra neceſſario ſe habet. Similiter uoluntas non neceſſa rio uult, quia eſt libera.

¶ Ad ſecundum dico, quòd actus uolun tatis mobilis præſupponit actum immobilem uolũtatis primum qui eſt eſſe, ſed non aliquem actum ſecũdum reſpectum ultimi finis qui ſit uelle, ergo.

An uoluntas ſit nobiliſsima potentiarum animæ?

Scotus in 4. ſententiarum diſtinction. 49. q 4. D. Thomas prima parte q. 82. Artic. 3.

QVAESTIO I. ET II.

CIRCA ſecundum quæritur. An uoluntas ſit nobiliſsima potentiarum animæ? Videtur quòd non, qa qñ aliqd habet duas proprietates illa eſt nobilior ſecundum quam conuenit cum nobiliori. Exemplum de anima intellectiua ſecundum quam homo conuenit cum angelo, & ſenſitiua ſecundum quam conuenit cum brutis, ſed per intellectum cõuenit cum angelo, & per appetitum conuenit cum bruto, angelus autem eſt nobilior bruto, ergo.

Exemplum.

¶ Contra, iſta potentia eſt nobilior per cuius actum homo maxime coniungitur ultimo fini, ſed hoc eſt actus uoluntatis, ergo.

¶ Reſponſio, hic ſunt tres articuli ſecundum tres ſolennes opiniones.

Prima opinio.

PRIMA opinio dicit, quòd intellectus, & uoluntas, & omnes partes imaginis ſunt equalis nobilitatis, quod probatur tripliciter.

¶ Primo ſic, nobilitas potentiarum eſt accipienda per comparationem ad primũ obiectum primitate perfectionis, ſed primum obiectum harum potentiarum eſt diuina eſſentia, & ipſa diuina eſſentia nõ eſt nobilior ſeipſa, ergo una potentia nõ eſt nobilior alia.

¶ Secundo ſic, ſi intellectus eſſet nobilior uoluntate, uel econtrario, ſequitur, quòd uel ſpiritus ſanctus eſſet nobilior filio, aut quòd filius eſſet nobilior ſpiritu ſancto, conſequens eſt falſum, ergo & antecedens, probatio conſequentiæ, qa nobilius principium arguit nobilius productum.

¶ Tertio ſic, ſupponatur, ꝙ potentię non ſint idem realiter cum eſſentia animæ, & non addant niſi reſpectum, ſed unus reſpectus non eſt nobilior alio, ergo, probatio minoris, quia aut una relatio eſſet nobilior alia ratione termini, aut ratione fundamenti. Non primo modo, quia tũc relatio potentiæ paſsiuæ habet pro termino actionem, relatio autem potentiæ actiuæ haberet pro termino paſsionem, ſed actus eſt nobilior paſsione. Nec ſecundo modo, quia cum relationes habeant idem fundamentum, una non eſt nobilior altera ratione fundamenti.

¶ Contra iſtam opinionem patet per dicta ſanctorum. ſ. Bernar. Anſel. in de conceptu uerginali, & per philoſophum 9. methaphiſicæ, & per Commentatorem ibidem, qui omnes ponunt in potentijs animæ eſſe præeminentiam.

In lib. de libero arbit. nõ multum poſt principium.

¶ Preterea arguitur per rationem ſic. Quod conſtituitur ex pluribus in actu, oportet, quòd unum habeat rationem nobilitatis per philoſophum, ſed ratio imaginis conſtat ex his potentijs, ergo.

1. politicorum.

¶ Ad primum alterius opinionis dicitur quòd una potentia nobilior eſt alia, quia reſpicit eſſentia ſub nobiliori ratione: pura ueri, uel boni.

¶ Contra, adhuc ſtat argumentum, quia uerum & bonum ſunt rationes attributales, & quælibet eſt forma infinita, ergo una non eſt nobilior alia. Ideo poteſt dici, quòd iſtę potentiæ ſeipſis formaliter ſecundum propriam eſſentiam, & entitatem una excedit, & alia exceditur.

¶ Ad ſecundum dicitur tripliciter. Primo modo, quòd ſpiritus ſanctus uno modo eſt nobilior inquantum procedit per modum uoluntatis. Alio modo filius eſt nobilior, quia habet uim productiuam reſpectu ſpiritus ſancti producendi.

 ¶ Secun-

¶ Secundo ſic, quod iſta uoluntas poteſt conſiderari, uel quantum ad productum, uel quantum ad modum producendi. Si primo modo tunc omnis ratio pertinens ad dignitatem, quæ eſt in ſpiritu ſancto eſt in filio. Si ſecundo modo tunc concedatur, quod una eſt nobilior altera.

¶ Tertio puto eſſe dicendum, quod ratio non ualet in propoſito, quia quęritur hic de uoluntate, ut eſt pars imaginis creatę, non autem ut eſt pars imaginis increatę, ſicut tu accipis, nam ibi cócedo, quod non eſt præeminentia, ſed qualibet eſt æqualis nobilitatis pro eo, quod qualibet eſt formaliter infinita.

¶ Ad tertium dico, quod ſupponit falſum, ſcilicet, quod potentiæ animæ non diſtinguũtur niſi relatiue, ut patet ſupra.

Diſt. 16. ar. 4. & 5.
D. Thom. 1. part q 82. art. 3

QVANTVM ad ſecundum articulum eſt opinio Thom. qui dicit, quod quamuis uoluntas ſit nobilior intellectu ſecundũ quid, tamen ſimpliciter loquendo intellectus eſt ſimpliciter nobilior, hoc probatur primo ſic. Illa potentia eſt nobilior cuius obiectum eſt ſimplicius, ſed obiectum intellectus eſt ſimplicius obiecto uoluntatis, ergo probatio minoris, quia obiectum intellectus eſt uerum quod eſt in mente, obiectum autem uoluntatis eſt bonum quod eſt in rebus, ſed quod eſt in mente eſt ſimplicius eo quod eſt in re. Item arguitur ab aliis ſic. Illa potentia, quæ ſic ſe habet, quod habet in ſe perfectionem eſt nobilior quam illa, quæ quærit perfectionem ab aliquo extra, ſed intellectus habet perfectionem in ſe, quia intelligere eſt motus rei ad animam, uoluntas autem non, quia uelle eſt motus animæ ad rem, ergo.

6. Met. con tex. 8

¶ Præterea triplex eſt appetitus, ſcilicet naturalis, ſenſitiuus, & intellectus, ſed appetitus naturalis eſt propter naturam, appetitus autem ſenſitiuus eſt propter ſenſum, ergo appetitus intellectiuus, puta uoluntas eſt propter intellectum, ſed quod eſt propter aliud eſt nobilius eo, ergo. Item quod eſt rationale per eſſentia eſt nobilius, eo quod eſt rationale per participationem, ſed intellectus eſt rationalis eſſentiam, uoluntas autem per participationem, ergo. Item potentia eſt nobilior quæ habet nobilius obiectum, ſed hoc ẽ intellectus, ergo probatio minoris, quia obiectum intellectus eſt ens, obiectum uoluntatis eſt bonum quod eſt paſſio entis, ſed ſubiectum eſt nobilius paſſione, ergo. Item illa potentia eſt nobilior cuius actus eſt purior, ſed hic eſt actus intellectus, quia ſcire malum, non eſt malum, ſed uelle malum eſt malum, ergo. Item illa potentia, quæ immediate attingit obiectum beatificũ eſt nobilior, ſed hæc eſt intellectus, quia uoluntas prę ſupponit actum intellectus, puta bonum cognitum, intellectus autem non præſupponit actum uoluntatis, ergo.

¶ Vltimo ſic, dirigens eſt nobilius directo, ſed intellectus dirigit uolũtatẽ, ergo.

QVANTVM ad tertium articulum teneo oppoſitam concluſionem huius opinionis, tum propter dicta ſanctorum, & philoſophorum, tum propter rationes. Nam Bernardus dicit, quod uolũtas eſt nobiliſſima potentia Item Anſ. dicit quod uoluntas eſt regina, & domina in toto regno animæ Item idem dicit Richar. in li. qui incipit, omne caput languidum. Item philoſophus, 9. Meth. & Commentator ibidem dicunt, quod pro hæreſis id eſt electio habet intellectum determinare, quia eſt potentia ualens ad oppoſita, ſed non haberet uim determinatiuã niſi eſſet nobilior, ergo. Item quod eſt liberum per eſſentiam eſt nobilius eo, quod nõ eſt liberũ per eſſentiã. Nã libertas eſt proprietas nobiliſſima. Sed uoluntas eſt libera per eſſentiam, intellectus uero ſolum per participationem. Intelligimus enim cum uolumus.

In libro de libero arbitrio.
De cõceptio. uirginali.
9. Met. com tex 10.
2 de anima cont. 60

¶ Præterea arguit Henricus ſic, & bene, cui debetur nobilior perfectio eſt nobilius, ſed nobilior perfectio debetur uoluntati, quam intellectui, ergo, probatio minoris, quia uoluntati debetur charitas, intellectui autem ſcientia, ſed charitas nobilior ſcientia, ergo.

Henricus quolib. 1. q. 14.

¶ Præterea arguo ſic, ſicut ſe habet actus ad actum, ita potentia ad potentiam, ſed actus intellectus eſt per actum uoluntatis, ſicut patet per Anſ. in lib. Cur Deus homo, & per Auguſtinum in lib. de cognitione uerę uitæ, ergo intellectus eſt propter uoluntatem, ſed quod eſt propter aliud eſt ignobilius eo, ergo intellectus eſt ignobilior uoluntate.

¶ Vltimo ſic. In potentiis eſſentialiter ordinatis ultima eſt nobiliſſima, ſed uoluntas eſt huiuſmodi, ergo.

7. Politicorum.

¶ Tunc

¶Tunc ad argumenta præcedentis opinionis.

¶Ad primum dico,quod eſſet cõtra eos quia obiectum uoluntatis eſt ſimplicius, quia obiectum uoluntatis ſecundum eos eſt Deus in ſe,obiectum uero intellectus in patria eſt Deus receptus in intellectu, ſed Deus in ſe habet ſimplicius eſſe, quã prout habet eſſe receptum in intellectu, quia eſt ibi aggregatio rei, & multarum relationum rationis.

¶Aliter poteſt dici, quod maior eſt falſa,propter inſtantiam Commentatoris, de ſenſu, & ſenſato, quia memoria habet obiectum ſimplicius, quam imaginatiua, & tamen non eſt nobilior ſecundum eum.

¶Aliter poteſt dici,quod maior eſt uera de potentiis eiuſdem generis, ſed appetitiua,& intellectiua non ſic ſe habẽt.

¶Ad aliud quæro quid tu intelligis per perfectionem,quia aut obiectum aut actum.Si obiectum tunc nihil ad propoſitum;quia utriuſque potentiæ obiectum eſt extra. Si autem intelligas actum etiã non ualet, quia actus utriuſque potentiæ eſt intra manens.

¶Ad tertium dico, quod non eſt ſimile de appetitu ſenſitiuo, & itellectiuo ſicut patet per Damaſ. Nam appetitus intellectiuus agit,& non agitur,ſenſitiuus uero agitur,& non agit. *Lib. 2*

¶Ad aliud dico, quod per rationale,aut intelligis actum uoluntatis,aut potentiã. Si primo modo concedo, quod actus uoluntatis non eſt rationalis per eſſentiã. Si ſecundo modo tunc intellectus, & uoluntas fundantur in eadem eſſentia animæ rationalis,quæ eſt rationalis per eſſentiam.

¶Ad aliud patet melius,ubi dictum eſt, *Lib. 1. diſ. 3* quod ens eſt obiectum uoluntatis.

¶Ad aliud dico,quod eſt ad oppoſitum, quia actus uoluntatis eſt purior, & perfectior, quia melius eſt amare Deum, quam intelligere,& non diligere.

¶Ad aliud argumentũ eſſet contra eos. Quia intellectus intelligit per ſpecies. Voluntas autem non tendit in obiectum mediante ſpecie,ſed immediate. Et ſic eſſet nobilior,unde dico,quod totum illud aggregatum, ſcilicet bonum cognitum, non eſt primum obiectum uoluntatis, ſed ſolum bonum, quamuis tamen hoc poſſit ſe extendere ad rationem entis.

¶Ad ultimum dico, quod dirigens per modum cõſilij non eſt nobilius directo, ſic etiam patet de portante candelam ante dominum. Intellectus autem dirigit per modum conſilii,& non imperii,ideo non eſt nobilior. *Exemplum.*

¶Ad primum principale dico,quod quãuis homo conueniat cum bruto in appetitu ſenſitiuo,non autem conuenit cum eo in appetitu intellectiuo,de quo ſuperius quærimus,immo cum iſto appetitu conuenit cum angelis.

DISTINCTIO XXV.

An in Deo ſit liberum arbitrium?

Ricardus ſecundo ſententiarum diſtinct. 25. quæſt. 1.

QVAESTIO I.

NVNC ad propoſitum redeamus. Circa iſtam diſtinctionem 25. quæro ſine argumẽtis. An in Deo ſit liberum arbitrium?

¶Reſponſio, quod liberum arbitrium poteſt accipi dupliciter. Primo inquantum liberum præciſe. Secundo inquantum habet uertibilitatem annexam. Et ſic ſunt duæ concluſiones, quia primo modo in Deo eſt liberum arbitrium,ſecundo modo non.

¶Primum probatur a Richar. ſic. Quod immune eſt a materia eſt maxime liberum,ſed Deus eſt huiuſmodi, ergo. Sed ratio non bene ſtat cum dictis ſuis, quia poſuit animam,& Angelos habere materiam,& ſic non eſſent liberi. Eſt ergo alia ratio talis,quod eſt perfectionis ſimpliciter in creaturis eſt ponendũ in Deo, ſed liberum arbitriũ eſt perfectionis ſimpliciter in creaturis, quia melius eſt ipſum,quam non ipſum,ergo,&c. *In 2. ſen. diſt. 25. q. 1*

¶Secũdo probatur ſic, uertibilitas ideo eſt in creaturis,quia eſt de nihilo, ſed

Deus

QVANTVM ad ſecundum articulum arguitur contra iſtam opinionem, ſic primo. Agens naturale non impeditū non poteſt in eodem paſſo eodem modo diſpoſito cauſare contraria, ſed obiectū cognitum eſt naturale agens, ergo non poteſt cauſare uelle, & nolle in uoluntate eum ſint actus contrarii reſpectu eiuſdem obiecti, & ſic uoluntas aliquid uolens ſemper uellet illud, & nolens ſemper nollet illud cuius contrarium experimentum.

¶Secundo ſic, in cuius poteſtate non eſt actio agentis ſufficiens in eius poteſtate non eſt actio patientis, quia quando agens ſufficiens agit neceſſario conſequenter patiens patitur, ſed non eſt in poteſtate patientis, quod agēs agit quando eſt aliquid ab eo maxime, ſi agens ſit naturale quale eſt obiectum, ergo nō eſt in poteſtate uoluntatis ſua uolitio, & per conſequens, nec meritum, nec demeritum.

¶Tertio ſic. Actus liberè elicitus debet elici a principio libero, ſed uelle elicitur liberè, ergo debet elici a principio libero, ſed hoc eſt uoluntas non fantaſma, ergo.

¶Quarto ſic, actio pro primæ dicta diuiſa contra factionem manet in agente, ſed uelle manet in uoluntate, ergo eſt a uoluntate, ut ab agente, ergo.

¶Quinto ſic, actio denominat agens, ſed uelle denominat uoluntatem non fantaſma, ergo.

¶Dico ergo, quod ad actum uolitionis concurrunt obiectum, & uoluntas, ut duæ cauſæ partiales integrantes unam totalem eſſentiam, & quomodo hoc ſit, & quæ dubia poſſent fieri patet ſupra diſtin. 3. q. An Angelus cognoſcat ſe per ſuam eſſentiam?

¶QVANTVM ad tertium articulum, ad prima tria motiua primæ opinionis patet, in quæſtione ſtatim prællegata.

¶Ad quartum dico, quod uoluntas non poteſt uelle ſine obiecto, quia requiritur obiectum, ut cauſa partialis. Et per hoc patet ad confirmationem ſecundi de anima. Nam ſenſus ſemper ſentiret ſi eſſet totalis cauſa ſenſationis. *2 de anima cont. 52*

¶Ad ultimum dico, quod cauſa æquiuoca nobilior eſt formali, non autem termino totali. Aliter poteſt dici, quòd maior eſt uera de cauſa æquiuoca totali, non autem de partiali, uoluntas autem eſt cauſa æquiuoca partialis.

¶Ad primum principale concedo, quod appetitus mouetur ab appetibili partialiter.

¶Ad ſecundum non bene allegatur philoſophus, quia ibi dicit philoſophus, ꝙ potentia actiua eſt tranſmutatiua actus ſecundum, quòd aliud, & ſtatim ſubditur, uel inquantum aliud, unde uoluntas mouet ſe inquantum aliud.

¶Ad aliud nego maiorem propter inſtātiā de intellectione, quæ oritur ex principiis ſubiecti ſiue intellectus.

¶Ad ultimum dico, quod indeterminatio eſt duplex, ſcilicet potentiæ actiuæ, & potentiæ paſſiuæ. Indeterminatum ſecundo modo ad oppoſita oportet, quòd ꝑ aliud determinetur ſicut patet de materia, ſed indeterminatum, primo modo poteſt ſeipſum determinare ad unum, & iſto modo uoluntas eſt indeterminata, ſcilicet actiue. *Indeterminatio dup. eſt.*

DISTINCTIO XXVI.

An gratia ſit principalius in eſſentia animæ, uel in potentia?

D. Bona. 2. ſent. diſt. 26. q. 5. Ar. 1
Scotus 2 ſent. diſt. 26. q 1.
D. Thom. 1. par q. 110. Ar. 4.
Ricardus 2. ſenten. diſtin. 26. q. 4.
Durandus 2 ſen. diſt. 26 q. 2.

QVAESTIO I.

HAEC eſt ergo gratia operans. Circa iſtam diſtinc. 26. quæritur. An gratia ſit principalius in eſſentia animæ, uel in potentia? Videtur, quod in eſſentia, quia forma determinata ad agendum magis debet poni in agente principali, quam inſtrumentali, ſed eſſentia eſt principale agens, & potentia inſtrumentale, ergo gratia quæ eſt forma determinata ad agendum principaliter eſt in eſſentia.

¶Contra

¶ Contra gratia operans, & cooperans ſunt idem ut patet per Magiſtrum, ſed gratia cooperans eſt in potentia uolitiua, ergo,

¶ Reſponſio, primo dicetur ad quęſtionem ſecundum opinionem falſam, ſecũdo ſecundum opinionem ueram, tertio dicetur ad motiua primæ opinionis.

QVANTVM ad primum eſt opinio Thomæ, quod gratia principalius eſt in eſſentia animæ, quod probatur primo ſic. Gratia eſt radix, & uita omnium beatorum, ut patet per Auguſtinum de laude charitatis, ſed uita principalius pertinet ad eſſentiam, ergo.

¶ Secundo ſic, ſicut ſe habet anima ad perfectiones naturales, ſic etiam ad perfectiones ſupernaturales, ſed in perfectionibus naturalibus principalius anima perficitur ſecundum eſſentiam, quã ſecundum potentiam, & gratia eſt quædam perfectio ſupernaturalis, ergo.

¶ Tertio ſic, eodem modo res reducuntur in Deum quo exeunt a Deo per Dionyſium, ſed anima per prius exit a Deo ſecundum eſſentiam, quam ſecundum potentiam, ergo prius reducitur in Deũ ſecundum eſſentiam, ſed reducitur per gratiam, ergo, &c.

Libro eccleſia Hyerarchię.

¶ Quarto ſic, eſſentia eſt indeterminatior, quam potentiam, ergo indiget magis determinari, ſed gratia ponitur tanquam determinans animam, ergo magis eſt in eſſentia, quam in potentia.

¶ Quinto ſic, gratia ſemper eſt in actu, ergo debet eſſe in ſubiecto, quod ſemper eſt in actu, ſed eſſentia ſemper eſt in ſuo actu, potentia autem non, ergo magis eſt in eſſentia, quam in potentia.

QVANTVM ad ſecundum articulum dico illam opinionem eſſe falſam. Et teneo oppoſitum, ſcilicet, quod gratia magis ſit in potentia, quam in eſſentia, quod probatur primo ſic. Oppoſita nata ſunt fieri circa idem, ſed peccatum, & gratia ſunt oppoſita, & peccatum eſt in uoluntate, ergo.

¶ Secundo ſic, gratia primo eſt in eo per quod anima ad Deum conuertitur, ſed anima conuertitur ad Deum per uoluntatem, ergo.

¶ Tertio ſic, gratia eſt aliqua forma in anima, ſed omne quod eſt in anima, uel eſt paſſio, uel potentia, uel habitus, ex 2. Ethic. gratia autem non eſt paſſio, uel potentia, ergo eſt habitus, ſed omnis habitus eſt in potentia, ergo. *2. Ethic. c. 5*

¶ Quarto ſic, omnis iuſtitia, & iniuſtitia eſt formaliter in uoluntate per Anſelmũ in de conceptu uirginali, ſed gratia eſt quædam iuſtitia, ergo. *Cap. 3.*

¶ Quinto ſic, quando aliqua forma eſt indeterminata ſecundum uirtutem actiuam ad plura id, quod præciſe reſpicit unam actionem determinatam non poteſt eſſe perfectio eius inquantum eſt indeterminata, ſed bene inquantum eſt potentia determinata reſpectu iſtius actionis perficitur a tali perfectione. Exemplum, ſi anima eſt indeterminata ad plures actus ſapientia perficiens non perficit animam inquantum eſt indeterminata, ſed præciſe inquantum eſt intellectiua, ſed gratia perficit animam in ordine ad determinatum actum, ſcilicet meritorium, ergo præciſe perficit animam inquantum eſt illa potentia cuius eſt talis actus, ſed hæc eſt uoluntas, ergo. *Exemplum.*

¶ Vltimo ſic, gratia eſt diſpoſitio ad gloriam, & beatitudinem, ergo per ſe eſt in illo ſubiecto in quo eſt beatitudo, ſed beatitudo per ſe non eſt in eſſentia, ſed in potentia, ergo.

¶ Reſpondetur, quod beatitudo principaliter, & per ſe eſt in eſſentia, ſed per redundantiam in potentiis.

¶ Contra, beatitudo eſt in anima, quia ſatiat, & quietat beatum, ſed hæc quietatio non eſt niſi per coniunctionem ad obiectum beatificum, coniunctio autem non eſt niſi per actus potentiarum, ergo. Confirmatur per philoſophum, qui ponit, quod beatitudo eſt in actu, & potentia tunc circumſcriptis potentiis in quibus eſt beatitudo per redundantiam poſſet anima per ſe eſſe beata, & ita ſine actu, quod eſt contra philoſophum. *12. Met. com. 52.*

QVANTVM ad tertium articulum dico, quod argumenta primæ opinionis non concludunt.

¶ Ad primum dico, quod uita ſpiritualis principalius pertinet ad animæ potentiam, quam ad eſſentiam.

¶ Ad ſecundum nego maiorem, quia anima poteſt per ſe accipere perfectiones naturales alias a ſe, non autem poteſt per ſe accipere perfectiones ſupernaturales, ſicut patet per Auguſtinum primo retractatio

ſtationum dicens. Aliud inconcuſſæ tenemus liberum arbitrium non ſufficere ad iuſtitiam,& ſalutem obtinendam, ut hæreſis tradit Pelagiana.

¶Ad tertium dico, quod maior eſt uera in rebus eſſentialiter,& ſuppoſitaliter diſtinctis,quod non competit animę,ut patuit ſupra diſt. 16.

¶Ad quartum dico,quòd gratia determinatur ad operationem gratuitam reſpectu cuius potentia eſt indeterminata indeterminatione proxima, propter qđ gratia ponitur in potentia.

¶Ad ultimum dico, quod potentia etiã eſt in actu ſuo primo ſemper,ſicut,& gratia in gratitudine,quamuis non in actu ſecundo.

¶Ad principale dico,quod maior eſt uera de inſtrumento extrinſeco non autem de intrinſeco ſicut eſt uoluntas. Nec etiam uoluntas ſe habet ut inſtrumentum accidenrale, ſed ut eſſentiale ad eſſentiam animæ.

DISTINCTIO XXVII.

An gratia ſit uirtus?

D. Bona. 2. ſen. diſt. 27. q. 2. Ar. 1.
Scotus 2. ſent diſtinct. 27. q. 1.
Ricardus ſecundo ſententiarum diſtinct. 27. quæſt. 3.
D. Bona. 2. ſent. diſt. 27. q. 1.

QVAESTIO I.

HIC quæritur quid ſit. Circa illam diſtinctionẽ 27. quæritur. An gratia ſit uirtus? Videtur quod nõ, quia ſic ſe habet gratia ad uirtutem,ſicut lumen ad colores,ſed lumen non eſt color cũ poſſit color remanere ſine lumine, ergo gratia non eſt uirtus.

¶Præterea ſi gratia eſſet uirtus maxime eſſet charitas,ſed gratia nõ eſt charitas, ergo probatio minoris, quia quæ habent ſubiecta realiter diſtincta non ſunt idem ſed charitas,& gratia ſunt huiuſmodi,ergo,quia charitas eſt in potentia animæ, ſed gratia in eſſentia,ergo.

¶Præterea,quæ poſſunt ab inuicem ſeparari non ſunt idem,ſed gratia, & charitas poſſunt ab inuicem ſeparari,ergo probatio minoris, quia in Deo eſt charitas ſecundum illud Ioan. Deus charitas eſt, *1. Can. c. 4.*
gratia autem cum ſit quoddam limitatũ non ponitur in Deo.

¶Contra,gratia eſt habitus ex præcedenti quæſtione,ſed nõ eſt habitus uitioſus, ergo eſt habitus uirtuoſus, & ſic eſt uirtus.

¶Reſponſio,hic ſunt tria uidenda. Primo quid ſit uirtus. Secundo ſi gratia ſit uirtus. Tertio qualiter gratia,uel quicunque habitus ſe habet ad actum.

QVANTVM ad primum, ſciendum,quòd uirtus tripliciter accipitur. Eſt enim primo uirtus Moralis. Secunda Theologica. Tertia eſt Heroica, de qua philoſophus. Ideo oportet uidere quid *7. Ethi. c. 1*
ſit uirtus in quolibet illorum modorum.

¶ Primo dico, quod uirtus moralis eſt habitus electiuus in medio exiſtens,quo ad nos determinata ratione, ut ſapiens determinabit.

¶Hæc diffinitio patet, ſecundo Ethico. *Cap. 6.*
In qua ponuntur duæ concluſiones. Prima, quòd uirtus eſt habitus electiuus, quod probatur ſic. In anima non ſunt niſi paſſiones habitus,& potentiæ, ſed uirtus non eſt paſſio,nec potentia, ergo eſt habitus.

¶Prima pars minoris probatur, tũ quia ſecundum paſſiones non dicimur uirtuoſi,ſed uirtutes,tum,quia ſecundum paſſiones,nec laudamur,nec uituperamur, ſed ſecundum uirtutes,tum quia in paſſionibus non eſt electio, uirtus vero eſt electio,aut nõ eſt ſine electione, tũ quia ſecundum paſſiones dicimur moueri, ſecundum uirtutes non mouemur.

¶Secunda pars minoris probatur, tum quia ſecundum potentias, non dicimur boni,uel mali,ſed ſecũdum uirtutes ſic, tum quia in naturali potentia, nec laudamur, nec uituperamur, in uirtutibus ſic,tum quia naturalis potentia ineſt nobis,a natura uirtus autem non.

¶Secunda concluſio prædictæ diffinitionis eſt quod uirtus conſiſtit in medio, quo ad nos,quod probatur dupliciter.

Primo

Primo ſic, omnis ars perficit opus ſuum ex hoc, quod aſpicit ad medium, ſed uirtus eſt melior omni arte, ergo uirtus aſpicit medium.

¶ Secundo ſic, peccatum in actione cõtingit infinitis modis ideo facile, recte autem agere contingit vno modo, ideo difficile, ſed facile eſt tranſgredi a medio, & difficile tenere medium, ergo recte agere ſecundum uirtutes erit circa medium. Et dico circa medium quo ad nos non ſecundum rem, quia medium uirtutis æqualiter diſtat ab extremis, ſicut patet in calceato, & cibo, nam idem cibus erit uni multum alteri conueniẽs. *Exemplum.* Exemplũ philoſophi eſt de Milone, qui comedit bouem in die. Et ſecundum philoſophum ibidem c. ſequenti, licet uirtus ſecundum ſuam ſubſtantiam, & rationem diffinitiuum ſit, medietas tamen ut eſt optimum in tali genere eſt extremitas.

¶ Secundo de uirtute Theologica dico, quod poteſt dari diffinitio in communi *Præſenti diſt.* ſecundum Auguſt. & per Magiſtrum talis. Virtus eſt bona qualitas mentis, qua recte uiuitur, & qua nullus male utitur, quam Deus ſolus in homine operatur. Poteſt etiam dari propria cuilibet puta fidei, ſpei, & charitati. Sed de fide & ſpe nihil ad præſens, de charitate autem *Lib. 3. diſt. 37.* dico cum Magiſtro. Charitas inquit eſt dilectio qua diligitur Deus propter ſe, & proximus propter Deum.

¶ Tertio de uirtute Heroica dico cum *7. Eth c. 1.* philoſopho, quod illa eſt uirtus diuina, quæ opponitur beſtialitati, & ſic eſt habitus inclinans contra carnis appetitum beſtialem, quo habitu aliquis per imitationem conformatur Deo, ſicut uirginitas, & conſimilia. Et quod oporteat talẽ uirtutem ponere probatur dupliciter. Primo de filio Homeri, qui dicebatur filius Dei, quia utebatur moribus, & uirtutibus diuinis. Secundo quia gentiles dicebant quoſdam homines Deo aſſimilari propter excellentiam uirtutum.

QVANTVM ad ſecundum articulum ſciendum, quòd nõ quæritur. An gratia ſit uirtus, primo uel tertio modo dicta, ſed ſecundo modo. Et quia uirtus, ſecũdo modo dicta diſtinguitur in fidẽ, ſpem, & charitatem adhuc non eſt dubium, an gratia eſt uirtus, quæ eſt fides, uel ſpes, ſed eſt dubium, an gratia eſt uirtus, quæ eſt charitas. Et ſunt duæ opiniones contrariæ.

¶ Vna Thomiſtarum, qui dicunt, quod gratia non eſt uirtus, quæ eſt charitas, quia diſtinguuntur realiter, quod probatur tribus rationibus adductis ad principale. *1. ſecundæ, q. 110. ar. 3*

¶ Alia eſt opinio quam credo ueriorem, quòd gratia eſt uirtus, quæ eſt charitas, quod probatur primo ſic. Quibus competunt penitus eędem proprietates ſunt idem, ſed gratia, & charitas ſunt huiuſmodi, ergo, probatio minoris, nam charitas ſecundum Aug. diuidit inter filios regni, & perditionis, ſimiliter & gratia. Item charitas reddit hominem Deo carum, ſimiliter & gratia, quia facit hominem Deo gratum. Item charitas unit hominem Deo, ſimiliter & gratia habet hominem Deo coniungere. *Opinio Scoti.* *15. De trin. cap. 18.*

¶ Secundo ſic, nullum eſt donum Dei iſto dono, quod eſt charitas excellentius per Aug. ſed nullum eſt donum Dei excellentius iſto dono, quod eſt gratia, ergo gratia eſt charitas. *15. De tri. c. 18.*

¶ Ad argumenta alterius opinionis patebit in fine.

QVANTVM ad tertium articulum dicitur multipliciter. Vno modo ſic, quod aliter de habitu acquiſito aliter de habitu infuſo. Nam habitus infuſus eſt ſimpliciter principium ſubſtantię actus, & expeditionis in actu, habitus uero acquiſitus eſt principium expeditionis in actu, non autem principium ſubſtantiæ actus.

¶ Contra illud ſine quo ſimpliciter quis nõ poteſt, & cum quo ſimpliciter poteſt eſt potentia, uel pars potentiæ, ſed habitus ſupernaturalis ẽ huiuſmodi, ergo habitus ſupernaturalis eſt potẽtia, uel pars potentiæ.

¶ Præterea illa operatio nõ elicitur libere cuius principium actiuũ eſt mere naturale, ſed habitus cum non ſit uoluntas eſt principium actiuum mere naturale, ergo operatio eius non eſt mere libera, & ita nullum uelle eſt liberum, ſed elicitur ſimpliciter ab habitu.

¶ Alia opinio dicit, quod omnis habitus ſic ſe habet ad actum, quod eſt principium intenſionis in actu, uoluntas autẽ eſt principium ſubſtantiæ actus, ita quod duo-

duobus in actu, ſcilicet ſubſtantiæ, & intenſioni correſpondent duo in ratione cauſæ.

¶ Contra, iſta intenſio actus eſt gradus intrinſecus actui, & ſic non diſtinguitur realiter ab eo, ergo a quo effectiue eſt ſubſtantia actus ab eodem eſt intenſio in actu.

¶ Præterea quandocunque principium naturale actiuum concurrit cum cauſa libere agente illud principiũ naturale ſemper coagit uel concurrit quantum põr, ergo, ſi habitus det intenſionem ſuam determinatiuam actui cum ſit principium actiuum naturale actus erit ſemper æquæ intenſus, cuius contrarium experimur.

3. Opinio. ¶ Tertia opinio eſt quod habitus eſt cauſa partialis actiua cum potentia reſpectu actus perfecti, & ſic concurrunt potẽtia, & habitus ut duæ cauſæ partiales eo modo quo dictum eſt ſupra diſt. 3. q. illa. An Angelus cognoſcat ſe per ſuam eſſentiã? ar. 1. de cauſa intellectionis. Quia autem habitus habeat actiuitatem probatur ex quatuor conditionibus quæ attribuũtur habenti habitum, ſcilicet, quod operatur delectabiliter faciliter expeditæ, & promptæ.

4. Opino. ¶ Quarta opinio dicit, quod habitus non ſe habet in ratione actiua, ſed habet tantum inclinare potentiam habituatam. Quæ autem harum ultimarum opinionum ſit uerior patet in primo libro.

Diſt. 17. quære ibi.

¶ Ad primum principale dico, ſi per illam ſimilitudinem intelligas de uirtutibus aliis a charitate maior eſt uera, ſed non eſt contra me. Si autem uelis includere charitatem, nego maiorem.

¶ Ad ſecundum nego minorem.

¶ Ad probationem dico, quod ſupponit falſum ut patet quæſtione præcedẽti ubi deductum eſt, quòd gratia ſit principalius in potentia.

¶ Ad tertium dico, quòd charitas eſt dubias, ſcilicet creata, & increata. Charitas autem creata, & gratia nunquam ab inuicem ſeparantur. In Deo autem ponitur charitas increata, non creata.

DISTINCTIO XXVIII.

An liberum arbitrium hominis ſine gratia poſſit uitare omne peccatum mortale?

D. Bona. 2. ſent. diſt. 28. q. 1. Ar. 1.
Scotus 2. ſent. diſt. 28. q. 1.
D. Thom. 1. par. q. 103. Ar. 8.
Ricardus 2. ſenten. diſtin. 28. q. 2.
Durandus 2 ſen. diſt. 28. q. 3.

QVAESTIO I.

ILLVD inconcuſſe teneamus. Circa iſtam diſtinctionem 28. quæritur de errore Pelagii, ſcilicet An liberum arbitriũ hominis ſine gratia poſſit uitare omne peccatum mortale? Et uidetur, quod ſic. Ad Roma. Gentes quę legẽ non habent ea, quæ legis ſunt faciunt, ergo operabantur opera legis, & ſic uitabant peccatum mortale cum non haberent gratiam, quia non habebant legem. *Cap. 2.*

¶ Præterea, qui poteſt libere conſentire poteſt libere diſſentire, ſed aliquis ſine gratia poteſt libere conſentire peccato, ergo poteſt libere diſſentire.

¶ Præterea arguitur per rationem Pelagii, quia aut quis poteſt per liberum arbitrium uitare omne peccatum, aut nõ. Si ſic, habetur propoſitum. Si non, ergo non peccat in eo quod uitare nõ poteſt, per Aug.

3. De libero arbitrio

¶ Contra per Magiſtrum in illa diſtinctione, & per Auguſtinum in lib. de diuerſis hæreſibus, & per Gregorium. Peccatum inquit, quod per pœnitentiam non diluitur mox ſuo pondere ad aliud trahit. *In Homilia & idem in Moralibus. Lib. 25. c. 10.*

¶ Reſpondeo, hic ſunt quatuor uidenda. Primo ſi homo ſine gratia gratis data poſſit ſe ſufficienter diſponere ad gratiam gratum facientem. Secũdo ſi ſine gratia gratum faciente poſſit mandata Dei implere. Tertio ſi per liberũ arbitrium poſſit a peccato reſurgere. Quarto ad principale quæſitum.

QVAN-

QVANTVM ad primum dico, ꝙ diſpoſitio eſt duplex, ſicut & potentia. Eſt enim diſpoſitio propinqua, & remota. Si loquamur de diſpoſitione remota dico, quod ſuppoſita generali motione primi mouentis, poteſt quia illa diſpoſitio eſt rectus uſus liberi arbitrii. Si autē loquamur de diſpoſitione propinqua, dico, quod non poteſt fieri ſine ſpeciali motione ſpiritus ſancti, vnde in libro de eccleſiaſticis dogmatibus. Nullum credimus ad ſalutem, niſi Deo iuuante uenire. Et Bernar. dicit, quòd gratia excitat liberum arbitrium, & cum ſeminat bonam cogitationem ſanat effectum, & roborat gratia, ut perducat ad actum.

Cap. 25.
In lib. de libero arbitrio.

QVANTVM ad ſecundum articulum dico, quod impletio mādatorum Dei poteſt intelligi dupliciter, quia aut quantum ad eſſentiam operis tantū, aut quantum ad eſſentiam operis ſub ratione ſalutis, & ſecundum intentionem præcipientis, primo modo liberum arbitriū, ſi non eſt corruptum per peccatum, pōt adimplere mandatum, ſed ſi eſt corruptum per peccatum, non poteſt. Si loquamur ſecundo modo de impletione mandatorum ſic non poteſt homo per liberū arbitrium tantum, ſicut patet per Bern.

Vt ſupra.

QVANTVM ad tertium dico, ꝙ homo nō poteſt reſurgere a peccato per liberum arbitrium ſine gratia. Cuius ratio ē, quia reſurgere a peccato eſt a Deo reſtitui, quæ homo amiſerat, ſed ad illa non poteſt reſtitui tantum per liberum arbitrium, ergo. Probatio minoris, nam tria homo per peccatum amittit, ſcilicet quādam ſpecialem diuini luminis illuſtrationem, ſicut patet per Auguſt. ſuper Ioan. tractans illud, & tenebræ eum non cōprehēderunt, ait. Tenebræ ſunt ſtultæ mentes praua cupiditate ac infidelitate cęcatę. Secundo incurrit gratię annihilationem. Tertio amittit idoneitatem ad vitam æternam. Nullum autem iſtorum poteſt reſtitui niſi per gratiam. Et hoc intellexit propheta cum dixit. Spiritus uadens, & non rediens.

Tria homo per peccatū amittit.

Pſal.

QVANTVM ad quartum eſt communis opinio, quod opinio Pelagij ſit hęretica, & tenetur, quod homo per liberum arbitrium ſine gratia gratum facien te non poteſt uitare omne peccatū mortale. Hoc tamen probatur diuerſimodè.

Cōis opinio.

Richar. enim dicit ſic, quod homo per liberum arbitriū poſſit uitare ſingula peccata mortalia, non tamen omnia. Exemplum ponitur a quodam de aqua exiſtente in uaſe perforato, in quo licet poſſit quis ſingula foramina obſtruere, non tamen omnia, dum enim unum obſtruit relinquitur aliud patens.

In ſecundo ſen. diſt. 28 q. 2.

¶ Aliter ponitur a Scoto, & melius, quod peccatum poteſt accipi dupliciter. Vno modo pro actu elicito deformi loquendo de peccato commiſſionis. Alio modo pro macula, quæ remanet poſt actū quouſque peccatum fuerit deletum per pœnitentiam.

¶ Primo modo poteſt uitare peccatum, quia cum poſſit pro aliquo breui tempore poteſt, & pro toto tempore, alias oporteret peccatorem totiens peccare mortaliter quot ſunt momenta temporis.

¶ Præterea peccatum non eſt niſi in tranſgrediendo mandatum Dei, ſed qui ſecūdum ſe dicit præcepiſſe Deum impoſſibile, anathema ſit.

¶ Secundo dicitur ab eodem, quòd liberum arbitrium nō poteſt ex ſe uitare omne peccatum mortale ſine gratia, quia anima ſine gratia pro ſtatu iſto maculatur macula a qua non liberatur, niſi per gratiam. Si autem quæratur. An hoc ſit propter immediatam oppoſitionem culpæ, & gratiæ, dico quòd non, quia illa nō erant immediate oppoſita pro ſtatu innocentiæ, potuit enim tunc eſſe aliquid in puris naturalibus iam ſine gratia, quam ſine culpa, ergo. Dico ergo, quòd hoc eſt ex iuſtitia uniuerſali, quia in nullo remittitur inimicitia niſi fiat, non tantum amicus, ſed etiam amicus acceptus per gratiam gratum facientem.

Vide Scotum in 2. diſtin. 28

¶ Ad primū principale dico, quòd licet illi de quibus dicit Apoſtolus non haberent legem ſcriptam, ſeruabant tamen legem naturæ, & in ea habebant gratiam ſicut patet de Iob.

Rom. 2.

¶ Ad ſecundum ſi uera eſt opinio quarti articuli, patet, quod poteſt deſiſtere ab omni peccato, ut eſt actus de nouo eliciendus, ſed non poteſt per ſe deſiſtere a deformitate derelicta ex peccato præcedenti. Aliter poteſt dici ſequendo primā opinionem, quod maior nō eſt uera pro ſtatu naturæ corruptæ.

¶ Ad tertium dico, quòd poteſt uitare a-

liquem

liquem actum quamuis non deformitatem actus præcedentis peccati. Aliter diciitur negam peccatum originale formaliter eſt priuatio iuſtitiæ originalis.

Opinio Scoti. ¶ Tertio dicit Doctor ille, quod materiale peccati originalis eſt concupiſcentia, uel pronitas in appetitu rationali ad concupiſcendum delectabilia inordinatè, uel immoderatè, quę nata eſt condelectari appetitui ſenſitiuo cui coniungitur. Et per hoc patet ad dicta ſanctorum qui dicunt peccatum originale eſſe concupiſcentiam, accipiunt enim materiale non formale peccati originalis.

¶ Et ſi obijcias, formale originalis peccati eſt per hoc, quod eſt carentia iuſtitiæ originalis, ſed quia Angelus caret iuſtitia originali, & tamen non habet peccatum originale. Et ſimiliter paruulus baptizatus caret iuſtitia originali, & tamen non habet peccatum originale.

¶ Ad primum dico, quòd Angelus non habet, quia non eſt capax iuſtitiæ illius. Si autem eſt capax, dico, quòd habet eam.

¶ Ad ſecundum dico, quòd commutatur ſibi in donum æquiualens, puta gratiam per quam eſt dignus uita æterna.

QVANTVM ad ſecundum articulum non facta mentione de uirgine, *In 3. libro ſent. diſt. 3.* quia de hoc dicetur eſt prima opinio Pelagianorum nolentium, quod in paruulis non ſit peccatum originale, quia originale non eſt peccatum propter propagationem, ſed propter imitationem malitiæ, pueri autem nondum imitantur in malo, ideo carent peccato originali, nec indigent baptiſmo. Sed ſicut patet hic per *Cap 3.* Magiſtrum, hæc opinio eſt hæretica. Propter quod dicendum eſt, quod omnes ſecundum legem communem propagati ab Adam contrahunt peccatum originale. *Super Exo.* Vnde Gregorius, in glo. Omnes ex carnis delectatione concepti culpam originalem nobis contraximus.

Pſal. 50. ¶ Præterea Aug dicit, ſe in iniquitatibus conceptum, quia in omnibus contrahitur iniquitas ex Adam, & uinculum mor*Cap. 23.*tis. Item Aug. de fide ad Petrum, firmiſſime tene, & nullatenus dubites omnem qui cum per côcubitum hominis, & mu*In libro de Baptiſmo paruulorũ.*lieris concipitur cum originali peccato naſci. Item Aug. Adam propter imitationis exemplum tabefecauit in ſe omnes de ſua ſtirpe uenturos.

¶ Præterea per rationem peccatum originale formaliter eſt carentia iuſtitiæ originalis ut uiſum eſt in primo artic. ſed omnes communiter propagati carent iuſtitia originali, ergo omnes contrahunt peccatum.

¶ Ad primum principale poteſt dici, quod illud eſt uerum de peccato actuali, ſi autem intelligatur de peccato originali, dico, quòd non oportet peccatum ſimpliciter eſſe uoluntarium habenti illud, ſed eſſe uoluntarium illi uel illi a quo contrahitur, illud autem fuit uoluntarium Adæ a quo côtrahitur, uel contractũ eſt.

¶ Ad ſecundum eodem modo dico, quod nullus peccat in eo quod uitare non poteſt, aut in ſe, aut in alio, potuit autẽ hoc uitare in alio, puta in Adam ſi non peccaſſet.

¶ Ad tertium reſpondet Magiſter; ait. n. *Cap. 8.* contendenti Iuliano ſacra pagina, per unum peccatum intrauit in mundum mors, per unius inobedientiam, ut ait A*Rom c. 5.*poſtolus. Aliter poteſt dici, quòd quantum ad materiale originale eſt a parente, ſed quãtum ad formale non habet cauſam poſitiuam, ſed defectiuam cum ſit priuatio, ſed de hoc infra dicetur.

¶ Ad quartum dico, quòd defectus natu*Diſt. 34.*ralis nihil habens de uoluntario non eſt imputabilis, ſed iſte defectus aliquid habet de uoluntario, quia ex uoluntate primi parentis ſeminatus eſt, ut ait Magiſter.

¶ Ad ultimum dico, quòd Adam peccando perdidit iuſtitiam originalẽ, quæ data fuit ſibi pro ſe, & pro tota poſteritate.

DISTINCTIO XXX.

An aliquid ex alimento tranſeat in ueritatem naturæ humanæ?

Petrus Scotellus 2. ſent. diſt. 30.

QVAESTIO I.

CIRCA ſecundam partẽ huius diſt. 30 quæro. An aliquid ex alimento tranſeat in ueritatem naturæ humanæ? Videtur, quod non, ait enim ſaluator.

Matth. 15. Omne quod intrat in os in uentrem uadit, & per ſeceſſum emittitur.

¶ Præterea partes materiales fluunt, & refluunt, ſed alimētum eſt pars materialis, ergo fluit, & refluit, & non tranſit in 1. de gene. tex. 35. 36. & 37. ueritatem humanæ naturę, ergo.

¶ Præterea nutritio non eſt generatio, ſed ſi alimentum conuerteretur in ueritatem humanæ naturæ, nutritio eſſet generatio, quia generaretur caro, ergo.

¶ Præterea illud alimentum aut iret ad uacuum, aut ad plenum, non ad uacuum, 4. Phyſ. com tex. 76. quia non eſt dare uacuum. Nec ad plenum, quia tūc duo corpora eſſent ſimul.

¶ Præterea ſequitur, ꝙ unum, & idem numero reſurgeret in duobus, uel quod aliquid eſſet de ueritate humanæ naturæ in aliquo, & non reſurgeret in eo, utrunque eſt inconueniens, probatio conſequentię, pono ꝙ Petrus comedat bouē, deinde Petrus comedatur ab urſo. Tertio Paulus comedat illum urſum, tunc aliquid quod fuit de ueritate humanæ naturæ in Petro nunc eſt in Paulo, in Reſurrectione autem, uel reſurgeret in utroque, uel in altero tantum.

In lib. de uera religione 1. de gene. tex. 39. ¶ Contra. Auguſtinus dicit. Alimenta corrupta in membrorum fabricam migrant.

¶ Præterea Ariſt. dicit, ꝙ adueniente illo quod eſt potentia caro fit actu caro.

¶ Reſponſio, hic ſunt quatuor articuli ſecundum quatuor opiniones.

PRIMA eſt Magiſtri, qui dicit, ꝙ nihil de alimento trāſit in ueritatem humanæ naturæ quod trahitur a parētibus, & in ſe multiplicatur ut fiat augmentatio, ſicut fuerūt multiplicati pedes euangelici, & coſta de qua eſt mulier formata. Et ſi quæratur ab eo ad quid ponitur, quod generatur ex nutrimento, dicit, ꝙ eſt quaſi fomentum adhærens carni naturali, nec extinguatur, ſicut plumbum adhæret auro cum ponitur in camino, & oleum in lechito.

¶ Contra, non minus eſt perfecta uegetatiua in homine quantum ad opus ſuum quam in bruto, ſed in bruto poteſt potentia uegetatiua conuertere alimentum in ſubſtantiam alti, ergo.

¶ Præterea homo generatur imperfectæ quantitatis, ſicut & brutum, & ita fit in eo cōtinua deperditio partium ſicut ibi, ergo oportet eſſe augmentationem, & reſtaurationem deperdi hic ſicut ibi. Sed ibi eſt per hoc, quod terminus actionis eſt uere aliquid ipſius ſubſtātiæ nutriendæ, ergo.

¶ Præterea ſequitur, quod in homine eſſet aliqua caro ſimpliciter incorruptibilis per totam uitam ſuam, uel ſi corrumperetur nunquam poſſet reſtaurari, quia non niſi per nutrimentum, quod negatur in propoſito, ſed utrūque eſt inconueniens, ergo. probatio minoris. Primū patet, quia pars incorruptibilis eſſet alterius ſpeciei ab alijs partibus carnis. Secūdum patet, quia ſemper minus eſſet in homine de ueritate humanæ naturæ.

¶ Præterea partes carnis, quæ generātur de nutrimento uerisſime informantur anima intellectiua ſicut aliæ, ergo. antecedens patet, quia in homine non deberēt uegetatiuum, ſenſitiuum, & intellectiuū. Illę autem partes informantur uegetatiua, & ſenſitiua, ergo, &c. 2. de anima com.

ALIA eſt opinio, quod caro primo introducta a parentibus eſt de ueritate humanæ naturæ, & nutrimētum poſtea tranſeat in ipſam, hoc modo, quia cōuertitur in præexiſtens non recipiendo nouam formam, ſed deficiente forma nutrimenti ſuccedit in illa materia forma carnis præexiſtens. Iſtud declaratur per exēplum de anima intellectiua quæ de nouo perficit materiam ipſa in ſe non exiſtente noua. 2. Opinio. Exemplo declaratur.

¶ Secūdo, quia alias partes formales fluerent quod eſt contra philoſophum.

¶ Tertio, ꝗ ſi ibi eēt forma carnis, quæ non præfuit tunc faceret cum carne præexiſtente unum per modum continui, uel contigui, & tunc non eſſet nutritio, ſed quędam iuxta poſitio, & non quælibet pars nutriti eſſet nutrita, nec quælibet pars aucti eſſet aucta, quod eſt contra philoſophum.

¶ Contra. illam opinionem arguitur ſic. Certum eſt, ꝙ prius nutritionem ſunt plures partes materię in toto, quam prius aut ergo noua pars materiæ eſt ſine forma, quod eſt inconueniens, aut eſt ſub forma noua, & habetur propoſitum, aut eſt ſub parte formæ nouæ præexiſtente, & tunc uel illa deſinit perficere partē materiæ quā prius perfecit, & migrabit forma de ſubiecto in ſubiectum quod eſt incōueniens, aut ſimul perficiet illas duas par-

partes materię,& habebit duo perfectibilia adæquata,quod eſt inconueniens.

¶Præterea,quod dicit de partibus formalibus,quod non fluant eſt falſum,q a forma educta de potẽtia materiæ depẽdet a ſuo perfectibili quo deſinẽte deſinet ipſa.

3. Opinio eſt Scoti. EST, & tertia opinio Scoti qui uult quod alimentum tranſit in ueritatem humanæ naturæ per acquiſitionẽ etiam alicuius nouæ partis formalis. Ad cuius intellectum ſunt quatuor uidenda.

¶Primo, quod in nutritione eſt aliqua generatio, extendendo generationẽ ad omnem inductionem formæ ſubſtantialis in materia,hoc autem propriæ nõ dicitur ſimpliciter generatio filius gehennæ,& ſic remittitur in Baptiſmo. Alio modo accipitur quantum ad fomitem ut eſt quædam pronitas ad malum, & ſic nõ remittitur,quia fomes ſemper manet.

¶Alius modus dicendi eſt ꝙ priuatio dupliciter tollitur,puta per habitum oppoſitum formaliter, & per habitum oppoſitum uirtualiter. Nunc autem non remittitur pc̃tũm originale, ut ponat habitus oppoſitus formaliter puta iuſtitia originalis, ſed remittitur,quia ponit̃ habitus oppoſitus uirtualiter, quia gratia. Et per hoc patet ad argumentum in contrariũ.

DISTINCTIO XXXIII.

An paruulis cum originali peccato decedentibus debeatur pro peccato originali ſola carentia diuinæ uiſionis,uel puniatur pœna ſenſus?

Scotus in 2. ſententiarum diſtinct. 33. q. 1.

QVAESTIO I.

PRAEDICTIS adiiciendum. Circa iſtã diſt. 33. quæritur. An paruulis cum originali peccato decedentibus debeatur pro peccato originali ſola carẽtia diuinæ uiſionis,uel puniantur pœna ſenſus? Et uidetur, ꝙ puniantur pœna ſenſus per Aug. Firmiſſime tene,& nullatenus dubites eos,qui ſine baptiſmi ſacramẽto tranſeunt æterni ignis ſupplicio puniendos. *De fide ad Petrũ, longe ante finem.*

¶Præterea corpora paſſibilia poſſunt puniri pœna ſenſus. Sed corpora iſtorũ paruulorum ſunt paſſibilia, quia cũ non ſint glorioſa non habeat dotem impaſſibilitatis,ergo.

¶ Præterea fomes non eſt in eis extinctus, ergo poterunt ſuſtinere concupiſcentias,& appetere delectabilia ꝑ quorum abſentiam triſtabuntur, & ſic patterentur pœna interiori.

¶ Præterea habebunt uſum rationis, & poterunt cognoſcere naturam ſuam ordinatam ad uitam æternam, & cognoſcere etiam beatitudinem ſanctorum, & ſe certiſſimè illis eſſe priuatos, & ſic triſtabuntur. In contrarium eſt Magiſter, & Aug. qui dicit. ꝙ pœna illorum paruulorum eſt mitiſſima.

¶Reſpondeo hoc ſunt quatuor uidẽda. *De Baptiſmo paruulorum.* Primo ſi peccata parentum tranſeunt in filios. Secundo ſi peccatum originale eſt vnum uel plura. Tertio ſi eſt æqualiter in omnibus. Quarto ad propoſitum.

QVANTVM ad primum dico tres concluſiones, prima q· peccata actualia parentum non tranſeunt in filios quantũ ad culpam, ſecunda q· peccata parentum aliquando tranſeunt in filios quantũ ad pœnam temporalem, tertia ꝙ non tranſeunt in filios quantũ ad pœnã æternam.

¶ Primam probat Magiſter, per hoc,ꝙ pœna paruulorum nõ eſſet mitiſſima ſed maxima,quia ex quo haberẽt peccata parentũ quantum ad culpam punirentur ꝑ eis. *Cap. 5. huius diſt.* Confirmatur per Anſ. Iniuſti inquit non addunt ſuis infantibus iniuſtitiam. *De cõceptu uirginis.* Item gloſa in Hieremia dicit, ꝙ peccata parentum filiis non imputantur.

¶Secunda concluſio probatur,quia pœna tẽporalis reſpicit corpus,ſed ſecundũ corpus filius eſt aliquid patris,& iõ cum punitur filius pœna tẽporalis punitur q̃dã portio ipſius qui peccauit. Et ſic intelligitur illud. Exo Ego ſum Deus uiſitãs peccata parentum uſque in tertiam, & quartam generationem. *Exodi cap.*

¶Tertia cõcluſio patet,quia pęna ęterna directe,& primo reſpicit animam, quæ eſt immediate a Deo non a patre. Et ſic intelligitur illud Ezech. Sicut anima patris ita anima filii mea eſt. Anima quæ peccauerit ipſa morietur. *Cap 28.*

QVANTVM ad ſecundum articulum dico duas concluſiones. Prima, quod peccatum originale in omnibus eſt unum ſecundum ſpeciem. Secunda, quòd peccatum originale in uno indiuiduo eſt unum ſimpliciter.

¶ Prima concluſio probatur ſic, peccatum originale formaliter eſt priuatio iuſtitiæ originalis, ut patuit ſupra diſt. 30 Sed iuſtitia originalis eſt una ſecundum ſpeciem, ergo.

¶ Secunda concluſio patet ſic, formæ uel priuationes numerantur, uel numeratione ſubiecti, uel numeratione actus per quem macula contrahitur. Sed hæc anima quæ eſt ſubiectum uel actus quod libet horum eſt ſimpliciter unum, ergo.

QVANTVM ad tertium dico, quod peccatum originale æqualiter eſt in omnibus, quia peccatum originale eſt in nobis per hoc, quòd ſumus filii Adæ naturales, & debitores iuſtitiæ originalis. Sed hoc æqualiter eſt in omnibus, ergo.

QVANTVM ad quartum articulum dicit Aureolus, quòd habebunt aliquem dolorem interiorem. Dolor enim duplex eſt. Vnus a Deo inflictus per peccatum, & hunc non habebunt. Alius uoluntariæ aſſumptus, & hunc habebunt licet non ſemper, ſed aliquando, puta quando recordabuntur, quòd am ſerunt tantum bonum. Alii omnes quibus magis aſſentio generaliter dicunt, quod dánati ſolum pro peccato originali nullam habebunt pœnam, nec exteriorem, nec interiorem puta triſtitiam. Quòd autem non habebunt pœnam ſenſus exterius probatur, quia nullam delectationem de ordinatam habuerunt cui delectationi correſpondet acerbitas pœnæ ſenſus exterioris. Quod autem non habeant pœnam interiorem, puta triſtitiam probatur, quia triſtitia eſt de his, quæ accidũt nobis inuitis per Auguſtinum. Sed illi non inuiti, uel inuoluntariæ ſuſtinent, quia tunc murmurarent contra diſpoſitionem diuinam, & nollent uoluntatem ſuam eſſe conformem uoluntati diuinæ.

14. libr. de ciuita Dei. cap. 15.

Dubium. ¶ Sed eſt dubium cum iſti habeant in reſurrectione intellectum perſpicacem poterunt diſtinctæ cognoſcere Deum, & fœlicitatem ſanctorum, & ipſum appetere, & triſtari cum non habeant eam.

¶ Reſpondetur quod illa cognitio nõ eſt poſſibilis niſi ſupernaturaliter eleuetur. Quod ſi omnino cõtendas, quod poſſunt illam cognitionem habere, dico, quod non contriſtabuntur, tum quia non aduenit eis inuitis, tum quia uolunt uoluntatem ſuam eſſe conformem uoluntati diuinæ. Quod ſi quæras ulterius, ubi erunt poſt reſurrectionem, dicitur, quòd uel in mundo iſto quem Deus dabit eis pro loco, & uadunt hincinde gaudendo, & ſpatiando, uel in limbo. Neutrum tamen horum mihi certum eſt, quia quod non probatur ex ſacra ſcriptura eadem facilitate contemnitur, qua probatur, ideo confiteor me neſcire.

¶ Ad primum argumentum principale reſpondet Bonauentura, quòd Auguſtinus loquitur exceſſiue ad deſtruendum hæreſes Pelagianorum qui dicebant, paruulos nulla pœna puniri. Vnde ſicut in Moralibus uia deueniendi ad medium eſt aliqualiter procedere ultra medium uerſus extremum, ſicut ponit exemplũ philoſophus, de uirga recta. Ita ſancti diſputantes contra hæreſes quaſi acceperunt extremum ut reducerent hæreticos ad medium. *2. Ethi.*

¶ Ad ſecundum dico, quòd ſicut corpora damnatorum patiuntur, & non diſſoluuntur, ita corpora iſtorum erunt impaſſibilia, non quidem ex dote impaſſibilitatis quam ſancti habent, ſed ex alia cauſa qua non patiuntur intus, nec extra.

¶ Ad tertium dico, quòd ſicut fomes iſtæ nullum inordinatum motum ſuſcitat in eis in uita iſta, ita nec ibi ſuſcitabit.

¶ Ad ultimum patet ex dictis in primo dubio, quarti articuli.

DISTINCTIO XXXIIII.

An peccatum ſit à bono, ut a cauſa?

D. Bona. 2. ſent diſt. 34. Art. 1.
Scotus 2. ſent. diſtinct. 34. q. 1.
Ricardus ſecundo ſententia. um diſtinct. 34. quæſt. 3
Durandus ſecunda ſententiarum diſtinctio. 34. quæſtio 3.

QVAE-

QVAESTIO I.

POST prædicta de peccato actuali. Circa iſtam diſtinctionem 34. quæritur. An peccatum ſit a bono, ut a cauſa? Videtur, quod non, quia non poteſt arbor bona malos fructus facere, Matth. *Cap. 7.*

¶ Præterea agens aſſimilat ſibi effectum. Sed peccatum ſiue malum non aſſimilatur bono, ergo non eſt a bono.

¶ Præterea, quod eſt a bono effectiuè eſt ad bonum ut ad finem, quia efficiens, & finis ſunt ſibiinuicem cauſæ. Sed peccatum non eſt ad bonum ut ad finem, ergo non eſt a bono ut a cauſa effectiua. *2. Phyſ. con tex. 29.*

¶ In cõtrarium arguitur per Magiſtrum in iſta di. *Cap. 2.*

¶ Reſpondeo, hic ſunt duo uidenda. Primo quantum ad quæſtionem ſi peccatũ ſit a bono. Secundo oportet uidere modum qualiter, ſcilicet peccatum ſiue malum ſit a bono.

QVANTVM ad primum dico, ꝙ peccatum eo modo, quo poteſt habere cauſam eſt a bono. Hoc patet per Magiſtrum in iſta diſtinctione. Et probatur ratione ſic. Quia peccatum, uel eſt a bono ut a cauſa, uel eſt ab aliquo malo ſimpliciter primo. Sed non eſt malum ſimpliciter primum a quo ſit peccatum, ergo eſt a bono. Probatio minoris. Si eſſet malum ſimpliciter primum eſſet neceſſe eſſe, & participatum, & independens. Sed iſta non conueniunt niſi enti perfectiſſimo, ergo malum eſſet ens perfectiſſimũ, & ſic malum eſſet bonum quod eſt contradictio.

QVANTVM ad ſecundum ſunt quatuor, uel quinque modi dicendi. Vnus, quod bonum eſt cauſa mali, uel peccati per accidens. Iſta eſt uia Tho. Sed ly per accidens poteſt intelligi, quia uel ex parte cauſæ, ſicut ponit philoſophus, quod Policletus eſt cauſa ſtatuæ per accidens, uel ex parte effectus ſicut dicitur ibidem quod caſus, & fortuna ſunt cauſæ per accidens, quia effectus fortuitorũ ſunt caſuales, quia eueniunt præter intentionem agentis. Et ſic dicitur uno modo, quod bonum eſt cauſa mali per accidens, ut per accidens ſe tenet ex parte cauſæ, quia uoluntas nõ eſt cauſa peccati ut uoluntas, ſed ut defectibilis. Et iſte eſt modus Rich. & Thomæ. Alio modo ponitur, quod bonum eſt cauſa mali per accidens, ut per accidens ſe tenet ex parte effectus. *D. Thom. 1. par. q. 49. art. 1.* *2. Phyſ. con tex. 30.* *2. ſen. diſt. 37. q. 1.* *Vbi ſupra.*

¶ Contra primam uiam arguitur ſic. Aut defectibilitas in uoluntate eſt cauſa peccati per ſe, aut per accidens. Si per accidens, ergo fruſtra ponitur. Si per ſe, & defectibilitas per ſe eſt, in uoluntate a Deo ut a per ſe efficiente, ergo Deus eſt per ſe cauſa peccati. Conſequentia probatur per illam regulam. Quicquid eſt per ſe cauſa cauſæ eſt, per ſe cauſa cauſati.

¶ Contra ſecundam uiam arguitur ſic, quia tunc peccatũ uidetur eſſe caſuale, ſed caſuale non eſt peccatum.

¶ Præterea uoluntas præciſe uult illud poſitiuum ad quod ſequitur illa deformitas, & ſic non magis peccaret quam uoluntas diuina.

¶ Tertius modus dicendi eſt, quod peccatum non habet cauſam efficientem, ſed deficientem, & ſic uoluntas eſt cauſa peccati defectiua.

¶ Confirmatur per Auguſtinum, ubi uult, quod peccatum non ſit effectio, ſed defectio ex eo, quod uoluntas deſeritur a Deo, & actus non habet rectitudinem. *De ciui. c. 7*

¶ Contra, quia ex tali defectione ſequitur, quod Deus eſſet cauſa peccati per illam propoſitionem philoſophi. Si præſentia gubernatoris eſt cauſa ſalutis maius, tunc eius abſentia eſt cauſa perditionis. *5. Met. con tex. 2*

¶ Confirmatur per Philoſophum. In cauſis præciſis ſi negatio eſt cauſa negationis, & affirmatio eſt cauſa affirmationis, & exemplificat ibi de pulmone, & reſpiratione. *1. Poſt. con tex. 30.*

¶ Ideo eſt quartus modus dicendi, quod peccatum habet pro cauſa bonum creatum, ſcilicet uoluntatem quæ eſt totalis, & immediata cauſa ſuæ uolitionis bonæ, ſiue malæ, & Deus reſpectu illius non habet aliquam efficientiam immediatam, tum quia aliter uoluntas ipſa non eſſet libera, quia non eſſet in eius poteſtate actus, tum quia uoluntas nihil contingẽter

ter cauſaret ex eo, quod haberet neceſſariam habitudinem ad primam cauſam reſpectu effectus, tum quia uoluntas nō poſſet peccare, quia cum Deus ſit prior cauſa in primo, ſi ergo naturæ cauſarer rectitudinem in actu, tum quia Augu. dicit in li. de ciui. Dei, quod Deus ſic res quas condidit adminiſtrat ut eas agere proprios motus ſinat. Tum quia Comment. dicit, quòd ſi entia non habent proprias actiones, non habebunt proprias eſſentias.

7. De ciui. c. 7.

7. Met. comment. 7.

¶Contra illam uiam arguitur, quia fundamentum reputatur falſum, tum quia Deus nō eſſet cauſa meriti ſicut nec peccati, tum quia deſtruit ordinem cauſarū propter quod omnis cauſa prima fluit in plus quam ſecunda ſuper cauſatum, ex prima propoſitione de cauſis, tum quia ſi Deus nō haberet efficaciam ſuper uelle non eſſet præſcius futurorum, tum ét quia non eſſet omnipotens.

¶Iſta duo ultima argumenta non cōcludunt, & ſoluuntur li. 1.

Diſt. 34. & 44.

¶Similiter primum nō ualet, quia Deus ē cauſa meriri aliquo alio modo quo modo non eſt cauſa peccati, quia immediate cauſat in anima gratiam, uel charitatē quæ inclinat ad merendum.

¶Secundum etiam non ualet nec cōcludit. Eſt enim ordo eſſentialiter inter cauſas in eſſe, quia prima cauſat ſecundam.

¶Quicquid autem ſit de iſta opinione datur quintus modus dicendi, quod peccatum poteſt accipi quantum ad actum ſubſtratū, & hoc eſt materiale, uel quantum ad deformitatem. Et hoc eſt formale. Primo modo habet per ſe cauſam poſitiuam, & bonam. Secundo modo non habet cauſam effectiuam, ſed defectiuam tantum.

¶Ad primum principale dico, quod ſaluator accipit pro arbore actum interiorē per fructum autem actum exteriorē, qui nō eſt bonus niſi actus interior ſit bonus.

¶Ad ſecundum dico, quod maior eſt uera in cauſis uniuocis, non autem in cauſis æquiuocis, & maxime defectiuis.

¶Ad ultimum dico, quod maior eſt uera de eo, quod eſt ab efficiente efficiendo no deficiendo, hic autem eſt cauſa deficiendo quantum ad deformitatem.

DISTINCTIO XXXV.

An peccatum ſit per ſe corruptio boni in quo eſt?

D. Bona. 2. ſent. diſt. 35 q. 1. Ar. 1
Scotus 2. ſent. diſt. 35. q. 1.
D. Thom. 1. ſecundæ. q. 85. Ar. 1.
Ricardus 2. ſenten. diſtin. 35. q. 1.
Durandus 2. ſen. diſt. 35. q. 4.

QVAESTIO I.

POST hoc uidendum eſt. Circa iſtam diſtinctionē 35. quæritur. An peccatū ſit per ſe corruptio boni in quo eſt? Et uidetur q; non, quia aut eſſet corruptio boni iſtius, in quo eſt aut boni alterius.

¶ Nō primo modo, quia accidens, quod præſupponit ſubiectum, non corrumpit ipſum. Sed peccatum eſt huiuſmodi, ergo.

¶ Non ſecundo modo, quia peccatum corrumpit illud cui nocet per Aug. de ci. Dei, ſed non nocet niſi illi in quo eſt, ergo.

¶Contra, per Auguſtinum in Ioan. pertractans illud. Sine ipſo factum eſt nihil, & per Anſ. qui probat hoc ex propoſito de conceptu uirginali, & caſu diaboli.

12. de ciui. cap. 6. Ioan. 1. Cap. 16.

¶Reſpondeo, hic ſunt duo uidenda. Primo ad propoſitum. Secundo cuius boni corruptio peccatum ſit.

QVANTVM ad primum dico, q; ſic, quia agens inferius tenetur in agēdo ſe conformare agenti ſuperiori, & ſi in ptāte eius ſit conformari, & non conformari, tunc ſi non cōformatur illi peccat. Sed uoluntas noſtra reſpū Dei eſt hmōi, ergo, &c. ergo ſi non conformatur ei peccat. Et tunc ultra ſic, quod eſt corruptiuum boni illius concordiæ per quam noſtra uoluntas cōformatur Deo eſt corruptiuum boni. Sed peccatum eſt huiuſmodi, ergo.

QVAN-

QVANTVM ad ſecundum dicitur quadrupliciter.

¶Primo quod peccatum eſt corruptio illius boni in quo eſt, quia illi nocet per Auguſtinum. *12. de ciui. cap. 6.*

¶ Alio modo ponitur, quod peccatum eſt corruptiuum boni ſupernaturalis, ſcilicet gratiæ.

¶Tertio ponitur, quod eſt corruptio habituum acquiſitorum quibus repugnant habitus uirtualiter mali.

¶Quarto dicitur, quod eſt corruptiuum concordiæ, & rectitudinis per quam uoluntas noſtra conformatur uoluntati diuinæ. Et per hoc patet ad argumentum in oppoſitum.

DISTINCTIO XXXVI.

An omnis actio agentis creati ſit in agente?

Petrus Scotellus ſecundo ſententiarum diſtinctio 36.

QVAESTIO I.

SCIENDVM eſt tamen quędam Circa iſtam diſtinctionem 36. quæritur. An omnis actio agentis creati ſit in agente? Videtur, quod non, quia actio, & paſſio ſunt unus motus ex 3. phiſic. Sed paſſio eſt in paſſo, ergo. *3 phy. contex. 21.*

¶ Contra, paſſio eſt in paſſo, ergo actio eſt in agente, quia ſicut paſſio ad paſſum, ita actio ad agens.

¶Reſpondeo, hic ſunt duo articuli. Primo ponuntur aliquæ diſtinctiones neceſſariæ. Secundo elicientur ſolutiones intentæ.

QVANTVM ad primum ponuntur quinque diſtinctiones.

¶ Prima quod actio eſt duplex, ſcilicet actio prædicamentum, quæ dicit habitudinem præciſam agentis ad paſſum, & actio elicita, quæ eſt forma terminata ad paſſum.

¶Iſta diſtinctio probatur, quia quot ſpecies habet unum oppoſitorum tot habet & reliquum. Sed paſſio opponitur actioni, & paſſio accipitur dupliciter, ſcilicet pro paſſione de genere paſſionis, & pro paſſione, de tertia ſpecie qualitatis, ergo actio conſimiliter accipitur.

¶ Præterea Ariſtotel. aliqua actio eſt ab agente in paſſum, & tunc quæro de qua actione loquitur, aut de actione, quæ eſt prædicamentum, & hoc non ſtat cum dictis ſuis, quia illud, quòd procedit ab agente in paſſum procedit mediate actione. Actionis autem non eſt actio, ut terminus, ergo loquitur de actione elicita, & per conſequens actio eſt duplex, ſcilicet actio elicita, & actio prædicatiua. *3. phy. contex. 21.* *Actio duplex elicita & prædicatiua.*

¶Secunda diſtinctio eſt quod actio elicita diuiditur, quia quædam eſt actio elicita fundamentaliter, quædam formaliter eo modo quo aliquid dicitur ſimile fundamentaliter, uel formaliter. Et actio elicita fundamentaliter habet duos reſpectus vnum ad agens, & alium ad paſſum.

¶ Tertia diſtinctio eſt, quòd quædam eſt actio immanens, & quædam eſt actio tranſiens per Ariſtotelem. Et nota, quod tranſire in exteriorem materiam poteſt intelligi dupliciter. Vno modo formaliter, & iſte eſt falſus intellectus, quia actio non migrat a ſubiecto in ſubiectum formaliter. Alio modo uirtualiter, quia uirtute agẽtis aliquis terminus producitur extra ipſum, & hic eſt uerus intellectus. *9. Met. contex 16.*

¶Quarta diſtinctio, quod reſpectus eſt duplex, ſcilicet intrinſecus, & extrinſecus adueniens. Et dicitur reſpectus intrinſecus adueniens, qui exurgit ex natura terminorum qualitercunque poſitorum cum diſtinctione reſpectu ipſorũ circunſcripto omni tempore intellectus. Reſpectus autem extrinſecus adueniens eſt qui non ſic exurgit ſtatim. *Reſpectus duplex.*

¶Quinta diſtinctio, quod in operatione alicuius creati eſt duplex reſpectus, unus agentis ad paſſum, alius agentis ad terminum. Et ſunt iſti reſpectus eſſentialiter differentes, tum quia unus eſt prior alio, tum quia unus eſt æqualiter cauſa alterius, tum quia unus eſt intrinſecus, & alius extrinſecus adueniens.

QVANTVM ad ſecundum articulum, ſi quæratur de actionibus intra manentibus patet per Ariſtotelem, quod ſunt in agente. Si autem quæratur de actionibus extra manentibus dico tres cõcluſiones. Prima eſt, quòd actio elicita ſubiectiue eſt in paſſo. Secunda concluſio, quòd reſpectus fundatus in motu nõ eſt actio de genere actionis formaliter, ſed extrinſeca denominatione. Tertia concluſio, quod actio de genere actionis eſt in agente ſubiectiue.

9. Met. com tex. 16.

¶ Prima concluſio probatur ſic. Actio elicita aut eſt illa forma elicita ſecundum illam opinionem, quæ improbata fuit ſuperius, aut eſt uia, & diſpoſitio ad eam quod uirtus credo. Sed quodlibet horũ ſubiectiue eſt in paſſo, ergo.

Diſt. 2.

¶ Secunda concluſio probatur ſic. Reſpectus de ſecundo modo relatiuorum non eſt formaliter de genere actionis cum ſint genera diſtincta. Sed reſpectus fundatus in motu cum ſit motus potentiæ eſt de ſecundo modo relatiuorum, ergo.

¶ Tertia concluſio probatur ſic. Reſpectus mutuæ dependentiæ formaliter oppoſiti neceſſario ſic ſe habent, quod ſi unus eſt in uno extremorum terminatiue in altero eſt ſubiectiue. Exemplum de paternitate oppoſita filiationi, quòd quia paternitas eſt in filio terminatiue, ideo eſt in patre ſubiectiue. Sed actio, & paſſio ſunt huiuſmodi, reſpectus & actio eſt in paſſo terminatiue, ergo eſt in agente ſubiectiue. Et intelligo illam maiorem iſtius rationis eſſe ueram ubi extrema ſunt realiter diſtincta ne obijciatur quando aliquid mouet ſeipſum.

Exemplum.

¶ Præterea ſecundo ſic, perfectio uniuſcuiuſque rei eſt formaliter in ipſo. Sed actio de genere actionis eſt de genere agentis, ergo.

¶ Ad argumentum in contrarium patet, loquitur enim philoſophus de actione elicita, & iſta eſt in paſſo, ut dictum eſt ſupra in prima concluſione, ergo.

DISTINCTIO XXXVII.

An peccatum poſſit eſſe a Deo?

D. Bona. 2. ſent. diſt. 37. Art. 1.
Scotus 2. ſent. diſtinct. 37. q. 1.
D Thomas 1. ſecundæ q. 79. Artic. 1.
Ricardus ſecundo ſententiarum diſtinct. 37. quæſt. 1.
Durandus ſecunda ſententiarum diſtinctio 37. quæſtio 1.

QVAESTIO I.

SVNT autem, & alii plurimi. Circa iſtam diſtinctionem. 37. quæritur, An peccatum poſſit eſſe a Deo? Videtur, quod ſic. Quia quod eſt cauſa, cauſæ eſt, & cauſa cauſati. Sed Deus eſt cauſa uoluntatis, ergo eſt cauſa actus peccati, qui eſt à uoluntate.

¶ Contra. Auguſtinus ſuper Ioannem. Sine quo factum eſt nihil, i. peccatum. Reſpondeo, communiter dicitur, quod actus peccati poteſt accipi, uel quantum ad ſubſtratum, & hoc eſt materiale, uel quantum ad deformitatem, & hoc eſt formale, & ſic ſunt duæ concluſiones. Prima eſt, quod actus peccati quantum ad ſubſtratum eſt a Deo. Secunda, quod quantum ad deformitatem non eſt a Deo.

Ioan. 1.

PRIMA concluſio probatur, quia ens, & bonum conuertuntur, & bonum eſt in omni genere, ſicut & ens, quod ergo habet, propriam entitatem habet, & propriam bonitatem, ſed actus iſte quantum ad ſuum ſubſtratum habet propriam entitatem, ergo, & propriam bonitatẽ. Sed omne tale eſt a Deo, ergo.

2. Met. com tex. 3

¶ Sed hic eſt dubium, quia tunc Deus faceret contra ſuam prohibitionem, prohibuit enim non peccare, ergo ſi effectiue ſe habet quantum ad ſubſtratum actus peccati faceret contra ſuam prohibitionem.

¶ Præterea arguit contra hoc Aureolus fortiter ſic. Si Deus ageret quantum ad ſubſtratum actus, ergo neceſſario ageret quantum ad deformitatem actus. Probatio conſequentiæ. Quando aliqua ſic ſe habent, quòd impoſſibile eſt illa abinuicem ſeparari, quod agit in unum agit in reliquum. Sed ſic ſe habet deformitas ad ſubſtratum actus, ergo. Minor patet in

odio Dei ubi ad actum neceſſario ſequitur deformitas. Ideo forte opinio quarta in 2. ar. diſt. 34. eſt uerior, &c.

SECVNDA concluſio probatur primo ſic, nullus homo Deo au ctore ſit *Lib. 83. queſtionum.* deterior, per Aug. Sed ſi Deus cauſa deformitatis in actu homo ſieret Deo au ctore deterior, ergo.

¶Secundo ſic, quod eſt cauſa enti ut ſic *Vbi ſupra.* non eſt cauſa non eſſendi, per Augu. ſed Deus eſt cauſa eſſendi omni enti, ergo non eſt cauſa non eſſendi, ſed ſi eſſet cauſa deformitatis in peccato, eſſet cauſa nõ eſſendi, ergo.

¶Tertio ſic. Iuſtus iudex non punit homines pro eo quod facit ipſemet iudex, ſed Deus punit hominem pro deformitate peccati, ergo.

¶ Ad argumentum in contrarium dico vno modo, quod Deus ẽ cauſa illius peccati cauſati quantum ad ſubſtratum. Aliter dicitur, & melius, quòd uerum eſt de eo, quod habet cauſam effectiuam, & nõ defectiuam, peccatum autem habet cauſam defectiuam.

An euentus fortuiti reducantur in aliquam cauſam, quæ ſit eorum per ſe cauſa?

Ricardus in ſecundo ſententiarum diſtinc. 37. quæſt. 2.

QVAESTIO II.

SECVNDO quęritur, An euentus fortuiti reducantur in aliquam cauſam, quæ ſit eorum per ſe cauſa? Videtur quod ſic. Quia omne per accidens reducitur ad per ſe, ſed fortuna eſt cauſa *2. Phyſ. con tex. 52.* per accidens ex ſecundo phyſic. ergo.

¶ Cõtra, effectus fortuitus eſt a fortuna, ſed fortuna eſt cauſa per accidens, ergo.

¶Reſpondeo, hic ſunt tres articuli. Primo ponuntur aliquæ opiniones falſæ. Secundo ponuntur aliquæ concluſiones de fortuna. Tertio dicetur ad quæſtionem.

QVANTVM ad primum eſt una opinio, quę dicit fortunam nec eſſe, ſicut patet 2. phy. Cuius ratio eſt, quia omnia *2. Phyſ. com tex. 39.* quæ fiunt cauſam determinatam aliam a fortuna, ergo fruſtra poneretur fortuna. Probatio antecedentis, quia ſi uadẽns ad forum inueniat hominem, pro quo non ibat, talis inuentio a fortuna eſt, & tamen cauſa eius eſt determinata, puta uoluntas eundi ad forum.

¶ Contra hoc arguitur ibi ſic. Fortuna eſt aliquid, aut nihil. Si aliquid habetur propoſitum. Si nihil tunc fruſtra ea uſi fuerunt antiqui philoſophi ſicut Empedocles, & Democritus. *2. Phyſ. com tex. 47.*

¶Ideo eſt alia opinio, quæ dicit, fortunã eſſe, ſed immanifeſtam humano intellectui cum ſit quid diuinum, & illam opinionem prætermittit philoſophus.

¶Alia eſt opinio Democriti qui dixit fortunam eſſe cauſam cœli, & omnium partium mundi ex fortuito cõcurſu aſtrorũ.

¶Contra hoc obiicit philoſophus primo *2. Phy. cont. 45.* ſic, nobiliora ſunt ſuperiora quam inferiora, ſed illa inferiora nõ ſunt a fortuna, ergo nec ſuperiora, puta cœleſtia. Probatio minoris, quia non ex quocunque ſemine generatur quodlibet, ſed ex determinato ſemine, quod non eſſet uerum, ſi eſſet a fortuna.

¶Secundo ſic, ea quæ ſunt a fortuna nõ ſunt uniformia, ſed in cœleſtibus nõ euenit deformitas, ergo.

¶Tertio ſic, & ponitur in fine capituli de *2. Phy. cont. 66.* fortuna. Nullum per accidens eſt prius eo, quod eſt per ſe. Sed fortuna eſt cauſa per accidens, ergo non eſt prior aliquo per ſe. Sed ſi eſſet in cœleſtib. eſſet prior, cum cœleſtia ſint priora, ergo.

QVANTVM ad ſecundum, dico ſeptem concluſiones.

¶ Prima eſt quid ſit fortuna. Et dico, quòd Fortuna eſt cauſa per accidens in his, quæ ſunt a propoſito propter finẽ, ut in paucioribus.

¶Ad habendam autem iſtam diffinitionem Ariſtoteles utitur quadruplici di- *2. Phy. cont. 52.* ſtinctione. Vna cauſarum, una per ſe, alia per accidens. Fortuna non eſt cauſa per ſe, ergo per accidens.

¶ Secunda eſt, eorum quæ fiunt alia fiũt ſuper alia, frequenter alia ut in paucioribus. Ea autẽ, quæ fiunt a fortuna nõ fiunt ſemper, nec frequenter, ſed ut in paucioribus.

¶Tertia

Philoſ. tacniciſtos, qa iſtæ ſermo eſt irrationabilis. Vide Auerroem commento. 47.

¶ Tertia diſtinctio eſt, ꝙ quædam fiunt propter finem, quædam uero non, ſicut cum quis fricat ſibi barbam abſque deliberatione.

¶ Quarta eſt ꝙ eorum, quę fiunt propter finem quædam fiunt a propoſito, quædā a natura. Et ex his diſtinctionibus colligit Ariſtoteles diffinitionem fortunæ ſuperius poſitam.

¶ Secunda concluſio principalis eſt iſta, ꝙ fortuna eſt nobis ignota, & probatur a philoſopho vbi ſupra ſic. Fortuna eſt cauſa per accidens, ſed ea quæ ſunt per accidens ſunt infinita, infinita autem ſunt ignota, ergo fortuna eſt nobis ignota.

¶ Secunda concluſio, quòd fortuna non habet eſſe ſimpliciter, hęc concluſio probatur a philoſopho ibidem. Cauſa per accidens habet effectum per accidens, ſed fortuna eſt cauſa per accidens, ergo habet effectum per accidens. Sed quod eſt per accidens non eſt ſimpliciter, ergo.

¶ Quarta concluſio ꝙ forma non eſt ſine ratione, hoc probatur a philoſopho ibidem ſic, quod eſt in paucioribus eſt ſine ratione, ſed fortuna eſt huiuſmodi, ergo.

Qūo fortuna differat a caſu exemplum de tripoda.

¶ Quinta concluſio. Fortuna differt a caſu, quia caſus eſt in plus quam fortuna, nam omne quod eſt a fortuna eſt a caſu, ſed non econuerſo. Exemplum eſt de tripoda, quæ cadens ſtetit hoc fuit caſuale, & non a fortuna, quia fortuita ſunt tantum in his, quæ agunt uoluntariæ.

¶ Sexta concluſio eſt, ꝙ nullum inanimatum nec puer, nec beſtia dicitur habere fortunam. Hoc probatur ibidem ſic. Fortuna eſt in his, quæ agunt uoluntariæ, & per electionem, ſed nullum inanimatum nec puer, nec beſtia agit per electionem uel uoluntariæ, ergo.

¶ Septima concluſio, & ultima eſt, quòd fortuna reducitur ad genus cauſę mouētis. Hoc probatur a philoſopho. Fortuna uel eſt cauſa eorum, quæ ſunt a natura, uel ab intellectu, ſed tam natura, quam intellectus eſt cauſa, ut unde principium motus, ergo. *2. phyſ. contex. 66.*

QVANTVM ad tertium articulum cum quæritur, utrum effectus fortuiti reducantur ad cauſam per ſe. Aut quæritur de cauſa creata; aut diuina. Si de cauſa diuina, dicitur, ꝙ effectus fortuiti reducātur ad cauſam per ſe, ut ad Deum ſi placet placeat, tamen Ariſtoteles uidetur dicere oppoſitum primo. i. de bona fortuna, forte inquit fortuna eſt quædam cauſa, hoc utique non uidetur, Deum enim dignificamus dominum exiſtentē, tribuat & bona, & mala. Fortuna non ſic, & ita nec cauſa, quæ eſt a Deo uidetur eſſe fortuna eo, ꝙ prauis eueniat, non autem ueriſimile eſt Deum prauorum curam habere. Si autem quæratur de cauſa creata dico, ꝙ effectus fortuiti non reducantur in cauſam per ſe, quia cauſę eorum ſunt caſus, & fortuna quæ ſunt cauſæ per accidens, non ꝙ ly per accidens tenet ſe ex parte cauſę eo modo quo Policletus eſt cauſa ſtatuæ per accidens; ſed ly per accidens tenet ſe ex parte effectus qui effectus euenit præter intentionem agentis, talis autem effectus non reducitur in per ſe cauſam creatam.

¶ Ad argumentum in contrarium cum dicitur, omne per accidens reducitur ad per ſe, conceditur de accidente, quod pręciſè ſe tenet ex parte cauſæ, non autem de accidente, quod ſe tenet ex parte effectus cum euenit præter intentionem agentis ſicut eſt in propoſito.

DISTINCTIO XXXVIII.

An intentio ſit actus ſolius uoluntatis?

D. Bona. 2. ſenten. diſtinc. 38. q. 1. Artic. 1.
Scotus 2. ſententiarum diſtinctio. 38. q. 1.
Ricardus 2. ſenten. diſtin. 38. q. 1.
Durandus 2. ſenten. diſtinc. 38 q. 2.

QVAESTIO I.

POST prędicta de uoluntate. Circa iſtam diſtinctionem 38. quæritur. An intentio ſit actus ſolius uoluntatis? Videtur quòd non. Si oculus tuus, &c. dicit gloſa, quòd intentio eſt oculus animæ, ſed oculus animæ eſt intellectus, ergo intentio eſt actus intellectus, ergo. *Matt. 6.*

¶ Præterea intentio includit relationem vnius ad alterum: ſed referre relationem

unius

vnius ad alterum eſt actus intellectus, ergo.

11. de trin. ¶ Contra Auguſt. dicit ꝙ eſt actus uoluntatis.

¶ Reſpondeo, primo uidendum eſt quid ſit intendere, ſecundo propoſitum.

Quid ſit intendere. vide D. Bona. diſt præſen ti art. 1. q. 1. cap. 23. QVANTVM ad primum dico, ꝙ intendere eſt in aliud tendere. Et hoc poteſt eſſe dupliciter, vel ꝙ tendat in aliud motum ab alio, uel a ſe: puta ꝙ mouet ſe in aliud, & illud in quod tendit poteſt eſſe præſens, uel abſens. Primo modo tendere conuenit omni potentiæ reſpectu ſui obiecti, ſecundo modo conuenit proprie appetitui rationali, & potentiæ libere quæ ducit, & non ducitur ſecundum Damaſ. Et iſto modo etiam comprehendit intellectum inquantum eſt arbitrium. Per quod patet ad primum argumentum.

¶ Ad ſecundum dico conferre per modum iudicij eſt intellectus, ſed conferre vtendo, & ordinando unum amabile ad aliud eſt uoluntatis.

SECVNDO quæritur. An uoluntas poſſit ſe mouere contra iudicium rationis. Videtur ꝙ non, quia uoluntas nihil vult ſub ratione mali. Sed ſi moueret ſe contra iudicium rationis tunc uellet aliquid ſub ratione mali.

¶ Præterea ſicut uerum determinat intellectum, ita bonum determinat uoluntatem. Sed intellectus non poteſt diſſentire a uero, ergo nec uoluntas a bono.

De libero arbitrio. ¶ Contra. Bernardus dicit, ꝙ uoluntas nonnunquam ſine ratione mouetur, ut multa faciat contra ipſam.

¶ Reſpondeo, hic ſunt tria uidenda. Primo ſi uoluntas poſſit ſe mouere, ſecundo ſi poſſit ſe mouere contra iudicium rationis, tertio ſi poſſit ſe mouere reſpectu iudicij rationis reſpectu eorum, quæ ſunt ad finem. ¶ Primus articulus patet ſupra diſ. 25. ideo quære ibi articulo j. ¶ Secundus articulus patet ſupra diſ. 24. ideo quære ibi. ¶ Proſequendo ergo tertium articulũ dicitur a Thomiſtis, ꝙ homo nõ poteſt aliquid eligere per uoluntatem contra iudicium rationis, quia non eſſet ratio quare magis uellet unum, quam aliud cum ſit indifferens ad uolendum quodcunque uolibile.

Opinio Thomiſtarum.

¶ Contra hoc, tum quia deſtruit libertatem uoluntatis? tum quia hoc eſt contra experientiam, ſicut patet in peccante mortaliter ex electione, & faciens in ſe ſigillum practicum, non eſſe fornicandum cum ſit mortale, tum quia uoluntas non neceſſitatur reſpectum ultimi finis, ut patuit ſupra, tum quia eſt contra Auguſtinum. Sicut inquit duo æqualiter affectati anima, & corpore, & omnibus cõditionibus paribus uident corporis pulchritudinem unus uoluntate cadit, alter ſtat, tum quia eſt contra philoſ. qui dicit, ꝙ prohereſis. i. electio determinat: tum quia ẽ contra Bernar. ut allegatum eſt in oppoſitum, tum quia tangit articulum condẽnatum qui dicit, ꝙ ratione exiſtẽte recta in generali, & in ſpeciali, ꝙ uoluntas non poſſit contrarium error eſt.

Diſtinc. 24. 12. de ciu. Dei cap 6.

9. met. contex. 10.

De libero arbitrio.

¶ Ideo eſt opinio aliorum, ꝙ uoluntas poteſt conſiliari ante conſilium, & determinationem intellectus, & ſic libere mouetur.

Opinio aliorum.

¶ Alio modo poteſt conſiliari per conſiderationem, & determinationem intellectus, & ſic neceſſario ſequitur eius iudicium.

¶ Contra hoc, quia non eſt minus libera uoluntas poſt conſilium quam ante. Ideo dico propter rationes factas contra primam opinionem, ꝙ uoluntas libere mouetur aliquotiens contra iudicium intellectus reſpectu eorum, quæ ſunt ad finem.

¶ Ad primum principale nego minorem quia non vult illud ſub ratione mali, ſed ſub ratione apparentis boni, cum intellectus dicat illud dimittendum eſſe, & tenendum maius bonum.

¶ Ad ſecundum nego maiorem, quia uerum reſpicit intellectum, ut potentiam naturalem, uoluntas autem ſemper eſt libera potentia per eſſentiam.

DISTINCTIO XXXIX.

An conſcientia ſit in intellectu, vel in affectu?

D. Bona. 2. ſenten. diſtinc. 39 q. 1. Artic. 1.
Scotus 2. ſenten. diſtin. 39. q. 1.
D Thomas 1. parte q. 79. Artic. 12.
Ricardus 2. ſenten diſtin. 39. q. 1.
Durandus 2. ſenten. diſtin. 39. q. 4.

Quæ-

QVAESTIO I.

HIC oritur quæſtio. Circa iſtam diſtinctionem 39. quæritur. An conſcientia ſit intellectu, vel in affectu? Videtur ꝙ in affectu. Gloſa ſuper illud ad Corin. Nihil mihi conſcius ſum dicit. In nullo remordet me conſcientia mea. Sed remorſus ſpectat ad affectum, ergo.

Corin. ca. 4.

¶ Preterea Anſ. Nihil punitur niſi voluntas. Sed punitur conſcientia, ergo conſcientia ſpectat ad uoluntatem.

De cōceptu virginali.

¶ Contra Eccleſ. Scit conſcientia tua q a maledixiſti alijs: ſed ſcire ſpectat ad intellectum, ergo, & conſcientia.

Eccl. 7.

¶ Confirmatur per Dam. dicentem, ꝙ cōſcientia noſtra eſt lex intellectus noſtri.

¶ Reſponſio, hic ſunt tria uidenda. Primo principale propoſitum, ſecundo ſi cōſcientia ſit actus, vel habitus, tertio ſi cōſcientia erronea obligat hominem ad faciendum illud, quod dictat neceſſarium ad ſalutem.

Libro 4.

QVANTVM ad primum dico iſtā concluſionem, quòd conſcientia eſt principaliter in intellectu practico. Et probatur dupliciter.

vbi ſit cauſa ſcientia.

¶ Primo ſic. Conſcientia eſt quoddam dictamen ordinatum ad opus fugiendum vel proſequendum. Sed tale dictamen ſpectat ad intellectum practicum.

¶ Secundo ſic. Veritas conſeſſe ſe habēs appetitui recto eſt practica ueritas: Sed conſcientia eſt huiuſmodi, ergo eſt practica ueritas: ſed practica ueritas eſt in intellectu practico, ergo.

QVANTVM ad ſecundum dico ꝙ conſcientia, ut eſt quoddam dictamen ordinatum ad opus, poteſt dici ſcientia. Et ſicut ſcientia poteſt accipi, uel pro obiecto ſcito, vel pro actu ſciendi, vel pro habitu. Ita conſcientia accipitur aliquando pro habitu per quem talis actus promptè elicitur.

QVANTVM ad tertium dicitur, ꝙ conſcientia erronea, aut dictat aliquid neceſſarium ad ſalutem, quod eſt directè contra præceptum Dei, aut quod non eſt contra præceptum Dei, ſed eſt actus indifferens. Si primo modo dicitur, ꝙ tenetur illud facere, quod non credo, puta ſi conſcientia noſtra erronea dictat, ꝙ debeamus furari, quia eſt neceſſarium ad ſalutem non propter hoc debeo furari, quinnimo ipſam conſcientiam deponere. Si ſecundo modo dico, quòd aut illud debet facere quod dictat conſcientia erronea, aut debet illam conſcientiam deponere, puta quando conſciéntia dictaret ſi non eleuares feſtucam de terra peccares mortaliter.

¶ Ad primum principale dico ad minorem, ꝙ remordere maleficium oſtendendo tantummodo ſpectat ad conſcientiā, & eſt actus intellectus practici. Remordere autem de maleficio dolendo eſt actus voluntatis.

Remordere eſt actus voluntatis.

¶ Ad ſecundum dico, quòd cum conſciētia punitur non eſt aliud, quam quędam diſciplina, vel diſplicentia de peccato commiſſo cauſans dolorem in uolūtate.

An ſinderesis ſit in voluntate, vel in affectu?

Scotus ſecunda ſententiarum, diſtinctio. 39.

QVAESTIO I.

SECVNDO quęritur. An ſinderesis ſit in voluntate, uel in affectu? Et uidetur, ꝙ in affectu, quia ſinderesis eſt quædam inclinatio ad bonum, ergo debet poni in illa potentia, quæ habet bonum pro obiecto. Sed talis potentia eſt uoluntas, ergo.

¶ Contra gloſa in Ezech. dicit, quòd ſinderesis eſt ſcintilla conſcientiæ. Sed conſcientia eſt intellectu ex quæſtione præcedenti, ergo.

¶ Reſpōdeo, & dico, ꝙ ſinderesis in creatura rationali eſt aliquid quo homo naturaliter inclinatur ad bonum, & remurmurat de malo. Iſta autem inclinatio poteſt eſſe duplex, vel oſtenſiua boni, & ſic eſt in intellectu practico, quod probatur ſicut fuit probata prima concluſio præcedentis quæſtionis. Vel eſt inclinatiua determinatè, non tamen ꝙ imponat neceſſitatem

Quid ſit ſynderesis in creatura rationali.

ceſſitatem coactionis,& ſic eſt in uoluntate.Et per hoc patet ad argumenta.

DISTINCTIO XL.

An omnis actus ſit bonis ex fine?

D. Bonauen. ſecunda ſenten. diſtinctio. 40. q. 1. Artic. 1.
Scotus ſecunda ſententiarum diſtinctio. 40. q. 1.
Ricardus ſecunda ſententiarum diſtinctio 40. q. 1.

QVAESTIO I.

POST hæc de actibus.Circa iſtam diſtinctionē 40. quæritur.An omnis actus ſit bonus ex fine?Videtur φ ſic, per Auguſt. Opus bonum intentio facit,ſed intentio reſpicit finem, ergo.

Contra mendacium c 3 vt patet in litera.

¶ Præterea ſicut principium in ſpeculabilibus, ſic finis in agibilibus, ex .ſ. in ſpeculabilibus actus intellectus eſt uerus ex pricipijs, ergo in agibilibus actus uoluntatis eſt bonus ex fine.

2.phyſ.con.

¶ Contra. Quia ſic omnis actus intendens bonum finem eſſet bonus,cuius cō trarium dicit Auguſtinus in libro contra mendacium.Reſpondeo. Actus quantum ad pręſens habet duplicem bonitatem.ſ.naturalem,& moralem.

Et ponitur in litera.

DE prima bonitate dico, φ actus nō eſt præciſè bonus ex fine probatur, quia bonum eſt quod conſtat ex cauſa integra, per Dioniſium de diuinis nominibus, unde ſicut ad pulchritudinem corporalem requirūtur omnia membra pulchra. Ad turpitudinem autem ſufficit priuatio unius membri. Ita ad bonitatem actus requiruntur, omnia per ſe requiſita. Actus autem requiritur ſufficiens eſſiciens,& obiectum,& finem, & formam, quæ concurrunt tanquam conuenientia ad eius eſſe,ergo non eſt præciſè bonus ex iſta bonitate, ſcilicet ex fine.

Cap.4.

DE ſecunda bonitate.ſ. morali,dico eodem modo,quòd actus non eſt bonus moraliter præciſè ex fine Et huius ratio ſimilis eſt pręcedenti,quia bonum eſt ex cauſa integra. Actus autem moralis debet eſſe elicitus dictamine rectę rationis ita φ ſit conformis agenti, quod eſt per ſe ſciens, & reſpectu debiti obiecti, & cū debitis circunſtantijs,puta quando oportet,& ſicut oportet,& ubi oportet, huiuſmodi ergo bonitas actus moralis nō erit præciſè ex fine ſi non concurrat aliæ cauſæ prædictæ.

De his vide copioſius 16 q. 4.

¶ Ad primum in oppoſitum dico, & concedo quòd bona intentio facit bonum opus,ſi aſſint omnia requiſita.

¶ Ad ſecundum non eſt ſimile de actu uoluntatis, & intellectus ſimpliciter, quia intellectus eſt potentia naturalis non libera per eſſentiam, uoluntas autem eſt libera per eſſentiam,& ideo plus requiritur.

An omnis actus exterior bona intentione factus ſit meritorius?

Petrus Scotellus 2. ſent. diſtin. 40. q. 2.

QVAESTIO II.

SECVNDO quæritur. An omnis actus exterior bona intentione factus ſit meritorius? Videtur φ ſic,quia non poteſt arbor bona fructum malum facere,per Saluatorem in Mathe. Sed bona arbor eſt bona intentio, ergo non poteſt malos facere,ergo facit opus bonū, & per conſequens meritorium.

Matt. cap.

¶ Præterea non eſt minoris efficacię intentio bona,quam mala. Sed omnis actus factus mala intentione eſt demeritorius, ergo omnis actus factus bona intentione eſt meritorius.

¶ In contrarium patet per philoſ. ſecundo ethicorum. Quædam inquit opera ſunt quæ confeſtim nominata tenent extremum uitioſum, & gaudium de malo, adulterium,homicidium,& huiuſmodi, ergo quantumcunque fiant illa bona intentione nunquam erunt meritoria opera Reſpondeo. Intentio duo poteſt dicere. Primo motum interiorem uoluntatis ordinans actum exteriorem in debitum finem, ſecundo modo intentio poteſt dicere finem intentum.

Intētio duo poteſt dicere.

¶ Si primo modo ſumatur intentio, ſic eſt

eſt principium merendi, & dico ꝙ actus exterior tunc eſt meritorius cum ille ſit ordinatus, & elicitus conformiter rectè rationi reſpectu debiti finis, & habeat principium merendi, & omnia quæ requiruntur ad actum meritorium. Si autẽ ſumatur intentio ſecundo modo, tunc nõ omnis actus bona intentione factus eſt meritorius, quia poteſt carere bono fine intento, & alijs, quæ requiruntur ad bonitatem actus meritorij.

¶ Ad primum principale patet, ꝙ accipit intentionem primo modo dictam.

¶ Ad ſecundum dico, quòd plura requiruntur ad hoc, ꝙ actus ſit bonus, quam ut ſit malus, ſicut patet ex quæſtione præcedenti. Et ideo licet bona intentio non ſit minoris efficaciæ, quam mala, non tamen propter hoc ſequitur, ſi omnis mala intentio ſit actus demeritorius, ergo bona actio eſt meritoria.

DISTINCTIO XLI.

An aliquis actus humanus poſſit eſſe indifferens ad bonitatem, vel maliciam?

D. Bona. 2. ſenten. diſtinc. 41. q. 3. Artic. 1.
Scotus 2. ſententiarum diſtinctio. 41. q. 1.
D. Thomas 1. parte q. 18. Artic. 9.
Ricardus 2. ſenten diſtin. 40. q. 3.
Durandus 2 ſenten. diſtin. 41. q. 3.

QVAESTIO I.

CVM QVE intentio. Circa iſtam diſtinctionẽ 41. quæritur. An poſſit eſſe aliquis actus humanus indifferens ad bonitatem, vel malitiam? Videtur ꝙ non: quia inter priuationem, & habitum non eſt medium. Sed bonum, & malum ſunt priuatiuè oppoſita, ergo.

2. ethic. c. 1 ¶ Prçterea habitus generatur ex actibus, ergo ſi inter actum bonum, & malum, ſit aliquis actus indifferens, generabitur ẽt habitus indifferens qui non erit nec bonus, nec malus, quod uidetur inconueniens.

¶ Prçterea ſicut uerum, & falſum ad actũ intellectus, ita bonum, & malum ad actũ voluntatis. Sed omnis actus intellectus, aut eſt uerus, aut falſus, ergo.

¶ Prçterea bonitas, & malitia in actu ſumuntur per conformitatem, & difformitatem ad rationem practicam: Sed omnis ratio practica de neceſſitate, aut eſt bona, aut eſt mala, ergo.

¶ Præterea omnis actus eſt reſpectum alicuius finis, ſed finis neceſſario, aut eſt bonus, aut malus, ergo. Iſta ratio ẽ Thomæ. *D. Tho. parte 1. q. 18. artic. 9.*

¶ Contra: quia tunc non eſſet aliquis actus in quo non eſſet meritum, uel demeritum, ſed fricare barbam non habet meritum, ergo haberet demeritũ, quod eſt inconueniens. *Vide D. Bo. diſtinc. pręſenti q. 3. artic. 1.*

¶ Reſpondeo, & dico ꝙ actus humanus eſt duplex, quidam procedens ſine deliberatione, quidam cum deliberatione. *Actus humanus eſt.* De actu qui eſt ſine deliberatione non cadit quæſtio, quia omnes conueniunt in hoc, quòd ille, nec eſt bonus, nec malus. Cuius ratio eſt, quia actus non eſt malus, nec bonus, niſi factus ex electione. *3. ethic. ca.* Sed actus factus ſine deliberatione non eſt ex electione, ergo.

¶ Eſt ergo queſtio de actu elicito cum deliberatione. Vtrum poſſit eſſe aliquis actus talis, & indifferens. Et hic ſunt duæ opiniones extremæ. Vna dicit quòd non. Cuius rationes ſunt quinque poſitæ in principio quæſtionis. Alia eſt opinio cui magis aſſentio, quæ dicit quòd contingit actum dare indifferentem ad bonitatem & malitiam. *Opinio Sco.* Vbi notandum, ꝙ bonitas & malitia in actu prętermiſſa bonitate naturali eſt duplex. ſ. bonitas, & malitia moralis, & bonitas, & malitia meritoria, & demeritoria. *Bonitas duplex eſt.* Et ſic dico duas concluſiones.

¶ Prima eſt, quòd conuenit dare actum indifferentem ad bonitatem, & malitiam moralem. Cuius ratio eſt, quia habitus iuſtitiæ generatur ex operibus iuſtis non tamen iuſte factis. *5. ethic. ca.* Sed iſte actus non eſt malus moraliter, conſtat nunc bonus moraliter, quia non eſt ex uirtute, ergo.

¶ Secunda concluſio eſt, quòd conuenit dare actum indifferentem ad bonitatem, & malitiam meritoriam, uel demeritoriam. Cuius ratio eſt: quia actus circunſtantionatus ex fine indifferentiæ eſt indifferens.

differens. Sed conuenit aliquem actum ex tali fine eſſe circonſtantionatum, ergo. Minor patet. Cum uolo facere, quod mihi placet ex indifferentia finis reſpectu fricationis barbæ, & eleuationis feſtucæ de terra.

¶ Ad primum principale nego minorem quia non ſunt priuatiuè oppoſita bonum & malum circa actum.

¶ Ad ſecundum concedo, q ex ſimilibus actibus indifferentibus poteſt generari conſimilis habitus indifferens.

¶ Ad tertium nego maiorem, ſicut patet j. diſ. j. quia uerum, & falſum diuidunt immediatè actum intellectus, non ſic autem bonum, & malum diuidunt actum uoluntatis.

¶ Ad quartum nego minorem, quia ſicut poteſt poni habitus indifferens inclinans ad actum, ita & ratio practica.

¶ Ad ultimum nego minorem ſicut patet per rationem poſitam in ſecunda concluſione.

DISTINCTIO XLII.

An in cogitatione poſſit eſſe peccatum?

D. Bona. 2. ſenten. diſtinc. 41. q. 1. Artic. 1.
Scotus 2. ſenten. diſtin. 42. q. 1.
D. Thomas 1. ſecundæ q. 75. Artic. 2.
Ricardus 2 ſenten. diſtin. 41. q. 1.
Durandus 2. ſenten. diſtinc. 41 q. 2.

QVAESTIO I.

CVM autem uoluntas. Circa iſtam diſtinctionem 42. quæritur An in cogitatione poſſit eſſe peccatū? Videtur quòd nō, quia peccatum nunquā eſt niſi in uoluntate, uel in actu uoluntatis, per Auguſtinum. Sed cogitatio non eſt uoluntas nec actus uoluntatis, quia cogitare eſt actus intellectus, ergo. *De duabus āīabus contra Manichæum.*

¶ Prętere a peccatum ideo eſt peccatum quia uoluntarium, ſed cogitatio non eſt uoluntaria, ergo non eſt peccatum. Minor patet, quia cogitatio non eſt in poteſtate noſtra, per Auguſtinum. Non eſt in *3. de lib. arbit. cap. 15.* quit in poteſtate noſtra quibus uiſis tangamur.

¶ Præterea nullum eſt peccatum niſi ſit primo cognitum, ſed cogitatio non eſt primo pręcognita, ergo. Probatio minoris, quia uel eſſet præcognita quando nō eſſet, & tunc non eſſet peccatum, uel quādo eſt, & tunc intellectus haberet duos actus ſimul, quod eſt contra philoſ.

¶ Contra Hieronimus ſuper Ezechi. dicit tria eſſe genera peccatorum. ſ. cogitationum, ſermonum, & operum.

¶ Reſpondeo, hoc ſunt tres articuli per uiam concluſionum. Primus q peccatum formaliter, & primo eſt in uoluntate, & eius actu. Secundus q peccatum materialiter eſt in cognitione locutione, & opere, tertius remouebit unum dubium circa cogitationem qualiter in eo poſſit eſſe peccatum.

QVANTVM ad primū probo propoſitionem poſitam ſic. Iuſtitia habitualis, ut diſtinguitur contra peccatum originale, & iuſtitia actualis, ut diſtinguitur contra peccatum actuale eſt ſolum formaliter in uoluntate, ergo, & peccatum formaliter primo eſt in uoluntate. Probatio conſequentiæ, quia habitus, & priuatio ſunt circa idem. *Qūo peccatum formaliter ſit in uoluntate.*

¶ Præterea omnis cauſa actiua alia a uoluntate eſt cauſa naturaliter cauſans, ſed nulla cauſa naturaliter cauſans, ut ſic eſt uituperabilis, ſed ſola cauſa libere cauſans eſt uituperabilis. Sed huiuſmodi eſt uoluntas tantum, ergo ſola uoluntas eſt uituperabilis, ſed non niſi per peccatū, ergo. ¶ Confirmatur per Auguſtinum dicentem, quòd prima cauſa peccati eſt uoluntas. *3. de libero arbitrio.*

QVANTVM ad ſecundum probatur propoſitio poſita ſic. Voluntas eſt motor in toto regno animę, & omnia obediunt ſibi, ſecundum Anſ. ergo ſicut uolūtas cauſando rectitudinem in ſuo actu cauſat in actibus aliarum poſitarum rectitudinem, ſic cauſando in ſuo actu deformitatem cauſabit etiam in actibus aliarum potentiarum deformitatem ex eo quòd ſubiſcet imperio. *De lib. arb.*

QVANTVM ad tertium quamuis certū ſit, quòd locutio, & operatio ſubiacent imperio uoluntatis, dubium tamen eſt de cogitatione qui non uidetur

ſubiacere

ſubiacere imperio uoluntatis nunc imperatur ab ea,& ſic uideretur alicui, ꝙ non eſſet in ea peccatum. Quod autem non imperatur a uoluntate probatur primo ſic. Ad nihil mouet uoluntas niſi ſit præcognitum,ſed cogitatio non eſt præcognita, quia tunc eſſet præcognita per aliam,& quæreretur de illa ſicut de prima,& ſic in infinitum,ergo.

¶ Secundo ſic.in cauſis per ſe in eadem
1. Poſt con tex. 6. ſpecie non poteſt eſſe circulatio. Sed intellectio,ſiue cogitatio, eſt per ſe cauſa uolitionis, ergo uoluntas non eſt per ſe cauſa cogitationis.

¶ Tertio ſic,cauſa per ſe ſufficiens ad productionem ſui effectus non requirit aliã cauſam, ſed perfecta cauſa cogitationis ſiue intentionis eſt memoria,ſicut patet in diuinis,ergo non requiritur uoluntas.

¶ Reſpondeo, hoc pono iſtam propoſitionem,quòd neceſſario oportet aliquã intellectualem cogitationem eſſe imperatam a uoluntate,tum quia uoluntas cõuertit, & auertit intellectum ab uno intelligibili in aliud,tum quia Augu. dicit
5. De tri. c. 15. 5.de tri quod uoluntas unit, & copulat intelligentiam proli,tum quia dicit phi-
3. De anima cont. 60 loſophus,quòd intelligimus cum uolumus. Sed diſtinguo, quia eſt cogitatio prima,& ſecunda. Prima quidem cogitatio non eſt in uoluntatis poteſtate, quia aliqua cogitatio naturaliter præcedit om
3. De libero arbitrio c. 15. ne uelle. Et de hoc dicit Auguſt.quod non eſt,in poteſtate noſtra quibus uiſis tangam.

Dubium de cogitatione. ¶ Remanet ergo dubium de cogitatione ſecunda quomodo ſubſit uoluntati cum uoluntas non moueat niſi ad præcognitum. Et ſunt hic ſex modi dicendi. Vnus eſt,quòd ſufficit cognitio alicuius obiecti tantum habitualiter noti.

¶ Alius modus eſt,quod habeatur cognitio illius obiecti in uniuerſali, & non in particulari. Contra,tunc intellectio lapidis cum in eo intelligatur ſubiecta corporea ſufficeret ad uolendum aurum cũ hoc intelligatur in uniuerſali in ſubſtantia corporea.

¶ Tertius modus eſt,quod ſufficit cognitio obiecti [illegible]; quia dum uoluntas remittit obiectum a conſideratione unius obiecti,concurrit conſideratio alterius obiecti.

¶ Contra,quia a caſu accidit, quod cum eſt remiſſio talis actionis,concurrit hoc uel illud obiectum,& ſic totum eſſet caſuale.

¶ Quartus modus eſt ex hoc,quod intellectus habet comparatiuam actionẽ, & cognoſcit unum correlatiuorum in altero.

¶ Contra,quia non ſemper eſt comparatiua cognitio,poteſt enim unum obiectũ per ſe cognoſci ſine alio

¶ Quintus modus,quòd licet in poteſtate uoluntatis non ſit cognitio ſimpliciter eſt tamen in eius poteſtate cognitio diſcurſiua.

¶ Contra,ſi non eſt in poteſtate uoluntatis illud ſine quo non habetur diſcurſus, nec diſcurſus,eſt in poteſtate noſtra. Sed ſimpliciter cognitio obiecti non eſt in poteſtate noſtra, ergo nec diſcurſus.

¶ Dico ergo aliter cum ſexto modo, ꝙ *6. Eſt ipſius Scoti.*
cum eſt una intellectio percepta, & diſtincta poſſunt eſſe multæ imperceptæ, quia non minoris uirtutis eſt intellectus quam uiſus. Cum autem eſt una uiſio percepta poſſunt eſſe multę imperfectę, ergo ita poterit eſſe in intellectu. Tunc autem uoluntas poteſt in illud uelle cõplacere,& facere intellectum ſtare circa illius cognitionem,uel cogitationem, & intellectus tunc magis firmabitur, & erit cogitatio intenſior, & complacentia uoluntatis augetur,& illa cogitatio intenſa ſi non eſt regulata,dicitur peccatum, & in illa ſubiectione ſubiacet imperio uoluntatis,potuiſſet enim uoluntas illã ſuſpendere,ſicut quilibet in ſeipſo poterit experiri. Et per hoc patet ad rationes quibus probatur,quòd cogitatio non eſt in poteſtate noſtra.

¶ Ad primum principale concedo,quod peccatum non eſt formaliter niſi in uoluntate, materialiter autem poteſt eſſe aliis actibus.

¶ Ad argumenta patet ex dictis in ſecundo articulo.

An omnis actus exterior bona intentione factus ſit meritorius?

Petrus Scotellus 2. ſent. diſt. 40. q. 2.

QVAE-

An actus paruus exterior, & interior ſint duo peccata, uel unum?

Petrus Scotellus 2. ſent diſtin. 42. q. 2

QVAESTIO II.

SECVNDO quæritur ſi ne argumentis. An actus paruus exterior, & interior ſint duo peccata, uel unum? Reſpondetur, quòd de interiori actu uoluntatis, & exteriori contingit loqui dupliciter. Vno modo comparando actum exteriorem ad interiorem a quo non cauſatur. Alio modo a quo cauſatur. Primo modo non ſunt unum peccatum, ſecundo modo ſic, quia quàuis ſint duo actus in eſſe naturæ, ſunt tamen unum in eſſe morali, ſiue ethico, & theologico.

DISTINCTIO XLIII.

An uoluntas poſſit peccare in ſpiritum ſanctum?

D. Bonauen. 2. ſententiarum diſtinctio. 43. quæſtio 1.
Scotus 2. ſententiarum diſtinctio. 43. quæſtio 1.
Ricardus ſecunda ſententiarum diſtinct. 43. q. 2.
Durandus ſecunda ſententiarum diſtinc. 43. q. 2.

QVAESTIO I.

EST præterea quoddam genus peccati. Circa iſtam diſtinctionem 43. quæritur. An uoluntas poſſit peccare in ſpiritum ſanctum? Videtur quòd non, quia gloſa ſuper illud Ioann. Qui odit me odit, [redacted] in aliam, [redacted] *Ioann. 15.*

¶ Præterea peccatum in ſpiritum ſanctum opponitur charitati, ſed peccatum oppoſitum charitati eſt odium. Spiritus autem ſanctus non poteſt haberi odio cum in eo non ſit ratio mali, ergo.

¶ Præterea omne peccatum eſt remiſsibile. In contrarium eſt Magiſter in litera.

¶ Reſponſio, hoc ſunt quatuor uidenda. Primo principale propoſitum, ſecundo ſi peccatum in ſpiritum ſanctum eſt grauiſsimum, tertio ſi eſt remiſsibile, quarto quot ſunt illius peccati modi.

QVANTVM ad primum dico, quòd omne peccatum eſt auerſio a Deo. Iſta autem auerſio poteſt intelligi, uel habitualis, uel actualis. Si intelligitur habitualis, dico, quòd non poteſt ſe auertere quis ab una perſona quin auertatur ab alia, nec peccare in unam quin peccet in aliam. Si autem ſit quæſtio, quod auerſione actuali dicitur, quòd poteſt eſſe actualis auerſio ab una, & non ab alia, quia eadem ratio uidetur de auerſione, & conuerſione. Sed poteſt eſſe actualis conuerſio ad unam perſonam, & non ad aliam, ergo. Probatio minoris, tum quia poſsibile eſt uti uno articulo fidei reſpiciente unam perſonam non utendo alio articulo reſpiciente aliam perſonam. Si autem diſtincti articuli reſpectum perſonarum, & quelibet perſona ſic ſumpta includit rationem omnis boni, tum quia ſunt multi hymni in quibus eſt actualis intentio reſpectu unius perſonæ tantum, ſicut in Veni creator ſpiritus, &c. & in alijs multis. Tum quia magis diſtinguitur perſona a perſona, quam perſona ab eſſentia. Sed ſi aliquis fidelis conſideraret eſſentiã non conſiderando perſonas inueniret in ea rationem omnis boni, & poſſet facere reuerentiam actualem eſſentiæ non faciendo actualiter perſonæ. Sed forte diceres, quòd non eſt ſimile de perſona, & eſſentia, quia perſona dicitur relatiuæ ad aliam perſonam, relatiua autem ſunt ſimul intelligibilia.

Auerſio duplex.

Vide Scoti in 1. diſt. 1

¶ Reſponſio, quòd non ualet, quia ſi pa[redacted] ſpiritum ſanctum. Igitur pater [redacted] tentionem ad ſpiritum ſanctum. Sed de hoc ſatis patet.

T Quan-

QVANTVM ad ſecundum dico cum Magiſtro, ꝙ peccatum in ſpiritum ſanctum eſt grauiſſimum, tum quia procedit ex certa malitia, quod eſt maximum peccatum ſecundum Gregorium, tum quia eſt contra præceptum primæ tabulæ, tum quia opponitur actui perfectiſſimo. *Inde Magiſtrum in 1. diſtinc. 34* *In homylia.*

QVANTVM ad tertium dico, ꝙ non eſt illud peccatum irremiſſibile ſimpliciter, quia Deus poteſt illud remittere. Sed dicitur irremiſſibile: tum quia nullum aliud peccatum directè opponitur diuinæ miſericordiæ ſicut illud, tum quia illud peccatum maximè opponitur diſpoſitione remiſſionis, quę eſt quędam diſplicentia de peccato.

QVANTVM ad quartum dico, ꝙ ſunt ſex peccata in ſpiritum ſanctum .ſ. deſperatio, præſumptio, obſtinatio, finalis impendentia, inuidia fraternę gratiæ, & impugnatio ueritatis agnitę. Primum & ſecundum ponit Auguſtinus, tertium ponit in Enchiridion, quartum ponit de verbis domini, quintum ponit idem in ſermone de uerbis domini in monte, Sextum idem ponit de unico baptiſmo. *De fide ad Petrum.* *Libro 1.*

¶ Ad primum principale concedo, ꝙ qui odit unam perſonam actualiter, odit aliā habitualiter.

¶ Ad ſecundum poteſt patere ex dictis. Vel poteſt dici, quòd eſt falſum, quod aſſumitur, quia propheta ait, de uoluntate obſtinata. Superbia eorum qui te oderunt aſcendit ſemper. *Pſal. 73.*

¶ Ad tertium patet in tertio articulo, quomodo peccatum in ſpiritum ſanctum dicitur irremiſſibile.

An potentia peccandi ſit à Deo?

D. Bona. 2. ſenten. diſtinc. 41. q. 1. Artic.
Scotus 2. ſenten. diſtin. 42. q 1.
Ricardus 2 ſenten diſtin. 41. q. 1.
Durandus 2. ſenten. diſtinc. 42 q. 2.

QVAESTIO II.

POST prædicta conſideratione dignum occurrit. Circa diſtinctionem 44. & vltimam quæritur. An potentia peccandi ſit a Deo? Videtur ꝙ non, quia ſi potentia peccādi eſſet a Deo hoc eſſet quia liberum arbitrium eſt a Deo. Sed hoc non cogit, quia ſecundum Anſ. poſſe peccare non eſt libertas, nec pars libertatis, ergo. *De lib. arb. cap. 2. & 3*

¶ Præterea cuius eſt potentia eius eſt, & actus, per philoſ. de ſomno, & vigilia Sed actus peccandi non eſt a Deo, ergo nec potentia.

¶ In contrarium eſt Magiſter in litera.

¶ Reſponſio, potentia peccandi, aut dicit immediatum ordinem, aut fundamentum ordinis ratione, cuius dicitur potens. Si primo modo adhuc diſtinguo: quia iſte ordo, aut eſt ad actum ſubſtratum, aut ad deformitatem. Si eſt ad actū ſubſtratum, & iſte actus eſt a Deo, ſicut ponit una opinio, concedo etiam ꝙ iſte ordo eſt a Deo. Si autem dicit ordinem ad deformitatem, & illa deformitas ſit nihil, & etiam ordo erit nihil, & ſic non eſt a Deo. Si autem iſta potentia dicit proximum fundamentum ordinis, concedo ꝙ eſt a Deo. *An potentia peccandi ſit à deo.*

¶ Et per hoc patet ad primum argumentum in contrarium. Accepit enim Anſ. poſſe peccare, ut dicit reſpectum ad deformitatem. ¶ Ad ſecundum ſi tenetur opinio, ꝙ oīs actus poſitiuus ſit a Deo, patet ſolutio, ꝙ actus peccati quantum ad ſubſtratum eſt a Deo, quia ſecundum Apoſtolum. Ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia ipſi laus, & gloria in ſecula ſeculorum Amen. *An peccatū ſit a deo.*

¶ Explicit Liber Secundus.

[redacted]

EXIMII SACRAE THEOLOGIAE PROFESSORIS F. PETRI DE AQVILA MIN. CONVENT.

In Tertium librum Sententiarum.

DISTINCTIO I.

Circa diſtinctionem primam quæritur.

Vtrum incarnatio ſit poſſibilis?

Seraphicus Bona. 3. Sent diſtinct. 1. q. 1.
Scotus 3. ſenten. diſtinc. 1. q. 1.
D. Thomas 3. parte q. 2. Artic. 3.
Ricardus 3. ſenten. diſtinc. 1. q. 1.
Durandus 3 ſenten. diſtin. 1. q. 1.
Ioannes Bacconitanus 3. ſent. diſtin. 1. q. 1.

QVAESTIO II.

CVM venerit plenitudo. Circa tertium librum ſententiarū quæritur 1. Vtrum incarnatio ſit poſſibilis? Videtur, quòd non, quia actus purus, & infinitus non eſt alicui componibilis, vel unibilis, ſed verbum diuinum eſt actus purus, & infinitus, ergo. Probatio maioris. Componibile caret perfectione eius cum quo componitur: ſed infinitum non caret aliqua perfectione, ergo nō ē alicui cōponibile.

Vide diſt. 8 primi libri. q. 1.

¶ Præterea plus diſtant natura creata, & increata, quā contraria, ſed contraria nō poſſunt vniri, ut ponit Ariſtoteles, ergo ſimiliter natura creata, & increata non poſſunt vniri.

4. met. con- tex. 9.

¶ Præterea incarnare eſt agere, ergo incarnari eſt pati: ſed verbum diuinum nō poteſt pati, ergo ſimiliter non poteſt incarnari.

¶ Præterea inter vnibilia debet eſſe proportio: ſed finiti ad infinitum nulla eſt proportio, ergo natura humana, quæ eſt finita non poteſt vniri verbo diuino, quod eſt infinitum.

¶ Præterea vltimo ſic. Omnis dependentia terminatur ad aliquid independens, & abſolutum, ſed verbum diuinum non eſt abſolutum, ergo non poteſt terminare dependentiam naturæ humanæ ad ſuppoſitum, & per conſequens non eſt poſſibilis incarnatio.

¶ Contra, plus poteſt Deus facere quàm homo poteſt loqui. Iuxta illud. Apud Deum non eſt impoſſibile omne verbum, ſed homo poteſt dicere Deus eſt incarnatus, ergo incarnatio eſt poſſibilis. In illa quęſtione ueritas eſt certa, quia ꝙ filius Dei ſit incarnatus eſt articulus fidei.

Lucæ 1.

¶ Præterea quod eſt factum eſt poſſibile fieri: ſed incarnatio eſt facta. Iuxta illud. Verbum caro factum eſt, ergo incarnatio eſt poſſibilis.

Ioann. 1.

OPORTET ergo inſiſtere in declarando hanc poſſibilitatem, vbi ſunt plures viæ, vel opiniones. Vna opinio dicit ſic, quando eſt una forma, quæ continet virtualiter formam cui competit aliquis actus: poteſt ei competere ſimilis actus. Exemplum huius Ignis habet calefacere, & quia ſol continet uirtualiter formam ignis, ideo ſol poteſt calefacere. Ex hoc arguitur ſic. Illud quod continet virtualiter ſuppoſitum creatum poteſt agere vicem ſuppoſiti creati, vel humani, ſed ſuppoſitum diuinum continet uirtualiter ſuppoſitum creatum, ergo poteſt gerere vicem ſuppoſiti creati, vel humani, ſed ſuppoſitum humanum ſuſtentat naturam humanam, ergo hoc poteſt ſuppoſitum diuinum, ſed iſta ſuppoſitatio

Varro lib. 3 q. 1.

Vide D. Thomam in 3. diſt. 1. q. 9.

eſt incarnatio, ergo incarnatio eſt poſſibilis.

¶ Cōtra illam uiam arguitur dupliciter. Primo ſic. Illud quod eſt ratio continendi multas perfectiones dicit perfectionē ſimpliciter, ſed ſuppoſitum diuinum nō dicit perfectionem ſimpliciter, ergo non eſt ratio continendi iſtas perfectiones, uel multa ſuppoſita diſtincta. Minor probatur, tum quia opinans concedit eam, tum quia ſi ſuppoſitum filii diceret perfectionem ſimpliciter ſequeretur quòd aliqua perfectio eſſet in una perſona, quæ non eſſet in alia.

¶ Secūdo ſic. Ratio perſonalitatis ita eſt proportionata naturæ ſicut natura, eſt proportionata perſonę, ſed non obſtante, ꝙ eſſentia diuina contineat omnem creaturam eminenter non tamen poteſt eſſe eſſentia formaliter alicuius perſonæ creatæ, ergo ſimiliter dato, quòd ſuppoſitum diuinum cōtineat ſuppoſitum creatum, adhuc non poterit ſupplere vicem perſonalitatis creatæ.

SECVNDA uia declarans, poſſibilitatem incarnationis eſt iſta Prius poteſt eſſe ſine ſuo poſteriori, ſed ſingularitas naturę ē prior perſonalitate, uel ſuppoſito, ergo poteſt ſeparari ab eo, & per conſequens ab alio ſuppoſito ſuſtentari, & ſic fuit in incarnatione, quia natura aſſumpta fuit abſoluta a ſuppoſito proprio & ſuppoſitata a ſuppoſito ſic. Prius pōt ſeparari a poſteriori, ſed natura ſpecifica eſt prior ſingulari, ergo poteſt eſſe in effectu aliqua natura ſpecifica, & tamen non ſingularis, & ſic redibit error Platonis. Reſpondetur, quòd non eſt ſimile, quia ſingularitas eſt idem realiter, quod ipſa natura, & ideo non poteſt fieri natura, quin ſit ſingularis, ſuppoſitum autem non eſt idem realiter, quod natura ſuppoſitata.

Soluto iſta implicat unum dubiū ¶ Sed iſta ſolutio implicat unum dubiū neceſſario diſcutiendum, quia ex eius ſolutione habebunt aliquæ concluſiones euidentiā, oportet enim uidere quid addit ſuppoſitum, uel perſona ſuper naturam Et dicunt aliqui, quod addit præciſe negationem dependentiæ, quia ſi adderet aliquid poſitiuum, ſequeretur, ꝙ natura humana in Chriſto eſſet imperfectior, quia in aliis hominibus, quia in Chriſto non ponitur natura humana cū illo poſitiuo. In aliis autem hominibus ponitur cum illo poſitio.

¶ Præterea ſecundum Dama. Quod eſt inaſſumptibile eſt incōmunicabile, ſed nihil eſt in natura humana, quod ſit incommunicabilę, ergo nihil eſt inaſſumptibile, ſed ſuppoſitum eſt inaſſumptibile, ergo non dicit aliquid poſitiuum. *Lib. 3. c. 25*

¶ Aliis uidetur oppoſitum, quia ſi ſuppoſitum dicit præciſe negationem dependentiæ, ſequeretur, ꝙ anima ſeparata ſit perſona, quia non dependet.

¶ Præterea perfectio ſimpliciter non dicit præciſe negationem, ſed perſona dicit perfectionem ſimpliciter, ergo.

¶ Præterea. Non eſt incommunicabilis negatio niſi per affirmationem, ſed ſuppoſitum, uel perſona dicit incommunicabilitatem, ergo non dicit præciſam negationem. Poteſt tamen teneri prima opinio, ꝙ perſona dicit negationem dependentiæ, ſed eſt triplex negatio dependentiæ, ſcilicet negatio dependentiæ actualis, & negatio dependentiæ aptitudinalis, & negatio dependentiæ potentionalis, & iſtæ negationes reperiuntur in perſonis diuinis, quia nec actu dependent, nec aptē natæ ſunt depēdere, nec poſſunt dependere. Duę autem negationes ſufficiunt ad perſonalitatem in creaturis, & propter defectum negationis dependentiæ actualis natura humana in Chriſto non eſt perſona, & propter defectum ſecundæ dependentiæ anima ſeparata non eſt perſona, & per hoc patet ſolutio primi argumenti primæ opinionis.

¶ Ad ſecundum argumentum patuit. Sufficit enim, quod non dicit imperfectionem, dato, quod non dicat perfectionem ſicut innaſcibilitas in patre non dicit imperfectionem. *Lib. 1. diſt. 28. q. 2.*

¶ Ad tertium cōcedo, quod ſicut aliqua natura eſt communicabilis per identitatem ut in diuinis, uel per informationē. Ita ſuppoſitum eſt incōmunicabile incōicabilitate oppoſita huic duplici cōicabilitati, quia non eſt cōicabile per idētitatem nec per informationem. Et cum dicitur, ꝙ nulla negatio eſt incōicabilis de ſe, uerum eſt ut quo, negatur, ut qđ.

TERTIA uia declarãs poſſibilitatem incarnationis eſt iſta, licet res unius generis non poſſit eſſe alterius, pōt tamē habere modū alterius generis ſicut accidens

dens quamuis non poſſit eſſe resde genere ſubſtantiæ, tamen poteſt habere modum ſubſtantiæ, ſicut in ſacramento altaris ubi eſt accidens ſine ſubiecto, ergo ſicut accidens poteſt eſſe ſine ſubiecto, ita ſubſtantia ſiue natura humana poteſt induere hunc modum, ut ſit in alieno ſuppoſito, ſic ponitur in incarnatione, ſcilicet ꝙ natura humana ſit in alieno ſuppoſito.

¶ Contra probare unum creditum per aliud creditum non haberet inde maior euidentia quęſiti. Sed ſicut eſt credita incarnatio, ita creditum eſt accidens eſſe ſine ſubiecto, ergo.

Contra Henricum ubi ſupra. ¶ Pręterea. Quando dicitur, ꝙ res unius generis poteſt induere modum alterius generis: hoc eſt falſum de modo proprio illius generis. Accidens enim in euchariſtia non induit modum proprium ſubſtātiæ, quia modus propriè ſubſtantiæ eſt eſt non dependere actualiter, vel aptitudinaliter. Accidens autem in euchariſtia dependet aptitudinaliter. Nec ualet ſi adducitur illud philoſophi, ꝙ differentia ſubſtātiæ habet modum qualitatis: quia non intendit ibi philoſophus de modo proprio generis qualitatis, ſed intendit imponere multiplicitatem huius nominis, quale & in uoce dicitur per modum qualis. *5. met. contex. 19.*

QVARTA via eſt iſta. Quanto res ſunt magis diſtinctę, & diuerſę, tanto magis unibiles. Nam indiuidua unius ſpeciei non poſſunt ſic uniri ſicut res diuerſorum generum, ſed creatum, & increatum maximè diſtant, & differunt, ergo poſſunt adinuicē uniri. Rō nō valet, quia diſtantia inter extrema unibilia non eſt ratio unionis, ſed ratio unionis inter diſtantia de quibus ponitur exemplum eſt poſſibilitas in uno extremo, & actus in altero, quod in propoſito non poteſt poni, quia nec uerbum eſt actus humanæ naturæ, nec econtrario, & ſic lapis, & homo maxime poſſent facere unum, & tamen non poſſunt. Et ideo declaratur iſta poſſibilitas aliter ſic. Independens inquantum independens poteſt terminare dependētiam alterius ad ipſum, quod natum eſt habere talem terminum, ſed ſuppoſitum diuinum eſt independens, & dependentia humanæ naturę eſt nata habere perſonam per termino, & non naturam, ergo perſona diuina independēs poteſt terminare dependentiam naturę humanæ ad ipſam, & hęc eſt incarnatio. *Exemplum.*

¶ Pręterea. Quod non repugnat perfectioni naturæ, vel perſonæ diuinæ pōt poni in ea. Sed incarnatio nō repugnat pfectioni diuinæ naturę, nec perſonæ, ergo, &c. Minor probatur. Quia illa incarnatio nihil aliud eſt niſi terminatio dependentiæ naturæ humanæ ad ſuppoſitum diuinum, & ſic non ponit limitationem, uel compoſitionem, uel imperfectionem in diuina perſona. Quod declaratur ſic. Quicquid eſt perfectionis in creaturis debet attribui Deo amota omni imperfectione, ſed ſuſtentare in ſubſtantia eſt perfectionis, informari autem ab accidente eſt imperfectionis, ergo ſublato hoc ſecundo, primum poteſt manere in Deo, & ſic poteſt ſuſtentare humanam naturam ſine informatione, vel imperfectione. *Quid ſit incarnatio.*

¶ Ad primum in contrarium cum dicitur, actus purus, & infinitus non eſt alicui componibilis. Dico ꝙ uerum eſt ſi ſicut pars componitur, uel unitur cum toto, quia tunc caret aliqua perfectione, ſed bene eſt vnibilis. i. potens terminare dependentiam alterius ad ipſum. *Quō actus purus nō ſit componibilis.*

¶ Ad ſecundum dico, ꝙ non eſt ſimile de vnione contrariorū, & naturæ creatæ, & increatæ, quia natura creata, & increata formaliter non repugnant, ideo poſſunt uniri, contraria uero formaliter repugnant ideo non uniuntur. Et cum dicis, plus diſtāt natura creata, & increata, ꝙ contraria, hoc non ualet, quia plus diſtāt res diuerſorum generum, quàm res eiuſdem generis, & tamen res diuerſorum generum poſſunt uniri, res autem unius generis ſicut album, & nigrum non poſſunt uniri.

¶ Ad tertium cum dictis. Incarnari ē pati, dico ꝙ Priſcianus dicit, ꝙ quædā ſunt verba, quæ in uoce paſſiua ſignant actionem, vt uniri, quædam quæ in uoce actiua ſignant paſſionem, ut uideo, & illo modo intelligendum ē in propoſito, cum dicitur natura diuina humanæ naturæ vniri, non ꝙ natura diuina aliquid patiatur, ſed ꝙ natura diuina vnit ſibi naturam humanam. *An incarnari ſit pati? Incarnare, & incarnari, ſe habent ſicut amare & amari.*

¶ Aliter poteſt dici, ꝙ incarnare, & incarnari habent ſe ſicut amare, & amari, ſed

amari non eſt pati, ergo nec incarnari.

Opinio Sco. Scotus uero dicit, ꝙ incarnari non eſt paſſiuum ei correſpondens, quod eſt incarnare ſecundum rem, ſed uocaliter tantum, ſed paſſiuum reale ſibi correſpondens eſt aſſumi, unde tres incarnant actiuæ, ſed una ſola terminat incarnationem & illa dicitur incarnari non tamen paſſiuæ.

¶ Ad quartum dico, quòd maior eſt uera ſi intelligatur de proportione, quæ attenditur in conuenientia ordinis, ſi auté intelligatur de proportione, quæ eſt commenſuratio quantitatis, non eſt uerum. Nunc autem inter creaturam, & Deum eſt conuenientia ordinis pro eo, ꝙ natura rationalis eo ipſo, quòd eſt imago Dei nata eſt ordinari ad ipſum immediatè, ideo conceditur proportio, quæ ſufficit ad hanc unionem.

¶ Ad ultimum dico, quòd dependentia poteſt terminari ad aliquid independẽs, dato, quòd illud non ſit abſolutum. Et ſic eſt in propoſito, quia ſuppoſitum uerbi eſt independens.

Vtrum una perſona poſſit incarnari ſine alia?

D. Bonauen. 3. ſententiarum diſtinctio. 1. queſtio 2.
Scotus 3. ſententiarum diſtinctio. 1. quæſtio 2.
D Thomas 3. parte q. 3. Artic. 4.
Ricardus 3. ſenten diſtin. 1. q. 2.

QVAESTIO II.

SECVNDO quæritur. Vtrum una perſona poſſit incarnari ſine alia? Videtur, quòd non, quia ſecundum ſanctos opera trinitatis de extra ſunt indiuiſa, ſed incarnatio eſt opus trinitatis, ergo.

¶ Præterea maior eſt unio ypoſtatica, quam beatifica, ſed in unione beatifica anima nõ poteſt uniri uni perſonæ, quin uniatur alijs, ergo ſimiliter natura humana non poteſt uniri uni perſonæ, quin uniatur alteri. Contra. Verbum caro factum eſt, ſed uerbum eſt perſona filij, ergo ſolus filius eſt incarnatus. *Ioann. 1.*

¶ In iſta queſtione primo ponam concluſionem, ſecundo concluſionis declarationem.

Incarnatio comparatur ad Deũ duobus modis. QVANTVM ad primum dico, ꝙ incarnatio comparatur ad Deum, ut ad cauſam efficientem, uel ut ad cauſam terminantem. Si primo modo, quia opera trinitatis ſunt indiuiſa, dico, ꝙ una perſona non efficit incarnationem ſine altera. Si autem loquamur de incarnatione ſecundo modo, dico, quòd non una perſona potuit incarnari, & quia de facto eſt incarnata ſine altera.

Declaratio cõcluſionis. HANC concluſionem declaro dupliciter. Primo ſic. Licet tres perſonę ſint in una eſſentia, tamen tres perſonæ ſunt tres ſubſtantiæ perſonales, ſed incarnatio terminatur ad ſubſtantiam, ergo una perſona poteſt incarnari ſine alia.

¶ Pręterea effectus ponitur nullibi niſi per applicationem virtutis ſuę cauſę, ſed incarnatio eſt effectus trinitatis, & trinitas applicat ad unam ſubſtãtiam, uel perſonam, ergo una perſona poteſt incarnari ſine alia.

Dubium. ¶ Sed occurrit hic dubium, quòd illud eſt ratio terminandi incarnationem per quod continetur ſuppoſitum creatum, & per quod natura aſſumpta eſt in potentia obedientiali, ſed illud eſt eſſentia nõ perſona, ergo eſſentia eſt ratio terminandi incarnationem, ſed eadem eſſentia in tribus perſonis, ergo una perſona non poteſt incarnari ſine alia.

Solutio dubij. ¶ Solutio huius dubij patet ex præcedenti queſtione. Supponit enim in iſto dubio, quòd quia terminans incarnationem continet ſuppoſitum creatum ideo poteſt gerere eius uicem quod eſt ſuperius improbatum, quia ratio poſſibilitatis incarnationis, ut uiſum fuit eſt quia ſuppoſitum diuinum eſt independens, & independens inquantum independẽs poteſt terminare dependentiam alterius ad ipſum, & ſic ratio incarnationis non eſt continentia, ut dubium aſſumit, ſed eſt independentia.

Quo opera trinit. ſint indiuiſa. ¶ Ad primum principale, opera trinitatis ſunt indiuiſa in ratione cauſæ efficientis, tamen in ratione cauſæ terminatiuæ

non

una poteſt terminare incarnationem, & non altera.

¶ Ad ſecundam non eſt ſimile de unione beatifica, & ypoſtatica, quia in unione beatifica terminus formalis unionis eſt eſſentia diuina, quæ eſt una in tribus. In unione autem ypoſtatica formalis terminus eſt, proprietas relatiua, ideo non concludit argumentum, &c.

Vtrum tres perſonæ poſſint aſſumere eandem naturam numero?

Seraphicus Bonauent. 3. ſentent. diſtin. 1. q. 3. Art 1.

Scotus tertio ſententiarum diſtinctio. prima. quæſt. 2.

D. Thomas tertia parte quæſtio tertia. Articul. 6.

Ricardus tertio ſententiarum diſtinctio 1. quæſt. 4.

Durandus tertio ſententiarum diſtinctio. 1. quæſtio 3.

QVAESTIO III.

TERTIO quæritur. Vtrũ tres perſonæ poſſint aſſumere eandem naturam numero? Videtur quod ſic, quia natura antequam aſſumatur ab aliqua perſona eſt a qualibet per ſe diuiſim aſſumptibilis, ponatur ergo quòd omnes ſe habeant ad aſſumptionem huius naturæ, uel ergo omnes aſſumerent, & habeo propoſitum, uel nulla aſſumeret, quod eſt inconueniens, uel una aſſumeret, & altera non, & hoc non poteſt poni, quia non uidetur ratio quare potius, uel prius aſſumatur ab una perſona quam ab alia.

¶ Præterea Natura humana in Chriſto antequam aſſumeretur a filio erat aſſumptibilis a patre, ergo, & modo eſt aſſumptibilis a patre. Probatio conſequentiæ. Ideo erat aſſumptibilis a patre, quia erat in potentia obedientiali, ſed ita eſt nũc iſta natura in potentia obedientiali ſicut tunc, ergo ita eſt aſſumptibilis modo ſicut tunc.

¶ Contra. Anſelmus in libro cur Deus homo dicit, quòd plures perſonæ eundem hominem aſſumere nequiuerunt. *Cap. 9.*

¶ Præterea. Si plures perſonæ poſſunt aſſumere eãdem naturam, argueretur per ſillogiſmum expoſitorium ſic. Iſte homo eſt hic pater, iſte homo eſt hoc filius, ergo hic pater eſt hic filius, ſed illud eſt impoſſibile, ergo, & illud ex quo ſequitur.

¶ In iſta quæſtione ſunt tres articuli, ſecundum quòd circa eam ſunt tres opiniones, duæ ſunt extremæ, & tertia mediat.

PRIMA eſt Bonauenturæ, quòd plures perſonæ, non poſſunt aſſumere eandem naturam numero, quia omnis aſſumptio terminatur ad aliquam unitatem, ſed ſi plures perſonæ aſſumerẽt eandem naturam iſta aſſumptio non terminaretur ad aliquam unitatem, ergo. Probatio minoris. Si iſta aſſumptio terminaretur ad aliquam unitatem, uel hoc eſſet in natura aſſumpta, uel in natura ſumente, ſed non poteſt in natura aſſumpta poni, quia aſſumere eſt ad ſe ſumere, & ſic natura aſſumpta debet trahi ad modum naturæ aſſumentis, & non econuerſo. Non enim poteſt poni unitas ex parte naturæ aſſumentis in illa aſſumptione, quia uel hoc eſſet ex parte eſſentiæ, uel ex parte perſonæ, ex parte eſſentiæ, non poteſt poni, quia natura humana non transfertur in diuinam, nec poteſt poni ex parte perſonæ ſi ponis quod aſſumatur a pluribus perſonis. *Lib. 3. q. 1* *Quid ſit aſſumere.*

¶ Præterea. Illud quod conuenit eſſentiæ diuinæ propter ſui infinitatem non poteſt competere alicui naturæ creatæ, ſed quod eſſentia ſit in pluribus perſonis conuenit ſibi per ſuam infinitatem, & immenſitatem, ergo non poteſt competere alicui naturæ creatæ, & per conſequens nulla natura creata poteſt aſſumi a pluribus ſuppoſitis.

¶ Præterea. Suſtentificatio actiua ex parte perſonæ eſt infinita, ſuſtentificatio paſſiua ex parte naturæ eſt finita, ſed quando infinitum ſuſtẽtificat finitũ euacuat oẽm potentiã finiti, ergo non

eſt potentia in iſta natura, ut ſuſtentifice tur ab alio ſuppoſito.

¶ Pręterea perfectiori modo ſuſtentifica tur natura humana in ſuppoſito diuino, quam in ſuppoſito humano, ſed natura humana ſuſtentificata, uel ſuppoſitata in ſuppoſito humano non poteſt ab alio ſuppoſito ſuſtentificari, ergo &c.

D. Thom. in 3. parte q. 3. artic 6. lib. 3 q. 5. ALIA eſt opinio Thomæ, quod licet plures perſonæ non poſſint aſſumere eandẽ ypoſtaſim, bene tamen poſſunt aſſumere hanc naturam. Hanc opinionem confirmat Varro tripliciter.

¶ Primo ſic. Natura eſt prior ſuppoſito, quia illud eſt prius, quod poteſt eſſe ſine altero, ſed natura poteſt eſſe ſine ſuppoſito, quia Chriſtus aſſumpſit naturam, & non ſuppoſitum. Tunc arguitur ſic. Ad multiplicationem poſterioris non neceſſario ponitur multiplicatio prioris. Sed ſuppoſitum ẽ poſterius natura, ergo propter multiplicationem ſuppoſiti nõ oportet multiplicare naturam ſuppoſiti, & ſic non impoſſibile eſt eandem naturam in pluribus eſſe.

¶ Secundo ſic. Diſtinctio relatiua non ẽ cauſa diſtinctionis in abſolutis: Sed diſtinctio in natura eſt abſolutorum, diſtinctio autem in ſuppoſitis eſt relatiuorum, ergo propter diſtinctionem, & multiplicationem ſuppoſitorum non oportet ponere diſtinctionem, & multiplicationem naturæ.

¶ Tertio ſic, eadem anima poteſt eſſe in pluribus partibus corporis naturaliter, & idem corpus in pluribus locis ſupernaturaliter. Ergo multo magis eadem natura in pluribus ſuppoſitis.

Opinio Sco. TERTIA opinio eſt Scoti, qui dicit. Quia aut ponitur formalis terminus incarnationis eſſentia, aut proprietas relatiua. Si ponitur, quod eſſentia ſit formalis terminus incarnationis, dicit, quod plures perſonæ mediante eſſentia poſſunt aſſumere eandem naturam numero. Si autem ponatur, quòd formalis terminus incarnationis ſit proprietas relatiua ſiue

Pulchra rationes. perſona. Tunc eſt impoſſibile, quòd plures perſonæ mediante eſſentia poſſunt aſſumere eãdem naturam numero. Quod probatur ſic. In omni dependentia eſſentiali unum dependens præciſè dependet ad unum quod totaliter terminat eius dependentiam, ſed in illa aſſumptio ne eſt dependentia eſſentialis unius naturæ, & una perſona totaliter terminat eam, ergo idem non poteſt hoc modo dependere ad plures perſonas, & aſſumi a pluribus perſonis. Maior probatur. Quia impoſſibile eſt idem cauſatum habere plures cauſas eſſentiales uno genere cauſandi a quibus dependeat. Tunc enim aliquid poteſt eſſe ab aliquo, ut a cauſa quo poſito, & remoto nihilominus eſſet. Minor probatur etiam quia perſonalitas cauſata totaliter terminat dependentiam naturæ, & iſta ſtante non poſſit habere aliam: ſed non minus terminat eam perſonalitas perſonæ diuinę, quam perſonalitas perſonæ creatæ. Si teneatur iſta opinio, quæ ueriſſima eſt, non oportet reſpondere ad argumenta primæ opinionis. S. Bonauenturæ, quia non ſunt contra eam. *Opinio Sco. veriſſima.*

¶ Ad primum ſecundæ opinionis dico, quòd non oportet quodcunque prius manere indiſtinctum poſita diſtinctione in poſteriori, maxime quando eſt poſterius, quòd totaliter terminat dependentiam prioris: Nunc autem ſic eſt ſuppoſitum reſpectu naturæ humanæ, ſcilicet ſuppoſitum filij. Eodem modo poteſt dici ad ſecundum. Vel dicitur, quòd relatio quæ ſequitur abſolutum non facit diſtinctionem in eo. Nunc autem ſuppoſita diuina ſi aſſumerent eandem naturam iſta diſtinctio procederet. *Lib. 3. q. 1.* *Relatio quæ ſequitur abſolutum non facit diſtinc. in eo.*

¶ Ad tertium dico, quòd non eſt ſimile. In illis enim exemplis non eſt formalis repugnantia. Hic autem ſcilicet, quòd natura creata ſit in pluribus ſuppoſitis eſt repugnantia formalis. Tum quia eſſet infinita, vt deducebat una ratio primæ opinionis, & infinitas repugnat creaturæ: tum quia eſſentialis dependentia terminatur ad unum totale independens. *Infinitas repugnat creaturæ.*

¶ Ad primum principale dico, quòd tres perſonæ poſſunt agere ad aſſumptionem vnius naturæ effectiuæ non autem terminatiuæ, quia ad impoſſibile nulla eſt potentia. Hoc autem eſt impoſſibile, ut dictum eſt, quòd eadem natura ſuppoſitetur a pluribus ſuppoſitis.

¶ Ad ſecundum nego conſequentiam, ad probationem cum dicitur, quod ideo eſt aſſumptibilis natura, quia ẽ in potẽtia obedientiali, concedo antequam aſſumeret, ſed

poſtquam

poſtquam aſſumpta eſt ab uno ſuppoſito iam reducta eſt ad actum, & ideo ſtante illo actu non pôt reduci ad alium actum, quemadmodum ſuperficies eſt in potentia ad albedinem, & nigredinem ſtante ipſa ſubalbedine non poteſt reduci ad actum nigredinis.

Vbi ſupra.

¶ Ad primum in contrarium dico, quòd Anſelmus dicit, quòd plures perſonæ eũdem hominem aſſumere nequeunt ſi pſona diuina eſt primus, & formalis terminus incarnationis.

¶ Ad ſecundum de ſillogiſmo expoſitorio dico, quòd ſillogiſmus expoſitorius, non concludit niſi quando illud quod aſſumitur uerificatur ſolum de vno, ſi autem poteſt uerificari de alio tunc nõ ualet.

Exemplum.

Exemplum huius, ut dicatur ſic. Hic motus eſt actio, hic motus eſt paſſio, ergo actio eſt paſſio, non ualet, quia motus in maiori, & minori uerificatur pro eodem; & ſic eſt in propoſito ideo non concludit.

DISTINCTIO II.

Circa diſtinctionem ſecundam quæritur.

Vtrum ſi homo non peccaſſet Deus Incarnatus fuiſſet?

Alex. Alenſis 3. par. q. 2. membro 13.
Scotus 3 ſent. diſt. 7. q. 3. dubio 1. & diſtinctio 32.
D. Thom. 3. par. q. 1. Ar. 3.

QVAESTIO I.

ET quia in homine tota natura. Circa iſtam diſtinctionem ſecundam, quæritur primo. Vtrum ſi homo non peccaſſet Deus incarnatus fuiſſet? Videtur, quòd non, quia Apoſtolus ad Galat. dicit, quòd Deus miſit filium ſuum ut eos qui ſub lege erant redimeret, ſed ſi non fuiſſet, peccatum non fuiſſet, ergo nec incarnatio.

Cap. 3.

¶ Præterea Anſelmus dicit, quòd ideo Deus factus eſt homo, ut homines redimeret, quod facere non poterat non Deus.

Lib. de conceptione Virginis.

¶ Præterea ubi non eſt infirmitas, non oportet ponere medicum, ſed ſi homo non peccaſſet non fuiſſet infirmitas, ergo non fuiſſet medicus, ſed Deus incarnatus eſt noſter medicus, igitur.

¶ Contra. Chriſtus eſt prædeſtinatus ab æterno ſecundum Apoſtolum, peccatum autem eſt temporale, ſed nullum temporale eſt cauſa æterna, ergo homo ſi non peccaſſet adhuc Deus incarnatus fuiſſet.

Rom. 1.

¶ In iſta quæſtione ſunt duo articuli, ſecũdum quòd de eo ſunt duæ opiniones.

VNA eſt Thomæ, & multorum ſequentium eum, quòd ſi homo non peccaſſet Deus non fuiſſet incarnatus, quia circa factum incarnationis debemus tenere, quod dicit ſcriptura, & doctores Sancti, ſed Doctores Sancti, & ſcriptura dicunt, quod ſi homo nõ peccaſſet Deus non fuiſſet incarnatus, ergo. Probatio minoris per Apoſtolum ad Galathas. Item Aug. dicit, quod ſi homo non peccaſſet, Chriſtus in mundum non ueniſſet. Item gloſa ſuper prima Epiſtola ad Timothæum primo dicit ſic. Nulla cauſa ueniendi fuit Chriſto domino noſtro niſi peccatores ſaluos facere, tolle morbos tolle uulnera, nulla eſt cauſa medicinæ. Item Anſelmus dicit, quæ erat cauſa incarnationis niſi ut caro, quæ peccauerat redimeretur. Item Leo Papa in ſermone. Si homo non peccaſſet, creator creaturam non fuiſſet factus.

D. Thom. 3. par q. 1. ar. 3.
Cap. 3.
In libro de uerbis domini.
Cap. 1.
Lib. de Incarnatione uerbi.

¶ Præterea, ſecundo principaliter ſic. Si Deus fuiſſet incarnatus ante peccatum, aut fuiſſet propter dignitatem, aut propter neceſſitatem. Non propter dignitatem, quia nobilior eſt natura angelica, quam humana, & tamen non aſſumpſit naturam angelicam. Non etiam propter neceſſitatem, quia ſi non fuiſſet peccatũ nulla fuiſſet miſeria, nec neceſſitas.

Vide D. Bona. in 2. ſenten. diſt. 1. q. 2.

ALIA eſt opinio quam teneo. Si homo non peccaſſet adhuc Deus incarnatus fuiſſet. Eſt tamen ſciendum, quod de incarnatione poſſumus loq dupliciter, uel quantum ad ſubſtantiam incarnationis, in ſe, uel quãtũ ad finẽ incarnationis

Scotus ĩ 3. diſt. 7. q. 3

qui

mo non peccaſſet Deus incarnatus fuiſſet loquendo de ſubſtantia incarnationis in ſe, licet non fuiſſet incarnatus, ut Redemptor, quod probatur ſic. Circa factum incarnationis ſtandum eſt dictis ſanctorum, ſed ſancti dicunt, quod ſi homo non peccaſſet adhuc Deus incarnatus fuiſſet, ergo. Probatio maioris. Nam *Cap. 3.* glo. Bernardi ſuper illud Ionæ. Si propter me tempeſtas hic orta eſt, dicit, ꝙ Diabolus uidit naturam humanam debere aſſumi a Deo, & ex inuidia excitauit hominem ad peccandū, ut Deus carnem uitio, uel peccato infectam non aſ- *3. De tri.* ſumeret, & Auguſtinus dicit, quòd cum multi eſſent modi redimendi genus humanum, tamen uoluit redimere iſto modo ut magis alliceret hominem ad ſui amorem, ſed magis alliciebatur ad ſui amorem ſi fuiſſet aſſumptus in ſtatu innocentię.

¶Tertio ſic. Summum bonum in natura humana non debet eſſe occaſionatum, ſed incarnatio Dei eſt ſummum bonum in natura humana, ergo non debet eſſe occaſionata, ſed incarnatio fuiſſet occaſionata, ſi fuiſſet facta propter peccatum, ergo.

¶Præterea, homo eſt compoſitus ex duplici ſubſtantia, ſcilicet intellectuali, & ſenſibili, & ſecundum utranque eſt beatificabilis, ſed non poteſt ſecundum partem ſenſitiuam beatificari, in uidendo diuinam eſſentiam, ergo beatificabitur ſecundum hanc partem uidendo Chriſti humanitatem, ergo, ſi Deus non fuiſſet incarnatus, homo non fuiſſet quantum ad utranque partem beatificabilis, uel perfecte beatus, & hoc eſt quod dicit Au- *Lib. de ſpiritu, & anima.* guſtinus. Ipſe Deus factus eſt homo, ut totum hominem in ſe beatificaret, & paſcua inueniret intus, & foris, foris paſcua in carne Saluatoris, intus in diuinitate Creatoris.

¶ Ad primum alterius opinionis dico, quod omnes illę auctoritates negāt Deū non fuiſſe incarnatum ut Redēptorem, quod concedo, quia ſi non fuiſſet peccatum non fuiſſet redemptio, ſed non negant Deum non fuiſſe incarnatum, loquendo de ſubſtantia incarnationis præciſe.

¶Ad ſecundum dico, quod Deus aſſumpſit naturam humanam non propter neceſſitatem miſeriæ, quæ ex peccato oritur ut tu arguis, ſed propter neceſſitatem perfectę beatitudinis, ut oſtendebat tertia ratio mea, & pro eo, quod ſummum bonum in natura humana non debet eſſe occaſionatum, ſicut ponit ſecunda ratio. *Cur Deus aſſumpſerit naturam humanam,*

¶Ad duo principalia patet ex prædictis.

¶Ad tertium dico, quòd non fuiſſet medicus tollens infirmitatem, ſed fuiſſet medicus præſeruans ab infirmitate, & largiens perfectam fęlicitatem.

Vtrum Deus poſſit aſſumere naturam rationalem, quæ non frueretur eo?

Scotus 3. ſententiarum diſtinct. 2. q. 1.

QVAESTIO II.

SECVNDO quæritur. Vtrum Deus poſſit aſſumere naturam rationalē, quæ non frueretur eo? Et uidetur quod nō, quia maior eſt unio ypoſtatica quam ſit unio animæ ad Deū per gratiam in gloria, ſed anima non poteſt uniri Deo per gratiam in gloria, quę fruatur eo, ergo.

¶Præterea idem ſuppoſitum non poteſt eſſe fruens, & non fruens, quia ſunt contradictoria, ſed ſuppoſitum diuinum fruitur, ergo ſi natura aſſumpta non frueretur, idem ſuppoſitum eſſet fruens, & non fruens quod eſt impoſſibile, ergo.

¶Cōtra, Deus poteſt aſſumere naturam irrationalem, quia eſt in potentia obedientiali, ſed iſta natura ſic aſſumpta, nō frueretur Deo, ergo non ſequitur ex vi unionis, quod natura aſſumpta fruatur, ergo poteſt natura humana aſſumi, & tamen non frui.

¶In iſta quæſtione ſunt duo articuli ſecundum duas opiniones.

VNA dicit, quod non eſt poſſibile, quòd Deus aſſumat naturam humanam rationalem, & nō fruatur eo, quia ubi eſt obiectum beatitudinis perfecte præſens & potentia diſpoſita, neceſſario ſequitur *Henr. quolib. 6. q. 6.*

fruitio

fruitio, ſed ſi Deus aſſumeret naturam rationalem ibi eſſet obiectum beatitudinis præſens, & potentia diſpoſita, ergo ſequitur fruitio.

¶ Præterea potentiæ animæ fundãtur in eſſentia animæ, ergo beatitudo animæ redundant in potentiis, ſed ſic anima aſſumpta a Deo eſt beata in eſſentia, ergo redundat in potentiis, ſed beatitudo potentiarum dicitur fruitio, ergo.

¶ Præterea. Si Deus ſic aſſumeret naturam rationalem, & non frueretur eo, tũc talis natura poteſt mereri, uel demereri, & per conſequens damnari, & ſic homo aſſumptus a Deo ypoſtaticæ poteſt damnari, ſed hoc uidetur inconueniens.

In prohemio primi libri met. ¶ Præterea actio eſt ſuppoſiti, ergo ſi Deus aſſumeret humanam naturã, quæ poteſt peccare, ſequeretur, quod Deus poſſet peccare, quod uidetur omnino abſurdum.

ALIA opinio eſt, quod Deus de potentia abſoluta poſſet aſſumere naturam rationalem, quæ non frueretur eo, quod probatur ſic. Primus poteſt ſeparari a poſteriori, ſed eſſe eſt prius operari, ergo poteſt ſeparari ab operatione, ſed aſſumptio eſt ad eſſe, fruitio autem eſt operatio, ergo poteſt eſſe aſſumptio naturæ, & non ſequi fruitio.

¶ Præterea actione realiter differentes, quæ ſcilicet non ſunt adinuicem connexę eſſentialiter poſſunt per diuinam potentiam ſeparari, ſed tales actiones ſunt aſſumptio, & fruitio, patet enim i beatis qui fruuntur Deo, & tamen non aſſumũtur ad unitatem ypoſtaticam, ergo iſtæ actiones poſſunt ſeparari, per conſequẽs poteſt eſſe aſſumptio naturæ, & non ſequitur fruitio.

¶ Præterea. Si ex ui unionis neceſſario ſequitur fruitio cum terminus unionis ſit perſona, ſequitur, quòd immediatus terminus fruitionis ſit perſona, quod falſum eſt.

Opinio aliorum. ¶ Præterea arguunt aliqui ſic. Ratio entis eſt prior ratione boni, ſicut ſubiectũ eſt prius paſſione, ergo Deus poteſt manifeſtare eſſentiam ſuam ſub ratione entis, non manifeſtata ſub ratione bonitatis, ſed eſſentia beatificat ſub ratione bonitatis, ergo, &c.

¶ Vltimo ſic, ſi neceſſario ſequitur fruitio natura aſſumpta, aut hoc eſt ratione obiecti, aut ratione potentiæ. Non ratione obiecti, quia tale obiectum eſt diuina eſſentia, quæ nullũ actum cauſat ad extra neceſſario. Non etiam ratione potentiæ, quia uoluntas nõ neceſſitatur reſpectu ultimi finis eſt clare uiſi ut probatur. ¶ Ex hoc patet ad primum argumentum alterius opinionis cum dicitur *Lib. 2. diſt. 24.* ubi eſt obiectum præſens, & potentia diſpoſita, neceſſario ſequitur fruitio, nõ ualet, quia obiectum nõ neceſſario cauſat, & uoluntas non eſt potentia naturalis, ſed libera. ¶ Ad ſecundum concedo eo modo, quo competit eſſentiæ animæ beatificari, ita redundat in potentiis. Sed eſſentia non beatificatur, in iſto illapſu niſi ſecundum eſſẽ qui non eſt actus ſecundus, & ideo non redundat in potentijs fruitio, qui eſt actus ſecundus. ¶ Ad tertium, & quartum quæ habent eandẽ difficultatem dicitur dupliciter. Vno modo, quòd natura illa aſſumpta quamuis non frueretur adhuc non peccaret, quia eſſet confirmata in gratia, ſicut beata uirgo, quæ fuit confirmata in gratia, & nunquam peccauit. ¶ Aliter dicitur, quod ſicut Deus per communem illapſum eſt in rebus deformatis, & tamẽ ipſe in nullo deformatur. Sic Deus per iſtum illapſum ſpecialem eſſet in natura deformata, & tamen nulla nõ eſſet deformatio in eo, ſicut Deus immortalis aſſumpſit naturam mortalem. Puto tamen, ꝙ prima ſolutio ſit melior. *Solutio prima eſt melior.* ¶ Ad primum principale dico, quòd non ualet, quia iſtæ duæ uniones qua anima unitur Deo per gratiam, & qua natura unitur Deo ypoſtaticę non ſunt eiuſdem rationis, & ideo non ſequitur in iſta unione eſt fruitio, ergo in iſta. ¶ Ad ultimum dicitur, ꝙ contradictoria non poſſunt dici de eodem ſecundũ idẽ, ſed ſecundum diuerſa poſſunt dici, & ſic eſt in propoſito, quia illud ſuppoſitũ non eſt fruens, & non fruens, ſecundum idẽ, ſed ſecundum diuerſas naturas. Diceretur enim fruens ſecundum diuinam naturam, & non fruens ſecundum aſſumptam, ideſt, natura aſſumpta eſſet non fruens.

Vtrum Deus poſſit aſſumere naturam irrationalem?

Scotus 3. ſent diſtinct. 2. q. 1.

QVAE-

QVAESTIO III.

TERTIO quæritur. Vtrum Deus poſſit aſſumere naturã irrationalem? Videtur quòd non, quia quanto aliqua natura eſt nobilior, tanto eſt in potentia ad nobiliorem perfectionem, ſed natura rationalis eſt nobiliſſima creaturarum, ergo eſt in potentia ad nobiliſſimam perfectionem. Sed nobiliſſimum, quod ponitur in natura rationali eſt, quod ſit unita Deo, ergo hoc non competit naturæ irrationali.

¶ Præterea maior unio requirit maiorẽ diſpoſitionem, ſed iſta aſſumptio eſt maxima unio, ergo requirit maximã diſpoſitionem. Sed iſta diſpoſitio fit per gratiam cuius natura irrationalis non eſt capax, ergo non poteſt aſſumi.

¶ Pręterea. Impoſſibile eſt quòd aliquid inſit alicui niſi habeat appetitum ad illud, ſed natura irrationalis non habet appetitum ad illam aſſumptionẽ, ergo probatio minoris, quia ille appetitus eſſet fruſtra cum numquam ſit reducturus ad actum.

¶ Contra. Auguſtinus contra Voluſianum, in rebus mirabilibus tota ratio facti eſt potentia facientis, ſed Deus eſt potentiæ infinitæ, ergo.

¶ Præterea Deus potuit aſſumere naturam rationalem, quia eſt in potentia obedientiali natura irrationalis, ergo potuit aſſumi.

¶ In iſta quæſtione ſunt duo articuli ſecundum duas opiniones.

Vide Henricum, ubi ſupra.

VNA dicit, quòd Deus non poteſt aſſumere naturam irrationalem, quia quod implicat contradictionem non eſt a Deo factibile. Vnde 6. Ethicorum dicitur, quod hoc ſolo priuatur Deus ingenita facere, quæ facta ſunt. Sed iſta aſſumptio implicat contradictionem, ergo &c. Probatio minoris, quia natura irrationalis aſſumpta eſſet perſonata, & non perſonata, quæ contradicunt. Eſſet enim perſonata, quia iſta aſſumptio eſſet ad ſuppoſitum diuinum, id eſt Deo autem perſonæ, & ſuppoſitum ſunt idem realiter. Eſſet etiam non perſonata, quia perſona eſt intellectualis naturæ indiuidua ſubſiſtẽtia. Nunc autem natura irrationalis non eſt intellectualis.

Cap. 3.

Quid ſit perſona.

¶ Præterea in omni creatura eſſentia, & potentia proportionantur, ergo ſicut eſſentia aſſumitur ad unionem, ita potentia aſſumitur ad fruitionem. Sed potentia naturæ irrationalis non poteſt aſſumi ad fruitionem, ergo nec eius eſſentia ad unionem.

¶ Præterea cui repugnat, quod ẽ minus, repugnat quod eſt maius, ſed uni beatifica, quæ eſt minor unione ypoſtatica repugnat naturæ irrationali, ergo, & unitas ypoſtatica, & per conſequens non poteſt aſſumi.

¶ Præterea propter communicationem idiomatum dicimus, quod Deus eſt homo, & homo eſt Deus, & hæc communicatio idiomatum eſt, quia duæ naturæ ſunt in eodem ſuppoſito. Sed ſi Deus aſſumeret naturam irrationalem, puta lapidem duæ naturæ eſſent in eodem ſuppoſito, & poſſet dici, Deus eſt lapis, & lapis eſt Deus, quod uidetur inconueniẽs.

¶ Præterea Auguſtin. dicit, quod Deus aſſumpſit hominem, quia eſt ad imaginem Dei, ſed natura irrationalis non eſt ad imaginem Dei, ergo non poteſt aſſumi.

In libro de ſpiritu, & anima.

ALIA opinio eſt, quam teneo, quod Deus poſſet naturam irrationale aſſumere, hoc probatur. Quod continet perfectionem ſuppoſiti creati poteſt ſupplere uicem illius. Sed ſuppoſitum diuinũ continet perfectionem cuiuslibet ſuppoſiti creati, ergo poteſt ſupplere uicẽ ſuppoſiti leonis, & aſſumere leonem. Sed hæc ratio parum ualet ut oſtenſum eſt ſupra. Ideo probatur aliter ſic. Si Deus non poſſet aſſumere naturam irrationalem, aut hoc eſſet ex parte Dei, aut ex parte creaturæ. Sed non ex parte Dei, tũ quia independens poteſt terminare dependentiam alterius ad ipſum, tum quia ex hoc nulla ponitur imperfectio in Deo ut oſtenſum eſt ſupra, non etiam ex parte creaturæ, quia illa quæ habent uniformem modum uiuendi, & dependendi poſſunt eodem modo aſſumi. Sed natura rationalis, & irrationalis habent similẽ modum dependendi, & rationalis poteſt aſſumi, ergo, & irrationalis.

In 1. q. huius tertij.

¶ Præterea corpus mortuum non eſt na-

tura

tura rationalis, ſed I triduo corpus Chriſti fuit uere mortuum, & tamen uere unitum Deo, quia ſecundum Damaſcenum, quod ſemel aſſumpſit nunquam dimiſit, ergo non repugnat Deo uniri naturæ irrationali.

Lib. 3. c. 26 uel 73. tertius.

¶ Ad primum alterius opinionis negetur minor, & cum dicitur, perſonarum, & non perſonatum contradicunt. Dico, quòd uerum eſt ſi uniformiter accipiantur. Sed ſi in propoſito natura ſic aſſumpta diceretur perſonata, & non perſonata, diceretur quidem perſonata extraneæ, ſed non perſonata intraneæ, & iſta non contradicunt.

¶ Ad ſecundum concedo, quòd eſſentia & potentia proportionantur, & cum dicitur eſſentia non poteſt aſſumi ad unionem n ſi potentia aſſumatur ad fruitionem, iſta poteſt negari ut patet ex præcedenti quæſtione.

¶ Aliter ad argumentum dico, quòd propoſitio tunc habet ueritatem quãdo potentia aſſumpta eſt apta nata frui. Potentia autem irrationalis naturæ non eſt apta nata frui, igitur.

¶ Ad tertium concedo, quòd cui repugnat minus eidem, repugnat maius ſi ſunt eiuſdem rationis, ſed illæ uniones non ſunt eiuſdem rationis. Ideo non ſequitur naturæ irrationali repugnat unio beatifica, ergo & ypoſtatica.

Opinio aliorum.

¶ Ad quartum dicunt aliqui, quòd ſicut dicitur Deus homo, & homo Deus, propter communicationem idiomatum. Ita ſi Deus aſſumeret lapidem Deus diceretur lapis, & lapis Deus, quia ita eſſent hic duæ naturæ in eodem ſuppoſito ſicut ibi.

Opinio aliorum.

¶ Alii dicunt, quòd non oportet, quia Deus in triduo uniebatur corpori mortuo, & tamen non dicebatur, Deus eſt corpus, & corpus eſt Deus, accipiatur ſolutio, quæ plus placet.

¶ Ad ultimum Auguſtini dico, quòd Auguſtinus loquitur de congruo, quia conguentius eſt, quòd Deus aſſumat naturam rationalem, quam irrationalem, ſed non negat per hoc a Deo potentiam aſſumendi quamcunque naturam.

¶ Ad primum principale dico, ꝙ quanto aliqua natura eſt perfectior, tanto eſt in potentia ad nobiliorem perfectionem loquendo de potentia naturali, ſed hoc non obſtante natura irrationalis eſt per potentiam obedientialem, in potentia ad iſtam perfectionem.

¶ Ad ſecundum dico, ꝙ unio per inhærentiam requirit diſpoſitionem, & maior unio maiorem diſpoſitionem. Iſta autem unio, quæ eſt naturæ aſſumptæ ad Deum non eſt per inhærentiam, ſed per quendam illapſum ſpecialem.

¶ Ad tertium dico, & ad maiorem, quòd ipſa eſt uera de eo quod ineſt per potentiam naturalem.

¶ Aliter poteſt dici ad maiorem, ꝙ natura habet appetitum ad omne id quod poteſt terminare eius depẽdentias, & quia ſuppoſitum diuinũ poteſt terminare dependentiã cuiuſlibet naturæ, ideo quælibet natura ſi eſt ſuppoſito priuata haberet appetitum ad ipſam. Et cum dicitur, ꝙ talis appetitus eſt fruſtra. Nego illud quia quamuis non ſit reductus ad actum eſt tamen reducibilis.

DISTINCTIO III.

Circa diſtinctionem tertiam quæritur

Vtrum virgo fuerit concepta in peccato originali?

Seraphicus Bonauent. 3 ſentent. diſtin. 3. q. 2. Art. 1.
Scotus tertio ſententiarum diſtinctio. 3. q. 1.
D. Thomas tertia parte quæſtio 27. Art. 2.
Ricardus tertio ſententiarum diſtinctio 3. quæſt. 3.
Durandus tertio ſententiarum diſt. 3. q. 4.

QVAESTIO I.

QVAERITVR conſequenter de incarnatione uerbi. Circa iſtã diſt. 3. quæritur primo. Vtrũ uirgo beata fuerit concepta i peccato originali?

Videtur, ꝙ ſic, quia ille qui eſt filius Adæ ſecundum rationẽ ſeminalem habet peccatum originale, ſed uirgo beata fuit filia Adæ ſecũdum rõnem ſeminalẽ ergo.

¶ Præterea Dam. dicit ꝙ ſpiritus ſanctus purgauit eã, ſed purgatio ẽ a peccato, ergo habuit peccatum, ſed non habuit peccatum actuale, ergo habuit originale. *Cap. 18.*

¶ Con-

¶ Contra, Auguſtinus lib. de natura, & gratia cum de peccatis agitur nullam uolo de Maria facere mentionem.

Cap. 18. ¶ Præterea Anſelmus de conceptu Virginis. Decuit ut mater Dei ea puritate niteret qua maior ſub Deo nequit intelligi, ſed pura innocentia poteſt ſub Deo eſſe, ergo habuit puram innocentiam. Sed pura innocentia excludit peccatū originale, ergo non habuit peccatum originale.

¶ In iſta quæſtione eſt uidendum quid ſit peccatum originale, ſed hoc patet lib. 2. quære ibi. Lib. 2. diſ. 3

INSISTENDO igitur circa quęſtionem propoſitam ſunt de ea duæ opiniones. Vna dicit, quòd habuit peccatū originale, quod probatur ſic. Primo auctoritatibus, dicit enim Auguſtinus de fide ad Petrum. Firmiſſimè tene, & nullatenus dubites omnem qui per concubitum maris, & fœminæ naſcitur, cum originali peccato naſci. Item Anſelmus in li. Cur Deus homo. Virgo ipſa in iniquitatibus concepta eſt, & peccatis concepit eam mater ſua. Itē Leo in ſermone de Natiuitate Domini. Sicut a reatu nullum liberum repperit, ita curandis omnibus uenit. Item Bernardus in Epiſtola ad Lugdunenſes dicit, quòd habuit peccatum originale & repræhendit eos de celebratione conceptionis Virginis. Item de conſecrat. diſt 3. in gloſa. Conceptio non eſt celebranda, quia concepta eſt in originali peccato.

D Thom. 3. par. q. 27. art. 2
Cap. 23.
Cap. 16.
Cap. 28.

¶ Præterea. Arguitur per rationes quarū prima eſt Bernardi i Epiſtola ad Lugdunenſes. Si non habuit peccatum originale, aut ſanctificata fuit ante conceptum, aut in conceptu, non ante conceptum, quia nondum erat, nec in conceptu, quia in cōceptu fuit libido.

¶ Præterea. Chriſtus eſt uniuerſalis redemptor omnium, ſed ſi uirgo beata non habuiſſet originale peccatum, tunc non indiguiſſet redemptore.

¶ Præterea. Si non habuit originale peccatum ianua cœli erat ſibi aperta, ergo ſi fuiſſet mortua ante Paſſionē Chriſti, uiſſet ad uitam æternam.

¶ Præterea ipſa fuit propagata communi lege, & eius corpus fuit conceptum ſecundum rationem ſeminalem, ſed omne tale habet originale, ergo.

¶ Vltimo ſic, ex effectu arguitur cauſa, ergo ubi eſt pœna peccati ibi eſt peccatum, ſed in Virgine erat pœna peccati originalis, puta mors, ergo in ea fuit peccatum originale, igitur.

ALIA opinio dicit, quòd non eſt concepta in originali peccato. Ad cuius euidentiam aliqui notant, quòd conceptio eſt duplex, ſcilicet conceptio ſeminum, & conceptio naturarum. Cōceptio ſeminum eſt, quando ſemina concurrūt. Sed conceptio naturarum eſt quando anima creatur, & infunditur corpori. Peccatum autem originale, non ponitur præciſe in conceptione ſeminum, quia res irrationalis non eſt ſubiectum peccati. Peccatum autem originale ponitur in conceptione naturarum, quia cum anima infunditur corpori infecto inficitur, & ipſa, & iſto modo probatur, quod uirgo non fuit concepta in originali peccato, quod probatur. Primo per Auguſtin. li. de natura, & gratia, ſicut allegatum eſt ſupra. Item per Anſelmum de conceptu Virginis. Decuit ut ea puritate niteret qua maior ſub Deo nequit intelligi. Itē Linconienſ. dicit, & clare, quod non habuit originale. Idem dicit Anſelmus in quodam libello quem ſpecialiter fecit de illa materia, & hoc idem dicit Rich. de ſancto Victore in ſremone de conceptione. Cap. 3. Cap. 18.

¶ Præterea arguitur per rationes ſic. Filius debet exhibere matri omnem honorem ſibi poſſibilem, ſed poſſibile eſt eſſe Virginem ſine originali, ergo. Probatio minoris, pro eodem inſtanti pro quo anima eſt ſuſceptiua culpæ, eſt etiam ſuſceptiua gratiæ, ſed pro primo inſtanti creationis, & infuſionis anima eſt ſuſceptiua culpæ, ergo, & gratiæ Sed anima habens gratiam nō habet originale, ergo potuit præſeruari ab originali. Rationibus arguitur.

¶ Præterea Chriſtus immediatius uidetur fuiſſe reparator ab originali, quam actuali culpa, quia neceſſitas incarnationis, & paſſionis communiter aſſignatur ex peccato originali, ſed Deus præſeruauit Virginem a peccato actuali, ergo prę ſeruauit eam a peccato originali.

¶ Præterea, ſi non habuit minus peccatum in genere, ſcilicet ueniale, nec maius, ſcilicet originale cui debetur pœna æterna, alteri temporalis.

¶ Præ-

¶ Præterea dicit Saluator. Inter natos mulierum,&c. Aut ibi Chriſtus loquitur de non peccante,aut reſurgente a peccato. Si primum falſum eſt,quia Maria maior eſt Ioanne Baptiſta,ſi ſecundum,ſcilicet de reſurgente, & beata Virgo fuiſſet in peccato,& reſurrexiſſet, ipſa iterũ non fuiſſet maior Ioanne quod non dicitur,quia ſecundum Auguſtinum de natura,& gratia ipſa præſeruata fuit a culpa actuali,& veniali.

Matth. c. 11

Cap. 3.

¶ Ad auctoritates autem,quæ adducuntur pro alia opinione. Reſpondetur ſic, quòd quilibet filius Adæ naturalis eſt debitor iuſtitiæ originalis, & ſi caret ea in ſe uel in aliquo æquiualenti, ſicut eſt gratia, habet peccatum originale, & quilibet quantum eſt de ſe contraheret originale peccatum niſi præſeruaretur a Deo, & ſic beata uirgo contraxiſſet originale peccatum niſi fuiſſet priuilegiata,& ſic intelligunt ſancti ubique, quia uirgo fuit præſeruata ex ſpeciali priuilegio,ideo nõ habuit originale peccatum. Sed reſpondetur ad quamlibet auctoritatem per ſe.

¶ Ad primam Auguſtini concedo,quod quilibet habet originale quantũ ex parte parentum,ſed in ſe non oportet ſi præſeruetur a Deo.

¶ Ad ſecundum dicitur, quod Anſelmus non dicit id aſſerendo,ſed ex quadã ſuppoſitione diſcipuli, quod ſi uirgo eſſet concepta in peccato,adhuc caro Chriſti fuiſſet munda. Vel dicitur,quod tũc Anſelmus fuit illius opinionis,tamen poſtmodum per miraculum informatus oppoſitum tenuit,ut patet in Epiſtola quã ſcripſit ad Epiſcopos Angliæ ubi dicit. Non credo eum eſſe uerum amatorẽ Virginis,qui reſpuit celebrare feſtum conceptionis.

¶ Ad tertium dicitur,quod communis modus ſanctorum eſt cum loquuntur in communi de aliqua materia non excludere aliquem dato,quod de facto ſit excluſus,& quia Leo loquebatur in communi,ideo non fecit mentionem ſpecialem de Virgine quamuis ipſa ſit excluſa a reatu.

¶ Ad quartum, ad Bernardum dicitur, quod ſuum dictum non aſſeruit,quia correctioni Domini Papæ illam Epiſtolam ſupponit. Aliter dicit, quidam doctor.ſ. Varro,quod Bernardus retractauit poſt mortem apparens cuidam monacho Clarevallis, apparens enim ei fulgidus,& lucidus apparuit una macula in eius pectore,quam dixit ſe habere pro eo, quod dixit Virginem eſſe conceptam in originali peccato. Et ſi illa reſponſio non placet negandus eſt in hoc,nec derogat ſanctitati eius,quia non ſemper ſancti a ſpiritu ſancto locuti ſunt,propter quod Hieronimus, Auguſtinus,Cyprianus ſibi cõtradicunt in his,quæ non ſunt ſimpliciter contra fidem.

Quære Varronem hic.

¶ Ad illud decreti dicitur,quòd non eſt textus,ſed apparatus,quando autem apparatus eſt contra ſanctos non debemus eum tenere.

¶ Ad primam rationem dico, quod ratio bene concludit de conceptione ſeminum,& non de conceptione naturarum, ſicut declaratum eſt in principio huius opinionis.

¶ Ad ſecundum cum dicitur, quòd non indiguiſſet redemptore , dico quòd falſum eſt,imo maxime ipſa indiguiſſet redemptore,quia ipſa contraxiſſet originale niſi fuiſſet Deus mediator præueniẽs, & præſeruans ipſam.

Quo Virgo Maria indiguit redẽptore.

¶ Ad aliud dicunt aliqui, quòd non eſt inconueniens, quòd Chriſtus ſuæ Matri tantam gratiam contulerit, quòd ſi mortua fuiſſet ante Paſſionem iuiſſet ad cœlum.

¶ Aliter dicitur, quòd conſequentia nõ ualet,quia illud erat decretum diuinũ, quòd nullus ingrederetur cœlum ante Paſſionem Chriſti. Nam antiqui patres, qui erant in limbo,non habebant originale peccatum : imo habebant gratiam Dei, & tamen eis non erat ianua cœli aperta.

¶ Ad quartum dicatur ſicut ad rationem Bernardi.

¶ Ad ultimum dico,quod mors non eſt pœna peccati. Si enim fieret unus homo in puris naturalibus, & non haberet peccatum originale adhuc eſſet mortalis,& hoc patet de Chriſto,qui nullum habuit peccatum,& tamen fuit mortalis.

¶ Ad primum principale patet ex prædictis.

¶ Ad ſecundum dico,quòd Maria non fuit purgata per amotionem maculæ,ſed quia fuit præſeruata,& ei gratia infuſa.

Vnde

Cap. 10. Vnde Damaſ. dicit eam purgatam non a peccato quod intuit, ſed a peccato, quod infuiſſet, ſicut matrimonium excuſat a peccato, non quidem a peccato, quod in ſit, ſed a peccato, quòd ineſſet ſi non eſſet matrimonium.

Vtrum corpus Chriſti fuerit formatum ſubito uel in inſtanti?

D. Bona. 3. ſent. diſt. 4 q. 2.
Scotus 3. ſent diſtinct. 2. q. 3
D. Thom. 3. par. q. 2. Ar. 4.
Ricardus 3. ſenten. diſtin. 2. q. 4.

QVAESTIO II.

SECVNDO quæritur. Vtrum corpus Chriſti fuerit formatum ſubitò, uel in inſtanti? Videtur, quòd non, quia quando ex uno figurato fit aliud figuratum hoc non fit niſi per motum. Sed alia eſt figura carnis, alia figura ſanguinis, & corpus Chriſti fiebat ex ſanguinibus Virginis, ergo per motum, ſed motus non fit in inſtanti, ergo formatio illa non fuit in inſtanti.

¶ Præterea gloſa Chriſoſtomi in Epiſtola ad Hebræos dicit, quòd Chriſtus debuit per omnia fratribus aſſimilari in eo, quòd natus, & educatus. Sed corpus aliorum non formatur in inſtanti, ergo.

Lib. 3. ¶ In contrarium eſt Damaſ. qui ponit illam carnem ſubito formatam.

¶ In iſta quæſtione ſunt duo uidenda. Primo de formatione corporis humani in generali, ſecũdo de formatione Chriſti in ſpeciali.

¶ Circa primum adhuc duo ſunt uidenda. Primo in quanto tempore formatur fœtus. Secundo quæ membra primo formantur, & hæc li. 2. quære.

Lib. 2. diſt. 22. ar. 2. DE principali dico duas concluſiones. Primo, quòd corpus Chriſti potuit formari in inſtanti. Secundo quòd de facto fuit formatum in inſtanti.

¶ Prima concluſio probatur. Illa formatio fuit facta cooperatione ſpiritus ſancti, ſed ſpiritus ſanctus habet potentiam infinitam, uirtus autem infinita poteſt operari in inſtanti, ergo illa formatio potuit fieri in inſtanti.

SECVNDA concluſio probatur ſic, per Gregorium 18. Moralium. Nunciante inquit Angelo, & adueniente ſpiritu ſancto uerbum in utero mox fit caro. *Cap. 5.* Item Damaſ. dicit, quòd ſimul caro ſimul Dei caro ſimul caro animata. *Lib. 3.* Item Linconien. 2. de diuinis nominibus dicit illud corpus formatum eſt in termino indiuiſibili, ideſt in inſtanti.

¶ Ad argumentum in contrarium dicitur, quòd maior eſt falſa etiam de agente naturali, *Pulchrum exemplum.* quia ſi eſſet aqua in uno uaſe quadrato, & generaretur ex eo ignis, illa generatio eſſet inſtantanea, & in inſtanti, & ex uno figurato fieret aliud figuratum, quia aqua habens figuram quadratam tranſmutaretur in ignem, qui habet figuram ſphericam. Aliter dicitur, quòd maior non eſt uera de agente, quod habet potentiam infinitam. Nunc autem ſpiritus ſanctus habet potentiam infinitam.

¶ Ad ſecundum dico, quòd debuit per omnia fratribus aſſimilari in eo, quòd habuit corpus uerum, & ueram animã, ſed non quantum ad modum formationis corporis.

DISTINCTIO IIII.

Circa diſtinctionem quartam quæritur.

Vtrum uirgo beata fuerit aliquid cooperata actiuè in conceptione filii?

Seraphicus Bona. 3. ſent. diſtinct. 4. quæſt. 3. Art. 1.
Scotus 3. ſent diſt. 4. q. 1.
D. Thomas tertia parte quæſtio. 32. Articul. 4.
Ricardus tertio ſententiarum diſtinct. 4. q. 1. & 2.
Durandus 3. ſententiarum diſtinctio 4. quæſtio 2.
Ioan. Bacconitanus 3. ſententiarum diſtinct. 4. quæſt. 1.

QVAE-

QVAESTIO I.

CVM uero incarnatio. Circa iſtam diſtinctionem quartam, quæritur primo. Vtrum Virgo Beata fuerit aliquid cooperata actiuè in conceptione filii ſui? Videtur quod nõ, quia principia naturalia ſunt per ſe diſtincta, ſed mas, & fœmina ſunt principia naturalia, ergo ſunt per ſe diſtincta Sed mas eſt principium mere actiuũ, ergo mulier eſt principium mere paſſiuum.

¶Præterea uirtus finita non operatur in inſtanti, ſed uirgo habet uirtutem finitam, & illud corpus formabatur in inſtanti, ergo, &c.

¶Præterea principium actiuum in Maria eſt ratio ſeminalis, ſed Chriſtus non eſt conceptus ſecundum rationem ſeminalem, ergo Virgo Beata non ſe habuit actiuè in ipſa conceptione.

3. Ethi. c. 1. ¶Contra, uiolentum eſt cuius principiũ eſt extra non conferens uim paſſo, ergo ſi uirgo ſe non habuit actiue in illa conceptione, ſequitur, quod conceptio filii ſui fuerit uiolenta, & per conſequens nõ fuit uera mater eius quod eſt hæreticum dicere.

¶In iſta quęſtione ſunt duo uidenda. Primo principale quæſitum. Secundo ſi Virgo Maria eſt Dei genitrix appellanda.

D. Thom. 3. pars q. 32. ar. 4. CIRCA primum ſunt tres opiniones. Vna eſt D. Thomæ, quod Virgo Maria tantum materiam miniſtrauit, & non ſe habuit actiue in conceptione filii ſui, & probatur ſic. Virgo Maria habuit tantum illam potentiam in illa conceptione qua eſſe potuit mater, & non qua potuit eſſe pater. Sed patri competit potentia actiua matri autem potentia paſſiua tantum, ergo. Minorem non probat ipſe, ſed probatur ab aliis ſic. Ariſto. 15. de animalibus dicit, quod uirtus patris aſſimilatur arti, Matris uero ligno, igitur. Item *Pro hoc uide Auer. 5. met. com. 1.* Auicenna nono de animalibus repræhẽdit Galenum, qui ponebat in ſpermate fœmineo uim actiuam, & dicit quod in hoc ignorauit Galenus radicem ſcientiæ naturalis. Item dicit Auerrois, & facit talem rationem Si in ſpermate fœmineo eſſet uis actiua ad formationem fœtus, tunc mulier poteſt concipere ſine uiro, quod eſt falſum, conſequentia probatur. Agens debile poteſt inducere ſuam formam in materia bene diſpoſita. Sed ſanguis menſtruus, & mulier ſunt bene diſpoſita, ergo quantumcunque illa uis eſſet debilis mulier poſſet concipere. *Rationes Auerrois.*

SECVNDA opinio eſt quod uirgo non ſolum materiam miniſtrauit, ſed ẽt actiue ſe habuit in conceptione filii ſui, quia uirgo habuit illam potentiam per quam mulier eſt mater. Sed mater habet potentiam actiuam reſpectu prolis, ergo minor probatur per rationes Galeni.

¶Primo ſic, quod ex ſe inſpiſſatur habet uim actiuam. Sed ſperma fœmineum ex ſe inſpiſſatur, ergo habet uim actiuam, aſſumptum probatur per unam experientiam de muliere quæ patiebatur ſuffocationem matricis, & tamen non utebatur uiro, & hoc non erat niſi, quia ſperma fuerit inſpiſſatum in matricæ. *Exemplum de muliere.*

¶Secundo ſic, matrix habet uim retinendi ſperma proprium, tunc quæro ad quid retinet, quia aut propter materiam fœtus, & hoc non, quia illa materia ponitur menſtruum, aut retinet propter uim actiuam, & habetur propoſitum.

¶Præterea Scotus probat idem tripliciter ſic. Primo. Formæ eiuſdem ſpeciei habent potentiam eiuſdem ſpeciei. Sed mas, & fœmina ſunt formæ eiuſdem ſpeciei, per philoſophum, ergo habent potentiam eiuſdem ſpeciei. Sed mas habet potentiam actiuam reſpectu fœtus, ergo & mulier. *10. Met. cõ tex. 25.*

¶Secundo ſic, pater diligit filium ſuum ſicut opus ſuum per philoſophum. Sed naturaliter plus diligit mater filium ſuũ quam pater, ergo eſt opus ſuum. *8 Eth. c. 12.*

¶Tertio ſic, agens intendit ſibi aſſimilare paſſum, ſed filius pluries aſſimilatur matri, quam patri, ergo mater ſe habet actiuæ circa conceptionem filii.

¶Contra eſt opinio Doctoris uenerabilis D. Bonauenturæ, quod Virgo Beata habuit uirtutem diuinitus ſibi datam per quam adminiſtraret materiam illius *3 Sent. diſtin. 4 q. 2.*

lius conceptionis, materiam inquam, quæ non ſolum habuit rationem materiæ ſeu potentiæ paſſiuæ, ſed etiam ſufficientiam, & uirtutem ad prolis productionem. Ex his opinionibus accipiatur quæ plus placet. Inter omnes autem tertia uidetur mihi rationabilior.

¶De ſecundo principali dico, quod Virgo Maria eſt mater, & Dei genitrix appellanda ſicut patet per Dama. Dei inquit genitricem ſanctam Virginem prædicamus. *Lib 3. c. 8.*

¶Præterea ipſa habuit omnia, quæ requiruntur ad ueram matrem, quia concepit, & peperit. Iuxta illud Luce. Ecce concipies, & paries filium. *Cap. 1.*

¶ Præterea propter communicationem ideomatum quæcumque dicuntur de illo homine dicuntur de Deo. Sed de iſto homine dicitur, quod eſt filius Virginis, ergo Deus eſt filius Virginis, & per conſequens Maria eſt mater Dei.

¶ Præterea, ſicut ſe habet filius Dei ad Virginem matrem, ſic filius hominis ad Deum patrem. Sed Chriſtus eſt filius Dei patris, ergo filius Dei eſt filius Virginis matris.

¶ Ad primum principale dicitur, quòd principia naturalia non ſunt diſtincta per hoc in propoſito, quòd unum dicatur mere actiuum, alterum mere paſſiuum Sed per hoc, quòd unum eſt actiuum principalius ſicut pater, aliud minus principale ſicut mater.

¶Ad aliud dicitur, quod uirtus finita poteſt agere in inſtanti ſi ſunt remota omnia impedimenta a principio paſſiuo. Nam propter indiſpoſitionem principii paſſiui agens agit in tempore.

¶Ad tertium dicitur, quod non ualet, illud eſt principium actiuum, ergo producit ſecundum rationem ſeminalẽ, quia principium actiuum, in plus ſe habet quam ratio ſeminalis.

Vtrum Chriſtus poſſit dici filius ſpiritus ſanctus?

Seraphicus Bonauent. 3. ſentent. diſtinctio. 4. q. 2.

QVAESTIO II.

SECVNDO quæritur. Vtrum Chriſtus poſſit dici filius ſpiritus ſancti? Videtur quod ſic, quia pater dicitur pater per hoc, ꝙ producit filium ad eſſe, ſed ſpiritus ſanctus produxit Chriſtum ad eſſe perfectius quam pater carnalis producat filium ſuum, ergo ſpiritus ſanctus eſt pater Chriſti.

¶Præterea cõceptionem filii perfectius operatur ſpiritus ſanctus quã Beata Virgo, ſed Virgo eſt mater Chriſti, ergo ſpiritus ſanctus eſt pater Chriſti. In contrarium eſt Magiſter in litera. Ad hanc quæſtionem breuiter reſpõdeo, & dico, quod iſta eſt falſa locutio ſpiritus ſanctus eſt pater Chriſti, quia iſta filiatio, & paternitas aut recipiuntur ratione naturę, aut ratione ſuppoſiti Chriſti, ſpiritus ſanctus non dicitur pater Chriſti ratione naturæ, nec ratione ſuppoſiti, ergo. Probatio minoris, ſ. ꝙ ſpiritus ſanctus nõ ſit pater Chriſti ratione naturæ, quia pater, & filius debent habere eãdem naturam, ſed Chriſtus, & ſpiritus ſanctus non habent eandem naturam, dico humanam, nõ diuinam, quia de humana loquimur, ergo Chriſtus non eſt filius ſpiritus ſancti ratione naturæ. *Vide D Bona. in 3. ſenten. diſt. 4. q. 2.*

¶ Probo ꝙ non ſit filius rõne ſuppoſiti, quia ſpiritus ſanctus potius ẽ a filio quã econuerſo, ſicut declaratũ eſt ſuperius. *Lib. 1. diſt. 11.*

¶Ad primũ principale dico, ꝙ pater eſt pater, quia producit filium ad eſſe, ita ꝙ eſt idem eſſe in patre, & filio. Nunc autẽ in Chriſto, & ſpiritu ſancto non eſt idem eſſe humanũ, uel eadem natura humana. Et per hoc patet ad ſecundũ. Nã Virgo fuit uera mater Chriſti, quia ipſum cõcepit, & humanam naturam in ſpẽ cum eo habet, quod non habet ſpiritus ſanctus.

DISTINCTIO V.

Circa diſtinctionem quintam quæritur.

Vtrum natura diuina aſſumpſerit, uel aſſumere potuit naturam humanam?

Sera.

Seraphicus Bona. 3. ſent. diſtinct. 5. quæſtio. 1. Artic. 3.
Scotus 3. ſententiarum diſtinct. 5. q 1.
D. Thomas tertia parte quæſtio. 3. Articul. 5.
Ricardus tertio ſententiarum diſtinctio. 5. q. 1.
Durandus 3. ſententiarum diſtinctio 5. quæſtio. 1.
Franc. de May. 3. ſent diſt. 5. q 1.
Ioan. Bacconitanus 3. ſententiarum diſtinct. 5. quæſt unica.

QVAESTIO I.

PRAETEREA inquiri ſolet. Circa 5. diſt. quæritur primo. Vtrum natura diuina aſſumpſerit, uel aſſumere potuit naturam humanam? Videtur ꝙ ſic, per Auguſtinum de fide ad Petrum. Illa inquit natura, quæ ſemper manet genita apud patrem noſtram naturã ſine peccato ſuſcepit.

¶ Præterea quando aliqua ſunt idẽ realiter quicquid conuenit uni conuenit alteri, ſed perſona, & diuina natura ſunt idem realiter, ergo quicquid conuenit uni conuenit alteri. Sed perſona diuina aſſumpſit humanã naturã, ergo ſimiliter natura diuina aſſumpſit naturã humanã.

¶ Præterea, illud quod cõtinet perfectionem ſuppoſiti creati poteſt uicem illius ſupplere. Sed eſſentia diuina cum ſit infinita continet perfectionẽ ſuppoſiti creati, ergo poteſt uicem eius ſupplere, & ꝑ conſequens naturam humanã aſſumere.

¶ Contra, quando aliqua ſunt in aliquo indiuiſibili quicquid unitur illi indiuiſibili unitur illis, quæ ſunt in eo. Exemplum ſi duæ lineæ ſunt unitæ pũcto quicquid unitur puncto unitur lineis. Sed perſonæ ſunt in eſſentia, quæ eſt indiuiſibilis, ergo quicquid unitur eſſentiæ unitur perſonis, hoc eſt falſum, ergo eſſe quod unitur perſonæ non unitur eſſentiæ ſiue naturæ. *Exemplum.*

¶ In iſta quæſtione ſunt duo uidenda. Primo de facto ſi natura diuina aſſumpſit humanam. Secundo de poſſibili, ſi potuit aſſumere.

DE primo dico duo. Vnum eſt, quòd illi qui ponuntur, quod ratio terminandi dependentiam naturæ ad ſuppoſitum eſt propter continentiam perfectionis ſuppoſiti creati in aſſumente habent neceſſario dicere, quod natura aſſumpſit naturam, quia naturæ competit continentia perfectionis, & non ſuppoſito, cum non dicat perfectionem ſimpliciter, ut alias eſt dictum.

¶ Secundo dico, quòd natura non aſſumpſit naturam. Cuius ratio eſt iſta. Illud aſſumit naturam quod eſt ratio formalis terminandi unionem naturæ aſſumptæ. Sed eſſentia non eſt ratio formalis terminandi unionem, & dependentiam naturæ aſſumptæ, ergo natura non aſſumpſit naturam, probatio minoris In quocunque eſt ratio formalis terminandi unionem illud formaliter terminat, ſed in patre formaliter eſt eſſentia, & pater non terminat formaliter illam unionẽ, ergo nec eſſentia, nec natura terminat illam unionem. *In 1. q. prima diſt.*

DE ſecundo articulo dicit una opinio, quod natura non poteſt aſſumere, naturam, quia omnis aſſumptio terminatur ad aliquam unitatem. Sed ſi natura diuina aſſumeret humanam, iſta aſſumptio non terminaretur ad aliquam unitatem, ergo, probatio minoris. Omnis unitas, quæ exurgit ex unitate aliquorum aut eſt ex illis tanquam ex imperfectis, aut tanquam ex perfectis. Sed ex unione naturæ diuinæ, & humanæ non exurgit unitas tanquã ex imperfectis, ut per ſe patet, nec tanquam ex perfectis, quia aut manerent ſaluatæ, & talis unio eſſet accidentalis, quod non conceditur in propoſito, aut tranſmutarentur adinuicem, quod eſt falſum, quia nec natura humana conuertitur in diuinam, nec e conuerſo.

¶ Contra iſtam opinionem obiicitur, q̃a probatio minoris arguit ab inſufficienti diuiſione, cum enim dicitur, quod unitas aliqua, uel eſt ex imperfectis, uel ex perfectis, oportet addere tertium membrũ, quod unitas eſt ex unione aliquorum, quorum unum eſt perfectum aliud imperfectum, ſiue minus perfectum, ita eſt in propoſito, quia natura diuina eſt perfectiſſima, natura autem humana minus perfecta. *Contra iſtã opinionem obiicitur.*

¶ Præterea ſub omnibus iſtis membris non comprehenditur iſta unitas, quæ eſt natu-

naturæ per illapſum qualis ponitur in propoſito.

¶ Præterea per eandem rationem pôt probari, quòd diuina perſona non poteſt aſſumere humanam naturam, ſicut patet deducendo eam per ſingula membra. Ideo dicitur ſecundum illam opinionem quòd aut de ratione aſſumé is eſt, quod habet incommunicabilem ſubſtantiam, aut quod habeat exiſtentiam ſingularé abſque incommunicabilitate. Si primo modo conceditur, quòd natura diuina non poteſt aſſumere naturam humanã, quia non habet incommunicabilem ſub ſiſtentiam. Si ſecundo modo conceditur quòd poteſt aſſumere, quia natura diuina habet per ſe exiſtentiam ſingulariſſimam.

¶ Ad primum in contrarium dicitur, ꝙ Aug. accipit ibi naturam pro perſona, nó pro eſſentia, quod patet, quia dicit illam naturam eſſe genitam, eſſentia autem diuina non generat, nec generatur, ut patuit. *Lib. 1. diſ. 5*

¶ Ad ſecundum argumétum difficile eſt reſpondere eis, qui dicunt eſſentiam, & ſuppoſitum diuinum diſtingui tantũ ratione, nec poſſunt bene ſaluare articulũ incarnationis. Sed ponendo ſicut alias dictum eſt, quod ſuppoſitum, & eſſentia nõ ſunt omnibus modis idem, quia eſſentia dicit entitatem communicabilem, ſuppoſitum autem incommunicabilem, patet, quod perſona poteſt aſſumere, & natura non poteſt.

¶ Ad tertium dictum eſt pluries, quia cõtinentia non eſt ratio terminandi, ſed in dependentia, & incommunicabilis ſubſiſtentia, quæ competit perſonæ. *Quæ ſit ratio terminãdi.*

Vtrum perſona aſſumere poteſt perſonam?

Scotus 3. ſent. diſt. 5 q. 1.

QVAESTIO II.

SECVNDO quæritur. Vtrum perſona aſſumere poteſt perſonã? Videtur, quòd ſic. Quando aliqua ſunt idem realiter unũ non poteſt aſſumi ſine ali[o], ſed natura, & perſona creata ſunt idem realiter, & natura eſt aſſumpta, ergo, & perſona eſt aſſumpta, probatio minoris. Si perſona non eſſet idem realiter cum natura, uel eſſet accidens uel ſubſtantia. Sed non eſt accidens, quia nullũ accidens eſt cauſa ſubſiſtendi, perſona uero eſt ratio ſubſiſtendi. Nec etiam eſt ſubſtantia, quia uel eſſet materia, uel forma, uel compoſitum, ſed nullum illorum poteſt dari, quia in quolibet, uel eſſent plures materiæ, uel formę plures, uel plura compoſita, ergo.

¶ Præterea ſuppoſitum dicit aliquid qđ ſpectat ad dignitatem, ſed omne tale dicit entitatem poſitiuam, ergo perſona, uel ſuppoſitum dicit entitatem poſitiuã. Sed omne ens poſitiuum poteſt aſſumi, ergo perſona poteſt aſſumere perſonam. In contrarium eſt Magiſter, & patet per Damaſ.

¶ In iſta quæſtione ſunt duo uidenda. Primo quid addit ſuppoſitum uel perſona ſuper naturam, & hoc patet in prima quæſtione huius tertii, & in probatione ſecundæ opinionis uide ibi. *Lib. 3. c. 2.*

¶ Secundo eſt uidendum ſi perſona poteſt aſſumere perſonam, id eſt naturam perſonatam. Et dico quod non, quia aut perſona dicit negationem depẽdentiæ, ut ponit una opinio, aut perſona dicit entitatem poſitiuam ſupra naturam, ut dicit alia opinio.

¶ Si teneatur prima opinio eſt ad quæſtionem talis ratio. Contradictoria non poſſunt ſimul ineſſe eidem. Sed ſi perſona aſſumeret perſonam. i. naturam perſonatam contradictoria ſimul ineſſent eidem, ergo perſona non poteſt aſſumere perſonam, probatio minoris. Contradictio eſt naturam depẽdere ad perſonam extrinſecã, & non dependere. Sed ſi aſſumeretur dependeret a perſona extrinſeca aſſumente. Si autem perſonaretur per ſonalitate propria non dependeret, ergo dependeret, & non dependeret. *1. Opinio.*

¶ Si autem teneatur, ſecunda opinio eſt ad quæſtionem talis ratio, omnis aſſumptio terminatur ad aliquam unitaté. Sed ſi perſona aſſumeret perſonam illa aſſumptio non terminaretur ad aliquam unitatem, quia nec ad unitatem naturæ, nec ad unitatem ſuppoſiti, ergo perſona non poteſt aſſumere perſonam. *2. Opinio.*

¶ Ad

¶Ad primum principale, ſi perſona addit entitatem ſuper naturam eſt difficile reſpondere, & optime uadit contra eam illa probatio de accidente, & ſubſtātia. Si autem teneatur, quod perſona dicit negationem dependentiæ, tunc non oportet, quòd ſi aſſumatur natura, quòd aſſumatur perſona, quia nec ponitur ibi identitas realis, nec ſequitur, quod addat ſubſtantiam, uel accidens ex quo dicit negationem dependentiæ.

¶ Ad ſecundum dico, quod perſona in creaturis dicit dignitatem materialiter ratione intellectualis naturæ, quam connotat, ſed non formaliter ratione incommunicabilitatis, quam ſuperaddit.

DISTINCTIO VI.

Circa diſtinctionem ſextam quæritur.

Vtrum in Chriſto ſint plura eſſe?

Scotus tertio ſententiarum diſtinctio. 6. q. 1.
D. Thomas tertia parte quæſtio 17. Arti. 2.
Ricardus tertio ſententiarum diſtinctio. 6. quæſt. 3.
Durandus tertio ſententiarum diſt. 6. q 2.
Ioan. Bacconitanus 3. ſententiarum diſtinct. 7. quæſt. 1.

QVAESTIO I.

EX præmiſſis autem contingenter. Circa iſtam diſtinctionem ſextam quæritur. Vtrum in Chriſto ſunt plura eſſe? Videtur, quod non, quia eſſe non eſt ſine ente, ergo ubi ſunt plura eſſe, ibi ſunt plura entia. Sed Chriſtus non eſt plura entia, quia tunc eſſet unum per accidens, ergo in Chriſto non ſunt plura eſſe.

Cap. 6. ¶ Præterea Anſelmus in Monologion. dicit, quod quemadmodum ſe habent lux lucere, & lucens, ſic ſe habent eſſentia eſſe, & ens. Sed unius lucentis eſt unum lucere, ergo unius exiſtentis eſt unum eſſe, ſed Chriſtus eſt unum exiſtens, ergo &c.

¶ Præterea, quæ dicunt diuerſa eſſe, ſi uniuntur faciunt unum per accidens, ergo in Chriſto non ſunt plura eſſe.

¶ Contra Auguſtinus, ſicut ab eo, quod eſt ſapere dicta eſt ſapientia, ita ab eo, quod eſt eſſe dicta eſt eſſentia. Sed ad diuerſas ſapientias ſequuntur diuerſa ſapere, ergo ad diuerſas eſſentias ſequuntur diuerſa eſſe. Sed in Chriſto ſunt plures, & diuerſæ eſſentiæ, ergo plura eſſe. *7. de tri c. 4. & 5.*

¶ In iſta quæſtione ſunt duo uidenda. Primo quomodo ſe habent in creaturis eſſentia, & eſſe. Secundo principale quæſitum.

DE primo ſunt tres opiniones. Vna Bonauenturæ, quod eſſentia, & eſſe differunt ratione ſolum. Alia Thomæ, quod differunt realiter. Alia Henrici de Gandauo, quod ſunt idem realiter, differunt tamen intentione, quæ non eſt differentia tantum per actum rationis ſicut partes diffinitionis. Quæ autem ſunt fundamenta harum opinionum, & quid ſit ponendum patet. *Lib. 1. diſt. 3. q. 1. 3 par q. 17. ar. 2.*

DE ſecundo articulo, ſi in Chriſto ſunt plura eſſe. De hoc ſunt duæ opiniones. Vna Thomæ, quod in Chriſto non ſunt plura eſſe, quod probatur ſic. Natura humana perfectius exiſtit in ſuppoſito diuino, quam in ſuppoſito humano. Sed ſi natura humana eſſet in ſuppoſito humano haberet tantum unum eſſe, & non haberet aliud eſſe ab eſſe ſuppoſiti, ergo.

¶Præterea pars adueniens alicui toti nō habet aliud eſſe, quam eſſe totius. Sed humana natura aduenit ſuppoſito diuino ſicut pars toti, ergo non habebit aliud eſſe.

¶Præterea accidens non habet propriū eſſe in ſubiecto, ſed humana natura habet in ſuppoſito diuino modum accidentis, ergo non habet aliud eſſe ab eſſe ſuppoſiti diuini, probatio maioris per philoſophum, ubi dicit, quod accidentia non ſunt entia niſi, quia entis. *7. Met. com tex. 2.*

¶Præterea omnia quæ ſunt in ſubiecto quanto ſunt quanta per unam quantitatem, ergo ſimiliter omnia, quæ ſunt in uno ſuppoſito habent unum eſſe per naturam, & ſuppoſitū unum.

¶Præterea confirmatur iſta opinio duabus aliis rationibus. Primo ſic, perſona

diuina, ſicut communicat naturæ humanæ ſubſiſtentiam, ita communicat exiſtentiam, ſed perſona diuina ſic communicat naturę humanæ ſubſiſtentiam, quòd non eſt ibi niſi unum eſſe ſubſiſtentiæ, ergo ſimiliter ibi non eſt niſi unum eſſe exiſtentiæ.

¶ Præterea ſicut perſona diuina habet infinitatem ſubſiſtentiæ, ita habet infinitatem exiſtentiæ, ſed propter infinitatem ſubſiſtentiæ ponitur tantum unum eſſe ſubſiſtentiæ, ergo ſimiliter eſt ibi tãtum unum eſſe exiſtentiæ.

5. Phy. contex. 7.

¶ Contra iſtam opinionem obiicitur primo ſic. Eſſe eſt formalis terminus generationis, ergo ubi eſt duplex generatio, ibi eſt duplex eſſe, ſed in Chriſto eſt duplex generatio, ſcilicet æterna, & temporalis, ergo in Chriſto eſt duplex eſſe.

2. De anima contex. 37.

¶ Præterea uiuere uiuentibus eſt eſſe, per philoſophum, ſed in Chriſto eſt duplex uita, ſcilicet diuina, & humana, ergo.

Pulchra rationes.

¶ Præterea anima informando corpus dat ſibi uerum eſſe, ſed in Chriſto eſt uera informatio animæ ad corpus, ergo ex hoc eſt ibi aliquod uerum eſſe. Sed illud non eſt eſſe verbi increati, ergo eſt aliud eſſe, & per conſequens ſunt in eo plura eſſe.

¶ Præterea ſi Deus dimitteret naturam illam aſſumptam ipſa non acquireret aliquod nouum eſſe, ſeu aliquam entitatem, quia ſequeretur, quòd eſſet perfectior in ſeipſa, quam in ſuppoſito diuino. Sed natura illa ſic dimiſſa habet propriũ eſſe, ergo ſimiliter exiſtens in ſuppoſitò diuino habet proprium eſſe, ſed illud eſſe non eſt eſſe uerbi increati, ergo eſt aliud eſſe.

¶ Præterea relatio præſupponit fundamentum, ſed iſta unio eſt quædam relatio, ergo præſupponit fundamẽtum. Sed illud fundamentum eſt natura humana, ergo habet proprium eſſe, & illud nõ eſt eſſe uerbi increati, ergo.

¶ Dico ergo ad quæſtionem duas conclusiones. Prima concluſio eſt, quòd in Chriſto eſt unum eſſe ſubſiſtentiæ. Secũda, quod in Chriſto ſunt plura eſſe exiſtentiæ.

¶ Prima concluſio probatur ſic, una perſona dicit unum eſſe ſubſiſtentiæ. Sed Chriſtus eſt una perſona, quia perſona diuina non aſſumpſit humanam perſonam ex quæſtione præcedenti.

¶ Secunda concluſio probatur per rationes factas contra primam opinionem, ſcilicet, quòd in Chriſto ſunt plures naturæ, plures generationes, & plures uitæ.

¶ Ad primum argumentum opinionis primæ dico, quòd ſicut natura humana exiſtens in ſuppoſito proprio non habet aliud eſſe ſubſiſtentiæ, ita eſſe exiſtens in ſuppoſito diuino non habet aliud eſſe ſubſiſtentiæ. Sed hoc non obſtante habet aliud eſſe, exiſtentiæ ab eſſe uerbi increati.

¶ Ad aliud de parte, & de toto dico, q̃d non eſt ſimile, quia quòd pars nõ habeat aliud eſſe a toto, hoc pro tanto eſt, quia pars informatur a natura totius, quod in propoſito dici non poteſt, quia natura humana non informatur a ſuppoſito diuino.

¶ Ad aliud de accidente negetur maior. Ad probationem dico, quod non allegatur auctoritas philoſophi, ſicut iacet, q̃a philoſophus dicit ſic, accidentia nõ ſunt entia niſi in eo, quòd taliter entis, & tũc dico, quod ly eo poteſt capi cauſaliter, & effectiue, uel formaliter, & entitatiue. Si primo modo concedo, ꝙ accidens eſt ens eo, ꝙ taliter entis. i. ꝙ cauſatur ab ente, quia oritur ex principiis ſubiecti. Si ſecundo modo dico, quòd accidens habet entitatem pręter entitatem ſubiecti.

Quò pars non habeat aliud eſſe a toto.

¶ Ad quartum de quanto dico, ꝙ non eſt ſimile, immo eſt ad oppoſitũ, ideo enim ea, quæ ſunt ſubiecto inſunt quanta per unam quantitatem, quia ponitur ibi una quantitas, ſed ſi ponerentur in ſubiecto plures quantitates non eſſent quãta per unam quantitatem, ſic eſt in propoſito, quia in Chriſto ſunt plures naturæ, ideo plura eſſe.

¶ Ad alias duas rationes, quæ habent eãdem uim, dico, ꝙ non eſt ſimile de ſubſiſtentia, & exiſtentia, quia ſubſiſtẽtia humanæ naturæ ſuppletur per ſubſiſtentiã extrinſecã per ſuppoſitum diuinum, q̃d eſt independens. Sed exiſtentia humanæ naturæ ibi non ſuppletur, ſed quẽadmodum ibi ponitur formaliter natura humana, ita ibi formaliter eius exiſtentia.

Ad principale argumentum.

¶ Ad primum principale cum dicitur Si in Chriſto ſunt plura eſſe, ergo ſunt plura entia. Nego conſequentiam, quia con

cre.

cretum non numeratur abſque numeratione ſuppoſiti, ſicut patet de homine habente ſcientias duas, quòd non dicitur duo ſcientes. Ita in propoſito non ſequitur ſunt duo eſſe, ergo entia. Sicut etiam dicimus, quòd in Chriſto ſunt duæ uoluntates, & tamen non ſequitur, ꝙ Chriſtus ſit duo uolentes, ſed unus uolens.

¶ Ad ſecundum dico, quòd eſt ad oppoſitum. Nam ideo in uno lucente eſt unum lucere, quia ponitur in eo una lux. Sed ſi eſſent in eo plures luces eſſent in eo plura lucere, & quia in Chriſto ſunt plures naturæ, ergo in eo ſunt plura eſſe.

Quæ ſit illa quæ faciut unum per accidens. ¶ Ad ultimum dico, quòd illa, quæ dicunt diuerſa eſſe, & uniuntur per inhærentiam bene faciunt unum per accidens. Sed ea quæ uniuntur per illapſum quantumcunque dicant diuerſa eſſe, nõ faciunt unum per accidens, & ſic eſt in propoſito, quia uerbum diuinũ eſt unũ naturæ humanæ per illapſum.

DISTINCTIO VII.

Circa diſtinctionem ſeptimam quæritur

Vtrum iſta propoſitio ſit uera Deus eſt homo?

Seraphicus Bonauent. 3. ſent. diſtin. 3. q. 2 Art. 1.
Scotus 3. ſent. diſtinct. 7. q. 1.
D. Thom. 3. par. q. 16. Ar. 1.
Ricardus 3. ſenten. diſtin. 7. q. 1.

QVAESTIO I.

SECVNDVM pſonã dr Deus factus ẽ homo. In iſta diſtinctione ſeptima, in qua Magiſter quærit de ueritate aliquarum propoſitionum quæritur primo. Vtrum iſta propoſitio ſit uera Deus eſt homo? Et uidetur, ꝙ non, quia prima diuidentia ſunt maxime diuerſa. Sed finitum, & infinitum ſunt primo diuidentia ens, ergo ſunt maxime diuerſa. Sed maxime diuerſa non prædicantur de ſe inuicem, cum ergo Deus ſit infinitus, & homo finitus, non eſt bene dictum Deus eſt homo.

¶ Secundo ſic, maior eſt unio diuinarũ perſonarum in eſſentia, quam naturarũ in ſuppoſito Chriſti. Sed propter iſtam vnitatem una perſona, non prædicatur de alia, ut dicatur pater eſt filius, uel econuerſo, ergo propter unionẽ naturarum in Chriſto non eſt bene dictum, Deus eſt homo, uel econuerſo.

¶ Præterea, cum dicitur Deus eſt homo, iſta propoſitio eſt uera per ſe, uel per accidens, non per ſe, quia non dicitur de quocunque cõcepto ſub Deo, quia nec de patre, nec de ſpiritu ſancto, nec etiam eſt uera per accidens, quia nihil accidit Deo, ergo nullo modo eſt uera.

¶ Præterea Athanaſius ponit, quod ſicut caro, & anima unus eſt homo, ita Deus, & homo unus eſt Chriſtus, ſed anima non prædicatur de carne, nec econuerſo, ergo.

¶ Præterea, cum dicitur Deus eſt homo, aut homo eſt prædicatum relatiuum aut abſolutum. Non relatiuum ut patet de ſe, nec eſſe abſolutum, quia ſecundum Aug. eſſe abſolutũ dicitur de tribus perſonis homo autem non dicitur de tribus perſonis, ergo. *5. de tri. c. 8. & 10.*

¶ Cõtra. Ioan. Verbum caro factum eſt. Vbi Aug. dicit, ꝙ caro accipitur pro homine, ergo Deus factus eſt homo, & per conſequens Deus eſt homo. *cap. 1.*

¶ In iſta quæſtione ſunt tria uidenda. Primo ſi dicta propoſitio ſit uera. Secundo qualiter eſt uera. Tertio qualiter eſt iſta uera, Chriſtus eſt homo.

DE primo patet ſecundum ueritatẽ fidei, quòd iſta eſt uera, Deus eſt homo. Vnde Augu. Talis fuit aſſumptio, ut Deũ faceret hominem, & hominem faceret Deum. Et Bernardus ad Eugenium. Tãtam inquit, & tam expreſſam vim unionis præferta perſona qua Deus, & homo eſt unus Chriſtus, ut ſi duo de ſe prædices non erres. *1. de tri. c. 16.*

¶ Præterea idem probat quidam Doctor per rationem ſic. Quandocunque ſunt duæ naturæ in eodem ſuppoſito, licet ſint diſtinctè naturę una tamen poteſt prædicare de alia, & denominare aliam in concreto, licet non in abſtracto. *Opinio cuiuſdam Doctoris.* Exemplum huius eſt. Dicimus enim album eſt muſicum, quia ſunt in eodẽ ſup- *Exemplum.*

 poſito

poſito licet ſint diuerſæ naturę. Sed natura diuina,& humana uniuntur in eodem ſuppoſito filii, ergo una poteſt de altera prædicari in concreto, ut dicatur Deus eſt homo,& homo eſt Deus. In abſtracto autem non, quia illa non eſſet bona prædicatio deitas eſt humanitas, uel econuerſo. Hæc ratio recipitur a Dama: *Lib. 3. c. 11* Deus inquit eſt homo, & homo Deus propter eam, quæ eſt ſecundum ypoſtaticam unionem.

DE ſecundo articulo dicit una opinio, quòd iſta propoſitio, Deus eſt homo *D. Thom. 3. part. q. 16. ar. 1. & alios hic.* eſt uera per ſe, primo modo probatur ſic. Natura humana perfectius ſubſtanciſicatur in ſuppoſito diuino, quam humano, puta in ſuppoſito Petri, ſed hæc eſt uera per ſe primo modo: Petrus eſt homo, igitur,& illa Deus eſt homo.

¶ Contra iſtam opinionem obijcitur ſic, quando aliquid prædicatur de aliquo in primo modo dicendi per ſe, tunc prædicatum eſt per ſe de intellectu ſubiecti, ſed homo nõ eſt per ſe de intellectu Dei, ergo non ualet.

¶ Præterea quando aliquid prædicatur de aliquo in primo modo dicendi per ſe, prędicatur de quolibet contento ſub eo, ſed homo non prædicatur de quolibet cõtento ſub Deo, quia nec de patre, nec de ſpiritu ſancto, ergo iſta non eſt vera per ſe primo modo, Deus eſt homo.

¶ Præterea quando aliquid prædicatur de aliquo in primo modo dicendi per ſe ſubiectum, ſupponit per ſe determinate, ſed cum dicitur, Deus eſt homo, Deus ſupponit indeterminate, ergo.

¶ Dicitur ergo aliter ad illud dubium, quod per ſe,& per accidens poſſunt accipi dupliciter, ſcilicet metaphoricæ,& logicæ. Si accipiatur metaphoricæ dicitur, quòd iſta non eſt uera Deus eſt homo, nec per ſe, nec per accidens, nõ per ſe propter rationes factas contra præcedentem opinionem, non etiam per accidens, quia nec unum accidit alteri, nec ambo, tertio qui ſunt modi accidentium ſecundum philoſophum,& ideo dicitur, quod ſicut in Chriſto eſt ſingularis modus uiuendi, qui nõ eſt accidentalis, nec eſſentialis, ita cum dicitur, Deus eſt homo, ibi eſt ſingularis modus prædicandi, qui non eſt per ſe, nec per accidens. Si autem accipiatur per accidens logicæ, ſic poteſt concedi, quod eſt uera per accidens, quia prædicatum eſt extra intentionem ſubiecti,& hoc eſt prædicari per accidens logicæ.

¶ De tertio articulo ſunt ad præſens dicendi duo modi. Vnus cum dicitur Chriſtus eſt homo, hæc eſt uera per ſe, quia Chriſtus eſt nomen ſuppoſiti ſubſiſtentis in duabus naturis diuina, ſcilicet,& humana. Ex hoc arguitur ſic. Illa propoſitio eſt uera per ſe, primo modo in qua prædicatum eſt de intellectu ſubiecti, ſed homo eſt per ſe, de intellectu Chriſti, ergo.

¶ Alius modus dicendi eſt, quòd nõ eſt uera per ſe, ſed per accidens. Cuius ratio eſt iſta, quando fit aliqua implicatio contingentiæ in ſubiecto, iſta propoſitio non eſt uera per ſe, ſed per accidens, ut cum dicitur, homo albus eſt, homo propter contingentiam implicitam non eſt uera per ſe, ſed per accidens, ſed cum dicitur Chriſtus eſt homo, ibi eſt implicatio contingentiæ in ſubiecto, quia implicatur illa. Deus eſt homo, quæ eſt contingens, ergo accipiatur ibi, quæ plus placet.

¶ Ad primum principale concedo, quòd prima diuidentia habent maiorem diſtãtiam; non tamen habent maiorem repugnantiam, illa autem, quæ formaliter, nõ repugnant poſſunt vniri in eodem ſuppoſito,& unum denominare alterum,& ſic habet ſe Deus,& homo.

¶ Ad ſecundum dico, quòd non eſt ſimile de perſonis in eſſentia,& de diuerſis naturis in eadem perſona, quia perſona dicit entitatem incommunicabilem, natura uero dicit entitatem communicabilem. Ideo quando diuerſæ naturæ ſunt in eodem ſuppoſito poſſunt in concreto de ſe dici, ſicut patet in ratione poſita ad primum articulum.

¶ Ad tertium dico, quòd non ualet, quia non currit illa ſimilitudo propter duo. *Quõ anima & caro concurrant in unitate hominis.* Primo, quia anima,& caro cõcurrunt in vnitate hominis tanquam partes conſtitutiuæ,& una pars non prædicatur de altera parte, eſſentia autem diuina non eſt in Chriſto tanquam pars. Secundo, quia anima,& caro ſignificant in abſtracto, Deus autem,& homo in concreto.

¶ Ad ultimum dico, quòd homo non eſt prædicatum relatiuum, ſed abſolutũ, ſed

quando

quando dicitur, ergo prædicatur de tribus perſonis, nego conſequentiam.

Homo eſt prędicatum abſolutum. ¶ Ad Auguſtinum uero dicitur, ꝙ Aug. intelligit de prædicatis abſolutis ad intra, homo autem eſt prædicatum abſolutum ad extra.

¶ Ad quartum patet ex dictis in ſecundo articulo ſi iſta propoſitio eſt uera per ſe, uel per accidens.

Vtrum hæc ſit uera Deus eſt factus homo?

Seraphicus Bona. 3. ſent. diſtin. 7. quæſtio. 2. Artic. 1.

Scotus 3. ſententiarum diſtinct. 7. q. 2.

Ricardus 3. ſenten diſtin. 7. q. 3.

Durandus 3. ſenten. diſtinc. 7. q. 1.

QVAESTIO II.

SECVNDO quæritur. Vtrũ hæc ſit uera, Deus eſt factus homo? Videtur quòd non, quia ſi hæc eſt uera, Deus eſt factus homo, ſequitur, quod Deus eſt factus. Probatio conſequentiæ, quia ſequitur in ſimili, ſortes eſt factus homo ergo eſt factus.

¶ Præterea hæc propoſitio in qua ponitur hoc uerbum fit, non eſt uera niſi ſubiectum mutetur: ſed in Deum, qui eſt ſubiectum nulla cadit mutatio, ergo.

¶ Contra in ſymbolo. Natus ex Maria Virgine, & homo factus eſt. Et Auguſtinus exponens illud. Verbum caro factum eſt, dicit, quòd caro accipitur pro homine.

¶ In iſta quæſtione ſunt multi modi dicendi de quibus ad præſens repeto duos.

D. Bona. diſtin. præſenti, q. 2. ¶ Vnus dicit, quòd ly factum, aut determinat ſubiectum puta Deum, aut prædicatum puta hominem. Si determinat ſubiectum, ut dicatur ſic, Deus factus eſt homo, tunc propoſitio eſt falſa, quia in Deo nulla cadit factio. Si autem determinat prædicatum, ut dicatur ſic, Deus eſt factus homo, tunc propoſitio eſt uera.

¶ Alius modus dicendi eſt, quòd illa propoſitio ſimpliciter eſt uera.

¶ Ad cuius euidentiam eſt notandum, quòd in illa propoſitione in qua ponitur hoc uerbum fieri, aliquando ly fieri tenetur, ſecundo adiacens, aliquando, tertio adiacens, quando tenetur, ſecundo adiacens, tunc accipit eſſe ſubiectũ ſimpliciter, ſicut homo accipit eſſe, quando autem tenetur, tertium adiacens, tunc non accipit eſſe ſimpliciter, ſed eſſe tale ſpecificum, ſicut ergo quando aliquid accipit eſſe ſimpliciter poteſt hoc uerbum fit addi ſibi, ſecundo adiacens Ita quando accipit eſſe tale poteſt dici fieri tale, & tertio adiacens, & ſic eſt in propoſito cum dicitur, Deus factus eſt homo, quia Deus de nouo accipit eſſe hominis, & ideo poteſt dici factus eſt homo, quæ factio eſt a tota trinitate. *Opinio Scoti.*

¶ Ad primum principale nego conſequẽtiam. Ad probationem dico, quòd non ualet, quia non tenet niſi gratia materiæ & non gratia formæ. *Quo factio ſit a tota trinitate.*

¶ Ad ſecundum dicitur uno modo, quod maior eſt uera de agente naturali, quod educit de potentia materiæ, non eſt autem uera in agente ſupernaturali. Alio modo dicitur, & melius, quòd in factione concurrit aliqua determinatio, quia uel eſt factio per informationem, uel per inhærentiam, uel per unionem, quæ eſt relatio. Accipiendo, ergo factionem ut eſt per informationem, uel per inhærentiã, iſta requirit mutationem, ſed iſta, quæ eſt per unionem, quæ eſt relatio, ſicut eſt in propoſito non arguit talem mutationem.

DISTINCTIO VIII.

Circa diſtinctionem octauam quæritur.

Vtrum in Chriſto ſint duæ filiationes reales?

Seraphicus Bona. 3. ſent. diſtinct. 8. quæſt. 2. Art. 2.

Scotus 3. ſent. diſt. 8. q. 1.

D. Thomas tertia parte quæſtio. 35. Articul. 5.

Ricardus tertio ſententiarum diſtinctio. 8. q. 2.

Durandus 3. ſententiarum diſtinctio 8. quæſtio 3.

QVAE-

QVAESTIO I.

POST prædicta inquiri oportet. Quęritur in iſta diſtinctione octaua. Vtrũ in Chriſto ſint duę filiationes reales, & hoc quęſtio aliqualiter habet euidentiam ex illa difficultate, ſi plura accidentia eiuſdem ſpeciei poſſunt eſſe in eodem ſubiecto. Ideo quęritur primo. Vtrũ plura accidentia ſolo numero differentia poſſunt eſſe ſimul in eodem ſubiecto. Videtur, ꝙ ſic. Ponantur multa alba in medio oculus uidens, ſeu exiſtẽs in quocunque puncto medij poteſt videre omnia ea, ergo habet ſpeçies diſtinctas omnium iſtorum. ſed iſtæ ſpecies differunt ſolo numero, ergo plura accidentia ſolo numero differentia poſſunt ſimul eſſe in eodem. Reſpondetur, ꝙ argumentum bene concludit de accidentibus intentionalibus non autem realibus. Nam plura accidentia intentionalia bene poſſunt ſimul eſſe, realia non, nunc iſtę ſpecies habent eſſe intentionale.

¶ Contra. Solutio præſupponit falſum. ſ. quòd iſte ſpecies non habent eſſe reale propter duo. Primo, quod habet actionem realem, habet eſſe reale, ſed ſpecies in oculo habet actionem realem, quia excellens ſenſibile corrumpit ſenſum, ergo.

2. de anima contex. 123 ¶ Secundo quia ſpecies in medio uere eſt ſenſibilis, ſeu etiam uiſibilis, ergo eſt res. Probatio aſſumpti, ſi radius ſolis tranſeat per uitrum rebeum, poteſt ſpecies vitri rubei uideri in pariete. Iſte autem rubor in pariete eſt ſpecies, quia ſi feratur ibi oculus per illud uidebit ruborem in uitro.

¶ Præterea ſecundo arguitur ad principale ſic. Iſte pater poteſt habere plures filios, ergo ſunt in eo plures paternitates, ſed iſtę ſunt eiuſdem ſpeciei, ergo cõſequentia probatur dupliciter.

¶ Primo per Ariſtotelem, vbi dicitur, quòd pater dicitur pater, quia genuit. *Cap. de relatiuis.* Sed iſte pater genuit plures filios diuerſis, ſeu pluribus actibus, ergo ſunt in eodem diuerſæ, ſeu plures paternitates.

¶ Secundo quia ſi moreretur unus de filijs adhuc iſte diceretur pater, ergo non per eandem paternitatem, eſt pater filii mortui, & uiui.

¶ Præterea ponantur duæ candelę, una hic, alia ibi, & ſit corpus aliud in medio, puta columna, tunc fierent duæ umbræ, ſi amoueretur corpus medium tunc lumen utriuſque candelę incedit directæ vſque ad locum, ubi corpus fuit, & ſic erunt duo lumina in eodem ſubiecto, uel in eadem parte medii. *Pulchrum exemplum.*

¶ Præterea duo agentia eiuſdem ſpeciei puta duo ignes æque calidi poſſunt calefacere idem calefactibile, tunc quęritur, aut hoc fit una actione, aut diuerſis actionibus, nõ primo mõ, quia actio eſt actus actiui inquantũ actiuum, ex tertio phiſicorum, cum ergo ſint diſtincta actiua, ergo habent diſtinctas actiones, ſi ſecundo modo habetur propoſitum, quia tunc erunt duo termini per duas actiones puta duo calores in eodem. Reſpondetur, quòd iſti duo calores faciunt unum calorem compoſitum. *3. phyſ. con tex. 19.*

¶ Contra pono duo actiua æqualiter, & eodem modo diſpoſita reſpectu eiuſdem paſſiui tunc erunt inducti duo calores æque in actu, & æque perfecti, ſed ex duobus æque in actu non fit unum, ſeptimo methaphiſicæ, ergo. *7. met. contex. 49.*

¶ In contrarium eſt philoſophus. Quæcunque inquit in eadem ſubſtantia ſunt, habent differentiam ſpecificam. *5. met. cõt.*

¶ Præterea oportet receptiuum denudari ab eo, quod recipit, ex tertio de anima, ergo ſubiectum exiſtens in actu per unam formam non poteſt recipere aliam eiuſdem ſpeciei. *3. de anima contex. 4.*

¶ Reſponſio. In iſta quęſtione ſunt duo articuli ſecundum duas opiniones.

VNA eſt Henrici, & fere omnium antiquorum, quòd plura accidẽtia eiuſdem ſpeciei non poſſunt ſimul eſſe in eodem, quod probatur ſic. Ab eodem eſt aliquod ens, & unum, ſed accidens habet ſuam entitatem ſubiecto, ergo, & unitatem, ſed ſubiectum eſt unum, ergo & accidens eſt unum. *Henric. quodlib. 4. q. 3.*

¶ Præterea materia eſt primo, & per ſe in potentia ad formam, ad hanc autem formam, vel illam eſt in potentia per accidens, quia ſi materia eſſet primo, & per ſe in potentia ad hanc formam, uel illam tunc in materia eſſent infinitæ potentiæ, quod eſt inconueniens. Ex hoc arguitur ſic. *D. Thomas 3. par q 35 artic. 5.*

ſic. Idem non poteſt eſſe in potentia, & in actu reſpectu eiuſdem, ſed ſi in ſubiecto poſſent eſſe plura accidentia eiuſdem ſpeciei, ſimul tunc idem poteſt eſſe in potentia, & in actu reſpectu eiuſdem in ſpecie, quia eſſet in actu ſub forma quam habet, & eſſet in potentia ad aliam quam poteſt recipere, ſed hoc eſt falſum.

Obijcitur cõtra iſtã opinionem. ¶Contra iſtam opinionem obijcitur primo contra primum motiuum, quando.n. dicitur, quòd accidens habet entitatem a ſubiecto, aut hoc intelligitur formaliter, uel cauſaliter, aut materialiter. Si formaliter hoc nõ poteſt ſtare propter duo. Primo, quia tunc Deus non poſſet facere accidens ſine ſubiecto ſi entitas, & unitas accidentis eſſent formaliter entitas, & unitas ſubiecti, ſecundo quia tunc duę albedines eſſent unum numero, quod patet ſic. Eſto, quòd ſortes ſit nunc albus, & poſtea niger, & iterum albus, tunc ſi albedo ſit una formaliter unitate ſubiecti cum unitas ſubiecti ſemper manet eodem numero, ſequitur, quòd iſtę albedines erunt unum numero. Si autem intelligatur cauſaliter, tunc non ualet ad propoſitum, quia ab eodem efficiente poſſunt eſſe multi effectus ſolo numero differentes. Si autem intelligatur materialiter concedo, quod una materia eſt diuerſorum numero in eadem ſpecie, & ſi accipis oppoſitum petis principium.

¶Contra ſecundum motiuum obiicitur ſic. Ad illud eſt materia primo in potentia, quod primo introducitur per motum ſed illud quod primo introducitur per motum non eſt materia ſpecifica, ſed eſt hæc forma, ergo materia eſt primo in potentia ad hanc formam.

6. principiorum. ¶Confirmatur per auctorem, qui dicit, quòd natura latenter operatur in his, ita quod ſecundum eum natura primo intendit ſingulare, & conſequenter uniuerſale.

¶Præterea. In materia ſunt diſtinctè potentiæ numero ad formas diſtinctas, ergo in ſubiecto poſſunt eſſe plura accidentia numero differentia. Antecedens probatur per Ariſtotelem, vbi dicit, quòd ſi poſſe ſanari, & poſſe ęgrotari ſunt idem, ergo ægritudo, & ſanitas. Similiter arguitur in propoſito. *3. phyſ. con tex. 10.* Si poſſe dealbari hac albedine, & illa ſunt idem, ergo hęc, & illa albedo ſunt idem.

¶Secundo quia alias corruptum poſſet reparari idem numero per naturam, quia quando hęc forma corrumperetur cederet in eandem potentiam in qua primo fuit.

ALIA eſt opinio Scoti in quæſtionibus ſuper methaphiſicam, quia aut loquimur de formis intentionalibus, aut realibus. *Vide Antonium Andream. 5. met. q. 1.* Si de intentionalibus conceditur, quòd plures tales formæ eiuſdem ſpeciei poſſunt ſimul eſſe in eodem. Si autem loquamur de formis realibus tunc diſtinguitur, quia aut ſunt formæ reſpectiuæ, aut abſolutæ. Si reſpectiuæ conceditur, quòd poſſunt eſſe plures formæ in eodem ſicut patet, quòd in eodem patre ſunt duæ paternitates ad duos filios. Si autem ſunt formæ abſolutæ adhuc diſtinguitur, quia aut introducuntur per motum, aut ſine motu, ſi ſine motu conceditur, quòd plures formæ poſſunt eſſe ſimul in eodem, ſicut patet de diuerſis ſpeciebus in oculo, & de diuerſis luminaribus in medio ſicut tangebant quædam argumenta, ſi autem formæ introducuntur per motum, & agentia non agant ſimul tunc dicitur, quòd plures formæ eiuſdem ſpeciei non poſſunt eſſe ſimul in eodem. Cuius ratio eſt, quia motus non eſt niſi propter diſpoſitionem oppoſitam formæ naturæ, ſed ſi agens inueniat in mobili formam eiuſdem ſpeciei formæ ſuæ, & non inueniet ipſum ſub diſpoſitione oppoſita, ergo non mouebit ipſum ſimpliciter, ut inducat aliam formam, ſed augebit formam præexiſtentem in mobili.

¶Ad argumentum philoſophi, dicitur quòd auctoritas philoſophi loquitur de formis introductis per motum.

Quõ receptiuum denudatur à forma recepti. ¶Ad ſecundum dicitur, quòd receptiuum denudatur a forma recepti, quando fit receptio per motum alias non.

¶Aliter dicitur, quòd receptiuum debet denudari a forma recepti quando perficitur ſecundum ſuam capacitatem. Nunc autem ſi in materia ponuntur diſtinctè potentiæ numero tunc nulla forma perficit materiam ipſam ſecundum totam ipſius capacitatem.

¶Ad

¶ Ad primum argumentum alterius partis dantur multę ſolutiones, vna eſt poſita in principio quæſtionis. Alia reſponſio datur, ꝙ diuerſę ſpecies in oculo non ſunt in eadem parte oculi, ſed in diuerſis partibus.

¶ Aliter reſpondetur, & melius, ꝙ argumentum non valet quia iſtę ſpecies non introducuntur per motum.

¶ Ad ſecundum conceditur, ꝙ diuerſa accidentia reſpectiua ſolo numero differentia poſſunt eſſe in eodem.

¶ Ad aliud de luminaribus dico, ꝙ non valet, quia non introducuntur per motum, ſi autem introducerentur per motũ concedo, ꝙ agens non imprimit formam nouam: ſed auget pręexiſtente.

¶ Ad ultimum poſſet ſuſtineri prima ſolutio, ꝙ illi duo calores facerent unum calorem compoſitum. Cum dicit, ꝙ ex duobus ęque in actu non fit tertium, dico, quòd illa propoſitio non eſt uera generaliter, quia duæ guttę aquę ſunt ęque in actu, & tamen ex eis poteſt fieri una tertia gutta aqua compoſita. *Optima ſolutio.*

Vtrum in Chriſto ſint duæ filiationes reales?

Seraphicus Bona. Scotus, & alij vbi ſupra.

QVAESTIO II.

SECVNDO quæritur. Vtrũ in Chriſto ſint duæ filiationes reales? Videtur, ꝙ non: quia filiatio cõſtituit filium, ergo vbi ſunt duæ filiationes ibi ſunt duo filij: ſed Chriſtus non eſt duo filij, ergo.

¶ Præterea. Scoti ponunt, ꝙ non eſt incarnatus pater, nec ſpiritus ſanctus: ſed ſolus filius ne fieret confuſio in proprietatibus, ſed ſi in Chriſto eſſent duæ filiationes reales non uideretur uitari confuſio in proprietatibus: quia non magis poneretur ibi unica filiatio, ergo.

¶ Contra. Si pater eſſet incarnatus vere eſſet filius, ſed non eſſet filius filiatione æternali, ergo eſt filius filiatione temporali: ſed ſu, poſitum filij, ita abſtrahit ab omni creatura, ſicut ſuppoſitum patris, ergo ſimiliter filius incarnatus eſt filiatione temporali, & conſtat, quòd eſt filius filiatione æterna, ly æternum autem & temporale ponunt in numerum, ergo.

¶ Reſponſio. In iſta quæſtione ſic procedam, primo recitabo unam opinionem, quam non teneo, ſecundo quam teneo, tertio mouebo dubia.

QVANTVM ad primum eſt una opinio, quòd in Chriſto non ſunt duæ filiationes reales, quod probatur ſic. Filiatio eſt ſuppoſiti non naturæ, quia licet natura ſit nata, non tamen conceditur, ꝙ ſit filius: ſed in Chriſto eſt unum ſuppoſitum, ergo, & una filiatio tantum. *D. Thomas 3. par. q. 35 artic. 5.*

¶ Præterea. Si in Chriſto eſſent duæ filiationes, una ad patrem, alia ad matrem, pari ratione, & in quolibet filio eſſent duæ filiationes reales, quod uidetur inconueniens.

¶ Pręterea, duo accidentia eiuſdem ſpeciei non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto, ergo nec duæ filiationes in eodem filio ergo in Chriſto eſt tantum una filiatio.

¶ Contra iſtam opinionem obijcitur ſic. In patre æterno non obſtante unitate ſuppoſiti, & fundamenti ponuntur duæ reales relationes propter terminos realiter differentes ſicut generatio actiua, & ſpiratio actiua, quæ ſunt ad filium, & ſpiritum ſanctum, ſed hic ſunt termini realiter differentes. ſ. pater, & mater, ergo ſunt ibi duæ relationes reales. *Contra iſtã opinionem obijcitur.*

¶ Confirmatur ſic, ubi ſunt duo fundamẽta realia, & duo termini reales, ibi ſunt duæ filiationes reales: ſed ĩ Chriſto ſunt duo fundamenta realia. ſ. natura humana, & diuina, & ponũtur duo termini realiter differentes. ſ. pater, & mater, ergo. *Confirmatio dicti Authoris.*

¶ Pręterea. Actio eſt ſuppoſiti ſicut relatio, immo magis, quia operari attribuitur ſuppoſito, ſed non obſtante vnitate ſuppoſiti ponuntur in Chriſto plures operationes, ergo ſimiliter plures filiationes vel relationes. *In prohœmio metaph.*

¶ Præterea. Cauſa, & effectus ſic ſe habẽt ꝙ quando eſt relatio realis in cauſa poteſt etiam eſſe realis in effectu, ſed non econtrario, ſicut patet de Deo, & creatura, ꝙ licet ſit relatio creaturæ realis ad Deum, non tamen eſt relatio realis Dei ad creaturam, & pro hoc tanto eſt, quia effectus magis dependent a cauſa, quam econtrario, ſed mater Chriſti eſt cauſa

Chriſti,

Chriſti, & Chriſtus eſt effectus, & conſtat, ꝙ mater Chriſti ē realis mater eius, ergo Chriſtus eſt realiter filius eius: ſed non filiatione ęternali, ergo filiatione tēporali, & per conſequens ſunt ibi duæ filiationes, quia temporale, & æternum ponunt in numerum.

¶ Vltimo ſic. Si natura aſſumpta a verbo dimitteretur ſtatim eſſet perſona ſine aliquo abſoluto adueniente, & ille homo eſſet vere filius virginis matris.

¶ Ex hoc arguitur ſic. Nulla relatio pōt de nouo aduenire alicui niſi per aduentum alicuius abſoluti, ergo cum nullum abſolutum ponatur aduenire illi naturę dimiſſę, nec alteri extremo .i. uirgini, tūc nulla relatio poteſt de nouo aduenire illi naturæ dimiſſę, ergo cum tunc ſit uerè filius Virginis ſequitur, ꝙ modo etiam ſit vere filius virginis, & non filiatione æternali, ergo temporali.

Opinio Sco. ¶ Eſt ergo alia opinio, quam teneo quæ ponit duas cōcluſiones, prima, ꝙ in Chriſto alia filiatio eſt ad patrem, alia ad matrem, ſecunda, quòd utraque eſt realis.

¶ Prima concluſio probatur ſic. Filiatio eſt habitudo producti naturaliter ſimilis producenti in natura intellectuali, vel ſenſitiua, particulę huius deſcriptionis declarantur ſic. Filiatio eſt habitudo producti: quia ſicut paternitas producentis ita filiatio eſt habitudo producti.

¶ Secundo additur ibi naturaliter: quia propter defectum huius particulę ſpiritus ſanctus non eſt filius.

¶ Tertio additur ſimilis producenti, quia per hoc uermis non eſt filius hominis.

¶ Quarto additur in natura intellectuali vel ſenſitiua: quia per hoc planta non eſt filius plantę: ſed nihil poſitum in iſta deſcriptione reſpicit primo, & per ſe ſuppoſitum, ſed naturam, quæ communicatur in generatione paſſiua, cum ergo in Chriſto ſint duę generationes paſſiuæ .ſ. æterna, & temporalis ſequitur, ꝙ in Chriſto ſint duę filiationes reales. *In Chriſto ſunt duæ generationes.*

¶ Preterea poteſt iſta opinio probari ꝑ omnes rationes factas contra primam opinionem.

¶ Secunda concluſio declaratur, ꝙ enim filiatio æterna ſit realis, patet de temporali probatur ſic. Illi relatio ē realis, quæ exurgit ex natura extremorum ſine actu intellectus, ſed poſita matre, & ſuppoſito filio habente naturam per generationem, neceſſario exurgit filiatio nullo exiſtente opere intellectus, ut ponit Auicenna, ergo iſta filiatio eſt relatio realis. *3 met. cap. vltimo.*

¶ Ad argumenta autem pręcedentis opinionis reſpondetur ſic. Ad primum patet ex dictis, ꝙ maior non bene accipitur cū dicitur, ꝙ filiatio eſt ſuppoſiti, quia filiatio eſt habitudo producti naturaliter ſimilis producenti natura intellectuali, vel ſenſitiua. *Quid ſit filiatio.*

¶ Ad ſecūdum dicitur dupliciter. Primo ſecundum aliquos qui non habent pro inconueniente poſitum conſequens, quia in quolibet filio eſt una filiatio ad patrē, & alia ad matrē: quod probatur ſic. Mortua matre alicuius, & remanente patre corrumpitur filiatio, quæ eſt ad matrem, & non corrumpitur illa, quæ eſt ad patrem, ergo hęc, & illa non ſunt vna filiatio. *Reſpōſio aliquorum.*

¶ Aliter dicitur, ꝙ non eſt ſimile de Chriſto, & de alijs filijs, quia in Chriſto ſunt duæ naturę, & duæ generationes paſſiuę, in alijs autem non ſic, quare non ualet. *Quō in Chriſto ſint duæ naturæ*

¶ Ad tertium dicitur dupliciter. Primo, ꝙ antecedens eſt falſum: quia ſicut probatum eſt in pręcedenti quęſtione duo accidentia relatiua eiuſdem ſpeciei poſſunt ſtare ſimul in eodem.

¶ Secundo dicitur, ꝙ conſequentia non valet, quia illę filiationes, quæ ponuntur in Chriſto non ſunt eiuſdem ſpeciei, nec eiuſdem generis, immo differūt plus quā genere, cum altera illarum .ſ. ęterna, ſiue diuina ſit tranſcendens.

DE tertio articulo occurrunt duo dubia. Primum. Si illa filiatio eſt idem realiter ſuo fundamento, uidetur ꝙ ſic, quia relatio creaturæ ad Deum eſt eadem ſuo fundamento, ergo, & illa. Probatio conſequentiæ, quia omnes cauſæ efficientes habent rationem unius cauſę, ergo ſicut ibi eſt identitas relationis, & fundamenti, ita, & hic. Dico oppoſitum, quòd illa relatio non eſt realiter idem ſuo fundamento: quia quæ poſſunt ab inuicem ſeparari, non ſunt idem realiter, ſed iſta poſſunt ab inuicem ſeparari, ergo. Probatio minoris. Quia Deus potuiſſet illam naturam per ſe aſſumere, potuit etiam naſci de alia matre, poteſt eſſe illam matrem annihilare, & tunc remaneret natura, & non filiatio. *Primum dubium.*

¶ Ad

¶ Ad argumentum pro dubio dico, quòd nihil valet: quia relatio creaturę ad Deũ eſt eſſentialiſſima, & non poteſt creatura manere ſine illo reſpectu, illa autem relatio eſt accidentalis, quia poteſt natura manere relatione non manente.

2. dubium. ¶ Secundum dubium eſt; Si generaliter loquendo quælibet relatio creaturę ad creaturam ſit eadem ſuo fundamento. Quid autem ſit ad hoc dicendum patet.

Lib. 2. diſt. 1 q. 4. ¶ Ad primum principale quando dicitur, vbi ſunt multæ filiationes ibi ſunt multi filij, nego iſtam, quia ſicut alias dictum eſt concreta non plurificantur, niſi plurificentur tam forma, quam ſuppoſita, hic autem non plurificantur ſuppoſita. Sic enim in Chriſto ponuntur duę uoluntates non tamen dicimus, ꝙ Chriſtus ſit duo uolentes. *An concreta plurificētur.*

¶ Ad ſecundum dico, ꝙ ſi pater fuiſſet incarnatus confuſio fuiſſet in proprietatibus, quia idem fuiſſet pater, & filius, ſed ſi in Chriſto ponuntur duæ filiationes reales non ſequitur propter hoc confuſio in proprietatibus, quia idem eſt filius in utraque filiatione prius dicta.

DISTINCTIO IX.

Circa diſtinctionem nonam. Quæritur.

Vtrum caro Chriſti debeat adorari?

Seraphicus Bona. 3. ſent. diſtin. 9. q. 1. Artic. 1.
Scotus 3. ſenten diſtinc. 9. q. 1.
D Thomas 3 parte q. 25. Artic. 2.
Ricardus. 3 ſenten. diſtinc. 9. q. 1.
Durandus 3 ſenten. diſtin. 9. q. 2.

QVAESTIO I.

PRAETEREA inueſtigari oportet. In iſta nona diſtinctione tractat Magiſter de adoratione, & reuerentijs, quę dicuntur latria dulia yperdulia. Ideo antequam moueam quæſtionē declarabo quid intelligam per latriam duliam yperduliam. Et dico, quòd latria inquantum virtus eſt habitus inclinans hominem ad exhibendum obſequium debitum Deo in recognitionem uniuerſalis dominij. Dulia uero eſt habitus inclinans hominem ad exhibendum obſequium hominibus ad honorem debitū. Yperdulia uero eſt obſequium, quod debetur perſonis excellentibus, ut Chriſto, & beatæ virgini.

¶ His præmiſſis quæro. Vtrum latria debeatur Chriſto ſecundum naturam humanam? Videtur, quòd non, quia latria ē obſequium ſoli Deo debitum in recognitionem vniuerſalis dominij, ſed Chriſtus non habet uniuerſale dominium ſecundum humanam naturam, ergo ſibi non debetur latria ſecundum naturam humanam. *An latria debeatur Chriſto ſecundum naturam humanam.*

¶ Preterea latria non debetur creaturę, ſed Chriſtus ſecundum naturam humanam eſt creatura, ergo.

¶ Præterea gloſa ſuper illud pſal. Adorate ſcabellum pedum eius, non inquit illa adoratione, quę latria eſt. In contrarium eſt Magiſter in litera. In iſta queſtione primo pręmittam vnam diſtinctionem, ſecundo dicam ad queſtionem. *Pſal. 98.*

QVANTVM ad primum dico, ꝙ adoratio ē dupliciter, ſcilicet adoratio ꝑ ſe, & adoratio per accidens. Item adoratio per ſe diſtinguitur, quia eſt adoratio per ſe, & propter ſe, & eſt adoratio per ſe, & non propter ſe, ſed propter aliud, puta quādo adoratum eſt alteri unitum. Iſta diſtinctione præmiſſa dico ad quæſtionem, quòd adoratio per ſe, & propter ſe, quæ dicitur latria competit ſoli Deo, & trinitati, quia ſolus Deus eſt ultimus finis per ſe, & propter ſe adorandus. Si autem loquamur de adoratione per ſe, & non propter ſe, ſed propter aliud, tunc iſta competit naturæ humanæ in Chriſto quæ eſt unita Deo. Iſta autem natura ſic Deo unita poteſt tripliciter accipi. Vno modo inquantum ſubſtantiuatur ſuppoſito diuino, alio modo inquantum eſt unita diuinitati, tertio modo inquātum unitur Deo per dona gratuita. Si accipitur primo tunc debetur ſibi latria, ſi autem accipiatur ſecundo modo tunc debetur ſibi yperdulia, ſi tertio modo tunc debetur ſibi dulia. *Adoratio ꝑ ſe diſtinguitur.* *Natura vnita Deo poteſt accipi tribus modis.*

¶ Sed tunc reſtat dubium de aliis ſanctis

qui

qui ſunt coniuncti Deo ſolum per dona gratuita, qua adoratione debeant adorari. Dico generaliter loquendo non faciẽdo mentionem de Virgine, quia de ea erit ſpecialis ſermo inferius ipſi ſunt adorandi adoratione duliç, cuius ratio eſt, quia ſunt puræ creaturç. Si autem loquamur de adoratione per accidens. Dico illa poteſt fieri quantum ad præſens ſpectat quinque modis, primo ratione ſignificationis, ſecundo ratione imitationis, uel repreſentationis, tertio ratione continentiç, quarto ratione pertractationis, quinto ratione naturalis determinationis.

Quo adorantur ſacramenta. ¶ Primo ergo non fit adoratio per accidens ratione ſignificationis, & ſic adorantur ſacramenta, quia ſunt ſigna ſacræ rei, & verba ſancti euangelii, quæ ſunt ſigna ſanctitatis.

¶ Secundo dico, quòd fit adoratio per accidens ratione imitationis, vel repreſentationis, & iſto modo adorantur imagines ſanctorum, & ſpecialiter, ut quidam doctor dicit imago beatç Virginis, quam depinxit ſanctus Lucas, quæ eſt ad ſanctam Mariam de Araceli Romç in domo fratrum minorum.

¶ Tertio dico quòd fit adoratio per accidens ratione continentiæ, & iſto modo adoratur cultu latriæ columba ſpiritus ſanctus, quæ deſcendit ſuper Chriſtum, ſic etiam adorantur adoratione yperduliæ, ſpecies quæ ſunt in ſacramento altaris, ſiue in euchariſtia.

Quo adoretur beata virgo. ¶ Quarto dico, quòd fit adoratio per accidens ratione pertractationis, & hoc modo adoratur uirgo beata adoratione yperduliæ, quæ ſpecialiſſimæ pertractauit corpus Chriſti. Sic etiam adoratur crux ſanctiſſima in qua Chriſtus pependit, & eam ſuo ſanguine adornauit. Aliqui tamen dicunt, quòd crux eſt adoranda ad oratione latriæ.

Opinio aliquorum.

Quo fiat adoratio per accidens. ¶ Quinto fit adoratio per accidens ratione naturalis determinationis, vel complexionis, & ſic adorantur membra ſanctorum, & cadauera ipſorum, quia ſicut alias oſtenſum fuit in ſecundo libro, oportet in homine ponere aliam formam ſubſtantialem præter animam intellectiuam quæ forma remanet poſt ſeparationem animæ intellectiuæ, & eſt extenſa in ſubiecto, & poteſt diuidi ſecundum diuiſionem ſubiecti.

¶ Ad tria argumenta principalia, quæ habent eandem uim patet ex dictis, quòd humanitati Chriſti debetur latria, non quidem, ut in ſe accipitur, vel ut Deo per dona gratuita unitur, ſed ut in ſuppoſito diuino ſubſtantificatur.

DISTINCTIO X.

Circa diſtinctionem decimam quæritur,

Vtrum Chriſtus ſecundum quòd homo ſit perſona?

Scotus 3. ſenten. diſtin. 11. q. 2.
D. Thomas 3. parte q. 16. Artic. 10.

QVAESTIO I.

SOLET etiam a quibuſdam quæri. Circa diſtinctionem 10. quæritur primo. Vtrum Chriſtus ſecundum quòd homo ſit perſona? Videtur, quòd ſic, quia quod conuenit omni ſuppoſito alicuius naturæ competit ei ratione naturæ. Exemplum de riſibilitate, quç competit homini ratione naturæ, ſed eſſe perſonam competit omni ſuppoſito, ergo competit ei ratione naturæ, ſed in Chriſto eſt natura humana, ergo Chriſtus ſecundum quòd homo eſt perſona.

¶ Præterea Chriſtus non eſt homo niſi quia iſte homo, ſed iſte homo neceſſario eſt perſona, ergo.

¶ Preterea Boethius dicit perſona eſt rationalis naturæ indiuidua ſubſtantia, ergo. *Lib. de duobus naturis & una perſona Chriſti*

¶ Contra ſi Chriſtus ſecundum quòd homo eſſet perſona, tunc in Chriſto eſſent duæ perſonæ, ſed hoc eſt falſum, ergo.

¶ Quia in iſta quæſtione ponitur terminus reduplicatiuus cum dicitur ſecundum, quòd homo, uel inquantum homo. Ideo primo oportet uidere aliqua de reduplicatione, ſecundo dicetur ad quæſtionem.

QVANTVM ad primum ſunt tria declaranda.

¶ Primo

hæc competit cuilibet ſuppoſito naturę, ergo competit ei ratione naturæ. Dicitur quòd uerum eſt ſecundum aptitudinem & non ſecundum actum.

¶ Ad ſecundum quando dicitur. Iſte homo eſt perſona. Dico quòd eſt diſtinguē da ſicut fuit diſtincta illa Chriſtus ſecundum quòd homo eſt indiuiduum.

4. de tri capit. 22. ¶ Ad tertium dico, ꝙ iſta diffinitio perſonę quam dat Boetius corrigitur a Richardo, quia tunc anima ſeparata eſſet perſona. Vnde dicit Ricardus, quòd perſona ē intellectualis naturę indiuidua ſubiecta. Chriſtus autem ſecundum quòd homo non eſt ſubſiſtens niſi inquantum ſubſiſtit in diuino ſuppoſito.

● Vtrum Chriſtus ſit filius Dei adoptiuus?

Seraphicus Bona. 3. ſenten diſtinc. 10. q. 1. Art. 2.
Scotus 3. ſenten. diſtin. 10. q. 1.
D Thomas 3. parte q. 23. Artic. 4.
Ricardus tertia ſententiarum diſtinct. 10. q. 1.
Durandus tertia ſententiarum diſtinc. 10. q. 2.

QVAESTIO II.

SECVNDO quæritur. Vtrum Chriſtus ſit filius Dei adoptiuus? Videtur ꝙ ſic, quia ille qui eſt filius Dei per gratiam eſt filius Dei adoptiuus: ſed Chriſtus habuit gratiam, ergo. *3 de tri.*

¶ Præterea Hylarius dicit. Poteſtatis dignitas non perditur dum carnis humanitas adoptatur.

¶ In contrarium eſt Magiſter in litera.

¶ Reſpōdeo. In iſta quæſtione ueritas ē certa, quia Chriſtus non eſt filius Dei adoptiuus, ſicut ponunt ſancti. Vnde Auguſtinus. *Lib de eccleſiaſt. dogmatibus.* Natus eſt ſecundum ueritatem naturę ex Deo Dei filius ſecundum ueritatem naturæ ex homine hominis filius, vt non adoptione: ſed in utraque natiuitate nomen filij naſcendo haberet.

In epiſtola ad Romanos ¶ Item Ambroſius. Legi, & relegi ſcripturas. Ieſum filium Dei de adoptione nunquam inueni.

¶ Item gloſa. Chriſtus inquantum homo aſſumpſit nomen Dei non per gratiam adoptionis, ſed per gratiam unionis. *In epiſtola ad Phil. pp.*

¶ Dubium tamen eſt ſi iſta concluſio poteſt probari per aliquam efficacem rationem. *Dubium.* Et uidetur, quòd non ſic: quia probat eam Thomas, ſic filiatio eſt conditio ſuppoſiti, vel perſonæ: ſed in Chriſto eſt vnum ſuppoſitum, ſeu perſona, & ſecundum illud ſuppoſitum eſt filius naturalis non adoptiuus, ergo Chriſtus non eſt filius Dei adoptiuus. *D Thomas 3 par. q. 23 artic. 4.* Sed hæc ratio non ualet, quia ſupponit falſum, ut patuit ſupra vbi dictum eſt, quòd filiatio eſt habitudo producti naturaliter ſimilis producenti in natura intellectuali, vel ſenſitiua. *Diſtin. 8 q. 1. huius tertij.* In qua deſcriptione nihil ponitur, quòd primo, & per ſe aſpiciat ſuppoſitum. Ideo probatur concluſio aliter ſic. Adoptio eſt perſonæ extraneę non habētis ius in hæreditatem, vnde filius naturalis non dicitur perſona extranea, quia habet ius in hereditate, ſed Chriſtus non eſt perſona extranea: ſed habet ius in hæreditate, ergo non eſt filius adoptiuus. Minor probatur dupliciter, primo ſic. Ideo aliquis nō habet ius in hæreditate, quia fuit filius iræ, ſed Chriſtus nunquam fuit filius iræ, ergo. Sed hęc probatio forte non valet, quia beata virgo ſecundum illos qui ponunt non conceptam fuiſſe in originali peccato nunquam fuit filia iræ, & tamen conceditur filia adoptiua. Ideo probatur ſecundo illa minor ſic. Qui habet ius in hæreditate non eſt filius adoptiuus, ſed naturalis, ſed Chriſtus ex vi unionis naturæ humanæ ad uerbum habebit ius in hæreditate, ergo. Sed forte nec iſta ratio concludit, quia ut patuit, Deus potuit aſſumere naturam irrationalem, quæ non frueretur eo, ergo ex vi unionis non habet in hæreditate ius. *Diſtin. 2. q. 1. huius tertij.*

¶ Ad primum principale patet, quòd ſecundum diuerſitatem iſtarum rationum oportet reſpondere.

¶ Ad ſecundum dico, ꝙ humanitas dicitur adoptari non ratione illius ſingularis naturæ, quæ fuit aſſumpta a uerbo in unitate perſonæ, ſed ratione conſimilium, quia per illam unionem adoptati ſunt alij homines.

culum dicere Chriſtum eſſe puram creaturam. Poteſt etiam illa opinio confirmari per quatuor rationes factas ad principale in principio quæſtionis. Veruntamen quia doctores theologi nolunt habere propoſitiones communes cum hæreticis. Ideo conuenienter poteſt teneri prima opinio propter iſtam rationem, quæ dicit creari eſt quoddam fieri, ita ꝙ vltra fieri in communi ipſum creari dicit quendam reſpectum ad cauſam efficientem ſimpliciter primam dicit etiam quẽdam reſpectum ad non eſſe præcedens tam ad non eſſe negatiuæ, quam priuatiuæ ſumptum.

Vide ꝑ hoc D. Bon. diſt. præſenti q. 1

¶Ex his arguitur ſic. Nihil dicitur creatura, niſi quod habuit ſimpliciter non eſſe ante ſuum eſſe. Sed Chriſtus non habuit ſimpliciter non eſſe ante ſuum eſſe, quia eius ſuppoſitum eſt æternum, ergo Chriſtus non eſt creatura.

¶Confirmatur quia de ratione creaturæ eſt, quòd ſit ſimpliciter de nihilo, & ꝙ habeat eſſe poſt non eſſe, & hoc repugnat Chriſto cum ſit æternus, ergo Chriſtus non eſt creatura.

Ad primum principale.

¶Iſtam opinionem tenendo dico ad primum principale. Qui id quod natum eſt denominare ſuppoſitum ratione naturæ poteſt dici de illo ſuppoſito, puta viuere intelligere. Quod autem non eſt natum denominare illud ſuppoſitum non poteſt dici de eo, quia creatio paſſio non eſt natum denominare ſuppoſitum diuinum, igitur non dicitur de eo.

¶Ad ſecundum dicitur conceſſa maiore propoſitione dicitur, quòd diuiſio eſt ſufficiens, quia licet illa diuiſio ſit uera de omni natura in ſe, non tamen eſt uera de natura quæ implicat ſuppoſitum cui repugnat ſic denominari. Natura autem humana eſt in ſuppoſito diuino cui ſuppoſito repugnat denominari a creatione paſſiua.

¶Ad tertium dicitur, quòd omnis quidditas in abſtracto cuiuſcunque generis habet pro ſuperiori creaturam, ſed non omne concretum habet pro ſuo ſuperiori creaturam in ſua denominatione, ſed hoc tamen uerum eſt de eo cuius primum eſſe fuit ſimpliciter nihil, ſed primum eſſe Chriſti non fuit nihil, ideo non denominatur a creatura.

¶Ad quartum dico, quòd non eſt ſimile de eſſe genito, & de eſſe creato, quia eſſe genitum natum eſt denominare totum ratione naturę, creatura autem, vel eſſe creatum non natum eſt denominare totum ratione naturæ, quia non denominat ſuppoſitum diuinum.

Vtrum Chriſtus incepit eſſe?

Seraphicus Bona. 3. ſenten diſtinc. 11. q. 2. Art. 1.
Scotus 3. ſenten. diſtin. 11. q. 3.
D Thomas 3 parte q. 16. Artic. 9.
Ricardus tertio ſententiarum diſtinct. 11. q. 1.
Durandus tertio ſententiarum diſtinc. 12. q. 1.

QVAESTIO II.

SECVNDO quæritur. Vtrum hæc ſit vera. Chriſtus incepit eſſe? Videtur quòd ſic, quia quod generatur cepit eſſe, pro eo quòd generare terminatur ad eſſe ex 5. phiſicorum, ſed Chriſtus generatur, ergo.

¶Contra, quod fuit ſemper, non incepit eſſe, ſed Chriſtus fuit ſemper, ut ipſe ait Ioan. Antequã Abraam fieret ego ſum. *5. phyſ. com tex. 7.* *Cap. 8.*

¶Reſpondeo. In iſta quæſtione ſunt multi modi dicendi, vnus Thomæ, & colliguntur inde duæ rationes. Vna eſt iſta. Terminus in ſubiecto poſitus ſtat pro ſuppoſito, vel perſona, ſed dicere, ꝙ ſuppoſitum incepit eſſe eſt falſum, ergo ſimpliciter falſum eſt dicere Chriſtus incepit eſſe.

¶Contra ex eadem ratione ſequitur, ꝙ iſta ſit falſa. Chriſtus eſt mortuus, quia terminus in ſubiecto poſitus ſtat pro ſuppoſito. Sed falſum eſt dicere ſuppoſitum diuinum eſt mortuum, ergo ſimiliter ſi ratio tua ualet falſum eſt dicere. Chriſtus eſt mortuus, quod eſt contra ſimbolum. Alia ratio ponitur ibi talis. Illud nõ vere dicitur de Chriſto, quod repugnat proprietatibus diuinis. Sed incipere eſſe repugnat proprietatibus diuinæ naturæ cum natura diuina ſit æterna, ergo non bene dicitur. Chriſtus incepit eſſe.

¶ Contra, ex eadem ratione ſequitur, ꝙ iſta eſt falſa Chriſtus eſt mortuus: quia illud non uere dicitur de Chriſto, quod repugnat proprietatibus diuinæ naturæ per ſe. Sed mors repugnat proprietatibus diuinæ naturę, ergo non uere dicitur Chriſtus eſt mortuus, quod eſt falſum, ideo modus Thomæ nullus.

Modus dicendi Scoti. ¶ Ideo eſt alius modus dicendi talis, ꝙ quando in uno ſuppoſito ſunt plures naturę, & ab una ſuppoſitum habet eſſe ab altera uero non habet eſſe, tūc quicquid dici ur de natura a qua habet eſſe dicitur etiam de ſuppoſito. Si autem dicitur aliquid de natura a qua non habet eſſe tunc non oportet, ꝙ dicatur de ſuppoſito: Sed in ſuppoſito Chriſti ſunt duæ naturæ diuina. ſ. & humana. A diuina autē habet eſſe. Ab humana uero non. Si ergo aliquid dicitur de natura humana nō propter hoc oportet, quòd dicatur de ſuppoſito. Sed cum dicitur Chriſtus incepit eſſe, hoc intelligitur de natura humana, ergo non oportet, ꝙ intelligatur de ſuppoſito. Ideo propoſitio eſt diſtinguenda, quia aut ly incipere eſſe intelligitur de diuina natura, & tunc propoſitio eſt falſa. Aut intelligitur de natura humana, & tunc eſt uera.

Vide B Bona hic. ¶ Alius modus dicendi eſt, quòd iſta propoſitio eſt diſtinguenda, quia poteſt conſiderari, uel ex parte ſubiecti, uel ex parte prædicati, ex parte ſubiecti conſiderā tur duo. ſ. natura, & perſona. Si autem accipiatur in ſubiecto natura humana tunc propoſitio eſt uera. Si autem accipiatur perſona tunc eſt diſtinguenda, quia uel abſolutæ, & tunc eſt falſa, uel ratione naturæ aſſumptæ, & tunc eſt uera ſub hoc ſenſu Chriſtus incepit eſſe. i. habet aliquod eſſe, quod prius non habuit. Et ex his duobus modis ultimis dicendi patet ad argumenta principalia.

DISTINCTIO XII.

Circa diſtinctionem duodecimam. quæritur,

Vtrum Chriſtus potuerit peccare?

Seraphicus Bona 3 ſententiarum diſtinc. 12. q. 1. Art. 2.

Scotus ~~ſecunda~~ tertia ſententiarum diſtinctio. 12. q. 1.

D Thomas 3. parte q. 15. Artic. 1.

Ricardus tertia ſententiarum diſtinctio 12 q. 2.

Durandus ſecunda ſententiarum diſtinctio. 12. q. 1.

QVAESTIO I.

SOLET etiam quęri. Circa iſtam diſtinctioné 12. Quæritur primo. Vtrum Chriſtus potuit peccare? Et uidetur, quòd ſic: quia Ioannis. Si dixero, quia non noui eum ero ſimilis uobis mendax: *Cap. 7.* Sed Chriſtus potuit dicere, nō noui eū, ergo potuit mentiri, & per conſequens peccare. Probatio minoris: quia qui dicit totam orationem poteſt dicere partem orationis: Sed Chriſtus dixit totum illud allegatum in Ioanne, ergo potuit dicere hanc partem non noui eum.

¶ Præterea Auguſtinus. Perfectior eſt natura, quæ poteſt peccare, quam quæ non *Lib. de libero arbitrio.* poteſt peccare. Sed Chriſtus habuit naturam perfectiſſimam, ergo.

¶ Præterea eadem eſt facilitas ad merendum, & demerendum, ſed Chriſtus potuit mereri, ergo, & demereri, & per conſequens peccare.

¶ Contra. Chriſtus eſt Deus, ergo non potuit peccare.

¶ Præterea. Si potuit peccare potuit dānari. Sed Chriſtus non potuit damnari, ergo &c.

¶ Reſpondeo. In iſta quæſtione ſunt duo articuli. Primus ſi Deus pōt facere creaturam rationalem impeccabilem per naturam. Secundus, ſi Chriſtus potuit peccare. Primus articulus patet. *Lib. 2. diſt. 24. q. 1.*

DE ſecundo. ſ. ſi Chriſtus potuit peccare. Dico quòd de Chriſto poſſumus loqui dupliciter, quia aut inquantū Deus aut ratione naturæ aſſumptæ. Si loquamur de Chriſto inquantum Deus pater, quòd non poteſt peccare, quia in Deo nulla cadit obliquitas. Si autem loquimur de Chriſto ratione naturæ aſſumptæ hoc poteſt eſſe dupliciter, quia aut rōne naturæ aſſumptæ eo mō quo aſſum-

pta eſt de facto, aut ratione naturę aſſumptę eo modo quo potuit aſſumi: Si loquimur de Chriſto illo ultimo modo illi qui dicunt, ꝙ ex ui unionis non neceſſario ſequitur fruitio. Si Chriſto nõ fuiſſet collata ſumma gratia habent dicere, quod Chriſtus potuit peccare. Si autem loquamur de Chriſto ratione naturę aſſumptæ eo modo quo aſſumpta eſt de facto planũ eſt per omnes, quòd non poteſt peccare.

An Chriſtus potuerit peccare.

¶ Et hoc probatur ratione gratiæ confirmatæ, & ratione glorię cõſumatę. Ex parte gratiæ probatur ſic. Cõfirmatus in gratia non poteſt deuiare, uel peccare: ſed Chriſtus fuit confirmatus in gratia, ergo. Ex parte gloriæ probatur ſic. Voluntas immerſa obiecto beatifico per fruitionem non poteſt deuiare, uel peccare: ſed uolũtas Chriſti eſt perfectè immerſa obiecto beatifico, ergo.

Opinio aliquorum.

¶ Aliqui aliter probant iſtam concluſionem ſic Actiones ſunt ſuppoſitorum: ſed ſuppoſitũ diuinum, quod eſt in Chriſto non poteſt peccare, ergo Chriſtus non poteſt peccare.

In prohæmio met.

¶ Præterea actio non attribuitur agenti inſtrumentali, imo attribuitur agẽti principali, ſed in actionibus Chriſti natura humana eſt inſtrumentum per Damaſ. ergo talis actio peccãdi attribuitur Deo: ſed Deus non poteſt peccare, ergo nec Chriſtus.

Lib. 3.

¶ Iſtæ rationes non ualent. Prima ratio, quia cum dicitur, ꝙ actiones ſunt ſuppoſitorum, uerum eſt in ratione agentis, ſed non eſt uerum in ratione agendi, quia in ratione agendi ſunt naturæ, & attribuuntur ſuppoſito per naturam, unde quemadmodum Chriſtus moriebatur ratione naturæ humanæ, ita attribueretur ei ratio peccandi ratione naturæ humanæ.

¶ Similiter ratio ſecunda non ualet, quia equiuocat de inſtrumento, quia quoddã eſt inſtrumentum inanimatum, & quoddam animatum. Quod autem dicitur uerum eſt de inſtrumento inanimato, non autem uerum eſt de inſtrumento animato ſicut eſt uoluntas libera. Nunc autem in Chriſto natura ſe habet, ut inſtrumentum animatum, & non inanimatum.

Duplex inſtrumentũ.

¶ Ad primum principale dico, ꝙ aliter ẽ dicere orationem, & aliud aſſerere orationem tanquam veram. Chriſtus autem potuit dicere illam orationem, ſed non poterat illam aſſerere tanquam ueram, quia non poterat mentiri.

¶ Ad ſecundum dico, ꝙ natura quam aſſumpſit de ſe erat peccabilis, ſed quia habebat perfectam gratiam, & confirmationem in gratia, & de facto perfectam gloriam, ideo non poterat peccare.

¶ Ad tertium dico, ꝙ hoc diſpenſatiue factum eſt in Chriſto, quia ſimul fuit uiator, & comprehenſor. Et quia fuit uiator potuit mereri, non tamen ſequitur, quòd potuerit demereri, tum quia confirmatus in gratia, tum quia erat in perfecta gloria.

Quõ Chriſtus fuerit viator, & cõprehenſor

Vtrum Deus potuerit aliunde aſſumere hominem, quàm de genere illius Adæ?

Petrus de Aquila 3. ſenten. diſtinc. 12. q. 2.

QVAESTIO II.

SECVNDO quęritur. Vtrum Deus potuit aliunde aſſumere hominem, quàm de genere illius Adę? Et uidetur ꝙ ſic, quia morbus, & medicina debent eſſe alterius naturæ. Sed Chriſtus ſecundum naturam aſſumptam fuit medicina filiorum Adæ, ergo debuit eſſe alterius naturæ ab eis.

¶ Contra ad Hebr. Qui ſanctificantur, & ſanctificat ex uno ſunt omnes. Sed qui ſanctificat eſt Chriſtus, qui autem ſanctificantur ſunt filij Adæ, ergo Chriſtus, & alij homines ſunt ex uno. ſ. ex Adam.

Cap. 2.

¶ Reſponſio ad quęſtionem dico quatuor concluſiones. Prima eſt, ꝙ Deus potuit aliunde aſſumere hominem, quàm de genere illius Adæ, hæc concluſio probatur per Magiſtrum in litera, & per Auguſtinũ, qui ſic ait. Poterat aliunde Deus ſuſcipere in quo eſſet mediator Dei, & hominum, quam de genere illius Adę, qui peccato ſuo obligauit genus humanum ſicut ſeipſum quem primo creauit non de genere alicuius creauit.

1. concluſio *13. de tri.*

¶ Secunda concluſio eſt, ꝙ congruũ fuit, ꝙ Deus aſſumeret hominem de genere illius Adę. Hęc concluſio declaratur ſic. Congruum eſt ut pręuaricator, & ſanctificator ſint eiuſdem generis, ſed Chri-

2. concluſio

ſtus, vel homo aſſumptus eſt ſanctificator, Adam autem, & filij eius ſunt præuaricatores, ergo congruum fuit ut Deus aſſumeret hominem de genere illius Adę.

3. concluſio ¶ Tertia cóclufio eſt ꝙ Deus nó debuit aſſumere illum hominem, qui dictus eſt Adã, quia ille qui debet omnes peccatores iudicare non debet eſſe peccator, ſed ille homo aſſumptus debet om̃es homĩnes iudicare, ergo non debuit eſſe peccator. Sed Adam erat peccator, ergo nó debuit Adam aſſumere.

4. concluſio ¶ Quarta concluſio, ꝙ Deus debuit aſſumere hominem in ſexu uirili non fœmineo, ſicut patet per magiſtrum in litera, & probatur per Auguſtinum. Et præterea congruum eſt ut Deus aſſumat hominem qui habeat auctoritatem in præſidendo, ſed habens auctoritatem in pręſidendo eſt uir, & non mulier, quia ſecundum Apoſtolum uir eſt caput mulieris, ergo debuit aſſumere uirum, & non mulierem.

¶ Ad principale argumentum dico, ꝙ morbus, & medicina ſunt alterius naturę, non ſimpliciter, ſed quantum ad efficaciã, & uirtutem, & ſic eſt hic, quia Chriſtus eſt ſine peccato, filii autem Adę cum peccato.

DISTINCTIO XIII.

Circa diſtinctionem decimamtertiam quæritur,

Vtrum animæ Chriſti fuerit collata ſumma gratia?

Seraphicus Bona. 3. ſent. diſt. 13. q. 1. Artic. 1.
Scotus 3 ſentendiſtinc. 13. q. 1.
D Thomas 3. parte q 7. Artic. 2.
Ricardus 3. ſenten. diſtinc. 13. q. 1.
Durandus 3 ſenten. diſtin. 13. q. 1.

QVAESTIO I.

PRAETEREA ſciendum. Circa diſtinctionẽ 13. quæritur. Vtrum animæ Chriſti fuerit collata ſumma gratia? Videtur ꝙ non, quia nobiliori perfectibili debetur nobilior perfectio, ſed angelus eſt perfectior, & nobilior, quam anima, ergo debetur ſibi nobilior perfectio, ſiue gratia. Sed angelo non eſt collata ſumma gratia, ergo animæ Chriſti nõ fuit collata ſumma gratia.

¶ Præterea illud quod eſt ſummum hoc eſt infinitum: ſed gratia Chriſti non fuit infinita, ergo.

¶ Præterea ita poteſt incarnari pater ſicut filius, & daretur illi homini aſſumpto a patre equalis gratia gratię Chriſti, ergo gratia Chriſti non eſt ſumma.

¶ Præterea per dictum Magiſtri allegantis uerbum Lucę. Ieſus proficiebat ętate & ſapientia, quod non eſſet uerum ſi ei fuiſſet collata ſumma gratia, ergo. Cap. 2.

¶ Contra Ioannis dicitur. Non enim datus eſt ei ſpiritus ad menſuram, ergo habuit ſummam gratiam. Cap. 3.

¶ In iſta quæſtione ſunt duo articuli. Primus ſi eſt dare ſummam gratiam. Secundus ſi eſt animæ Chriſti collata ſumma gratia.

AD euidentiam primi articuli eſt notãdum, ꝙ ſummum dicitur dupliciter. ſ. poſitiuę, & negatiuæ. Dicitur enim ſummum poſitiuę, quod excedit omne aliud & ſic dicitur 5. topicorum, quod per ſuperabundantiam dicitur uni ſoli conuenit. Summum autem negatiuæ dicitur, quod non poteſt ab alio excedi, & ſic dicuntur genera generaliſſima quędã ſumma, quia nó habent ſuperuenientẽs genus. *Summum dicitur duobus modis.* *5. Topicorũ cap. 15.*

¶ Quæritur igitur iſto articulo ſi eſt dare ſummam gratiã negatiuę. ſ. qua maior creari non poſſit. Et iiii ſunt duæ opiniones. Vna dicit, ꝙ non, quod probatur ſic. Si eſſet dare ſummam gratiã qua maior creari non poſſit, aut hoc eſſet ex parte ſui, aut ex parte efficientis, aut ex parte ſubiecti. Non primo modo quia ipſa eſt quædam participatio diuini eſſe, quod eſſe poteſt participari infinitũ. Nec ẽt ſecundo modo quia efficiens eſt potentiæ infinitæ. Nec etiã tertio modo, quia ſubiectum quanto plus recipit de gratia tanto plus augetur eius capacitas. *Quære D. Thomam 2. ſecũd. q. 24 artic. 7.*

¶ Præterea illud poteſt alteri addi quod non repugnat nec ex parte eius, quod additur, nec ex parte eius cui additur. Sed gradum formæ eſſe augmentabilem non repugnat ſibi, nec ex parte eius cui additur, nec ex parte eius, quod addit, quia iſtæ gradus eſt eiuſdem rationis cum forma, quæ augetur, ergo &c.

¶ Præte-

¶Pręterea non minus repugnat naturæ infinitas extenſiua, quam intenſiua. Sed augmentatio extenſiua in natura eſt poſſibilis in infinitum, ergo, & intenſiua. Minor patet, acceptis enim duabus magnitudinibus una poteſt alteri apponi in infinitum per partes eiuſdem proportionis.

¶Pręterea quod non determinat ſibi formam quantitatis non determinat ſibi gradum formæ, ſed nulla forma, nec ſubſtātialis, nec accidentalis determinat ſibi quantitatem, ergo nec gradum quantitatis, & per conſequens poteſt augeri in infinitum. Probatio minoris. Nihil determinat ſibi quantitatem quod poteſt abſolui a quantitate, ſed omnis forma poteſt abſolui a quantitate per potentiam diuinam, ergo &c.

Gotfre. q. 16 & q. 12. ALIA opinio eſt, quæ dicit, ꝙ eſt dare ſummam gratiam in tali termino, qua maior creari non poteſt. Quod declaratur ſic. Accepta aliqua gratia determinata, ſiue finita puta. A, Tunc quæro aſcendendo, aut eſt ſtatus ad aliquam ſummā gratiam, aut non. Si ſic habetur propoſitum. Si non tunc ſequitur, ꝙ quanto aliqua gratia excedit A. tāto eſt perfectior, ergo illa quę in infinitum excedit eſt perfectior in infinitum. Iſta autem per ſe videtur ab intellectu diuino, ſicut unū creabile, ergo poteſt per ſe creari gratia infinita: quia quod poteſt per ſe intelligi poteſt per ſe fieri a Deo ſecundum eos.

3. phiſ. contex. 69. ¶Pręterea. Quanto aliquid eſt in potentia tanto poteſt eſſe in actu per philoſophum, & commentatorem. Sed non contingit accipere aliquam formam in infinitum in actu ergo, nec in potētia cuius contrarium eſſet ſi forma poſſet augeri in infinitum.

¶Præterea quæ ſunt diſſimilia diſſimiles habent proceſſus: Sed materiale, & formale ſunt diſſimilia, ergo habent diſſimiles proceſſus. Sed proceſſus ad materiale per diuiſionem eſt in infinitum, ergo proceſſus ad formam per appoſitionem eſt ad terminum.

¶Præterea appetitus naturalis non eſt fruſtra, ſed ſi eſſet qualibet forma augmētabilis in infinitum tunc appetitus naturalis eſſet fruſtra, quia non poteſt attingere ſuum terminum.

3. phiſ. con- ¶Pręterea philoſophus dicit, quòd numerus eſt augmentabilis in infinitum; quia itur ad materiam non autem diuiſibilis in infinitum, quia itur ad formam, ergo ſecundum eos in formis eſt ſtatus. Idem dicit ſecundo de anima, ꝙ omniū natura conſtantium certus, & determinatus eſt numerus magnitudinis, & augmēti. Et primo de generatione, quòd res animatæ aluntur ſemper, augentur autem non ſemper. *tex. 60. 61. & 63. & 68.*

¶Tenendo autem iſtam opinionem. Ad primum alterius opinionis dico, quòd non ualet, quia tunc omnis entitas cum ſit participatiua entitatis diuinæ poſſet augeri in infinitum, quod non eſt uerìſimile. Similiter capacitas non poteſt augeri in infinitum, ſed vſque ad certum terminum.

¶Ad ſecundum dico, quòd omnis forma infra ſuam naturam, & ſpeciem habet determinatos gradus, & ſemper unus poteſt alteri addi quoaduſque deueniatur ad ultimum. Cum autem deductum fuerit ad ultimum gradum alius non poteſt addi quin uarietur forma, & ſpecies.

¶Ad tertium dico, quòd non eſt ſimile de infinitate intenſiua, & extenſiua, quia in infinitate extenſiua accipiuntur partes materiales in quibus contingit proceſſus in infinitum. In infinitate autem intenſiua accipiuntur partes formales in quibus eſt ſtatus, per philoſophum.

¶Ad quartum poteſt dici eodem modo. Tamen aliter poteſt dici ſic. Dato, ꝙ forma ſubſtantialis, & accidentalis non determinet ſibi quantitatem, nec gradum quantitatis, tamen forma, quæ realiter eſt qualitas, ſicut eſt gratia in ſua natura habet determinatam quantitatem, & gradum qualitatis. *3. lib. phiſ. contex. 69.*

DE ſecundo articulo dico ſicut dicebatur in principio quæſtionis, quòd ſummum dicitur dupliciter. ſ. poſitiuæ, quia excedit omne aliud, & negatiuæ quia non poteſt excedi ab alio.

¶Primo modo dico, ꝙ animæ Chriſti nō fuit collata ſumma gratia, quia pater poteſt aſſumere unum hominem, & poteſt ſibi dare æqualem gratiā gratię Chriſti.

¶Secūdo modo dico, quòd animæ Chriſti eſt collata ſumma gratiæ negatiuæ, quia ſecundum Magiſtrum in litera, tanta ē illi animæ collata gratia, quia maior creari non poteſt.

¶Ad primum principale dicitur, quòd nobiliori perfectibili reſpondet nobilior perfectio loquendo de perfectionib. naturalibus. Sed loquendo de perfectionibus ſupernaturalibus, quæ reſpiciunt potentiam obedientialem, ſicut eſt in propoſito de gratia hoc non oportet.

Summum negatiue nō eſt infinitū ¶Ad ſecundum dico, quòd ſummum negatiue non eſt infinitum, dicitur enim ſummum illo modo per non excedi ab alio, & non per excedere omne aliud.

¶Ad tertium patet ex dictis in ſecundo articulo.

¶Ad quartū reſpondet Magiſter, quod dicebatur perficere in gratia non in ſe, ſed in alijs qui de eius gratia, & ſapientia proficiebant, & hoc probat per Gregorium in quadam Homelia.

DISTINCTIO XIIII.

Circa diſtinctionem decimamquartam quæritur.

Vtrum intellectus animæ Chriſti poſſit omnia uidere in uerbo, quæ uidet uerbum?

Seraphicus Bona. 3. ſent. diſtinct. 14. quæſt. 3. Art. 2.
Scotus 3. ſent. diſtinct. 14. q. 1.
D. Thom. 3. par. q. 10. Ar. 2. & 3.
Ricardus 3. ſenten. diſtin. 14. q. 3.
Durandus tertio ſententiarum diſt. 14. q. 2.
Franc. de May. 3. ſent. diſt. 12. q. 1
Ioan. Bacconitanus 2. ſen. diſt. 13. q. 1.

QVAESTIO I.

HIC quęri opus eſt. Circa iſtam diſtinctionem decimamquartam quæritur primo. Vtrum intellectus animæ Chriſti poſſit omnia uidere in uerbo, quæ uidet uerbum? Et uidetur, quod ſic, quia quod poteſt maius poteſt, & minus, ſed intellectus animæ Chriſti poteſt uidere eſſentiam diuinam, quæ maior eſt, quam ea, quæ relucent in ea, ergo poteſt uidere omnia in uerbo, quæ uidet uerbum.

¶ Præterea Auguſtinus dicit, quod qui cognoſcit patrem cognoſcit, & filiū, quia ſunt unū. Sed magis ſunt rationes ydeales in Deo, quam perſonæ, quia inter perſonas eſt diſtinctio realis, ergo cū Chriſtus uideat vnam ydeam in Deo poterit uidere omnes. *2. de tri.*

¶ Præterea Magiſter dicit in litera, quòd anima Chriſti uidet omnia, quæ uidet uerbum, ergo. *Cap. 2.*

¶Contra, intellectus finitus non poteſt uidere infinita, ſed intellectus animæ Chriſti eſt finitus, & non poteſt uidere infinita. Sed ea quæ uidet uerbum ſunt infinita, ergo.

¶In iſta quæſtione ſunt quatuor articuli ſecundum quatuor opiniones.

VNA eſt Thomæ, quæ dicit, quòd anima Chriſti non poteſt uidere omnia quæ uidet uerbum. Quod declaratur ſic. Quanto aliqua cauſa perfectius uidetur, tanto plures effectus uidentur in ea. Exemplum huius eſt, quòd quanto aliquis perfectius uidet aliquod principiū, tanto plures connexiones uidet ex principio, ideo uidens omnes connexiones alicuius principii, comprehendit illud principium. Et hoc arguitur ſic. Si intellectus animæ Chriſti uideret omnia, quæ uidet uerbum tunc comprehenderet uerbum, ſicut uidens omnes connexiones principij comprehendit principium; ſed nullus intellectus creatus poteſt comprehendere uerbum, ergo nullus intellectus creatus poteſt uidere omnia, quæ uidet uerbum.

¶Vlterius diſtinguunt iſti in Deo duplicem ſcientiam. Vna dicitur ſcientia ſimplicis notitię, & reſpicit tam ea quę ſunt, quam ea quæ eſſe poſſunt. Alia dicitur ſcientia uiſionis, & iſta reſpicit tantum ea quæ ſunt. Si ergo fiat quæſtio de ſcientia viſionis, ſic anima Chriſti uidet omnia, quæ uidet uerbum, quia illa ſunt finita, & finita poſſunt ſciri a uirtute finita, igitur. Si autem fiat quęſtio de notitia ſimplicis notitiæ tunc dicunt, quòd anima Chriſti non uidet omnia, quæ uidet uerbum, quia illa ſcientia reſpicit poſſibilia, quæ ſunt infinita. Infinita autem non poſſunt uideri a uirtute finita. Et etiā ſicut ſupra arguebatur anima Chriſti comprehenderet uerbum, quæ omnia ſunt falſa. *Duplex ſciētia in Deo.*

¶Con-

Contra iſtã opinionem ſic obiicitur

¶Contra iſtam opinionem obiicitur ſic. Dato quòd A. contineat B.&.C. ordinate, ita quod. B ſit tota ratio reſpectu ipſius. C. ſi intellectus. B. non compræhendit. A. multo magis intellectus. C. non compræhendit. A. Vel per alia uerba clariora, accipiatur ſubiectum, & paſſio propinqua, & paſſio remota. Si paſſio propinqua non compræhendit ſubiectum, ſequitur nec paſſio remota. Sed reſpectu Dei eſſe infinitum intenſiue, & eſſe in quo infinita poſſibilia relucent ſe habẽt ordinate, ita quod quia eſt infinitus intenſiue ideo infinita poſſibilia relucent in eo, ſed bene uident infinitum intenſiue, nec propter hoc ipſum compræhendunt, ergo non ſequitur, quòd ſi aliquis uidet omnia quæ relucent in eo, quod ipſum conpræhendat.

Item contra diſtinctionem quà ſoluitur quęſtio arguitur ſic. Poſſibile eſt, quod anima Chriſti uideat aliquod poſſibile futurũ puta animam Antichriſti creandam, ergo non ponitur præciſe terminus in cognitione eorum, quæ Deus nouit ſcientià uiſionis ſecundum diſtinctionẽ ſuperius tactam.

ALIA eſt opinio Henrici de Gandauo, quod anima Chriſti cognoſcit omnia facta, & fienda, non quidem cognitione actuali, ſed habituali, unde quemadmodum ponitur uiſio actualis, & habitualis, ita anima Chriſti uidet omnia, quæ uidet uerbum non quidem actualiter, ſed habitualiter per habitum animæ Chriſti concreatum. Quod declaratur ſic. Virtus finita diſtinctius uidet duo quam tria, & tria quam quinque, ergo minus diſtincte uidet mille quam centum. Sed anima Chriſti habet uirtutem finitam, ergo minus diſtincte uidet omnia quam aliqua, ſed illa eſt cognitio habitualis, ergo.

12. Met. cõ tex. 41.

¶Præterea. Infinitas extenſiua præſupponit infinitatem intenſiuam per Commentatorem, in tractatu de ſubſtantia orbis. Sed anima Chriſti non habet infinitatem intenſiuam, ergo nec extenſiuam ad cognoſcibilia, & ſic cognoſcit omnia habitualiter.

diſt. 3. par. 2. q. 3. *Exemplum.*

¶Contra iſtam opinionem, quod aliqs intellectus cognoſcit omnia per habitũ unum inhærentem eſt diffuſe dictum in ſecundo, tantum unam rationem repeto. Vbi pluralitas requirit maiorem perfectionem ibi infinita pluralitas requirit infinitam perfectionem. Exemplum huius. Si poſſe portare decem pondera requirit tãtam uirtutem, ſequitur, quod poſſe ſimul portare infinita pondera requirit infinitam uirtutem. Sed aliquid eſſe rationem diſtincte cognoſcendi plures quiditates concludit maiorem perfectionem, ergo eſſe rationem diſtincte cognoſcendi omnes quiditates concludit infinitam perfectionem, & tunc talis habitus eſt infinitus perfectione, quod non tenetur. Minor probatur, tum quia in Deo ponitur infinitas ex infinitate idearum, quæ repræſentantur, tum quia repræſentatiuum unius eſt alterius rationis a repræſentatiuo alterius, & quod libet dicit perfectionem, quia non poſſe repræſentare in repræſentatiuo alterius dicit carentiam perfectionis.

ALIA eſt opinio multorum, & etiã Scotus uidetur aliqualiter aſſentire, ꝙ anima Chriſti uidet omnia, quæ uidet uerbum non ſolum habitualiter, ſed etiã actualiter. Et hoc probatur duobus modis. Vno modo, quòd hoc fiat unica uiſione. Alio modo quod fiat multis, & proprijs viſionibus, & quocunque modo cognoſcẽdi hoc ponatur dicitur, quòd hoc eſt actiue ex parte diuinæ eſſentiæ, & paſſiue, ex parte animæ Chriſti.

2. Met con tex. 13.

¶Contra hoc obiicitur, quia tunc anima Chriſti quæ eſt finita cognoſceret actu infinita, quod eſt contra philoſophũ, ubi dicit, quod non cõtingit infinita pertranſire.

¶Præterea, ſi anima Chriſti uidet actualiter omnia quæ uerbum uidet aut hoc eſſet diſtinctis uiſionibus, aut unica uiſione. Non primo modo, quia finitum nõ eſt capax infinitarum uiſionum. Anima autem Chriſti eſt finita. Non etiam ſecũdo modo, quia quodlibet uiſibile propriam uiſionem, ergo ſicut ponuntur in uerbo infinita uiſibilia, ita ponuntur ibi infinitæ uiſiones.

¶Si quis autem nellet iſtam opinionem ſuſtinere cito poſſet ſe de iſtis obiectionibus expedire dicendo, quod iſta uiſio non ſit uirtute animæ Chriſti, quia tunc concluderent rationes, ſed ſit uirtute diuina.

QVARTA opinio eſt Varronis, quod

quod anima Chriſti uidet omnia, quæ videt uerbum habitualiter non tamen per habitum inhærentem ſicut ponebat ſecunda opinio, ſed per hoc, quod uerbum exprimit animæ Chriſti quicquid exprimeretur poteſt ſine omni occultatione, ad quod ponitur tale exemplum. Si in aliquo ſpeculo relucerent uiginti ſpecies, & aſpiciens ſpeculum non poſſet niſi decem uidere, tunc ſi aſpiciens eſſet agens uoluntarium poſſet uidere nūc quatuor nunc quinque ſpecies ſecundū uoluntatem ſuam. Sic eodem modo anima Chriſti ex quo non poteſt omnia ſimul capere, quæ uerbum exprimit ſimul poteſt tamen uidere nunc iſta nunc illa.

Dubium. ¶ Contra iſtam opinionem occurrit unum dubium, quia anima Chriſti in ſua cognitione modum habet ſubſtantiæ ſeparatę, & beatæ, ſed in beatis non eſt ſucceſſio in actibus, ergo anima Chriſti nō conuertit ſe nunc ad iſta nunc ad illa. Minor probatur per Auguſtinum. Non

15. de trin. c. 15 erunt inquit uolubiles noſtræ cogitationes ab aliis in alia euntes, & redeuntes, ſed omnem ſcientiam noſtram unico intuitu uidebimus. Sed iſtud dubium non cogit, quia ibi Auguſtinus loquitur non aſſertiue, ſed dubitatiue, quia dicit ibi forté non erunt uolubiles noſtræ cogitationes.

¶ Ad primum principale dicendum, quod ſi maius, & minus non ſunt eiuſdem rationis, & proportionis, tunc non oportet quod ſi aliquid poteſt maius, quòd

Exemplum. poteſt minus. Exemplum huius eſt, oculus poteſt uidere lucem, & tamen non poteſt uidere tenebram, ita eſt in propoſito, licet eſſentia ſit maius quam ea, quæ relucent in ea, uerum quia ſe habet per modum unius, & ea quæ relucent in ea nō ſic ſe habent per modum unius, ideo non ſunt unius proportionis.

¶ Ad ſecundum dicitur quod qui cognoſcit patrem cognoſcit filium non ſolum quia ſunt unum in eſſentia, ſed etiā, quia ſunt relatiua, & relatiua ſecundum phi-

Cap de relatiuis. loſophum ſimul ſunt naturali intelligentia, ſed ydeæ non ſic ſe habent, quia una ydea non dicitur relatiue ad alteram, licet dicatur ad ydeatum, ideo uidens unam ydeam, non oportet, quod uideat alteram.

¶ Ad quartum dicitur, quod Magiſter loquitur de uiſione habituali, quia anima Chriſti uidet omnia, quæ uidet uerbum non per habitum inhærentem ut ponebat, ſecunda opinio, ſed per hoc quod uerbum exprimit anima Chriſti omnia quantum exprimi poſſunt ut patet ex ultima opinione.

Vtrum anima Chriſti nouit omnia in proprio genere?

Seraphicus Bonauent. 3. ſentens. diſtinct. 14. q. 1.
Scotus 3. ſent. diſt. 14 q 3
D. Thomas tertia parte quæſtio 12. Arti. 1.
Ricardus tertio ſententiarum diſtinctio. 14. quæſt 1.
Durandus 3. ſenten. diſtinc. 14 q. 3.

QVAESTIO II.

SECVNDO quæritur. Vtrum anima Chriſti nouit omnia in proprio genere? Videtur, quod nō. Luce. Ieſus proficiebat ætate, & ſapientia. Sed hoc nō eſt uerum ſi cognouit omnia in proprio genere, ergo. *Cap. 2.*

¶ Præterea Apoſtolus ad Hebræos dicit. Ex his, quæ paſſus eſt didicit obediētiam, ſed hoc non eſſet uerum ſi cognouit omnia in proprio genere, ergo. *Cap. 5.*

¶ Præterea anima Chriſti eſt eiuſdem naturæ cum anima noſtra, ergo habet cō ſimilem modum cognoſcendi. Sed anima noſtra cognoſcit per ſcientiam acquiſitam, quia ut patet per philoſophum, ex multis ſenſationibus fit una memoria, & ex multis memorijs fit unum experimētum, & ex multis experimentis fit uniuerſale principium ſcientiæ, ergo. *1. Met. in prohæmio ex 2 poſt. in fine.*

¶ Contra, nulla imperfectio ponenda eſt in anima Chriſti ſed ignorantia eſt imperfectio, ergo non eſt ponenda in anima Chriſti, ergo Chriſtus nouit omnia ſcientia infuſa in proprio genere.

¶ Præterea, ſic ſe habet intellectus ad uirtutes

tutes intellectuales ſicut uoluntas ad uirtutes Morales, ſed in uoluntate animæ Chriſti non ponuntur acquiſitæ uirtutes Morales, quia tunc ante acquiſitionẽ fuiſſet paſſionatus, quod eſt inconueniens, ergo ſimiliter in intellectu Chriſti non ponitur uirtus, ſeu ſcientia acquiſita.

¶ Præterea Angeli nouerunt omnia in proprio genere, ergo ſimiliter anima Chriſti.

¶ Reſpondeo. In iſta quæſtione ſunt tres articuli ſecundum tres opiniones.

VNA eſt Thomæ parte 3. q. 9. articulo 3. & 4. qui diſtinguunt duplicem ſcientiam, ſcilicet infuſam, & acquiſitam. Et quantum ad infuſam, quòd nouit omnia per aliqua ſibi infuſa, puta ꝑ ſpecies intelligibiles a Deo ſibi infuſas, & in hac notitia non potuit proficere. Sed quantum ad ſcientiam acquiſitam potuit proficere, quia in natura nihil eſt fruſtra. Sed in anima Chriſti eſt intellectus agens, & poſſibilis, ergo non ſunt fruſtra, ergo poſſunt habere propriam operationem. Sed talis operatio eſt acquiſitio ſcientiæ, quia intellectus agens facit, quod eſt potentia intelligibile actu intelligibile, & habet abſtrahere. Intellectus autem poſſibilis habet recipere, ergo anima Chriſti potuit proficere in ſciẽtia acquiſita.

¶ Contra iſtam opinionem obijcitur ex dictis opinantium ſic. Plura accidentia eiuſdem ſpeciei non poſſunt ſimul eſſe in eodem ſubiecto ſecundũ ipſum Thomam, ſed notitia infuſa, & acquiſita rei in proprio genere ſunt eiuſdem ſpeciei, ergo non poſſunt ſimul eſſe in eodem, probatur minor, quia ſi non eſſent eiuſdem ſpeciei hoc eſſet ex parte agentis, ſed hoc non ualet, quia Ambroſius ponit in libro de incarnatione uerbi, quod diſparitas ortus, non facit diſtinctionem naturæ, ut patet de Adam, & de nobis.

¶ Idem ponit Auguſtinus.

¶ Præterea duæ perfectiones, ſiue duæ cognitiones perfectæ eiuſdem obiecti non poſſunt eſſe ſimul, quia ex quo ponuntur ambo perfectæ altera ſuperflueret. Sed notitia infuſa, & acquiſita ponuntur ambæ perfectæ, ergo non ſunt ſimul in Chriſto.

¶ Præterea. Si in illa ſcientia acquiſita Chriſtus proficiebat pro eo, quòd habebat intellectum agentem, & poſſibilem, vt tua ratio aſſumebat pari ratione beati in patria proficiunt continuè in ſcientia acquiſita, quia habent intellectum agentem, & poſſibilem, ſed hoc eſt falſum, ergo.

ALIA eſt opinio Henrici, quòd anima Chriſti nouit in proprio genere habitualiter per habitum ſcientialem a Deo illi animæ concreatum. Sed contra hunc habitum argutum eſt in quæſtione præcedenti, & libro 2. *Henri. quolib. 5. q. 14. diſt. 3. q. 5.*

ALIA eſt opinio Scoti ad cuius euidentiam præmittam unam diſtinctionẽ, ſecundo dico quæſtionis ſolutionem. Diſtinctio eſt iſta, quòd duplex eſt cognitio. ſ. intuitiua, & abſtractiua, & habent triplicem differentiam. Differentia prima eſt, quòd intuitiua requirit obiectũ, quod ſit in re extra, & ſit præſens potẽtiæ in ratione præcedentis. Abſtractiua autem tale obiectum non requirit neceſſario, ſed ſufficit ſibi habere aliquid ſupplens uicem obiecti. *Opinio Scoti.*

¶ Secunda differentia eſt, quod Intuitiua ponit reſpectum attingentiæ obiecti, ut termini immediati, qui a ex quo attingitur obiectum exiſtẽs in re extra, ut exiſtens, & immediate medio dico habente rationem termini, quia bene eſſe poteſt intuitiua cum medio habente rationem quo non quod; ſicut patet in potentia viſiua, quę informatur ſpecie rei uiſibilis non eſt ibi actualis attingentia obiecti, ut termini immediati. Abſtractiua autẽ hunc reſpectum priuat, quòd accidit ſibi, quòd eius obiectum exiſtat in re extra.

¶ Tertia differentia eſt, quòd intuitiua ponit reſpectum menſurabilem ad menſuram actualem.

¶ Abſtractiua autem non ponit reſpectum actualem, ſed aptitudinalem ſolum qui quidem reſpectus eſt etiam menſurabilis ad menſuram non actualis, ſed ſolũ aptitudinalis, quia nullus reſpectus habet plus de actualitate, quàm ſuum fundamentum, ſed fundamentum huius reſpectus. i. obiectum non habet eſſe actuale in notitia abſtractiua neceſſario, ergo nec ille reſpectus eſt actualis, ſed aptitudinalis.

¶ His

¶ His præmiſſis dico ad quæſtionem, ꝙ ſi fiat ſermo de notitia abſtractiua tunc dico, quòd anima Chriſti nouit omnia in proprio genere per ſpecies infuſas ſibi a Deo, quia quicquid eſt perfectionis eſt ponendum in illa anima ſi ſibi non repugnat. Sed ſpecies illæ infuſę ſunt perfectiones in anima Chriſti reſpectu omnium cognitorum abſtractiue, & ſibi nõ repugnat ſicut non repugnat Angelis, qui iſto modo nouerunt omnia in proprio genere, quia ſecundum Auguſtinũ, ſimul ſtant cognitio in uerbo, & cognitio in proprio genere, ergo.

Lib. 4. ſuper Geneſim ad literam.

¶ Sed tunc eſſet dubium, ſi iſte ſpecies ſunt ſpecies quiditatum aut ſingulariũ. Non enim uidentur eſſe ſpecies ſingularium, tum quia eſſent infinitæ, tum quia plura accidentia eiuſdem ſpeciei eſſent ſimul in eodem, quod eſt inconueniens ſecundum aliquos. Sed contrarium uidetur, quia includentia rationes, primo ſeipſis diuerſas non poſſunt diſtincte cognoſci per unum commune repræſentatiuum. Sed indiuidua includunt rationes primo ſeipſis diuerſas, ut patuit, ergo ipſa indiuidua non cognoſcuntur tantum per unum commune repręſentatiuum, ergo ille ſpecies ſunt ſingularium, & nõ quiditatum ſeu uniuerſalium præciſe. Teneatur illud quod plus placet.

Lib. 2. de indiuidatione.

¶ Si autem fiat quæſtio de cognitione intuitiua ſic dicitur, quod Chriſtus non nouit omnia, & hoc ratione actuum exiſtentium, & ſingularium, quia reſpectu horum habuit notitiam acquiſitam; & in hac cognitione Chriſti proficiebat, quia ut ait Apoſtolus ad Hebræos. Ex his, quæ paſſus eſt didicit obedientiam.

Cap 5.

¶ Ad principale dicitur dupliciter. Primo ſecundum uiam Magiſtri, ꝙ Chriſtus proficiebat ætate, & ſapientia non quidem in ſe, ſed in aliis qui de eius ſapientia proficiebant, & hoc probat per Gregorium, ut patuit ſupra.

Diſt. 13. c. 2

¶ Aliter dr̃ quod illud uerum eſt de notitia intuitiua acquiſita, quia in illa proficiebat ut dictum eſt, & per hoc patet ad ſecundum ad illud Apoſtoli. Ex his, quæ paſſus eſt, &c.

¶ Ad tertium dico, quod ille proceſſus cognitionis de quo loquitur philoſophus, quantum ad aliquid eſt neceſſitatis in nobis, & quantum ad aliquid non eſt neceſſitatis. Nam in cognitione intuitiua eſt neceſſitatis in nobis, & quo ad hoc competebat Chriſto, ut fuit uiator nobiſcum, in cognitione autem abſtractiua ille proceſſus non eſt neceſſitatis ſi talis cognitio habetur per ſpecies infuſas a Deo, & ſic fuit in anima Chriſti.

DISTINCTIO XV.

Circa diſtinctionem decimamquintam quæritur

Vtrum in anima Chriſti fuerit ſimul dolor, & gaudium?

Seraphicus Bona. 3. ſent. diſtin. 16. quæſtio. 1. Artic. 2.

Scotus 3. ſententiarum diſtinct. 15. q 1.

D. Thomas tertia parte quæſtio. 15. Articul. 5.

Ricardus tertio ſententiarum diſtinctio. 15. q. 2.

Durandus 3. ſententiarum diſtinctio 15. quæſtio. 3.

QVAESTIO I.

ILLVD quoque prætermittendum. Circa diſtinctionem decimam quintam quæritur. Vtrum in anima Chriſti fuerit ſimul dolor, & gaudium.

Videtur, quod non, quia contraria non poſſunt eſſe ſimul in eodem. Nam ſi contraria poſſunt ſimul eſſe, & contradictoria, ex 4. Metha. Sed dolor, & gaudium ſunt contraria, ergo.

4. Met. tex. 9

¶ Præterea Ariſtoteles 7. Ethicorum dicitur, quod uehemens delectatio expellit triſtitiam non ſolum optatam, ſed etiam quãcumque contingentem. Sed anima Chriſti habuit ſummam delectationem, quia Chriſtus erat compræhenſor, ergo nullam habebat triſtitiam.

7. Eth. c. 18

¶ Præterea. In delectatione ſiue gaudio cor dilatatur, in triſtitia uero cõſtringitur. Sed impoſſibile eſt cor ſimul dilatari, & conſtringi, ergo.

¶ Præterea. Sicut ſe habet glorioſum, & non glorioſum ad corpus, ita dolor, & gau-

gaudium ad animam. Sed impoſſibile eſt corpus eſſe glorioſum,& non glorioſum,ergo impoſſibile eſt quod in anima ſit ſimul dolor,& gaudium.

Pſal. 87. ¶Contra in Pſalmo. Anima noſtra repleta eſt malis,ubi Aug nõ malis uitiis, ſed pœnis.

¶ Præterea,ubi eſt morbus ibi apponitur medicina, ſed medicina fuit paſſio Chriſti,ergo in anima Chriſti fuit uerus dolor,& conſtat, quod in eo fuit uerum gaudium,quia erat comprehenſor,ergo.

¶Reſpõdeo.In iſta quæſtione ſunt multæ opiniones quas non omnes intendo recitare. Sed recitabo ad præſens tantũ quatuor,& ſecundum hoc ſunt quatuor articuli.

1.Opinio. VNA opinio dicit, quod in anima Chriſti fuit ſimul dolor,& gaudium, q̃a in anima Chriſti ſenſitiua fuit uerus dolor,& non gaudium.In anima uero intellectiua erat uerum gaudium, & non dolor.

¶Primum patet ſic.Dolor eſt paſſio illata,& perceptibilis apprehenſio illius paſſionis illatæ.Sed in Chriſto quantum ad animam ſenſitiuam erat paſſio illata, & perceptibilis apprehenſio paſſionis illius illatæ,quia ſenſus tactus optime uigebat in eo,quia erat nobiliſſimæ complexionis.

¶Secundum declaratur ex hoc, quia in parte intellectiua erat plenitudo diuinitatis, & gaudii, talis autem plenitudo non permittebat eum ſentire aliquem dolorem.

Lib.3.c.21 ¶ Contra hoc obiicitur per Dama. qui dicit,quòd Chriſtus habuit meſtam intelligentiam,ſed intelligentia diſtingui tur contra partem ſenſitiuam, ergo non ſolum in ſenſitiua,ſed etiam in intellectiua fuit meſtitia ſiue triſtitia.

¶Præterea mors Chriſti, aut fuit naturalis,aut uiolenta. Non naturalis,quia tunc fuiſſent mortui in iſto inſtãti, ſi nulla paſſio fuiſſet ei illata, quod eſt falſum, ergo fuit uiolenta, ſed omne uiolentum eſt naturaliter contriſtans ex nono methaphiſicæ, ergo cum illa mors eſſet uiolenta nõ ſolum quantum ad ſenſitiuam, ſed etiam quantum ad intellectiuã, quia uiolenter fuerit ſeparata intellectiua anima,ergo ſequitur,quod in intellectiua fuit uera triſtitia.

ALIA eſt opinio quæ dicit,quod anima Chriſti poteſt conſiderari dupliciter,uel inquantum eſſentia,uel inquantum potentia,ſi conſideretur inquantũ eſſentia habuit uerum dolorem, & paſſionem,& patiebatur corpore patiente, quia anima ſecũdum ſuam eſſentiam tota eſt in toto, & tota, in qualibet parte corporis. Si autem conſideretur anima inquantum potentia ſic non patiebatur nec habuit uerum dolorem. *2.Opinio.*

¶Contra iſtam opinionem poteſt obiici per duo argumenta facta contra præcedentem opinionem.

¶ Præterea ad hoc ponit dolor in Chriſto,quia per illum debuit mereri. Sed meritum eſt in anima inquantum potentia non inquantum eſſentia,quia inquantum potentia habet deliberare,& elicere actus meritorios, ergo dolor fuit in anima Chriſti inquantum potentia.

¶Præterea maior eſt colligantia animæ ut eſt natura ad ſeipſam, ut potentia, quam ſit uirium ſenſitiuarum ad animã ut natura,uel eſſentia, ergo. Si propter talem colligantiam facta paſſione in uiribus ſenſitiuis patitur anima, ut natura ſequitur,quod patiente anima ut natura patiatur anima ut potentia.

ALIA eſt opinio quæ dicit, quod anima poteſt tripliciter conſiderari.Primo modo ut eſt natura, & ſic dicitur, q̃ anima intellectiua patiatur patiente anima ſenſitiua, quia in homine ſenſitiua & intellectiua ſunt una res fundamentaliter. *Henr quodlib.8.q.7. Vide Varronem hic.*

¶Secundo modo poteſt anima conſiderari,ut ẽ ratio inferior,& ſic anima Chriſti habuit uerum dolorem quia ratio inferior reſpicit obiectum temporale,& q̃a inferebatur ſibi pœna ideo habuit uerũ dolorem.

¶Tertio modo poteſt conſiderari ut eſt ratio ſuperior, & quia rationis ſuperioris eſt tendere in Deum,ideo ex iſta tendentia non potuit habere dolorem, ſed gaudium. Et eſt talis ordo inter dolorem & gaudium reſpectu animæ Chriſti,q̃a ex parte doloris primo fuit in Chriſto dolor in toto compoſito ex anima,& corpore,& anima ſenſitiua, & intellectiua, ſecundo fuit in anima ſenſitiua,tertio in anima intellectiua ut eſt natura quædã. Ex parte autem gaudii fuit econuerſo,

quia

quia primo fuit in ratione ſuperiori, ſecundo fuit in anima ut eſt natura quædam, tertio fuit gaudium in toto compoſito.

4 *Opinio.* QVARTA opinio eſt ad cuius euidentiam eſt ſciendum, quòd dolor eſt ex apprehenſione ſenſus alicuius læſionis factæ in carne propter quod ſequitur paſſio in appetitu. Triſtitia autem eſt ex appræhenſione interiori, & fit frequenter ſine læſione carnis, quia fit per imaginationem, & appræhenſionem intellectiuam unde diffinitur ſic. Triſtitia eſt animi diſſenſus ab his, quæ nobis nolentibus accidunt. *Quid ſit triſtitia.*

¶Ad propoſitum dicitur, quòd ſi accipitur dolor, qui eſt ex appræhenſione ſenſus læſionis factæ in carne, tunc in Chriſto fuit uerus dolor, quia ueram naturā paſſibilem habuit, immo fuit maximus dolor, tum quia fuit tenerrimæ complexionis, tum quia fuit paſſus in locis maxime paſſibilibus, puta in locis neruoſis, ſcilicet in manibus, & pedibus. Tum quia ſenſus eius uigebant, & non erant obſorpti nec fiebat redundantia a gaudio animæ in corpus. Vnde in aliis martyribus, quia fiebat talis redundantia, ideo non ſic patiebantur, ſed in Chriſto fuit factum miraculoſe, quod potentiæ agebantur ſecundum proprium motum. Si autem accipitur dolor pro triſtitia dicitur, quòd in anima Chriſti tam in portione ſuperiori quam inferiori fuit dolor qui eſt triſtitia. *Vide omnia in Scoto.*

¶ Ad cuius euidentiam eſt notandum, quòd uoluntas poteſt accipi dupliciter, ſcilicet pro uoluntate deliberatiua, & pro uoluntate naturali. Si accipitur uoluntas pro deliberatiua uoluntate ſic nō fuit ibi triſtitia, quia triſtitia eſt de nolito. Sed illa paſſio non erat nolita a uoluntate deliberatiua Chriſti immo erat uolita, quia illa uoluntas cum erat recta cōfirmabatur legibus diuinis, lex autem diuina dictabat paſſionem illam eſſe uolendam, ergo ut ſic non fuit ibi triſtitia. Si autem accipitur uoluntas pro uoluntate naturali ſecundum portionem ſuperiorem, & inferiorē fuit ibi triſtitia, quia triſtitia eſt de nolito. Sed uoluntas Chriſti naturalis nolebat illam paſſionem, quia erat diſconueniens ſuæ naturæ, ergo in hoc erat triſtitia. Vnde ſicut proiiciens merces in mare ſimpliciter nō uult quia proponitur ſibi ut malum, ulterius quia proponitur ſibi ut neceſſarium propter uitandum periculum, & ſic uult, ita eſt in propoſito. Nam proponebatur paſſio ut diſconueniens naturæ, & ſic uoluntas naturalis nolebat. Sed poſtea proponebatur ut neceſſaria pro redemptione generis humani, & ſic uoluntas deliberatiua uolebat. Opinio Scoti hic dimittitur, quia nimis eſt prolixa, & duæ ultimæ rationabiliter ſuſtineri poſſunt. *Pulchrum exemplum.*

¶Verumtamen contra ultimam opinionem obiiciunt aliqui contra diſtinctionem, qua dicitur, quòd uoluntas poteſt accipi pro uoluntate deliberatiua, & pro uoluntate naturali, & in illo ultimo non fuit in anima Chriſti dolor, qui eſt triſtitia.

¶Contra illud arguitur. Prædicatum nō dicitur de ſubiecto ratione alienius, quod accidentaliter ineſt, ſed accidit uoluntati, quòd coniungatur cum appetitu ſenſitiuo, ergo licet uoluntas dicatur naturalis ratione illius coniunctionis, non propter hoc debet dici de uoluntate dolor, uel triſtitia. Dicendum, quòd ſi uoluntas diceretur naturalis ex hoc præciſe, quod coniungitur appetitui ſenſitiuo ſicut opinans uidetur dicere tunc diſtinctio non eſſet bona. Sed diſtinctio eſt ſic accipienda quod poſſum conſiderare uolūtatem ut reſpicit bonum abſolute, & conueniens naturæ, & ſic dicitur uoluntas naturalis. Et poſſum conſiderare uoluntatem ut ſequitur iudicium rationis, & ſic dicitur uoluntas deliberatiua, & tunc diſtinctio eſt bona.

¶Ad primum principale dicitur dupliciter. Vno modo negando maiorem, quia per potentiam diuinam contraria in ſummo poſſunt ſimul ſtare in eodem ſicut in corporibus damnatorum ponitur ſumma caliditas, & ſumma frigiditas, ut uidetur dicere una gloſa ſuper illud Matthæi. Ibi erit fletus, & ſtridor dentium. Sed hoc non uidetur bene dictum, quia Rabi Moyſes ſic dicit, quod coniunctio contrariorum in eodem ſubiecto eſt unum de impoſſibilibus quæ creator non poteſt facere. *Matt. c. 13*

¶ Præterea diffinitum non poteſt eſſe ſine diffinitione Sed diffinitio contrariorum eſt, quod mutuo ſe expellunt ut patet per

phi-

philoſophum, ergo per nullam potentiã poſſunt eſſe ſimul quin mutuo ſe expellant. *In poſt prædicamentis.*

¶ Ideo aliter dicitur ad minorem ꝙ dolor, & gaudium in propoſito non ſunt in propoſite contrariatum, quia non inſunt eodem modo, tum quia non ſunt de eodem obiecto, quia gaudium eſt de obiecto beatifico, & æterno, dolor autem de obiecto temporali, & corruptibili.

¶ Ad aliud philoſophi 7. Etichorum dicitur, ꝙ non eſt ad propoſitum, quia philoſophus loquitur ibi de delectatione corporali, nos autem loquimur de delectatione ſpirituali Nam delectatio corporalis puta, quæ eſt ex cibo expellit triſtitiam oppoſitam ex cibo, & quamcunque contingentem. *7. Eth. c. 18*

¶ Aliter dicitur, & melius, quod dictum philoſophi habet ueritatem quando de una potentia naturaliter fit redundantia in aliam potentiam. In propoſito autem in Chriſto diſpenſatiue factum eſt, quod non fuit redundantia gaudii animæ ad uires alias nec ad corpus.

¶ Ad tertium dicitur, quod non eſt ad propoſitum, quia dilatatio cordis reſpicit gaudium temporale, in propoſito autem fuit gaudium ſpirituale in portione ſuperiori.

¶ Ad quartum dico, quod maior eſt falſa quia glorioſum, & non glorioſum reſpecta eiuſdem corporis ſunt contradictoria. Dolor autem, & gaudium in propoſito non ſunt contradictoria nec etiam cõtraria. Tum quia non inſunt eodem modo, tum quia non ſunt de eodem obiecto ut dictum eſt.

DISTINCTIO XVI.

Circa diſtinctionem decimamſextam quæritur.

Vtrum Chriſtus habuerit neceſſitatem moriendi?

Seraphicus Bona. 3. ſent. diſtin. 16. q. 3. Ar. 2.
Scotus 3. ſent. diſtinct. 16. q. 1.
D. Thom. 3. par q. 14. Ar. 2.
Ricardus 3. ſenten diſtin. 16. q. 1.
Durandus tertio ſententiarum diſt. 16. q. 1.
Franc. de May 3. ſent. diſt. 17. q. 2.

QVAESTIO I.

HIC oritur quæſtio ex prædictis. Circa diſt. 16. quæritur Vtrum Chriſtus habuerit neceſſitatẽ moriẽdi? Videtur, quod non, quia mors eſt inflicta propter peccatum, ſed in Chriſto non fuit peccatum nec originale, nec actuale, ergo non habuit neceſſitatem moriendi. Maior probatur, tum quia ad Roma. dicitur. Corpus mortuum eſt propter peccatum, tum quia Gene. dicitur quacunque hora comederis ex eo &c. Tum quia Augu. dicit, quod ſi nullus delinqueret nullus moreretur. Et 4 de tri. dicit, quòd mors eſt inflicta ratione criminis. *Rom. 8.* *Gene. 2.* *Lib. retractat. cap. 1.* *4. de tri.*

¶ Preterea anima Chriſti fuit omniſciẽs, ergo fuit omnipotens, quia non eſt minoris perfectionis omnia ſcire, quam omnia poſſe. Sed omnipotens poteſt repellere omnem cauſam mortis, ergo.

¶ Preterea perfectior eſt anima Chriſti, quam forma cœli, ſed in cœlo nulla eſt cauſa corruptionis, ergo nec in anima Chriſti.

¶ Contra, omne generabile de neceſſitate eſt corruptibile, ut patet, ſed corpus Chriſti fuit generabile, ergo corruptibile. *6. Met. con tex. 7*

¶ Præterea omne compoſitum ex contrariis eſt corruptibile, ſed corpus Chriſti erat compoſitum ex contrariis, ergo.

¶ Ad euidentiam huius quæſtionis, quia mors eſt quidam defectus naturæ. Ideo eſt ſciendum, quod filius Dei ſic aſſumpſit noſtram naturam, quòd aſſumpſit cã cum pœnalitatibus, & defectibus quos decuit. Nam aliqui ſunt defectus in noſtra natura qui proueniunt ex culpa, & ſunt ad culpam, ſicut pronitas ad malum, & difficultas ad bonum, & huiuſmodi defectus filius Dei non aſſumpſit, quia non decuit. Alii uero ſunt defectus, qui proueniunt ex culpa non tamen ſunt ad culpam, & iſti diſtinguuntur, quia quidam ſunt perſonales puta lepra, cæcitas, & claudicatio, & huiuſmodi, & iſtos etiã non aſſumpſit. Quidam uero ſunt naturales, ut fames, & ſitis, & iſtis ſimiles, & hos aſſumpſit. *Quid ſit mors.* *Diſtinctio defectuum.*

¶ His

¶His præmiſſis in generali quantum ad defectus quos aſſumpſit oportet uidere in ſpeciali, uel particulari ſi aſſumpſit hunc defectum qui eſt neceſſitas moriẽdi. Et ſunt hic duo articuli ſecundũ duas opiniones.

VNA indiſtinctè dicit, quòd i Chriſto fuit neceſſitas moriendi, ita quòd ſi non fuiſſet ei aliqua pœna, uel paſſio illata fuiſſet tamen mortuus ſenio, quod probatur ſic. Materia eſt qua res poteſt eſſe & non eſſe ex 7. metha. ita quòd materia exiſtens ſub priuatione eſt principium corruptionis, quia altera pars contrarietatis, id eſt priuatio machinatur ad maleficium, id eſt ad corruptionem, ex primo phiſicorum. Sed materia corporis Chriſti eſt eiuſdem rationis cum materia noſtri corporis, & eſt ibi priuatio alicuius formæ, ergo ſicut neceſſario eſt cauſa corruptionis ita, & in Chriſto.

7. Met. com tex. 9. 22. & 53.

1. Phy. com tex. 80.

¶Præterea in corpore Chriſti erant qualitates contrariæ. Sed ex contrarietate qualitatum ſequitur actio, & paſſio, & tãdem corruptio, ergo. Probatio maioris, quia qualitates elementorum non ſunt in omnimoda proportione æquali in corpore mixto proportionato animæ, quia diuerſæ partes requirunt diuerſas proportiones complexionis.

¶Præterea omne corpus generabile habet certum periodum ſuæ durationis ultra quam non poteſt durare, ſed corpus Chriſti fuit generabile, ergo.

1. De gene. cont. 57.

¶Quicquid ſit de concluſione in ſe iſtæ rationes non concludunt. Prima enim ideo non concludit, quia ſi ualeret tunc argueretur de corpore Chriſti modo ſicut ante, quia habet materiam eiuſdem rationis cum corpore noſtro, & eſt priuatio ibi annexa, ergo eſſet nunc in eo neceſſitas moriendi, quod eſt falſum.

¶ Similiter ſecunda ratio non cõcludit, quia ita in corpore illo ſunt modo qualitates cõtrariæ ſicut tũc, & tñ nõ ponĩ in eo neceſſitas moriendi. Similiter tertia tio non ualet, quia aſſumit unum falſum ſcilicet, omne durabile habet certum periodum ſuæ durationis ultra quam nõ poteſt durare, quia ſi producatur aliquis lapis in eſſe, & tollatur omne extrinſecũ corruptiuum poſita generali manutenẽtia diuina nunquam corrumperetur.

Opinio Scoti.

IDEO eſt alia opinio, quòd de uerbo in comparatione ad naturam aſſumptam poſſumus loqui tripliciter. Primo comparando uerbum ad naturam aſſumptam glorioſam, iſto modo, quod gloria quæ ponitur in anima redundet in corpus.

¶Secundo comparando uerbum ad naturam aſſumptam innocentem, ſicut eſt pura natura ſine peccato cum iuſtitia originali.

¶Tertio comparando uerbum ad naturam non glorioſam, ita quòd gloria animæ non redũdaret in corpus, primo modo non fuiſſet in Chriſto neceſſitas moriendi ſicut nec in beatis erit poſt reſurrectionem. Similiter nec ſecundo modo, ſed tertio modo in Chriſto fuiſſet neceſſitas moriendi ſicut ponit Aug. ubi dicit quod Chriſtus habuit ſimilitudinem carnis peccati, quia niſi iuuenis occiſus fuiſſet ipſo ſeneſcente ad mortem uenire potuiſſet nullo miraculo circa ipſum poſito.

Libro. 2. de Baptiſmo paruulorũ.

¶Sed adhuc reſtat dubium unde erat illa neceſſitas moriendi. Et dicitur, quod fuit ex hoc, quod corpus Chriſti ſibi dimiſſum ſine redundantia gloriæ erat animale, & non ſub pleno dominio animæ, & indigebat cibo, & ſiebat deperditio, & reſtauratio, nec poterat fieri tanta reſtauratio quanta eſt deperditio, ſed ubi non ſit tanta reſtauratio quanta eſt deperditio, ibi eſt neceſſitas moriendi.

Vide Scotum pro hoc.

¶Contra. Chriſtus ſciebat quantum neceſſe erat ſumere de alimento ad tantam reſtaurationem deperditi, ergo poterat ſumere de alimento ut eſſet æqualis reſtauratio deperditi, & ſic propter hoc non fuiſſet in eo neceſſitas moriendi. Reſpondetur, quòd bene licet hoc ſciuerit, non tamen ſequitur, quod fieret æqualis reſtauratio deperditi propter duo. Primo propter potentiæ nutritiuæ debilitatem in conuertendo alimentum, in rem aliam, ſecundo propter impuritatem alimenti ſecundum quod ſemper aliquid trahit de impuro, nunc autem ex puriori alimento generatur purior ſanguis, & caro, & ex impuriori alimento generatur impurior ſanguis, & caro.

Dubium cũ riſponſ.

¶ Ad primum principale quando dicitur, quòd mors eſt inflicta propter peccatum, dicitur quod uerum eſt de neceſſitate in eo quod peccatum ſoluit prohi-

Quæ ſit cã mortis

bens

bens mortem. ſ. iuſtitiam originalē, proprie autem cauſa mortis eſt illa, quæ dicta eſt in ſecunda opinione, ſcilicet quod non ſit reſtauratio tanta quanta ſit deperditio in humido radicali.

¶ Ad ſecundum cum dicitur, quòd anima Chriſti fuit omniſciens, ergo omnipotens, negatur conſequentia, quia omnipotentia non poteſt communicari alicui creaturæ niſi habeat in ſe formā uirtualiter contentiuam omnium obiectorū poſſibilium producī. Ideo requiritur maior perfectio in fundamento omnipotentiæ, quam in fundamento omniſcientiæ.

¶ Ad tertium dicitur, quod conſequentia non ualet ſi cęlum eſt incorruptibile,
In 2 li. diſt. 14. ergo, & corpus Chriſti, ut patuit. Materia cœli non eſt eiuſdem rationis cū materia inferiorum.

SECVNDO quæritur. Vtrum in poteſtate animæ Chriſti fuerit nō mori ex uiolentia paſſionis? Videtur, quôd ſic, quia quod habet plenum dominium ſuper corpus poteſt impedire omnem uiolentiam corporalem, ſed anima Chriſti habuit plenum dominiū ſupra corpus, ergo. Minor probatur p hoc quòd ibi nulla erat rebellio inferiorū uirium ad animam.

Cap. 10. ¶ Præterea Ioan. ait Chriſtus. Ptātem habeo ponendi animam meam, & iterū ſumendi eam, tunc quæritur aut illam poteſtatem habuit inquantum Deus, aut inquantum homo, non inquantum Deus, quia quod ſemel aſſumpſit nunquam dimiſit ſecundum Damaſcenum, ergo in-
Lib. 3. c. 26 uel 73. ſomius. quantum homo, & habetur propoſitum.

¶ Præterea. In Euangelio dicitur, quod cum clamore ualido emiſit ſpiritum, ſed non potuiſſet habere clamorem ualidū niſi præueniſſet ſeu præſciuiſſet horam mortis. ergo.

¶ Contra. Chriſtus erat uiator, ſicut & nos, ſed non eſt in poteſtate animæ noſtræ non mori paſſione inflicta, ergo.

¶ Præterea. Si in poteſtate alicuius eſt non mori ſi non prohibet peccat, ergo ſi in poteſtate animæ Chriſti fuiſſet non mori, & non prohibuit, ſequitur, ꝙ peccauerit, quod eſt inconueniens.

¶ Reſpondeo. In iſta quæſtione nō oportet multum inſiſtere, quia patet ex ſolutione quæſtionis præcedentis.

IDEO dico, quod ſi anima Chriſti glorioſa fuiſſet ſibi dimiſſa, ita quòd gloria animæ redundaſſe in corpus tunc in poteſtate animæ Chriſti fuiſſet non mori ex uiolentia paſſionis. Sed quia gloria animæ Chriſti de facto non redundabat in corpus, ideo illud corpus erat neceſſario corruptibile, & paſſibile. Cuius ratio erat ex prima inſtitutione naturæ, quia hoc eſt principium in natura, quòd aliqua actiua ſunt nata dominari paſſiuis. Tunc arguitur ſic. Omne corpus alterabile, & corruptibile per approximationem actiui dominantis poteſt corrumpi. Sed corpus Chriſti eſt huiuſmodi, ergo, &c. *Opinio Authoris.*

¶ Ad primum principale dico, quod anima Chriſti haberet dominium ſupra corpus in hoc quod non erat rebellio uiriū ſenſitiuarum, non tamen habuit plenum dominium quantum ad hoc quod eſt nō pati, quia gloria animæ non redundabat in corpus. *Quō ſtat ly ego.*

¶ Ad ſecundum dicendum, quod ly ego in ſuppoſito, & appoſito ſtat pro eadem perſona non tamen ſecundum eandē naturam ita, quod ego ſuppoſitum uerbi ſecūdum naturam diuinam pono animam meam a meipſo ſecundum naturam humanam, quia in natura humana facta eſt ſeparatio.

¶ Ad tertium dicitur quod ſicut fuit miraculum quod anima erat glorioſa, & corpus non, ita fuit miraculum in eo, quòd clamauit ualide in hora mortis, & miraculosē fuit ſeparata anima ante horam mortis per uiolentiam paſſionis.

DISTINCTIO XVII.

Circa diſtinctionem decimamſeptimam quæritur;

Vtrum in Chriſto ſint duæ uoluntates?

Seraphicus Bona. 3. ſent. diſtin. 17 q. 1. Ar. 1.
Scotus 3. ſent diſtinct 17 q. 1.
D. Thom 3. par. q. 18. Ar. 1.
Ricardus 3. ſenten. diſtin. 17 q. 1.
Durandus tertio ſententiarum diſt. 17. q 1.

QVAESTIO I.

POST prædicta conſiderari &c. Circa iſtã diſtinctionem 17. quæritur primo. Vtrum in Chriſto ſint duæ uoluntates? Videtur quod non. Quia omnis uolũtas eſt domina ſui actus alias non eſſet libera. Sed ſi in Chriſto eſſent plures uoluntates altera non eſſet domina ſui actus, ergo &c. Probatio minoris. Illud quod ſequitur motum alterius potentiæ non habet dominium ſui actus. Sed ſi in Chriſto ponitur alia uoluntas a uoluntate diuina ſequitur motum uoluntatis diuinæ, ergo non habet dominium ſui actus.

¶ Præterea uoluntas facit uolentem, ergo, ubi ſunt plures uoluntates ibi ſunt plures uolentes. Sed Chriſtus eſt unus uolens, ergo in Chriſto eſt una uolũtas.

¶ Præterea ubi eſt una perſonalitas ibi eſt una uoluntas. Sed in Chriſto eſt una perſonalitas, ergo &c.

In Chriſto ſunt duo intellectus.

¶ In oppoſitum arguitur ſic. Potentia uolitiua inſeparabiliter ſequitur potentiã intellectiuam. Sed in Chriſto ſunt duo intellectus, ſcilicet creatus, & increatus, ergo in Chriſto ſunt duæ uoluntates.

¶ Reſpondeo. In iſta quæſtione ſunt duo articuli. Primus. Si in Chriſto ſunt duæ uoluntates. Secundus, ſi uoluntas creata Chriſti ſemper fuit conformis uoluntati diuinæ.

Lib. 3. c. 14.

Quære D. Tho. 3 par. ſe q. 18. ar. tic. 1

QVANTVM ad primum patet per Dama. quòd in Chriſto ſunt duę uoluntates, & ſicut tenemus, in Chriſto duas naturas, & unam ypoſtaſim, ita debemus tenere in Chriſto eſſe duas uoluntates, & unam ypoſtaſim, quod probatur ſic. Vbi ſunt plures naturæ ibi ſunt proprietates conſequentes illas naturas. Sed in Chriſto ſunt duæ naturæ diuina, ſcilicet & humana, ergo in Chriſto ſunt proprietates harum naturarum, ſcilicet uoluntas diuina, & humana.

¶ Præterea. Sicut patet in diſtinctionibus ſuperioribus in Chriſto fuit ſumma gratia, & ſumma, & ſciẽtia, ergo ſicut propter ſcientiam ponitur in Chriſto intellectus creatus ſimiliter propter gratiam ponitur uoluntas creata, ſed in Chriſto etiam ponitur uoluntas diuina, ergo in Chriſto ſunt duæ uoluntates creata, ſcilicet, & increata.

¶ Præterea, Chriſtus ut homo meruit, & Chriſtus ut Deus creauit, ſed creatio eſt per diuinam uoluntatem, meritum uero per uoluntatem creatam, ergo in Chriſto ſunt duæ uoluntates, ſcilicet creata, & increata.

D. Bona. præſenti diſtin. q. 1.

¶ Sed diceres nunquid in Chriſto ſunt præciſe duæ uoluntates. Et dicit hic quidam doctor ſatis probabiliter, quòd largè ſumendo uoluntatem pro appetitu in Chriſto ſunt tres uoluntates eſſentialiter diſtinctæ, ſcilicet uoluntas diuina uoluntas creata rationalis, & uoluntas creata ſenſitiua, quæ dicitur rationalis per participationem in eo quòd eſt nata obedire rationi. Item uoluntas rationalis diuiditur non quidem in diuerſas potentias, ſed in diuerſos modos, una dicitur uoluntas rationalis naturalis, alia dicitur uoluntas rationalis deliberatiua ſicut dicebatur ſuperius, quamuis Scotus hoc non approbet, tamen bene poteſt ſuſtineri, & facit eam Doctor uenerabilis Bonauentura. Item uoluntas deliberatiua diſtinguitur in portionem ſuperiorẽ, & inferiorem. Portio quidem ſuperior reſpicit Deum. Portio autem inferior reſpicit proximum, & res inferiores Deo. Vnde mori amore Dei ſpectat ad portionem ſuperiorem. Mori autẽ pro ꝓximo ſpectat ad portionem inferiorem.

Diſt. 15.

Lib. 3. diſt. 17. in primo dubio ſuper literam.

DE ſecundo articulo, ſcilicet, quod uoluntas creata Chriſti fuit ſemper conformis uoluntati diuinæ. Dico, quod aut quæritur de uoluntate ſenſitiua, aut de uoluntate rationali, quæ dicitur naturalis deliberatiua. Si primo modo conceditur, quòd ſemper fuit conformis uoluntati diuinæ in modo uolendi, ſed in uolito non fuit ſemper conformis, quia illa uoluntas nolebat paſſionem, quia erat diſconueniens ſuæ naturæ, & tamen hãc paſſionem diuina uoluntas uolebat. Si ſecundo modo dico conſimiliter, quod uoluntas naturalis rationalis licet eſſet conformis uoluntati diuinæ in modo uolendi, non tamen in uolito ſemper fuit conformis, quia illa uoluntas nolebat paſſionem cum eſſe diſconueniens ſuæ naturæ, & tamẽ uolũtas diuina uolebat.

¶ Si autem loquimur tertio modo de uoluntate naturali deliberatiua ſic dico: Quod iſta ſemper fuit conformis uoluntati diuinæ.

¶ Ad primum principale conceſſa maiore negetur minor, quia non obſtante, ꝙ in Chriſto ſint duæ uoluntates habet altera dominium ſui actus. Et quando dicitur, quod ſequitur motum alterius uoluntatis, ſcilicet diuinæ. Dico, quod non ualet, quia uerbum aſſumens naturam nullam habet actiuitatem propriam ſuper naturam aſſumptam quam non habet tota Trinitas.

¶ Vel aliter ſecundum unam opinionem quæ ponit, quod uoluntas eſt cauſa immediata ſui actus, & totalis cauſa, & tunc non ſequitur motum alterius uoluntatis, ſed uoluntas diuina ponit uoluntatem creatam in eſſe, & ſinit ipſum moueri actibus ſuis.

Pulchra ſolutio. ¶ Ad ſecundum dicitur, quod non ſequitur, quòd Chriſtus ſit duo uolentes, quia ſicut pluries dictum eſt in præcedētibus diſtinctionibus concreta non numerantur nec plurificantur plurificatis abſtractis niſi tam forma quam ſuppoſitum plurificetur. Et quia hic eſt unum ſuppoſitum ideo eſt unum uolens. Quemadmodum etiam in Chriſto ſunt duæ filiationes, & tamen Chriſtus non eſt duo filii, ſed unus filius ut patuit ſupra.

¶ Ad tertium negetur maior, quando in eadem perſona ſunt naturæ, quæ habent proprietates eſſentialiter diſtinctas, ſicut eſt in propoſito, quia in ea perſona Chriſti eſt natura diuina, & humana, ergo & uoluntas diuina, & humana.

Vtrum decuerit Chriſtum orare?

D. Thomas tertia parte quæſtio. 21. Articul. 1.

QVAESTIO II.

SECVNDO quæritur. Vtrum decuerit Chriſtū orare? Videtur quod non. Vnde Aug. de correptione, & gratia dicit. Nemo quærit ab alio quod a ſe ipſo poteſt habere, ergo.

¶ Præterea. Orare ſpectat ad perſonam inferiorem, ſed perſona Chriſti eſt æqualis dignitatis cum perſona patris, ergo.

¶ Præterea Chriſtus nihil petebat niſi, quod ſciebat patrem uelle, ergo ſi orabat fruſtra orabat, quia ſiue oraſſet, ſiue non, illa eueniſſet ex quo pater illud uolebat, ergo.

¶ Contra. Quicquid Chriſtus fecit decuit eum facere, ſed Chriſtus orauit ut patet in multis Euangeliis, ergo decuit eum orare.

¶ In iſta quæſtione ſunt duo uidenda primo principale quæſitum, ſecundo ſi in omni ſua oratione Chriſtus fuerit exauditus.

QVANTVM ad primum dico, quod decuit eum orare propter multa. Primo propter meritum ut nos, qui non eramus capaces beneficiorum Dei per eius orationem efficeremur capaces. Secundo propter uirtutis exemplum, quia membra debent caput imitari. Tertio *Exemplum.*
propter uirtutis documentum, ut ſcilicet ex Chriſti oratione cognoſceremus eum eſſe uerum hominem, & hoc tangitur Ioan. ubi ait Chriſtus. Gratias tibi ago domine quoniam ſemper me audis. *Cap. 11.*
Nunc autem rogo non propter me, ſed propter populum, ut credant, quia tu me miſiſti. Quarto propter complendum officium, quia erat ſummus Pontifex, ſed officium ſummi pontificis orare. Vnde ad Hebr. Omnis pontifex ex hominibus aſſumptus pro hominibus conſtituitur in his, quæ ſunt ad Deum ut offerat, &c. *Cap. 5.*

Quid ſit oratio. QVANTVM ad ſecundum articulum dico, quòd oratio eſt mentis ſiue uoluntatis petitio. Voluntas autem creata Chriſti ut patet in quæſtione præcedenti accipitur tripliciter, ſcilicet, pro uolūtate ſenſitiua, & pro uoluntate rationali, quæ eſt naturalis, & pro uoluntate rationali, quæ dicitur deliberatiua. Si loquimur de prima, & ſecunda uoluntate dico, ꝙ non ſemper fuit exauditus, quia ſecundum illas uoluntates orabat dicens. Pater tranſeat a me calix iſte, & tamen non tranſiuit, immo hunc calicem paſſionis bibit. Si autem loquamur de tertia dico quod ſemper fuit exauditus. *Quō Chriſtus fuerit exauditus.*

¶ Ad primum principale dico, quod nemo petit ab alio quod poteſt a ſeipſo habere, ſi oratio, & exauditio competunt eidem perſonæ ſecundum eandem naturã. Nunc autem oratio, & exauditio non cõpetunt perſonæ Chriſti ſecundum eandem naturam, quia oratio competit ei ſecundum naturam humanam, exauditio autem ſecundum naturam diuinam.

¶ Ad ſecundum dico, quod Chriſtus inquantum orabat erat minor patre in forma ſerui non in forma Dei in qua eſt æqualis patri.

¶ Ad tertium dico, quod Chriſtus non fruſtra orabat, quia Chriſtus ſciebat ſuũ patrem uelle hoc, quod eueniret mediante oratione Chriſti, & niſi aliter non euenitſſet, quia ſic erat diffinitum a uoluntate diuina.

DISTINCTIO XVIII.

Circa diſtinctionem decimamoctauam queritur:

Vtrum Chriſtus meruerit in primo inſtanti ſuæ conceptionis?

Seraphicus Bonauent. 3. ſentent. diſtinct. 18. q. 1. Ar. 2
Scotus 3. ſent. diſt. 19. q. 1
D. Thomas tertia parte quæſtio 48. Arti. 1.
Ricardus tertio ſententiarum diſtinctio. 19. quaſt. 3.
Durandus 3. ſenten. diſtinc. 18. q. 3.

QVAESTIO I.

DEMERITO Chriſti prætermittendum. Circa iſtam diſtinctionem 18. quæritur? Vtrũ Chriſtus meruerit in primo inſtãti ſuæ conceptionis? Videtur, primo quòd non meruit, ſecundo quod non potuit mereri in primo inſtanti ſuæ conceptionis.

¶ Primum probatur ſic. Voluntas perfectè immerſa, & unita Deo per fruitionẽ non poteſt mereri alias ſancti in patria continuæ merentur, ſed anima Chriſti erat perfecte unita Deo, & fruebatur ipſo, ergo.

¶ Præterea anima Chriſti fruebat Deo, ergo non merebatur. Probatio cõſequẽtiæ, quia aut meritum & fruitio ſunt duo actus, aut ſunt unus actus, non ſunt duo actus, quia in eadem potentia non ſunt ſimul duo actus quorum alter ſecundum ſe eſt adæquatus potentiæ, ſed fruitio eſt adæquatus actus potentiæ, ergo non poterat ſimul frui, & mereri, nõ etiam ſunt unus actus, quia meritum eſt actus cõtingens, fruitio uero eſt actus neceſſarius, ſed idem non poteſt eſſe neceſſarium, & contingens, ergo.

¶ Præterea probatur, quod non meruit in primo inſtanti ſuæ conceptionis, quia omne quod eſt quando eſt neceſſe eſt, ergo ſi Chriſtus meruit in primo inſtanti ſuæ conceptionis tunc pro illo inſtanti actus ille erat neceſſarius, ſed nullum neceſſarium eſt meritorium, ergo.

¶ Præterea duæ mutationes quarum terminus unius eſt ad quem, & terminus alterius eſt a quo non poſſunt eſſe in eodẽ inſtanti. Sed eſſe animæ eſt terminus creationis ad quem, & eſt terminus actionis meritoriæ a quo, ergo non poſſunt eſſe in eodem inſtanti creatio animæ Chriſti, & actus merendi.

¶ Præterea. Si Chriſtus potuit mereri in primo inſtanti ſuæ conceptionis, ergo malus angelus potuit peccare in primo inſtanti ſuæ creationis quod eſt falſum, conſequentia probatur, quia actio meritoria, & demeritoria menſurantur eadẽ menſura. Falſitas conſequentis probatur dupliciter.

¶ Primo modo ſic. Operatio quæ eſt in inſtanti quando res incipit eſſe eſt effectiuæ a cauſa producente rem in eſſe, ergo ſi angelus ab inſtãti ſuæ creationis potuit peccare, ſequitur, quod peccatum ſit a Deo, ſicut, & ſubſtantia angeli, & hæc eſt ratio Thomæ. *D. Thomas 1. par. q. 63 art. 5.*

¶ Secundo ſic Angelus non peccauit niſi per uere, ſed primum uelle habet a Deo non a ſe, ergo non potuit peccare in primo inſtanti. Probatio minoris. Si primum uelle habet a ſe aut hoc eſt nolendo, uel uolendo, non nolendo hoc patet de ſe, ergo uolendo, tunc quæritur de illo ſicut de priori, quia aut a Deo, & habetur propoſitum, aut a ſeipſo, & queram de illo ſicut de priori in infinitum.

¶ Contra.

¶Contra. Vigoroſior eſt anima Chriſti quam lux, ſed lux in eodem inſtanti quo eſt lux, ergo eodem inſtanti quo anima Chriſti fuit creata potuit mereri.

¶Præterea. Sicut ſe habet anima Chriſti ad fruitionem per gloriam, ita ſe habet per gratiam ad meritum: Sed anima Chriſti per gloriam in primo inſtanti habuit actum fruitionis, ergo per gratiam in primo inſtanti habuit actum meredi.

¶Reſpondeo. In iſta quæſtione ſunt duo uidenda. Primo ſi Chriſtus meruerit. Secundo quãdo meruerit. Tertio ſi meruerit ſibi aliquid, & quid fuit illud.

Quõ Chriſtus meruerit. DE primo dico quod meruit, quod perſuadetur ſic, quicunque eſt in ſtatu merendi ſi nunquam meretur aliquando demeretur, quia ad merendum tenetur aliquando, ſed erat in ſtatu meredi, quia uiator, ergo ſi numquam meruit, ſequitur, quòd aliquando demeruit, quod eſt falſum.

¶Præterea uiator habens ſufficiẽs principium merendi poteſt mereri, ſed Chriſtus erat uiator, & habebat ſufficiens principium merendi, ſcilicet gratiã quo potuit mereri, & ſi potuit, ergo meruit quia quicquid eſt nobilius, & perfectius eſt attribuendum illi animæ, ſi ſibi non repugnat. Nunc autem eſt perfectius habere aliquid cum merito, quam ſine merito.

QVANTVM ad ſecundum articulum, ſcilicet quando Chriſtus meruit ſunt duæ opiniones. Vna dicit, quod non meruit nec potuit mereri, in primo inſtanti ſuæ conceptionis, tum quia omne quod eſt quando eſt neceſſe eſt eſſe, tum quia duæ mutationes quarum terminus unius eſt ad quem, & terminus alterius a quo non poſſunt eſſe in eodem inſtanti, tum quia pari ratione Angelus potuiſſet peccare primo inſtãti ſuæ creationis ſicut arguebatur ad partem primam quæſtionis.

Opinio Scoti probabilior. ¶Alia eſt opinio, quod Chriſtus in primo inſtanti ſuæ conceptionis potuit mereri, & de facto meruit, & iſta uidetur eſſe probabilior, quia omne habens actum primum perfectum, & obiectum præſens in oratione obiecti ſi non impeditur, & actus eius ſecundus eſt permanens, & non ſucceſſiuus poteſt habere actũ pro quocunque inſtanti, ſed hæc omnia fuerunt in Chriſto in primo inſtanti ſuæ conceptionis, quia habuit potentiam, & gratiã perfectam. Similiter habuit obiectũ præſens, ſcilicet totam trinitatem, & non impediebatur potentia, & actus eſt permanens, ergo.

Contra hoc obijcitur. ¶Contra hoc obiicitur. Eſto enim quod Chriſtus habuit omnia prædicta adhuc non potuit mereri in primo inſtanti ſuæ conceptionis, quia meritum requirit deliberationem, & electionem, electio autem, & deliberatio requirunt, uel præſuponunt ſillogiſmum practicum, ſed iſta ſillogizatio, & deliberatio non fuit in eodem inſtanti, ergo.

Reſponſio. ¶Reſpondeo. Dicendum eſt quod licet talis ſillogizatio requiratur in nobis hoc tamen eſt propter imperfectionem noſtræ potentiæ uolitiuæ, & ubi eſt potentia cognitiua perfecta ibi non neceſſario requirtur talis diſcurſus, quinimo pſa deliberatio poteſt fieri in inſtanti, unde 2. phiſicorum dicitur, quòd perfectus artifex non deliberat. Potentia autem cognitiua Chriſti uidet omnia, quæ uidet uerbum ideo non ſic requirebatur talis diſcurſus, & deliberatio & electio, ergo potuit fieri in inſtanti. *2. Phy. com tex. 80.*

¶Ad motiua autem alterius opinionis dicetur in fine quæſtionis.

Opinio aliquorum. QVANTVM ad tertium articulum, ſcilicet quid ſibi Chriſtus meruit, dicunt aliqui quod meruit ſibi fruitionem, & beatitudinem, quia quicquid eſt nobilitatis, & perfectionis eſt attribuendum Chriſto, ſed perfectius eſt habere fruitionem ex merito, quam ſine merito.

¶Alia eſt opinio cui aſſentio, quod Chriſtus non meruit ſibi fruitionem, quia aut hoc fuiſſet per actum præcedentem, aut per actum qui eſt fruitio, non primo modo, quia nullus actus præcedens ponitur non etiam ſecundo modo, quia meritũ, & fruitio realiter differunt, meritum etiam ſe habet ad fruitionem ſicut uia ad terminum.

¶Si dicas, quod idem actus poteſt eſſe meritũ, & fruitio ſiue præmiũ, quia idẽ actus poteſt habere reſpectum ad liberũ arbitrium, & ad Deum, & ut habet reſpectum ad liberum arbitrium eſt meritũ, ut autem habet reſpectum ad Deum eſt premium, hoc non ualet, quia pari ratione poteſt dici de beatis, quod conti-

 nue

nue merentur, quod falſum eſt.

¶ Ad argumētū opinionis dr̄ multipliciter. Primo ſic, quicquid eſt nobilitatis ē ponendum in Chriſto ſi ſibi non repugnat habere tali modo. Sed Chriſto repugnat habere fruitionem ex merito, quia in Chriſto erat tam excelſa beatitudo quod per meritum acquiri non poterat.

¶ Secundo dicitur, & melius, quod in Chriſto eſt ponendum quicquid eſt perfectionis ſi ſibi non repugnat, uel ſuæ dignitati. Nunc autem habere fruitionem ex meritis repugnat dignitati Chriſti, quoniā, quia meritum præcedit præmiū, tunc Chriſtus pro aliquo inſtanti nō habuit fruitionem quam meruit, quod eſt inconueniens.

¶ Tertio modo dicitur, quòd ſicut diuerſi gradus entitatis faciunt ad decorem uniuerſi, ita diuerſi modi habendi gloriā faciunt ad decorem iſtius ſtatus; ideò aliqui habent gloriam cum meritis aliqui uero ſicut Chriſtus ſine meritis, & ſic non meruit ſibi fruitionem.

¶ Sed diceres nunquā, ergo aliquid ſibi meruit, dicendum, quòd ſic, ſed quid ſit illud. Circa hoc ſunt duæ opiniones. Vna eſt Magiſtri in litera qui dicit, quod meruit animæ, & corporis impaſſibilitatem Animæ quidem impaſſibilitatē meruit, quia licet ſit impaſſibilis quantū ad portionem ſuperiorem, eſt tamen paſſibilis in parte inferiori, uel portione, & impaſſibilitatem huius portionis ſibi meruit. Etiam meruit ſibi impaſſibilitatem corporis in reſurrectione, ut probatur ꝑ Apoſtolum ad Philippenſes. Chriſtus inquit factus eſt pro nobis obediens uſque ad mortem, & ſequitur, propter quod & exaltauit illum, idest pro iſto merito exaltauit illum.

Opinio Magiſtri.

Cap. 2.

¶ Alia opinio dicit, quod Chriſtus meruit ſibi amotionem illius impedimenti quo gloria animæ nō redundabat in corpus, hic accipe quod plus placet.

¶ Ad primum principale dicitur, quod anima perfectè unita Deo poteſt mereri ſi eſt omnino extra uiam. Si autem aliquis unitur Deo ſic, quod exiſtens comprahenſor poſſit etiam eſſe uiator poſſit mereri. Chriſtus autem cum hoc, quod erat comprahenſor erat uiator, & ratione qua fuit uiator meruit, ut patuit in primo articulo.

¶ Ad ſecundum dicitur, quod fruitio, & meritum ſunt duo actus.

¶ Et quando arguitur, quod duo actus non poſſunt eſſe in eadem potentia quorum alter ſit adæquatus potentiæ. Dicendum, quòd uerum eſt ſecundum eandē portionem, ſed in Chriſto fruitio erat ſecūdum portionem animæ ſuperiorem, meritum autem ſecundum portionem inferiorem.

¶ Aliter poteſt dici, quod fruitio erat actus adæquatus intenſiue non autem extenſiue ideo poterat mereri.

¶ Ad tertium dico quòd actus merendi in primo inſtanti fuit contingens, unde ſicut neceſſarium dicitur neceſſarium, quando ita eſt, ita contingens dicitur cōtingens quando contingenter ineſt. Voluntas autem ita contingenter eliciebat illum actum in primo inſtāti, ſicut ſi præceſſiſſet per diem.

¶ Et quando dicitur. Omne quod eſt quando eſt neceſſe eſt eſſe. Dicendum ꝙ poteſt accipi in ſenſu diuiſionis, & tunc eſt falſa, uel in ſenſu compoſitionis, & tunc eſt uera, ſed non contra me.

¶ Ad quartum dicendum quod maior eſt falſa, quia Luna eodem inſtanti quo illuminatur a Sole illuminat hemiſperium noſtrum, & tamen ſunt diuerſæ mutationes.

¶ Ad quintum concedo cōſequēs, quod Angelus in primo inſtanti ſuę creationis potuit peccare, ut patuit. *Lib. 2. diſ. 4*

¶ Ad primam probationem dicendum, ꝙ maior habet ueritatē de poſitiuis non de priuatiuis. Peccatum autem eſt priuatio boni, ideo peccatum angeli non erat a Deo.

¶ Ad ſecundam probationem dico quod angelus potuit habere primum uelle a ſe ipſo. Etiam cum dicitur, aut nolendo, aut uolendo. Dico, quod, primum uelle non habuit nolens nec uolens tanquam per actum ſecundum, ſed immediate per ipſam uoluntatem tanquam per actum primū ipſe eliciebat uelle. Si uis de iſta materia require libro ſecundo. *Diſtin. 4.*

DISTINCTIO XIX. & XX.

Circa diſtinctionem decimamnonam, & uigeſimam quæritur:

Vtrum

Vtrum Chriſtus meruit nobis gratiam, & gloriam?

Seraphicus Bona. 3. ſent. diſtinct. 18. quaeſt. 3. Art. 2.
Scotus tertio ſententiarum diſtinct. 19 q. 1.
D. Thomas tertia parte quaeſtio 48. Articul. 1.
Ricardus tertio ſententiarum diſtinctio. 19. q. 3.
Durandus 3. ſententiarum diſtinctio 18. queſtio. 3.

QVAESTIO I.

NVNC autem quaeramus. Circa diſtinctionem 19. & 20. quaeruntur duo, primo. Vtrum Chriſtus meruit nobis gratiam, & gloriam? Videtur, quod non, quia meritum non excedit praemiũ, ſed meritum Chriſti excedit gloriã omnium hominum, ergo.

¶Preterea meritũ ordinatur ad praemiũ tanquam ad finem, ſed meritum Chriſti ordinaſ ad praemium nr̃m tanq̃ ad finẽ.

¶Preterea meritum Chriſti eſt finitum, ſed culpa noſtra fuit infinita, ergo non meruit nobis deletionem. Maior patet, quia natura in qua Chriſtus patiebatur erat finita. Minor probatur, quia tãta eſt culpa quantus eſt ille qui offenditur, ſed qui offenditur puta Deus eſt infinitus, ergo.

¶Contra. Leo in ſermone de Natiuitate Domini. Sicut a reatu nullum liberum reperit ſic omnibus curandis uenit.

¶Reſpondeo. In iſta quaeſtione ſunt duo articuli ſecundum duas opiniones.

VNA opinio ponit duas concluſiones quarum prima eſt: Chriſtus meruit omnibus culpae remiſſionem gratiae infuſionem, & gratiae collationem quantum ad ſufficientiam.

¶Secunda concluſio eſt, quod non meruit, illa omnibus quantum ad efficaciam.

¶Prima concluſio probatur ſic. Perſona infinita poteſt ſufficiẽter ſatisfacere pro infinitis habendo meritum infinitum, ſed perſona Chriſti eſt infinita, ergo potuit ſufficienter ſatisfacere pro infinitis habendo meritum infinitum.

¶Secunda concluſio probatur ſic. Agens non agit, niſi in paſſum diſpoſitum, quia actus actiuorum ſunt in patiente diſpoſito, ex 2. de anima, ſed non omnes ſunt diſpoſiti ad habendam gratiam, & gloriam, ergo non meruit illa omnibus quantum ad efficientiam.

¶Contra primam cõcluſionem arguitur ſic. Nulla forma eſt perfectior in agendo quam ſit in eſſendo, quia agere nũquam excedit eſſe, ſed eſſe in natura in qua Chriſtus merebatur eſt finitum, ergo nõ habuit meritum infinitum.

¶ Praeterea. Actiones menſurantur ſecundum rationem agendi nõ ſecundum rationem agentis, ergo operatio illa eſt finita quae eſt in ratione agendi finita, ſed meritum Chriſti ſecundum naturã creatam eſt a ratione agendi finita, ergo meritum non fuit infinitum. Et declaratur, ratio per exemplum, quia licet uelle in Chriſto eſſet operatio infinita non tamẽ erat in infinitum, quia erat a ratione agẽdi finita.

¶Contra ſecundam concluſionem obiicitur ſic, quia tunc Chriſtus non meruit nobis gratiam primam, & gratiam baptiſmalem, quia reſpectu illius non eramus diſpoſiti.

IDEO dicitur ſecundum aliam opinionem in qua ſunt duo declaranda. Primo quomodo Chriſtus meruit quantum ad ſufficientiam, ſecundo, quomodo meruit quantum ad efficaciam. *Opinio Scoti.*

¶De primo dicitur, ꝙ meritum Chriſti, non fuit formaliter infinitum ſed finitũ. Veruntamen eſt ſciendũ, ꝙ oẽ creatũ inquantum eſt uolitum a Deo in tantũ eſt bonũ, meritum autẽ Chriſti licet ſit finitũ acceptaſ tamen a Deo tanquam infinitum, ideo ſufficit pro infinitis extenſiue.

¶De ſecundo dico, ꝙ Chriſtus meruit omnibus quantũ ad efficaciã, hoc modo. Nã incarnatio Chriſti, & eius paſſio nõ fuerũt occaſionaliter preuiſae, ſed ab aeterno uidebãtur a Deo ita ꝙ Deus intellexit ſe tanq̃ ſummũ bonũ. In ſecundo ſigno intellexit oẽs creaturas In tertio ſigno aliquos homines praedeſtinauit, & circa aliquos habuit actum negatiuũ. In quarto ſigno uidit aliquos caſuros in Adã. In quinto prouidit de remedio eorũ quomodo redimerentur per paſſionem filii ſui tanquam per meritum. *Singularis doctrina.*

¶ Sed diceres quid nobis Chriſtus meruit, dico, quòd meruit nobis quinque ſcilicet peccati remiſſionem, ſecundo gratiæ infuſionem, tertio pœnæ æternæ, & temporalis dimiſſionem, quarto diabolicæ poteſtatis conculcationem, & ianuæ cœleſtis apertionem.

¶ Ad primum principale dicendum, quòd meritum non excedit præmium quando aliquis meretur pro ſeipſo, ſed quando
Quando meritum excedat præmium. aliquis meretur pro alio meritum poteſt excedere præmium, & ſic meritum Chriſti poteſt excedere præmium noſtrum, ut ipſe meretur pro nobis.

¶ Ad ſecundum poteſt dici eodem modo, uel poteſt diſtingui de fine ſecundũ uiam philoſophi in ſecundo phiſicorum quia eſt finis ſimpliciter, & eſt finis ſub
2. Phy. con tex. 24. fine, & ſic meritum Chriſti poteſt ordinari ad præmium noſtrum tanquam finis ſub fine.

¶ Ad tertium dico, quòd licet meritum Chriſti ſit formaliter finitum tamen acceptatur a Deo extenſiuè tamquam infinitum, & coniungitur obiecto beatifico per gratiam, & gloriam. Et quãdo additur in minori, quòd peccatum eſt infinitum, ſi intelligatur, quod ſit infinitum intenſiue eſt falſiſſimum, quia tũc oportet ponere ſummum malum, & rediret error Manichæorum.

Vtrum fuerit neceſſarium genus humanum reparari per mortem Chriſti?

Seraphicus Bonauent. 3. ſentent. diſtinct. 20. q. Ar. 1
Scotus 3. ſent. diſt. 20 q 1
D. Thomas tertia parte quæſtio 46. Arti. 2 & 3.
Ricardus tertio ſententiarum diſtinctio. 20 quæſt. 2.
Durandus 3. ſenten. diſtinc. 11. q. 1.
Franc. de May. 3. ſent. diſt. 17. q. 2

QVAESTIO II.

SECVNDO quæritur. Vtrum fuerit neceſſariũ genus humanum reparari per mortem Chriſti? Videtur quòd non, quia nobilior eſt Angelus, quam homo, ſed non fuit neceſſariũ angelum reparari ſiue redimi per mortem Chriſti, ergo.

¶ Præterea genus humanum reparatur per illud in quo nullus laudatur, ſed in paſſionibus non laudamur, ex ſecundo *Cap. 5.*
Ethicorum, ergo.

¶ In contrariũ eſt Anſel. lib. 1. Cur Deus *Cap. 15.*
homo, ubi expreſſe dicit, quòd genus humanum neceſſe fuit per paſſionem Chriſti redimi. Item ſuper illud ad Hebræos
glosa Auctorem ſalutis eorum per paſſionem *Cap. 2.*
conſummare dicit, quòd niſi moreretur Chriſtus, homo non redimeretur.

¶ Reſpondeo. In iſta quæſtione ſunt duo articuli ſecundum duos modos dicendi.

PRIMVS modus eſt Anſelmi in li *Cap. 21*
bro. Cur Deus homo, qui ponit quatuor concluſiones. Prima, quòd neceſſe fuit hominem redimi. Secunda, quod nõ potuit redimi ſine ſatisfactione. Tertia eſt, quòd iſta ſatisfactio non potuit fieri per purum hominem, uel per puram creaturam. Quarta concluſio, quòd neceſſariũ fuit iſtam ſatisfactionem fieri per Chriſtum qui eſt Deus, & homo.

¶ Primam concluſionem probat ſic. Si non fuit neceſſe hominem redimi, ergo homo creatus fuit fruſtra, quod eſt inconueniens. Conſequentia probatur, q a homo creatus eſt ad laudandum Deum, & diligendum, & etiam ad fruendum ipſo Deo. Aut ergo Deus deducit hominẽ ad hunc finem aut non. Si non, ergo fruſtra creatus eſt homo. Si ſic, cum iam lapſus erat per peccatum neceſſe fuit ipſum redimi.

¶ Secundam concluſionem probat ſic. Iniuſtus eſt oĩs nomo q nõ reddit Deo quod debet, ſed nullus iniuſtus admittitur ad beatitudinem, ergo qui non reddit Deo, quod debet non ſaluatur. Sed hoc non redditut niſi ſatisfaciendo, ergo neceſſe fuit hominem redimi per ſatisfactionem.

¶ Tertiam concluſionem probat ſic. Nullus ſatisfacit pro peccato hominis niſi reddat Deo aliquid maius omni eo pro quo homo non debuit peccare, ſed pro omni eo quod eſt aut eſſe poteſt non debuit peccare, ergo nullus ſatisfacit pro peccato hominis niſi reddat Deo aliqd maius omni eo quod cſt aut eſſe poteſt, ſed nullus purus homo hoc poteſt reddere,

dere,ergo purus homo non poteſt ſatiſ-
facere pro peccato hominis.
¶Quartam concluſionem probat ſic. Il-
le poteſt ſatisfacere pro peccato homi-
nis qui habet in ſe aliquid maius omni
eo quod eſt ſub Deo,& qui ſponte ſe of-
ferat Deo & qui uincat diabolum per a-
ſperitatem ſicut primus homo ſubmiſit
ſe diabolo per ſuauitatem, ſed nihil eſt
aſperius morte,& in Chriſto eſt aliquod
maius omni eo quod eſt ſub Deo etiam
qui ſponte ſe offerat Deo , ergo neceſſe
fuit per mortem Chriſti hominem redi-
mi & diabolum conculcari. Si iſta con-
cluſio Anſelmi ſic itelligatur quod redé-
ptio nõ potuit eſſe niſi per mortem Chri
ſti & per aliquid ſponte oblatum Deo ,
quod ſit maius omni creatura , uidetur
eſſe dubia,& contra dicta ſanctorum. Di
13. de tri. cap. 10. cit enim Aug. & allegatur a Magiſtro in
littera,quòd alius modus redimendi ho-
minem quam per mortem Chriſti Deo
non fuit impoſſibilis. Item Leo Papa in
ſermone de ramis palmarum dicit,quod
omnipotẽtia filij Dei in qua æqualis eſt
patri potuiſſe liberare genus humanum
ſolo imperio uoluntatis ſuæ. Item Gre-
2. Moraliũ. Cap. 14. gorius,qui nos fecit exiſtere de nihilo re
uocare etiam ſine morte & paſſione ſua
potuit. Item ipſemet Anſel. lib. 2. Cur
Deus homo, approbat dictum diſcipuli
ſui dicentis in 2. lib. Cur Deus homo , ꝙ
minima læſio illius hominis fuit maior ,
quam peccata omnium hominum, ergo
non oportuit ipſum mori propter pec-
catũ,quia ſufficiebat minima læſio Chri
ſti ad redimendum.
¶Ideo dicitur aliter ad quæſtionem, ꝙ
Neceſſitas duplex. neceſſitas eſt duplex,ſcilicet abſoluta,&
ordinata. Si loquamur de neceſſitate ab-
ſoluta ſic non fuit neceſſarium genus hu
manum redimi per paſſionem Chriſti,
ſicut patuit per dicta ſanctorum imme-
diate allegata Si autem loquamur de ne
ceſſitate ordinata,& poteſt dici neceſſi-
tas conſequentiæ eo , quod præſupponit
ordinationem diuinam,& ſic fuit neceſ-
ſarium genus humanum redimi per paſ
ſionem Chriſti,& iſto modo poſſunt ex-
poni dicta Anſelmi in quatuor conclu-
ſionibus primi articuli.
¶Ad primum principale dico , quod ſi
poneretur unus Angelus in una ſpecie
tantum difficile eſſet reſpondere . Sed
ponendo in eadem ſpecie ſunt plures an
geli ſoli numero differentes patet, quod
non eſt ſimile de Angelo , & de homine
quia per peccatum primi hominis tota
ſpecies humana erat damnata, ideo erat
reparanda,ſed non fuit damnata tota u-
na ſpecies angelica.
¶Ad ſecundum dico, quod in paſſioni-
bus naturalibus , non laudamur, ſed in
paſſionibus pœnalibus ſicut eſt mors be
ne laudamur, ſicut patet de martyribus
qui laudantur ex paſſionibus.

DISTINCTIO XXI. & XXII.

Circa diſtinctionem uigeſimam primam
& uigeſimam ſecundam
quæritur:

Vtrum corpus Chriſti fuiſſet putrefa-
ctum ſi reſurrectio non fuiſſet
accelerata?

Seraphicus Bona. 3. ſent. diſtinct. 21 quæſt. 2. Art. 1.
Scotus tertio ſententiarum diſtinct. 21 q. 1.
D. Thomas tertia parte quæſtio. 51. Articul. 3.
Ricardus tertio ſententiarum diſtinctio. 21. q. 2.
Durandus 3. ſententiarum diſtinctio 21. quæſtio. 2.

QVAESTIO I.

POST prædicta conſide-
randum. Circa uigeſimã
primam,& uigeſimam ſe
cundam diſtinct. quæri-
tur. Vtrum corpus Chri
ſti fuiſſet putrefactum ſi
reſurrectio non fuiſet accelerata? Vide- *2. Met. con*
tur quod ſic,quia natura non incipit ali- *tex. 8. &*
quem motum quem non poſſit termina- *& 6. phy.*
re. Sed in Chriſto inceptus erat motus, *cont. 91.*
qui erat ad putrefactionem,quia anima
vere fuit ſeparata a corpore , ergo tan-
dem illud corpus fuiſſet putrefactum.
¶Confirmatur. Quia dicitur, quod ægre
diente anima de corpore corpus marce-
ſcit,& expirat.

¶ Præ-

¶ Præterea Chriſtus habuit defectus naturæ humanæ uiuentis, igitur pari ratione habuit defectus naturæ humanæ mortuæ. Sed putrefactio eſt defectus conſequens naturam mortuam, ergo.

¶ Præterea aſſumens naturam ſpecificã aſſumit proprietates naturæ illius. Sed putrefactio eſt proprietas naturæ corporis mixti, cum ergo Chriſtus habuit corpus mixtum ſicut & nos, ſequitur quod illud corpus fuiſſet putrefactum.

Pſal. 15. ¶ Contra. In pſalmo dicitur. Non dabis ſanctum tuum uidere corruptionem.

¶ Reſpondeo. In iſta quæſtione dicũtur tria. Primo quid eſt putrefactio. Secũdo, quòd corpus Chriſti non fuiſſet putrefactum ſi reſurrectio non fuiſſet accelerata. Tertio quare corpus Chriſti nõ fuiſſet putrefactum ſi reſurrectio non fuiſſet accelerata.

Quid ſit putrefactio. QVANTVM ad primum dicitur, ꝙ putrefactio eſt corruptio proportionis elementorum in mixto per exalationẽ humidi continuantis partes in mixto facta ex caliditate corporis circunſtantis. Et eſt talis ordo.

¶ Nam primo calidum corporis circunſtantis educit humidum corporis, quod putreſcit in ſuperficie ad quam ſequitur putrefactio, & demum incineratio, hoc totum apparet in corporibus mortuorũ, quæ primo in ſuperficie humectantur, conſequenter putreſcunt, & demum incinerantur.

QVANTVM ad ſecundum articulum dicitur, ꝙ corpus Chriſti nõ fuiſſet putrefactum, quia putrefactio eſt ꝑ hoc ꝙ in corpore non eſt aliqua uirtus continens elementa. Sed in corpore potuit eſſe, & de facto fuit aliqua uirtus continẽs elemẽta, ſcilicet uirtus diuina, ergo.

¶ Præterea, Chriſtus non aſſumpſit aliquem defectum, qui non proficeret ad redemptionem humani generis. Sed putrefactio illius corporis non proficiebat ad redemptionem humani generis, quia iã erat redemptio facta per mortẽ quæ præcedit putrefactionem, ergo.

QVANTVM ad tertium articulum dicitur, & ualde pulchrè, ꝙ aliqua ſunt futura quo ad cauſas naturales ſi illæ cauſæ naturales non prohiberentur, & illud futurum nõ eſt futurum ſimpliciter nec euenit neceſſario propter cauſam ſuperiorem prohibentem cauſalitatem ſecũdarum cauſarum, & tunc iudicãdum eſt eſſe futurum ſecundum cauſam ſuperiorem, & uincentem. Exemplum de hoc ponitur quando Iſaias nunctiauit Ezechiæ, ꝙ moreretur, qui morituus fuiſſet ſecũdum cauſas naturales, niſi, quia cauſa ſuperior i. Deus prohibuit, & additi ſunt ei 15. anni uitæ. Ita dico in propoſito. Nam corpus Chriſti mortuum fuiſſet putrefactum quantum eſt ex parte cauſarum naturalium ſi non fuiſſent prohibitæ, quia habuit cauſam naturalẽ reſolutionis intrinſecam, & extrinſecam. Deus autem prohibuit cauſalitatem ſecundarum cauſarum, & prohibuiſſet ẽt ſi illud corpus non fuiſſet uiuificatũ uſque ad generalem reſurrectionem. *Exemplum. Iſaię c. 38.*

¶ Sed hic eſt dubium unum ſi hoc fuiſſet factum antiquo miraculo an nouo. Et dicit hic quidam doctor, quòd hoc fuiſſet factum antiquo miraculo, quia eodẽ uelle quo Deus uniuit ſibi naturam humanam eodem præſeruaſſet eam a corruptione.

¶ Alii autem dicunt, ꝙ hoc factum fuiſſet nouo miraculo, quia actiuum naturaliter approximatum paſſiuo ſi non impeditur, & non agit hoc eſt per nouum miraculum. Sed tale paſſiuum erat corpus Chriſti mortuum, quia tunc non erat glorioſum nec illa unguenta appoſita ꝑſeruaſſent corpus a reſolutione pro ſemper, & habuit actiuum approximatum, ergo ſi nunquam fuiſſet putrefactũ hoc fuiſſet propter nouum miraculum ita ꝙ alia uolitione ſecundum rationẽ uoluit corpus ſibi uniri, & alia præſeruari a reſolutione. Accipiatur opinio, quæ plus placet.

¶ Ad primum principale dico, ꝙ natura non incipit motum quem non poſſit perficere quantum eſt ex ſe. Sed bene incipit quod non poteſt perficere, quia prohibetur a cauſa ſuperiori, & ſic eſt in propoſito, quod patet ex tertio articulo.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd nõ eſt ſimile de natura uiuente, & natura mortua quantum ad defectus conſequentes, quia Chriſtus aſſumpſit defectus in natura neceſſarios pro redemptione humani generis neceſſitate dico ordinante ut expoſitum eſt in diſtinctione præcedenti. Putrefactio autem non erat defectus

neceſſa-

neceſſarius ꝓ redentione humani gñ͞ris.

Duplex proprietas.

¶ Ad tertiũ dicendum ꝙ duplex eſt proprietas ſcilicet ſeparabilis & inſeparabilis. De proprietate quidem inſeparabili maior eſt uera. De proprietate uero ſeparabili non. Et tunc ulterius diſtinguo de proprietate ſeparabili, quia quædã ſunt neceſſaria pro fine redemptionis ſicut mors, & iſtam Chriſtus aſſumpſit. Alia uero non neceſſaria pro iſto fine ſicut putrefactio, & iſtam nõ aſſumpſit, ergo &c.

Vtrum Chriſtus in triduo fuerit homo?

Seraphicus Bona. 3. ſent. diſt. 11. q. 1. Artic. 2.
Scotus 3. ſenten. diſtinc. 22. q. 1.
D. Thomas 3. parte q. 50. Artic. 4.
Ricardus 3. ſenten. diſtinc. 22. q. 1.
Durandus 3 ſenten. diſtin. 22. q. 1.

QVAESTIO II.

SECVNDO quæritur. Vtrũ Chriſtus in triduo fuerit homo? Videtur ꝙ ſic, quia Chriſtus in triduo fuit Chriſtus, ergo in triduo fuit homo. Antecedens probatur, quia idem prædicatur de ſeipſo. Conſequentia probatur, quia quando ex oppoſito conſequentis ſequitur oppoſitum antecedentis tunc conſequentia eſt bona, ſed ſic eſt in propoſito, ergo &c.

¶ Præterea Chriſtus in triduo habuit animam ſibi unitã. Sed anima cum ſit forma hominis dicit totam quiditatem rei, ergo Chriſtus in triduo fuit homo.

7. met. contex. 34. & 35. & inde

¶ Contra. A quocunq; remouetur ſuperius ab eodẽ remouetur & inferius. Sed corpus animatum ſuperius eſt ad hominem, ergo a quocũq; remouetur corpus animatum ab eodem remouetur hõ. Sed Chriſtus in triduo non habuit corpus animatum, ergo Chriſtus in triduo non fuit homo.

Iſta quæſt. duobus modis põt pertractari.

¶ Reſponſio. Iſta quæſtio poteſt dupliciter pertractari. Vno modo logicę ad modum ſophiſtarum, ſicut tractatur iſta propoſitio Cæſar eſt hõ, nullo homine exiſtẽte. Alio mõ theologicè. Primo mõ nõ intendo eã pertractare, ſed ſecundo modo, & poſſunt eſſe quatuor articuli ſecundũ quatuor modos dicendi.

Cap. vltimo

VNVS modus dicendi eſt Hugonis primo libro de ſacramentis, ꝙ Chriſtus in triduo fuit homo, quia ipſe ponit, ꝙ anima ſit homo vtens corpore, hoc accidit homini, vt vtatur corpore, quia anima ſumpta per ſe ponitur ab eo eſſe ſuppoſitum. Sed Chriſtus in triduo habuit animam ſibi unitam, ergo Chriſtus in triduo fuit homo.

ALIVS modus dicendi eſt Magiſtri, qui tenet eandem concluſionem, tamen propter aliud motiuum. Vult enim Magiſter, quòd ad hoc, quòd aliquis ſit homo, oportet quòd habeat animam, & corpus non tamen oportet neceſſario, ꝙ illa ſint unita inter ſe, ſed ſufficit, quòd ambo ſint unita in tertio. Sed corpus, & anima Chriſti licet non eſſent unita inter ſe in triduo erant tamen unita in tertio. ſ. in ſuppoſito diuino, quia quod ſemel aſſumpſit nunquam dimiſit, ergo Chriſtus in triduo fuit homo.

TERTIVS modus dicendi eſt aliquorum qui ſequuntur Hugonem in cõcluſione propter tale motiuum. Nihil eſt de per ſe ratione quidditatis niſi ſola forma, ergo anima intellectiua, quæ eſt forma hominis dicit totam quidditatem hominis. Sed in triduo Chriſtus habuit animam intellectiuam ſibi unitã, ergo Chriſtus in triduo fuit homo. Quod autẽ forma dicat totam quidditatem rei, & quòd materia non pertineat ad quidditatem rei probatur ſic. *7. met. contex. 22.* Materia eſt id quo res poteſt eſſe, & non eſſe, ergo ſi materia dicat quidditatem rei ſequitur, ꝙ ipſum, quod quid eſt ſit corruptibile, cuius contrariũ probat philoſophus. *7 met. contex. 34.*

¶ Pręterea ipſum, quod quid eſt, eſt principium cognoſcendi. Sed materia non eſt principium cognoſcendi, ſed potius ẽ ignota, & primo phiſicorum, ergo non dicit quidditatem, ſed ſola forma. *7. met. contex. 20. & 21.*

¶ Pręterea in his, quę per ſe habent quidditatem, quidditas eſt idem cũ eo cuius eſt quidditas. *Idẽ 1. phyſ. contex. 69.* Ex hoc arguitur ſic. Illud quod impedit ne quidditas ſit idem cum eo cuius eſt quidditas non dicit quidditatem. *7. met. contex. 20. & inde.* Sed materia eſt huiuſmodi, & tertio de anima, ubi dicitur. In habentibus materiã aliud eſt q̃dditas, & aliud cuius ẽ q̃dditas, ergo. *3. de anima contex 34. & 41.* ¶ Pręterea ſeptimo methaphiſicę. c. de partibus diffinitionibus dr̃ ꝙ aĩa ẽ ſubſtãtia aĩati, & qđ erat eſſe, ergo quidditas aĩalis ẽ tantũ forma, & aĩa. *7 met contex. 9.*

¶ Contra

quidditas idem per ſe cum eo cuius eſt quidditas, ſed tantum per accidens.

¶ Ad quartum dico, ꝙ philoſ. dicit formam eſſe quidditatem non ꝙ formaliter dicat totam quidditatem rei, ſed quia dicit principalem partem quidditatis.

Quo forma dicat eſſe quidditatis.

RESPONDENDO ergo ad quæſtionem ponitur quarta opinio, quæ dicit, quòd cum quæritur. Vtrum Chriſtus in triduo fuit homo, homo poteſt intelligi dupliciter. ſ. materialiter, & formaliter. Si intelligatur materialiter ſic dicitur, quòd Chriſtus in triduo fuit homo, quia poſt mortem nulla entitas realis partialis fuit deſtructa, imo, quælibet talis entitas fuit vnita verbo, & ideo fuit homo materialiter inquantum habuit partes ſibi unitas. Si aũ intelligatur formaliter tunc Chriſtus in triduo non fuit homo, quia ut patet per auctoritatem Auguſtini allegatam contra opinionem præcedentem ad hoc, quòd aliquis ſit homo requiritur unio actualis animæ cum corpore. Sed in triduo anima Chriſti non erat actualiter unita corpore, ergo Chriſtus in triduo non fuit homo formaliter.

Vtrũ Chriſtus fuerit homo poteſt ĩtelligi duobus modis.

3. de ciui. cap. vltimo.

¶ Scotus tenet eandem concluſionem. ſ. quòd Chriſtus in triduo non fuit homo formaliter, & habet talem rationem. Humanitas, uel homo dicit entitatem abſolutam ultra entitatem partium, & eſt illa entitas, quæ reſultat ex partibus unitis, alias generatio, & corruptio non terminarentur ad entitates abſolutas, ſed Chriſtus in triduo non habuit iſtam entitatẽ unitam, quia in triduo non habuit partes hominis unitas, ergo Chriſtus in triduo non fuit homo.

¶ Ad primum principale negetur antecedens, quia hæc eſt falſa, Chriſtus in triduo fuit Chriſtus pro eo, quòd Chriſtus includit duos conceptus, ſ. conceptum hominis, & conceptum Dei, in triduo autem non habuit conceptum importatum per hominem. Et per eandem uiam poteſt negari conſequentia quia ex oppoſito conſequentis non infertur oppoſitum antecedentis ſimpliciter, ſed tantum ſecundum unum conceptum, ſcilicet Dei.

Chriſtus includit duos conceptus.

¶ Ad ſecundum patet ex dictis contra tertiam opinionem, quia forma non dicit totam quidditatem hominis, ut ratio aſſumebat.

DISTINCTIO XXIII.

Circa iſtam diſtinctionem vigeſimãtertiam quæritur.

Quid ſit fides.

Petrus de Aquila 3. ſenten. diſtinc. 22 q. 2.

QVAESTIO I.

CVM vero ſupra habitum ſit. Circa iſtam diſtinctionem vigeſimamtertiam: Quæritur primo ſine argumentis, quid eſt fides?

¶ Reſpondeo ſecundum philoſophum, ad multipliciter dictum ẽ multipliciter reſpondendum. Sed fides accipitur multipliciter, ideo multiplices habet notificationes. Nam uno modo accipitur fides quantum ad genus propriũ, & diffinit eam Auguſtinus ſic. Fides eſt ueritas qua creduntur, quæ non uidentur. Alio modo accipitur quantum ad principium motiuum, & diffinit eam Auguſtinus ſic. Fides eſt illuminatio mentis ad ſummam ueritatem, tertio modo accipitur fides quantum ad actum proprium & diffinit eam Damaſ. ſic. Fides eſt inquiſitus conſenſus circa primam ueritatem, quarto modo accipitur fides quãtum ad ſubiectum, & diffinit eam Dionyſius. Fides eſt unicum credentium fundamentum eos collocans ueritati. Quinto modo accipitur fides inquantum eſt habitus diſperatus, & diffinit eam Auguſtinus ſic. Fides eſt quędam certitudo de rebus abſentibus ſupra opinionem, & infra ſcientiam conſtituta. Vltimo accipitur fides in comparatione ad obiectum, & ad vltimum finem, & ſic diffinit eam Apoſtolus in epiſtola ad Hebręos dicens. Fides eſt ſubſtantia ſperandarum rerum argumentum non apparentium.

In Elẽchis.

Fides accipitur multis modis.

Definitio fidei ſecundũ Dionyſium in lib. de diuinis nominibus.

Cap. 1.

Vtrum neceſſe ſit ponere fidem infuſam?

Seraphicus Bona. 3. ſenten. diſtinc. 23. q. 2. Art. 1.
Scotus 3. ſenten. diſtin. 23. q. 1.
D Thomas 2. ſecundæ q. 6. Artic. 1.

Ricar-

Ricardus tertio ſententiarum diſtinct. 23. q. 2.

Durandus tertio ſententiarum diſtinc. 23. q. 2.

QVAESTIO II.

SECVNDO quæritur. Vtrum neceſſe ſit ponere fidem infuſam? Videtur, quòd nõ, quia nulla pluralitas eſt ponenda ſine neceſſitate, ſed non eſt neceſſe ponere fidem infuſam, ergo. Probatur minor. Habitus propter actum ponitur, ſed actus fidei eſt credere. Nunc autem poſſum iſta credere per fidem acquiſitam ſicut per fidem infuſam, ſicut patet de homine, qui nunquam uidit Romam & tamen credit Romam eſſe ex auditu, ergo non eſt neceſſe ponere fidem infuſam.

¶ Præterea ſi poneretur in nobis fides infuſa a Deo tunc illa non poteſt in nobis corrumpi, ſiue annihilari, ſed conſequẽs eſt falſum, ergo, & illud ex quo ſequitur. Probatio conſequentiæ. Si fides infuſa poſſet corrumpi, hoc non eſt niſi per maximum peccatum: puta per odium Dei, ſed hoc non ualet, quia demones odiunt Deum, & tamen credunt, & contremiſcunt, ut habetur in canonica Iacobi. *Cap. 2.*

¶ Præterea habens habitum poteſt elicere actum. Sed habitus eſt quo habens utitur cum uoluerit. Sed habens fidem infuſam ſine fide acquiſita non poteſt elicere actum credendi ſicut patet in paruulis baptizatis, ergo non eſt neceſſe ponere fidem infuſam.

Cap. 11. ¶ Contra. Apoſtolus ad Hebreos. Sine fide impoſſibile eſt placere Deo, aut ergo hoc dicit Apoſtolus de fide acquiſita, aut de fide infuſa. Non de fide acquiſita, quia paruuli batizati placent Deo, & tamen non habent fidem acquiſitam ergo dicit de fide infuſa, & per conſequens oportet ponere fidem infuſam.

Duplex eſt fides infuſa & acquiſita.

¶ Reſpondeo. In iſta quæſtione ſunt tria declaranda. Primo, quòd oportet ponere fidem acquiſitam. Secundo, quòd oportet ponere fidem infuſam, tertio ſi fides infuſa, & acquiſita ſint alterius rationis.

QVANTVM ad primum ſ. quòd oportet ponere fidem acquiſitam probatur ſic. Apoſtolus ad Romanos. Fides inquit eſt ex auditu, ſed fides ex auditu eſt fides acquiſita, ergo oportet ponere fidem acquiſitam. *Cap. 10.*

¶ Item Auguſtinus contra epiſtolam fundamenti dicit ſic. Euangelio non crederem niſi eccleſiæ crederem. Et ait ibidem quòd euangelium Nazareorum non admittam, quia non admictitur ab eccleſia. Et hoc arguitur ſic. Illud quod habetur per teſtificationem humanam habetur per fidem acquiſitam. Sed de diuinis habemus notitiam per teſtificationem humanam, ut patet ex auctoritate Auguſtini allegata, ergo oportet ponere de eis fidem acquiſitam.

Primũ experimentum. ¶ Præterea ad idem habetur experimentum, quia ſi inter chriſtianos moraretur iudæus iſte non haberet fidem infuſam, & tñ crederet habendo fidem acquiſitã. Sicut ponitur de quodam paruulo iudæorum qui iuit ad communicandum cum chriſtianis. Item eſt aliud experimentũ de hæretico, qui credit unum articulum circa alium errat. *2. experim.* Iſte inquantum hæreticus habet fidem acquiſitam quantum ad articulum quem credit, & tamen non habet fidem infuſam.

QVANTVM ad ſecundum principale ſ. quòd oportet ponere fidem infuſam illud non poteſt efficaciter probari niſi auctoritatibus. Primo auctoritate Apoſtoli ad Hebræos. Sine fide inquit impoſſibile eſt placere Deo. *Cap. 11.* Vt enim arguebatur ad principale. Aut hoc dicit Apoſtolus de fide acquiſita, aut de fide infuſa, ſed non de acquiſita, quia paruuli baptizati placent Deo, & non habent fidem acquiſitam, ergo dicit de infuſa.

Cap. 13. ¶ Præterea, Apoſtolus ad Corinthios ait. Nunc autem manent fides ſpes charitas, ſed oportet ponere charitatem infuſam, ergo, & fidem infuſam.

¶ Præterea hoc perſuadetur tali ratione. Sicut eleuatur uoluntas ad finem ſupernaturalem, ita eleuatur intellectus ad ſuum obiectum ſupernaturale. Sed uoluntas eleuatur per habitum infuſum. i. per charitatem infuſam ita ſimiliter intellectus per aliquem habitum infuſum. ſed talis habitus ponitur fides infuſa, ergo oportet ponere fidem infuſam. Et ex iſta perſuaſione patet ad quid ponitur fides infuſa. ponitur enim, ut perficiat intelle-

telle-

tellectum in actu primo, & in actu ſecundo; quia ſicut charitas perficit uoluntatem in actu primo, & in actu ſecundo, quia per charitatem mouetur ardentius circa dilectionem Dei, ita intellectus per fidem infuſam mouetur cum maiori aſſenſu circa credulitatem diuinorum.

QVANTVM ad tertium articulum dicitur communiter, quòd fides infuſa, & fides acquiſita ſunt alterius rationis, quia ſi eſſent eiuſdem rationis altera ſuperflueret quod eſt inconueniens, quia uanum eſt fieri per plura quod poteſt fieri per pauciora, ex primo phiſicorum.

¶ Præterea. Si fides acquiſita, & fides infuſa non eſſent alterius rationis tunc ſicut fides acquiſita poteſt acquiri naturaliter ita fides infuſa poſſet acquiri naturaliter, quod eſt falſum.

¶ Præterea. Probant aliqui idem ſic. Actus differentes ſpecie arguunt cauſas differentes ſpecie. Sed actus fidei acquiſitæ, & fidei infuſæ differunt ſpecie, ergo &c. Probatio minoris, quia actus fidei infuſæ eſt credere diuinæ ueritati propter ſe cui non ſubeſt aliquod falſum. Actus autem fidei acquiſitæ eſt credere diuinæ veritati propter ſignum, & fidei acquiſitæ poteſt ſubeſſe aliquod falſum, ergo, &c.

¶ Item actus fidei acquiſitæ uerificatur teſtimonio fallibili, quia teſtimonio hominum, quod fallitur. Actus autem fidei infuſę uerificatur teſtimonio infallibili: puta teſtimonio diuino, quod nunquam fallitur. Sed iſta ratio habet maiorem falſam, quia ſol manens, idem ſecũdum ſpeciem habet deſiccare lutum, & humectare glaciem, & tamen iſtę actus ſunt ſpecies differentes.

¶ Ad primum principale conceſſa maiore negetur minor, & quando probatur per hoc, quòd credendi poteſt haberi per fidem acquiſitam ſicut per infuſam, dico, quod actus eſt falſum, quia fidei acquiſitæ poteſt ſubeſſe aliquod falſum, ſicut patet in hæretico qui habet fidem acquiſitam circa unum articulum tantum. Fidei autem infuſæ non poteſt ſubeſſe aliquod falſum. Similiter fides acquiſita habetur teſtimonio humano, fides autem infuſa datur a Deo.

Falſitas poteſt ſubeſſe fidei acquiſitæ non fidei infuſ.

¶ Ad aliud dico, quòd uerum eſt, quòd fides non corrumpitur effectiuæ, corrumpitur tamen a nobis demeritoriæ, ſicut gratia annihilatur per peccatum. Et cum dicitur ergo corrumpitur per maximum demeritum, puta per odium Dei, hoc nego quia corrumpitur per id quod habet oppoſitum ad finem ſ. per infidelitatem circa credibilia, ſeu circa illa, quæ ſunt credenda.

Quo fides corrumpitur, demeritoriè non effectiuè.

Per infidelitatem corrumpitur fides.

¶ Ad vltimum dicitur, quòd argumentum non ualet, quia ad hoc, quòd aliquis per habitum infuſum exeat in actum, oportet pręſupponere duo, ſcilicet actũ fidei acquiſitæ cum habitu, & actum uoluntatis cum ipſa uoluntate. Sed contra, quia Adam habuit habitum fidei infuſæ, & tamen non oportuit, quòd habuerit fidem acquiſitam.

¶ Præterea perfectior eſt fides infuſa, quam habitus geometriæ. Sed ſi aliquis haberet geometriam infuſam poſſet exire in actum, ergo ſimiliter in propoſito per fidem infuſam poteſt aliquis exire in actum.

¶ Ideo aliter dicitur, quòd argumentum non ualet pro eo, quòd ſecundum modum habitus ſequitur actus, & quia habitus infuſus principaliter eſt ad perficiendum intellectum in eſſe primo, & non quantum ad ſecundum actum, ideo dato, quòd ponatur fides infuſa perficiens intellectum in eſſe primo, non propter hoc ſequitur actus ſecundus niſi pręſuppoſitis alijs concurrentibus circunſtantijs, ſcilicet euidentia obiecti, aut in ſe, aut in reuelatione.

DISTINCTIO XXIV. & XXV.

Circa diſtinctionem vigeſimamquartam & vigeſimamquintam quæritur:

Vtrum de credibilibus reuelatis poſſit aliquis habere ſimul fidem, & ſcientiam?

Seraphicus Bona. 3 ſententiarum diſt. 24. q. 3. Artic. 2.

Scotus 3. ſenten diſtinc 24. q. 1.

D Thomas p ima parte q 1. Artic. 12.

Ioannes Baccontanus 3. ſententiarum diſtin. 24. q 1.

Que-

QVAESTIO I.

HIC oritur quæſtio ſi tantum. Circa iſtam diſtinctionem uigeſimamquartam, & ſequentem, quæritur primo. Vtrũ de credibilibus reuelatis poſſit aliquis habere ſimul fidem, & ſciẽtiam.

¶Et uidetur, quod ſic, quia ut ait Saluator in Ioãne, quia uidiſti me Thoma credidiſti, ergo Thomas ſimul uidit, & credidit, & per conſequens de eodem ſimul habuit fidem, & ſcientiam. *Ioan. c. 20.*

¶Præterea Petrus, & Ioannes uiderunt Chriſtum crucifixum, ſed inter alios articulos unus eſt credere Chriſtum crucifixum, non autem eſt dicendum, quod Petrus, & Ioannes non habuerunt fidem de Chriſto crucifixo, & conſtat, quòd uiderunt, ergo ſimul habuerunt fidem, & ſcientiam.

¶Præterea non plus repugnat fides, & ſcientia de eodem quam ſcientia, & opinio, ergo ſimiliter poſſunt eſſe ſimul de eodẽ fides & ſcientia, probatio minoris. Eſto quòd aliquis cognoſcat aliquã concluſionem per ſillogiſmum probabilem tunc habebit opinionem, poſtremo cognoſcat eandem concluſionem per ſillogiſmum demonſtratiuum tunc habebit ſcientiam, ergo ſimul de eadem concluſione habebit opinionem, & ſcientiam.

¶Contra, quæ cognoſcuntur per ſcientiam ſubiacent rationi, quæ autem creduntur per fidem ſunt ſupra rationem, ſed impoſſibile eſt idem ſimul eſſe ſupra rationem, & infra rationem, & per conſequens impoſſibile eſt idem eſſe ſimul creditum, & ſcitum.

¶Reſpondeo. In iſta quęſtione ſunt duo uidenda. Primo de credibilibus reuelatis. Secundo ſi de credibilibus reuelatis poſſit haberi ſimul fides, & ſcientia.

Lib. 1. in prologo. PRIMVS articulus nihil aliud quęrit niſi ſi Theologia credibilium reuelatorum ſit ſcientia in intellectu noſtro, & hoc patet libro primo, ſecundum diuerſas opiniones.

QVANTVM ad ſecundum prætereo illã opinionem Thomæ de ſcientia ſubalternante, & ſubalternata, & opinionem Henrici de triplici lumine, quia harum opinionum improbatio patet ſupra libro primo. Ideo dico ſecundum tertiã opinionem quæ eſt Scoti, quòd ſcientia poteſt dupliciter accipi. Vno modo large prout eſt notitia cum adhæſione, quæ habetur ex teſtimonio aliquorum ut ponit Augu. Alio modo accipitur ſcientia ſtricte eo modo quo loquitur de ea philoſophus primo poſteriorum, ſcilicet ꝙ eſt cognitio certa, & obiecti neceſſarii habentis euidentiam ex aliquo naturaliter prius noto applicata ad ſcitum per actum ſillogiſticum. *D Thomas 1 parte q. 1. ar. 1 2.* *15. De tri.*

¶Ad propoſitum ſi loquimur de ſcientia primo mõ cõceditur, quod de eodẽ põt haberi fides, & ſcientia, quia non repugnant. Si autem loquamur de ſcientia ſecundo modo tunc eſt impoſſibile, quod de eodem habeatur in uno intellectu ſimul fides, & ſcientia. *An de eodẽ poſſit haberi fides, & ſcientia.*

¶Cuius ratio eſt iſta. Quæ formaliter repugnant non poſſunt eſſe ſimul in eodem, ſed fides, & ſcientia ſecundo modo ſumpta formaliter repugnant, ergo Minor probatur. Nam de ratione ſcientiæ eſt quòd ſit euidens, de ratione fidei nõ eſt quod ſit euidens, ſed euidens, & non euidens formaliter repugnant, ergo. Itẽ ſcientia eſt cognitio certa ſine enigmate fides autem non eſt cognitio certa, & neceſſario eſt cum enigmate. Sed certũ & non certum enigmate, & ſine enigmate formaliter repugnant, ergo fides, & ſcientia formaliter repugnant.

¶Ad primum principale patet per Gregorium in Homelia octauæ Paſchæ, qui dicit, quòd Thomas unum uidit, & aliud credidit, & ſic non fuerunt de eodem fides, & uiſio.

¶Ad ſecundum dicendum, quod ſi ponitur, quòd ſit una fides omnium articulorum tunc Petrus, & Ioannes unum fidei habitum habuerunt, & per illum crediderunt articulos fidei non tamen oportuit, quod haberent actum fidei reſpectu huius articuli, ſcilicet, crucifixionis in ſpeciali.

¶Ad aliud dico, quòd quando effectus ſunt ſimul in aliquo incompoſſibiles, ſimiliter, & cauſæ ſunt incompoſſibiles ſimul in cauſando, & ſi fortior cauſa cauſat tunc cauſalitas inferioris cauſæ impeditur, & ſic eſt in propoſito de opinione

&

& ſcientia. Cum enim aliquis nouit unã concluſionem per opinionem ſiue per ſyllogiſmum probabilem, & poſtmodũ per demonſtrationem, tunc impeditur cauſalitas opinionis, quia demonſtratio eſt fortior opinione, & ſic falſa eſt illa opinio, quæ dicebat, quòd ſcientia, & opinio poſſunt eſſe ſimul de eodem in uno intellectu.

Vtrum quilibet habens uſum rationis teneatur ſcire, & credere omnes articulos fidei?

Seraphicus Bona. 3. ſent. diſtin. 25. q. 2. Ar. 1.
Scotus 3. ſent. diſtinct. 25. q. 1.
D. Thom. 2. ſecundæ q. 7. 9. & 10.
Ricardus 3. ſenten. diſtin. 25. q. 2.
Durandus tertio ſententiarum diſt. 25. q. 1.

QVAESTIO II.

SECVNDO quæritur. Vtrum quilibet habẽs uſum rationis teneatur ſcire, & credere omnes articulos fidei? Et uidetur, ꝙ ſic, quia ſicut ſe habet obedientia reſpectu præceptorum, ita ſe habet fides reſpectu articulorũ. Sed non eſt uera obediẽtia niſi obediat omnibus præceptis, ergo non eſt uera fides niſi aſſentiat omnibus articulis fidei.

¶ Præterea ſicut ſe habet charitas ad diligibilia, ita ſe habet fides ad credibilia, ſed non eſt uera charitas, quæ non extẽdit ad omne diligibile, ergo non eſt uera fides niſi aſſentiat omnibus articulis fidei, & per conſequens ſciat, & credat eoſdem.

¶ Contra. plus tenentur maiores, quam minores in eccleſia, ſed maiores tenẽtur ſcire omnes articulos fidei, ergo minores non tenentur ſcire omnes articulos fidei, alias tantum tenerentur minores quantum minores.

¶ Reſpondeo. In iſta quæſtione ſunt duo uidenda. Primò, qui & quot ſunt articuli fidei. Secundo principale quæſitum.

Speculatio ſubtiliſſima. QVANTVM ad primum dico, ꝙ articuli fidei aut diſtinguuntur ſecundũ credita, & ſic ſunt quatuordecim, aut diſtinguuntur ſecundum ponentes ſymbolum, & ſic ſunt duodecim ſecundũ numerum duodecim apoſtolorum. *de articulorum fidei ſufficientia.* Primum patet ſic. Si. n. articuli diſtinguuntur ſecundum credita aut hoc eſt ratione diuinitatis aut ratione aſſumptę humanitatis. Si ratione diuinitatis tunc ſunt ſeptẽ, quia aut eſt articulus diuinæ naturæ, aut ſunt articuli ratione perſonarum, aut ſunt articuli ratione effectus proprii. Si ratione diuinæ naturæ ſic eſt unus articulus. ſ. credo in unum Deum. Si autem ratione perſonarum ſic ſunt tres articuli ſecundum ꝙ tres ſunt perſonæ. Vnus. Credo in patrem omnipotentem. Alius. Credo in Ieſum Chriſtum filium Dei unigenitũ dominum noſtrum. Alius. Credo in ſpiritũ ſanctum. Si autem accipiantur in rõne effectus proprii Dei ſic ſunt tres articuli. Vnus ſpectat ad creationẽ, ideo dicitur Creatorem cœli, & terræ. Alius ſpectat ad gratificationem, ideo dicitur, Credo ſanctorum communionem, remiſſionem peccatorum. *Doctrina notabilis.* Alius ſpectat ad glorificationem, ideo dicitur, Carnis reſurrectionẽ, & uitam æternam amen. Si autem accipiantur articuli ratione aſſumptæ humanitatis ſic ſunt ſeptẽ articuli alii. Primus ſpectat ad Chriſti cõceptionem, ideo dicitur, Qui conceptus eſt de ſpiritu ſancto. Secundus ad Chriſti natiuitatẽ, iõ dicitur. Natus ex Maria Virgine. Tertius ad Chriſti paſſionẽ, ideo dicitur. Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & ſepultus. Quartus pertinet ad deſcẽſum ad inferos, ideo dicitur. Deſcendit ad inferna. Quintus ad Chriſti reſurrectionẽ, iõ dicitur. Tertia die reſurrexit a mortuis. Sextus ad aſcenſionẽ, iõ dicitur. Aſcẽdit ad cœlos, ſedet ad dexterã Dei patris oĩpotentis. Septimus ſpectat ad finale iudiciũ, iõ dicitur. Inde uenturus eſt iudicare uiuos, & mortuos. Et ſic patet, ꝙ ſunt quatuordecim articuli ſi diſtinctio articulorum ſumatur ad comparationem ad credita. Si autem diſtinctio articulorum ſumatur per cõparationem ad cõponentes ſymbolũ, uel penes cõpoſitores ſymboli ſic ſunt duodecim ſecundũ numerũ duodecim apoſtolorum. Et licet hoc ſint multi, & diuerſi modi aſſignandi. Sequor tamen modũ Bonauenturę qui plus mihi placet. Dicit. n. ſic, ꝙ Petrus primo poſuit hãc particulã. Credo in Deũ patrẽ oĩpotentem

tentem creatorem cœli,& terræ. Secundo Andreas ſubiunxit. Et in Ieſum Chriſtum filium eius unicum dominum noſtrum. Tertio Ioannes ſuperaddidit. Qui conceptus eſt de ſpiritu ſancto. Natus ex Maria Virgine. Quarto Iacobus maior intulit. Paſſus ſub Pontio Pilato crucifixus, mortuus,& ſepultus. Quīto Thomas adiunxit. Deſcendit ad inferna tertia die reſurrexit a mortuis. Sexto Iacobus minor addidit. Aſcendit ad cœlos ſedet ad dexteram Dei patris omnipotentis. Septimo Philippus adiunxit. Inde uēturus eſt iudicare uiuos,& mortuos. Octauo Bartholomæus intulit. Credo in ſpiritū ſanctum Nono Matthæus ſubiunxit. Sāctam eccleſiam catholicam. Decimo Simon addidit. Sanctorum communionē, remiſſionem peccatorum. Vndecimo Iudas Thadæus ſuperaddit. Carnis reſurrectionem. Duodecimo Mathias conſumauit. Et uitam æternam. Amen.

QVANTVM ad ſecundum dicendū, ꝙ quilibet Chriſtianus habens uſum rationis tenetur ſcire, & credere omnes articulos fidei, hoc autem poteſt intelligi tripliciter. Vno modo, quod oēs credat implicite. Alio modo, ꝙ omnes credat explicite. Tertio modo, ꝙ quoſdam credat explicite,& quoſdam implicite. Credere autem omnes implicite eſt fidei diminutæ,& hoc non ſufficit, quia habens uſum rationis tenetur ſcire,& credere diſtincte aliquos articulos. Credere autem omnes articulos fidei explicite ē fidei iam prouectæ, & ad hoc non tenentur omnes, ſed tenentur tantum maiores puta rectores eccleſiarum, & prædicatores uerbi diuini, propter quod inconueniener factum eſt committere curam animarum, & eccleſiarum auctoritatemque prædicandi hominibus inſcijs, quia dubium eſt ne Dei pecudem ducant in errorem. Credere autem aliquos articulos explicite,& aliquos implicite eſt fidei neceſſariæ ad ſalutem, quia ad illos articulos credendos explicite tenentur homines quos manifeſtat eis prædicatio vel eccleſiaſticus uſus atque conſuetudo ſicut credere Dei unitatem, & trinitatē. Implicite autem tenentur omnes homines credere omnes articulos ſub iſto intellectu ut credant omne, quod credit,& tenet ſancta mater eccleſia Romana.

¶ Ad argumenta principalia de obediētia,& charitate quæ habent eandem uim dicendum, quod non eſt ſimile de obedientia charitate,& fide, quia fides conſiſtit in cognitione, obedientiam autem, & charitas conſiſtunt in executione. Nunc autem ut ſit perfecta executio nō ſufficit agere in uniuerſali niſi fiat perfecta actio circa omne particulare, & ideo obedientia reſpicit omne præceptum,& charitas omne diligibile, ſed in cognitione non ſic eſt. Sufficit enim cognoſcere in uniuerſali abſque eo, quod cognoſcantur omnia in particulari, & ideo ſufficit fidei quod habeatur cognitio aliquorum articulorum explicite, & aliquorū implicite.

DISTINCTIO XXVI.

Circa diſtinctionem uigeſimamſextam quęritur;

Vtrum ſpes ſit uirtus Theologica diſtincta a fide,& charitate?

Seraphicus Bonauent. 3. ſentent. diſtinct. 26. q 3. Ar. 1
Scotus 3. ſent. diſt. 26. q 1
D. Thomas ſecunda ſecundæ quæſtio 17. Arti. 5. & 6.
Ricardus 3. ſenten diſtin. 26. q. 2.
Durandus 3. ſenten. diſtinc. 26. q. 1.
Ioan. Bacconitanus 3 ſen. diſt. 26. q. 1.

QVAESTIO I.

EST autem ſpes uirtus. Circa diſtinctionem 26. quæritur. Vtrum ſpes ſit uirtus Theologica diſtincta a fide,& charitate? Et uidetur primo, quod non ſit uirtus. Quia nulla uirtus eſt paſſio, ſed ſpes eſt paſſio, ergo.

¶ Præterea uidetur, quod non ſit uirtus Theologica, quia medietas duarum malitiarum eſt uirtus Cardinalis non Theologica, ſed ſpes eſt uirtus duarum malitiarum, quia eſt medietas inter præſumptio- *An ſpes ſit uirtus Cardinalis theologica.*

ptionem,& deſperationem, ergo ſpes eſt uirtus Cardinalis,& non Theologica.

¶ Preterea uidetur, quod non ſit uirtus diſtincta a charitate,& fide,quia duo perfectibilia reſpectu eiuſdem obiecti numero ſufficienter perficiuntur per duas perfectiones. Sed in anima ſunt duo perfectibilia,ſcilicet intellectus, & uoluntas, quæ reſpiciuntur idem, ſcilicet, Deum, ergo ſufficienter perficiuntur per duas perfectiones. Sed iſtæ perfectiones ſunt fides, & charitas, ergo non oportet ponere ſpem diſtinctam a fide, & charitate.

¶ Contra. Illud, quod ſubſeruit contemplationi, & ſurſum eleuat mentẽ in Deũ eſt uirtus Theologica, ſed ſpes eſt huiuſmodi, ergo.

Cap. 13. ¶ Preterea Apoſt. 1. Corinth. Nunc manent fides, ſpes, charitas, tria hæc, ergo ſecundum Apoſto. ſpes eſt uirtus diſtincta a fide,& charitate.

¶ Reſpondeo. In iſta quæſtione ſunt tria uidenda. Primo ſi ſpes eſt uirtus Theologica. Secundo ſi ſpes eſt uirtus diſtincta a fide,& charitate. Tertio ſi ſpes eſt prior charitate.

QVANTVM ad primũ patet per omnes, ꝙ ſpes eſt uirtus Theologica, qđ probatur ſic. Fides eſt uirtus Theologica quia habet Deum pro obiecto in ratione motiui. Sed ſpes ſimiliter habet Deum, pro obiecto in ratione motiui, ergo ſpes eſt uirtus Theologica, minor probatur, quia ſicut fides in credendo tanquam demonſtranti vera ſic ſpes Deo innititur tã quam promittenti magna.

¶ Præterea probatur idẽ ſic. Quod facit ad reparationem imaginis creatæ eſt uirtus Theologica, ſed ſpes facit ad reparationem imaginis create, ergo.

¶ Ad declarationem huius rationis dicitur, ꝙ quemadmodũ in anima ſunt tres dotes ſecundum tres uires, ſcilicet uiſio quæ perficit partem rationalem, & dilectio, quæ perficit partem concupiſcibilẽ, & tentio quæ perficit partem iraſcibilẽ. Sic correſpondenter pro ſtatu uiæ huius ponuntur tres habitus perficientes animam, ſ. fides, ſpes, & charitas, hoc tamen quibuſdam non placet, & de eius improbatione nunc tranſeo.

Opinio aliorum. QVANTVM ad ſecundum articulum uidetur quibuſdam probabiliter dicendum quod ſpes non eſt uirtus diſtincta a fide,& charitate, ſed complectitur tam fide, quam charitatem. Vnde ſicut liberum arbitrium includit intellectum, memoriam,& uoluntatem, & tamen memoria non eſt potentia diuerſa ab intellectu, includit tamen memoria duo, ut dictum fuit in primo libro, ſic ſpes non eſt uirtus diſtincta a fide,& charitate includit tamen eas. Et declaratur ſic, ſpes ſecundum rationem ſuam diffinitiuam eſt certa expectatio futuræ gloriæ. *Definitio ſpei.* Inquantum autem ſpes dicitur certitudo, ſic reſpicit intellectum, & includit fidem, quæ eſt in intellectu, quia certitudo ſpei habetur per intellectum lumine fidei illuſtratum. Inquantum autem ſpes dicitur expectatio ſic reſpicit uoluntatem,& includit charitatem, quæ eſt in uoluntate, quia deſiderium uoluntatis habetur cum charitate informante.

¶ Iſta concluſio probatur ſic. Nulla pluralitas eſt ponenda ſine neceſſitate, ex primo phyſicorum. *1. Phy. ma tex. 50.* Sed non eſt neceſſe ponere ſpem diſtinctam a fide,& charitate, ergo. Probatio. Nam finis ſupernaturalis ad quem ordinatur uirtus Theologica ſufficienter habetur per cognitionem,& amorem. Sed cognitio habetur per fidem, amor uero per charitatem, ergo ſufficiunt fides,& charitas, & ſic nõ eſt neceſſe ponere ſpem.

¶ Alia eſt opinio communis Doctorum quam teneo, quod ſpes eſt uirtus diſtincta a fide, & charitate, quia Apoſtolus prima Corinthiorum dicit. Nunc manent fides, ſpes, charitas tria hæc. *Opinio Scoti. & aliorum. Cap. 13.*

¶ Præterea habitus diſtinguuntur pœnes obiecta. Sed obiectum ſpei diſtinguitur ab obiecto fidei, & charitatis, ergo. Probatio minoris. Obiectum ſpei eſt bonum arduum abſens poſſibile tamen haberi. Per hoc autem, quod dicitur obiectum bonum diſtinguitur a fide, quia obiectum fidei eſt uerum, per hoc autem quod dicitur abſens diſtinguitur a charitate, quia charitas eſt reſpectu preſentis,& abſentis, ſpes autẽ reſpectu abſentis.

¶ Præterea ſicut potentiæ diſtinguuntur per actus ita diſtinguunt & habitus. *2. de anima cont. 33* Sed alius eſt actus ſpei ab actibus fidei, & charitatis, ergo. Probatio minoris,

quod actus ſpei ſit alius ab actu fidei, patet, quia actus fidei eſt credere, actus autem ſpei eſt deſiderare, quod autem actus ſpei ſit alius, ab actu charitatis patet, quia actus charitatis eſt nobiliſſimus, quia eſt ex amore amicitiæ, actus autem ſpei non eſt nobiliſſimus, quia eſt ex amore concupiſcentiæ.

Cap. 14. & de concordia cap. 9. ¶ Præterea, Anſelmus de caſu diaboli ponit duplicem affectionem in uoluntate, ſ. affectionem iuſtitiæ, & affectionem commodi. Sed affectione iuſtitiæ perficimur charitate, affectione autem commodi perficimur ſpe: ergo ſpes, & charitas non ſunt idem. Et tunc ulterius infertur, quòd ſpes diſtinguatur a fide, q̃a ſpes eſt in uoluntate, fides autẽ in intellectu. Ex prædictis poteſt patere argumentum præcedentis opinionis, quia minor ẽ falſa. Eſt. n. neceſſitas ponendi ſpem diſtinctam a fide, & charitate, tum ratione obiecti, tum ratione actus, tum ratione duplicis affectionis ut ſtatim dictum eſt, tũ ẽt *Cor. c. 13.* propter dictum Apoſtoli. Nunc autẽ manent fides, ſpes, & charitas tria hæc.

¶ Si autem quæras qualiter diſtinguatur ſpes, a fide, & charitate quamuis ad hoc poſſit patere ex dictis, tamen dicitur aliter ſic, ꝙ ſpes diſtinguitur a fide, quia fides eſt uniuerſalior, ſpes autem particularior. Nam fides eſt certitudo notitiæ quantum ad omnia præſentia præterita, & futura. Spes autẽ eſt certitudo ſolũ de futuris. Similiter ſpes diſtinguitur a charitate, quia charitas eſt uniuerſalior, ſpes autem particularior. Nam charitas eſt reſpectu boni præſentis, & abſentis. Spes autem reſpectu boni abſentis tantum.

QVANTVM ad tertium articulũ, ſcilicet ſi habitus ſpei ſit prior charitate. Dicendum, ꝙ dupliciter contingit comparare habitum ſpei, ad habitum charitatis, uno modo ratione habituũ in ſe. Alio modo ratione habituum cõparatorũ ad actũ. Si primo modo, dico, ꝙ ſpes, & charitas non habent ordinẽ prioris, quia cũ ſint uirtutes gratuitæ, conſtat, ꝙ ſimul in fundantur. Si autem loquamur de iſtis habitibus, in comparatione ad actus cum actus ſpei præpararet, & diſponat ad actũ charitatis tunc quodam ordine originis, & præparationis actus ſpei antecedit actum charitatis, & habitus ſpei habitum charitatis.

¶ Ad primum principale dico, quòd ut patet per Ariſtotelem. Nomina ſunt impoſita ad placitum. Vnde ſpes poteſt imponi ad ſignificaudum paſſionem impreſſa in appetitu ſenſitiuo, & ſic non eſt uirtus nec Theologica, nec moralis. Aliò modo poteſt accipi ſpes inquantum eſt habitus inclinans ad ſperandum obiectum abſens, & ſic eſt uirtus Theologica & iſto modo loquimur hic in præſenti de ſpe. *1. Peryhermenias.*

¶ Ad ſecundum dicitur, quod uirtus poteſt dici medium duarum malitiarũ duobus modis. Vno modo ſicut conſtitutiua malitiarum in eo, quòd retinent aliquid in nomine non m re de utroque extremo ſicut liberalitas, quia liberalis eſt qui retinet retinenda, & ſic conuenit cum auaro. Item dat danda, & ſic conuenit cum prodigo. Alio modo accipitur medium malitiarum inquãtum eſt deſtructiuum, ſicut ſpes deſtruit, id eſt remouet præſumptionem, & deſperationem, maior autem eſt uera de medio primo modo ſumpto, & non de medio ſeu de medietate ſecundo modo, ſicut eſt in propoſito. *Reſponſio D. Bona.*

¶ Ad ultimum dicitur, quod argumentũ non ualet, quia cum ſint partes perfectibiles imaginis, ſcilicet intellectus, memoria, & uoluntas, oportet correſpondenter ponere tres perfectiones, ſcilicet, fidem, ſpem, & charitatem.

¶ Contra duæ partes imaginis, ſcilicet intellectus, & memoria pertinent ad eandem potentiam intellectiuam, ergo duo habitus Theologici, puta, fides, & ſpes erunt in intellectu, quod eſt falſum, quia ſpes communiter ponitur in uoluntate non in intellectu. Ideo aliter dicitur, quòd licet in anima ſint duæ potentiæ perfectibiles, tamen altera iſtarum, ſcilicet uolũtas, habet duas affectiones, *Cap. 14.* ſcilicet affectionem iuſtitiæ, & affectionem commodi ſecundum Anſelmum libro de caſu diaboli, in affectione autem iuſtitię perficitur charitate, in affectione autem commodi perficitur ſpe. Ideo in uoluntate ponuntur ſpes, & charitas, in intellectu autem ponitur tantum fides & ſic patet, quòd ſunt tantum tres uirtutes Theologicæ, & non plures.

DISTIN-

DISTINCTIO XXVII.

Circa diſtinctionem uigeſimamſeptimã queritur:

Vtrum ſit aliqua uirtus Theologica inclinans ad diligendum Deum ſuper omnia?

Seraphicus Bona. 3. ſent. diſtinct. 27. quæſt. 1. Art. 1.
Scotus 3. ſenten. diſtinc. 27. q. 1.
D. Thomas 1. ſecundæ q. 2. Artic. 4.
Ricardus tertio ſententiarum diſtinctio. 27. quæſt. 1.

QVAESTIO I.

CVM Chriſtus fidem, & ſpem: Circa iſtam diſtinctionem 27 quæritur. Vtrũ ſit aliqua uirtus Theologica inclinans ad diligendum Deum ſuper omnia? Et uidetur quod non, quia ſi eſſet aliqua uirtus inclinans ad diligendũ Deũ ſuper omnia illa eſſet amicitia, quod patet ex eius actu, quia actus amicitiæ eſt amare. Sed non eſt amicitia ad Deum ſecundum philoſophum nono Ethicorum & hoc eſt propter inæqualitatem, quia Deus habet exceſſum ad creaturam, amicitia autem eſt inter æqualia, ergo.

¶Præterea nulla uirtus mouet ad actum impoſſibilem, ſed diligere Deum ſuper omnia eſt impoſſibile, quia nullus poteſt diligere Deum ſupra ſe. Minor probatur quadrupliciter.

¶Primo ſic, natura determinatur ad unũ ſed natura determinatur ad appetẽdum *2. de gene. cont. 56.* eſſe proprium, ergo non poteſt appetere non eſſe ſui propter eſſe Dei, & per conſequens non diligit Deum plus quam ſe.

¶Secundo ſic, omnis amicitia, quæ eſt ad alterum eſt propter amicitiam, quæ *9. Eth. c. 4.* eſt ad ſe, ex nono Ethicorum, ſed propter quod unumquodque tale, & illud *1. poſt. contex. 5.* magis, ergo quilibet diligit ſe plus quam alium, & plus quam Deum.

¶Tertio ſic, omnis amicitia fundatur ſuper aliquam unitatem, ergo ubi eſt maior unitas ibi eſt maior amicitia ſeu amor. Sed maior eſt unitas eiuſdem ad ſe quam ad alium, uel ad Deum, ergo nullus diligit Deum plus quam ſe. *8 & 9 Ethicorum.*

¶Quarto, quia quilibet diligit ſe quantum poteſt, ergo nullus diligit Deum plus quam ſe, conſequentia patet, quia tunc diligeret Deum ultra poſſe.

¶In contrarium eſt Magiſter in litera & Auguſtinus in libro de Doctrina Chriſtiana. *Cap. 4. & 25.*

¶Reſpondeo. In iſta quæſtione ſunt tria uidenda. Primo ſi diligere Deum ſuper omnia eſt actus de ſe rectus. Secundo, ſi natura poteſt in hunc actum qui eſt diligere Deum ſuper omnia circumſcripto habitu charitatis infuſo. Tertio oportet remouere unum dubium.

QVANTVM ad primum dico, quod diligere Deum ſuper omnia eſt actus de ſe rectus, quia actus conformabilis rationi rectæ naturali in eo quod recta ratio dictat optimum eſſe diligendum ſummæ eſt actus de ſe rectus. Sed actus diligendi Deum ſuper omnia eſt huiuſmodi, ergo, &c.

¶Secundo probatur idem a quodam Doctore ſic. Sicut principium in ſpeculabilibus reſpectu intellectus, ita finis in agibilibus reſpectu uoluntatis ut patet per philoſophum. Sed ſic ſe habet principiũ in ſpeculabilibus, quod intellectus circa primum principium de ſe rectus, & uerus, ita quod intellectus circa primum principium non errat per Commentatorem, ergo ſimiliter uoluntas in diligendo ultimum finem, ita quod diligendo ipſum ſemper eius actus eſt rectus. *2. Phy. contex. 90.* *2. Met. contex. com. 2.*

QVANTVM ad ſecundum articulum eſt una opinio, quod natura non poteſt in actum illum qui eſt diligere Deũ ſuper omnia ſine habitu charitatis infuſo quia nullus poteſt naturaliter Deum diligere plus quam ſe. Tum quia natura determinatur ad appetendum eſſe proprium, tum quia amicitia quæ eſt ad alterum eſt ex amicitia, quæ eſt ad ſe, tum quia amicitia fundatur ſuper aliqua unitate, tum etiam, quia quilibet amat ſe quantum poteſt, & hæc omnia tangebantur in ſecundo articulo ad principale.

Opinio authoris, & ipſi, uel Scoti. ¶ Alia eſt opinio quam teneo, quòd circumſcripto habitu charitatis infuſo natura poteſt in hunc actum qui eſt diligere Deum ſuper omnia maximè ſi loquamur de ſtatu naturæ inſtitutæ. Vnde Au*In lib. de fide ad Petr.* guſtinus. Spiritus rationales ita creauit Deus, vt ipſum plus diligerent, quam *In lib. de re traſtation.* ſeipſos Et idem. Magis mihi debeo, quã *In lib. de vera religion.* ceteris hominibus, ſed magis Deo, quã mihi. Et iterum dicit. De perfectione iuſtitiæ eſt, quòd magis Deum, quam nos diligamus.

¶ Pręterea probatur idem per rationes, quia ſi homo non poteſt diligere Deum plus quam ſe niſi per charitatem, tunc homo poteſt ſcire ſi eſſet in charitate, vel non, quia poteſt ſcire ſi diligit Deum plus quam ſe, conſequẽs eſt falſum, quia *Eccl. 9.* nemo ſcit an odio, vel amore dignus ſit, ergo, & antecedens.

¶ Pręterea bonum commune in quo includitur bonum particulare eſt dignius, & magis appetendum, ex j. Ethicorum, *1. Ethi c. 2.* ſed bonitas Dei eſt bonum uniuerſale in quo clauditur omne bonum particulare, ergo ipſum naturaliter plus appetimus, & diligimus ſicut etiam naturaliter plus diligimus totum, quam partem, quod patet in exemplo, quia homo naturaliter exponit manum ſuam propter defenſionem totius corporis ne percutiatur.

¶ Præterea homo nõ minus diligit obie*13. de tri. cap. 5.* ctum beatificum, quam ipſam beatitudinem per Auguſtinum, ergo ſummę diligit obiectum beatificum quod eſt Deus.

Confirmatio rationis. ¶ Confirmatur ratio per hoc, quia ſi deſperatus accidit ſeipſum odit ſuum eſſe, & tamen non odit beatitudinem, ergo plus amat beatitudinem, ſeu obiectum beatitudinis, quam ſeipſum.

¶ Præterea ratio naturalis dictat creaturæ rationali aliquid eſſe ſummæ diligendum, ſed ratio naturalis recta non dictat aliquid ſummæ diligendum niſi ſit infinitum, ergo ratio naturalis dictat bonum infinitum ſummæ eſſe diligendum, & per conſequens voluntas poteſt in hũc actum ex puris naturalibus.

¶ Vltimo ad idem arguo ſic. Quandocunque aliqua ratio conuenit alicui per eſſentiam alteri per participationem actus, qui tranſit ſuper illa propter talem rationem magis attribuitur ei in quo eſt illa ratio per eſſentiam, quam ei in quo eſt per participationem. Sed ratio diligendi eſt bonum in obiecto, quod conuenit Deo per eſſentiam; creaturæ autem per participationem, igitur.

¶ Ad argumenta autem alterius opinionis dicetur quando ſoluetur argumentum ad ſecundum principale.

Dubium. De tertio articulo reſtat hic unum dubium, quòd ſi natura poteſt in hunc actum, qui eſt diligere Deum ſuper omnia ſine habitu charitatis infuſo, ad quid ergo oportet ponere charitatem infuſam.

Propter duo ponenda eſt charitas infuſa primo. ¶ Et eſt dicendum, quòd propter duo eſt neceſſe ponere charitatem infuſam. Primo vt Deum firmius, & feruentius diligamus. Vnde ſicut ſine fide infuſa poſſemus aſſentire aliquibus credibilibus, quia tamen non ita firmiter aſſentimus, ideo neceſſe eſt ponere fidem infuſam. Sic etiam in propoſito. Licet enim ex puris naturalibus poſſemus Deum diligere ſuper omnia, non tamen ita propriæ, & ita feruenter, & firmiter ſicut cum charitate infuſa, ideo neceſſaria eſt charitas infuſa.

Secundo. ¶ Secundo eſt neceſſe ponere charitatem infuſam, ut operaꝰ noſtra meritoria ſint Deo accepta, & hoc tangit Apoſtolus prima ad Corinthium. Si linguis ho*Cap. 13.* minum loquar, & angelorum &c. Et multa ibi de illa materia tractat. Et Augu*Lib. 15. de tri. cap. 19.* ſtinus dicit, quòd ſola charitas diuidit inter filios regni, & filios perditionis.

¶ Ad primum principale dicendum, ꝙ licet amicitia ſtrictè ſumpta, ut de eo loquitur philoſophus non poſſit dici charitas, tamen accipiendo amicitiam largè *Quo amicitia poſſit dici charitas.* poteſt dici charitas, & ad Deum poteſt eſſe amicitia, ſicut frequentet legimus, quòd ſancti amici Dei ſunt. Vnde Abraã dicitur, quòd amicus Dei appellatus eſt. Et quando dicitur, quòd amicitia eſt in*Quid ſit æqualitas.* ter equalia. Dico, quòd iſta equalitas nihil aliud eſt, quam readamatio, ſcilicet vt diligens diligatur.

¶ Ad ſecundum conceſſa maiore, nego minorem.

¶ Ad primam autem propoſitionem quãdo dicitur, quod natura determinatur ad eſſe proprium, dicendum eſt, quòd hoc non eſt uerum abſolutè, ſed bene cõditio naturaliter, & ex ſuppoſitione ſuppoſito

poſito eſſe diuino, & tunc non eſt ad propoſitum.

¶ Ad ſecundam probationem quando dicitur quòd amicitia, quæ eſt ad alterum eſt ex amicitia, quæ eſt ad ſe dicitur dupliciter. Vno modo, quod illud uerum eſt in eo, quod eſt ratio cognoſcendi, nō autem in eo, quod eſt ratio diligendi. Nam in ratione cognoſcendi amicitia, quæ eſt ad alterum eſt ex amicitia, quæ eſt ad ſe, quia quando aliquis bonum, quod vult ſibi vult etiam alteri ſignum tunc eſt amicitiæ. Alio modo dicitur, quod maior eſt uera de amicitia, quæ eſt ad alterum, ut ad bonum particulare, non autem de amicitia, quæ eſt ad alterum, ut ad bonum uniuerſale ſicut eſt Deus.

Signũ amicitiæ.

¶ Ad tertiam probationem dico, quod amicitia aliquando fundatur ſuper unitatem formalem. Aliquando vero ſuper vnitatem proportionis, quę eſt participati ad participatum, & iſta poteſt eſſe fundamentum maioris amicitiæ maxime quando eſt ad bonum uniuerſale, quod eſt bonum per eſſentiam, quod includit omne bonum particulare ſicut eſt in propoſito.

¶ Ad quartam probationem dico, quod ly quantum poteſt referri ad obiectum diligibile, & ſic maior eſt uera, ſed non eſt ad propoſitum.

¶ Vel poteſt referri ad potentiā dilectiuam, & tunc negatur maior, quia potentia dilectiua aſpicit obiectum, quod includit rationem minoris diligibilitatis, ſic in propoſito de Deo.

DISTINCTIO XXVIII. & XXIX.

Circa iſtam diſtinctionem vigeſimam octauam, & uigeſimam nonam quæritur:

Vtrum charitas ſit maxima virtutum?

D. Thomas 2. ſecunda quæſtio 23. Articulo 6.

QVAESTIO I.

HIC quæri ſolet. Circa iſtā diſtinctionem vigeſimam octauam, & uigeſimam nonam quæritur; Vtrum charitas ſit maxima uirtutum? Videtur quod non. Quia illa eſt maxima uirtus cuius oppoſitum eſt maximum uitium, ſed oppoſitum charitatis non eſt maxima uirtus. Probatio minoris. Oppoſitum charitatis eſt odium Dei, oppoſitum autem fidei eſt infidelitas, ſed infidelitas eſt maius uitium, quam odium Dei, eo quod ſeparat hominem a Deo, & ab Eccleſia, ergo.

¶ Preterea. Nobilioris perfectibilis eſt nobilior perfectio, ſed intellectus nobilior eſt uoluntate, & fides eſt perfectio intellectus; charitas autem eſt perfectio uoluntatis, ergo fides eſt nobilior charitate.

¶ Præterea optimum non eſt melius optimo, ſed quælibet uirtus eſt optima, ergo &c.

¶ Contra Auguſtinus. Nullum eſt donum dei excellentius iſto dono, quod eſt charitas. *15. de tri. cap. 19.*

¶ Reſpondeo. In iſta quæſtione ſunt duo uidenda primo ſi charitas eſt idem realiter, quod gratia, & hunc articulum quære. *Lib. 2. diſt. 17. artic. 3.*

¶ Secundo eſt uidendum ſi charitas eſt maxima uirtutum. Et dico, quod ſic, quia Apoſtolus 1. Ad Corinthios dicit. Nunc manét fides, ſpes, charitas, tria hęc; maior autem horum eſt charitas. *Cap. 13.*

¶ Præterea: Auguſtinus. Nullum eſt donum Dei excellentius iſto dono, quod eſt charitas. *15. de tri. cap. 19.*

¶ Preterea probatur idem per rationes ſic. Illa uirtus eſt nobiliſſima, quæ ducit ad nobiliſſimum terminum, & permanet, & quieſcit in termino, ſed charitas eſt huiuſmodi, ergo. Maior probatur. Nam ignis eſt nobiliſſimum inter elementa, quia uadit ad locum ſuperiorem, & quieſcit ibidem. Minor probatur, quia ſola charitas permanet in uia, & in patria. Charitas enim nunquam euacuatur, ſecundum Apoſtolum, aliæ autem virtutes ſic. *Corinth. capi. 13.*

¶ Preterea. Finis eſt nobilior his, quæ

ſunt ad finem, ſed charitas eſt finis omnium uirtutum, ergo.

Lib. 15. de tri. c. 19 ¶ Præterea illa uirtus quæ ultimate diuidit, & diſtinguit iter filios regni, & filios perditionis eſt maxima uirtus, ſed charitas eſt huiuſmodi ſecundum Auguſtinũ, ergo.

¶ Præterea illud quod magis Deus diligit non propter indigẽtiam, ſed propter bonitatem rei eſt melius, & nobilius, ſed Deus magis diligit charitatem in nobis non propter ſui indigentiam ſed propter nos, ergo charitas eſt nobilior, & melior.

¶ Vltimo ſic. Illa uirtus eſt nobilior qua Deus immediate diligitur, & attingitur, ſed charitas eſt huiuſmodi, ergo.

Opinio Varronis. ¶ Ad primum principale dicit Varro in quæſtionibus primi ſententiarum, quòd maior tenet quando una pars unius oppoſitorum non includit aliam partem alterius oppoſitorum, ſed in propoſito infidelitas includit odium Dei. Vnde infidelitas non eſt maximum uitium ſeu peccatum niſi inquantum includit in ſe malum actum uoluntatis, unde ſi infidelitas præciſe conſideretur tunc odium Dei eſt peius ea.

¶ Ad ſecundum difficile eſſet illis reſpõdere qui ponũt intellectum nobiliorem uolontate, ſed ponendo ſicut oportet ponere, quòd uoluntas ſit nobilior intellectu ut oſtenſum eſt patet, quòd argumentum non ualet, quia prima pars minoris *Lib. 2. diſt. 24.* eſt falſa.

¶ Ad tertium dico, quòd optimum non eſt melius optimo infra eandem naturam, & ſpeciem, ſed in diuerſis naturis, & ſpeciebus optimum poteſt eſſe melius optimo, ſicut optimus homo eſt melior optimo equo.

Vtrum ſecundum ordinem charitatis magis ſint diligendi parentes quam filii?

D. Thomas ſecunda ſecundæ quæſt. 26. Articul. 9.

QVAESTIO II.

SECVNDO quæritur, Vtrum ſecundum ordinẽ charitatis magis ſint diligendi parentes quam filii? Et uidetur quod filii ſint magis diligẽdi, quia Apoſtolus dicit, quod filii non debent theſaurizare parentibus, ſed parentes filiis, ſed nemo debet theſaurizare niſi ei quem diligit, ergo filii ſunt magis diligẽdi, quam parentes. *2. Cor. 6. 12*

¶ Præterea filius comparatur ad patrem ſicut ramus arboris ad radicem. Sed humor rami procedit a radice & non econuerſo, ergo ſimiliter in propoſito, homo debet plus reſpicere filium & amare quã patrem.

¶ Præterea, gratia ſeu charitas conformatur naturæ, ſed naturaliter uidemus quod homines plus diligunt filios quam parentes, ergo ſecundum gratiam, & charitatem plus ſunt diligendi filii quam parentes uel patres.

¶ Contra eſt Magiſter in litera.

¶ Reſpondeo, ad iſtam quæſtionem breuiter dico, quod ſecundum ordinem charitatis plus ſunt diligendi parẽtes, quam filii, hoc patet per Ambroſium ſicut allegat eum Magiſter in litera qui dicit quod primo, diligendus eſt Deus, ſecundo parentes deinde filii.

¶ Præterea, mandata Dei ſunt tradita ſecundum ordinem charitatis, ſed unum de decem præceptis eſt. Honora patrem tuum, & matrem tuam, ergo amor charitatis plus eſt ad parentes, quam ad filios.

¶ Præterea ſecundum ordinem charitatis illum plus tenemur diligere a quo recipimus plura bona, & beneficia, ſed ille a quo recepimus plura beneficia eſt pater, ergo.

¶ Præterea maior eſt obligatio effectus ad cauſam quam cauſæ ad effectum, ſed homo comparatur ad patrem ſicut ad cauſam ad filium autem ut ad effectum, ergo plus obligatur patri quam filio, & per conſequens plus tenetur parentes diligere.

¶ Præterea. Illud plus tenemur diligere amore charitatis cui ſecundum dictamẽ

recte rationis magis tenemur ſubuenire tempore neceſſitatis. Sed ſecundum dictamẽ recte rationis magis tenemur ſubuenire patri tpe neceſſitatis quam filio, ergo minor patet nono Ethicorum, ubi dicit, quod plus tenemur ſubuenire patri, quam nobis ipſis, & aſſignat ibi rationem, quia pater eſt cauſa eſſendi.

9. Eth. c. 2.

¶ Ad primum, & ſecundum principale dicendum, quod dilectio accipitur duobus modis. Vno modo ſecundum effectum ſenſualitatis, & carnis. Alio modo ſecundum effectum charitatis. Primo modo homines plus diligunt filios quam parentes, & ratio eſt, quia natura appetit conſeruari in ſuo ſimili, & magis diligit illud in quo habet principalius conſeruari. Nunc autem pater habet ſaluari in filio, & non econuerſo. Ideo ſecundum amorem ſenſualitatis, & carnis plus diligunt filios. Si autem loquamur de dilectione ſecundum affectum charitatis tunc plus eſt diligendus pater quam filius. Iſta duo argumenta arguunt de dilectione ſenſualitatis, & non de dilectione charitatis.

An ſit magis diligendus pater quam filius

¶ Ad tertium dicendum, quod maior in quibuſdam habet ueritatem in quibuſdam autem non, habet enim ueritatem in hoc quod ſicut homo per naturam plus diligit ſeipſum quam proximũ, ita, & per gratiam, ſed in propoſito de dilectione parentum, & filiorum non habet ueritatem.

DISTINCTIO XXX. & XXXI.

Circa diſtinctionem trigeſimam & triigeſimamprimam quæritur:

Vtrum omnia ſunt diligenda ex charitate?

Seraphicus Bona. 3. ſententiarum diſt. 24. q. 1.

D. Thomas ſecunda ſecundæ quæſtio 25. Articu. 1.

QVAESTIO I.

HIC poteſt quæri. Circa diſtinctionem 30. & ſequentem quæritur. Vtrũ omnia ſunt diligenda ex charitate? Videtur, quod non, quia quæ non ſunt capacia charitatis, & beatitudinis non ſunt diligẽda ex charitate, ſed multa ſunt quæ non ſunt capacia charitatis, & beatitudinis, ergo non ſunt omnia diligenda ex charitate.

¶ Confirmatur per Aug. Ea inquit ex ſola charitate diligenda ſunt quæ ſocietate quadam nobiſcum in Deum referuntur, & talia ſunt Angelus, & anima, ergo.

1. Libr. de Doctrina Christiana cap. 9.

¶ Preterea, Charitas non eſt diligenda ex charitate, ergo non omnia ſunt diligenda ex charitate, conſequentia tenet. Antecedens patet dupliciter.

¶ Primo ſic. Sicut ſe habet fides ad credendum & ſpes ad ſperandum, ita charitas ad diligendum, ſed nullus poteſt per fidem credere fidem ſuam, nec ſperare ſpem ſuam, ergo nec diligere charitatem ſuam.

¶ Secundo ſic ſi charitas diligeretur ex charitate eadem ratione illa charitas diligeretur ex alia & ſic in infinitum, quod eſt inconueniens.

¶ Cõtra, omne illud eſt diligibile ex charitate in quo relucet Dei ſimilitudo, ſed in omnibus relucet Dei ſimilitudo, ergo.

¶ Reſpondeo. In iſta quæſtione ſunt tres articuli ſecundum quod de ea ſunt tres opiniones.

VNA opinio ponit tres cõcluſiones.

¶ Prima eſt quod dæmones, & damnati non ſunt diligendi ex charitate. Cuius ratio eſt, quia qui non ſunt deputati ad uitam æternam non ſunt diligendi ex charitate. Sed demones & damnati non ſunt deputati ad uitam, ergo.

D. Thom. 2 ſecundæ q. 25. ar. 11.

¶ Secunda concluſio eſt, creaturæ irrationales non ſunt diligendæ ex charitate uel amore amicitiæ, quia illa non ſunt diligenda amore amicitiæ, & ex charitate, quæ non diliguntur propter ſe, ſed propter aliud, ſed creaturæ irrationales diliguntur propter aliud, & non propter ſe, ergo.

¶ Tertia

¶ Tertia concluſio eſt, quod creaturæ non uiuentes non ſunt diligendæ ex charitate, & ratio huius eſt, quia non conueniunt nobiſcum in uita ſpirituali.

¶ Contra iſtam opinionem obiicitur ſic, quia charitatis obiectum eſt bonum diuinum, uel per eſſentiam, uel per participationem, ſed in omnibus creaturis inuenitur bonum diuinum, ſcilicet per participationem, ergo omnia ſunt diligenda ex charitate.

D. Bona. 3. ſent. diſt. 28. q. 2.

IDEO eſt alia opinio, quod diligi aliquid ex charitate, poteſt intelligi dupliciter. Vno modo ex charitate eliciente actum qui eſt ſupernaturalis. Alio modo ex charitate imperante actum qui actus eſt naturalis a uoluntate, licet ſit imperatus a charitate.

¶ Ad propoſitum ſi loquimur de dilectione, primo modo dicitur, quòd non omnia ſunt diligenda ex charitate, ſed ſolū illa quæ poſſunt uniri ſummo bono per cognitionem, & amorem, & quia creaturæ irrationales non poſſunt uniri Deo per cognitionem, ideo illa non ſunt ex charitate diligenda, charitate dico eliciente actum. Si autem loquamur de charitate ſecundo modo ſeu de dilectione ſic diligenter omnia ex charitate, quæ ſunt promouentia ad ſalutem, & ad diuinam laudem. Et quia cunctæ creaturæ promouent nos ad diuinam laudem ex eo, quòd in eis relucent diuina bonitas, & iuſtitia, ideo omnes creaturæ ſunt iſto modo diligendæ ex charitate.

3. Opinio.

¶ Tertia opinio eſt, quæ dicit quod aliquid diligi ex charitate poteſt intelligi dupliciter. Vno modo proprie, & ſic ſolum illa ſunt ex charitate diligenda quæ ſunt capacia felicitatis æternæ. Alio modo minus proprie, & ſic omne quod eſt referibile in Deum eſt ex charitate diligendum.

¶ Ex his duabus ultimis opinionibus patet ad argumenta utriuſque partis, excepto argumento de charitate cum dicitur quod charitas non eſt diligenda ex charitate, ubi oportet negare antecedens.

¶ Ad primam autem probationem dicendum, quod ideo nullus credit ſe habere fidem, ſed ſcit ſe habere fidem, quia cum ipſa fides ſit præſens non inuenitur in ea ratio obiectiua habitus fidei, quia obiectum fidei eſt uerum abſens, fides autem non eſt abſens, & ſimiliter eſt de ſpe. In charitate autem non eſt ſic, quia inuenitur in ea ratio formalis obiectiuæ potentiæ, ſcilicet, ratio boni.

Quid ſit obiectum fidei.

¶ Ad ſecundam probationem dicendum quod cū dicitur charitas diligitur a charitate; non eſt intelligendum, quod diligatur alia charitate, ſed ſeipſa, ſicut dicit Aug. Amor inquit amatur non alio auté amore amari poteſt, ſed ſeipſo.

9. de tri. c. 6.

Vtrum charitas remaneat in patria?

Seraphicus Bona. 3. ſent. diſtin. 31. q. 2. Ar. 3.
Scotus 3. ſent. diſtinct. 31. q. 1.
D. Thom. 2. ſecundæ q. 24. Ar. 11.
Ricardus 3. ſenten. diſtin. 31. q. 3.
Durandus tertio ſententiarum diſt. 31. q. 6.

QVAESTIO II.

SECVNDO quæritur. Vtrum charitas remaneat in patria ita, quod non euacuetur? Videtur quod non, quia ratio Apoſtoli. Ad probandum, quod alii habitus euacuentur eſt quod illi habitus ſunt ex parte. Ex parte enim inquit cognoſcimus & ex parte prophetamus. Cū autem uenerit quod perfectum eſt euacuabitur, quod ex parte eſt. Sed charitas nunc eſt ex parte, quia imperfecta alias cum in ea ſit beatitudo eſſet aliquis perfecte beatus in uia, ergo charitas non manet. Si dicas quod non ſequitur eum eſſe beatum, quia beatitudo non conſiſtit in habitu, ſed in actu, ut ponit Ariſtoteles.

1. Cor 13.

Vide D. Thomam 1. ſecundæ, q. 68 ar. 6.

1. & 10. Ethicorum.

¶ Contra ſecundum perfectionem habitus pôt elici actus, ergo ſi charitas nunc in uia poteſt eſſe perfecta, ſicut in patria, ſequitur, quod actus poteſt elici æque perfectus, & per conſequens poteſt eſſe fruitio ſine beatitudo in uia.

¶ Præterea ad principale arguo ſic. Fides euacuatur, quia eſt circa obiectum latens, ſed charitas ſimiliter eſt circa obiectum latens, ergo charitas euacuatur.

¶ Con-

1. Corint. c. 13. ¶Contra prima Corin. dicitur. Charitas nunquam excidit.

¶Reſpondeo. In iſta quæſtione ſunt tria uidenda. Primo ſi in patria euacuatur fides. Secundò ſi in patria euacuatur ſpes. Tertio ſi in patria euacuatur charitas.

DE primo ſunt duo modi dicendi. Vnus, quod in fide eſt duo reperire, ſ. illuminationem habitualem, & enigmatis obſcuritatem. Quantum ad luminis habitum fides non euacuatur, ſed perficitur, & conſeruatur. Quantum uerò ad enigmatis obſcuritatem fides cum ſit ex parte ſimpliciter tollitur, & hoc confirmatur per gloſam ſuper illud prima Cor. Cap. 13. Cum uenerit quod perfectum eſt dicit gloſa. Deſtruetur imperfectio, non auté illud quod uerum eſt euacuabitur.

¶Alius modus dicendi quod fides ſimpliciter tollitur, quia nullus habitus in patria debet poni fruſtra, alias aliquis habitus in patria eſſet ſuperfluus, ſed ſi habitus fidei poneretur, in patria poneretur ibi fruſtra, ergo fides ſimpliciter tollitur. Probatio minoris. Habitus ponitur ut eliciat actum uel ut inclinet ad actum. Sed fides in patria non ponitur ut eliciat actum credendi, uel ut inclinet ad ipſum quia fides eſt circa obiectum latens, unde ad Hebræos. Cap. 5. Fides eſt ſubſtantia rerũ ſperandarum argumentum non apparentium. In patria autem eſt obiectum præſens, & non latens, ergo fruſtra poneretur ibi fides, ſeu habitus fidei.

QVANTVM ad ſecundum articulum ſunt duo modi dicendi. Vnus, quod in ſpe eſt reperire duo, ſ. aliquid imperfectionis, & aliquid perfectionis ſiue cõplementi. Ad imperfectionem enim ſpei ſpectat, quod eſt expectatio quædam eorum quæ non habentur. Ad complementum autem eius ſpectat confidentia, & certitudo quæ facit nos inniti ſummæ bonitati. Quantum ad primum ſpes totaliter tollitur. Quantum ad ſecundum nõ tollitur, ſed perficitur.

¶Alius eſt modus dicendi, quod ſpes in patria ſimpliciter tollitur, quia in patria nullus ponitur habitus fruſtra, ſed ſi ſpes maneret in patria poneretur ibi fruſtra, ergo. Minor probatur, quia ſpei inclinat uel elicit actum ſperandi circa bonum arduũ abſens, quia ut ait Apoſtolus ad Romanos. Cap. 18. Spes eſt eorum quæ non uidentur, ſed ibi bonum non eſt abſens, immo præſens, & uidetur in patria, ergo fruſtra ſpes ibi poneretur.

QVANTVM ad articulum tertiũ ſcilicet ſi charitas euacuatur, patet per Apoſtolum. 1. Corin. quod non, quia in Cap. 13. hoc aſſignat Apoſtolus differentiam charitatis ad alia dona, charitas inquit nunquam excidit, & ſic non euacuatur, alia autem dona euacuantur, unde dicit ibidem. Siue prophetiæ euacuabuntur, ſiue linguæ ceſſabunt, ſiue ſcientia deſtruetur, ergo. Et perſuadetur a quibuſdam, ſ. Opinio aliorum. Actus charitatis eſt diligere Deum propter ſe ex toto corde, & ex tota anima. Sed ille actus magis competit ſtatui gloriæ, quam ſtatui uiæ, & ergo habitus charitatis magis competit ſtatui gloriæ, & per conſequens non euacuatur.

¶ Præterea aliqui moderni arguunt ad Opinio recẽtiorum. idem ſic. Habitus qui indifferenter reſpicit unum obiectum præſens, & abſens ſecundum omnes ſtatus manet in omnĩ ſtatu. Sed charitas indifferenter reſpicit unum obiectum præſens, & abſens ſecundum omnes ſtatus puta uiæ, & gloriæ, ergo manet in omni ſtatu, & per cõſequẽs manet in gloria & non euacuatur. Sed occurrit hic unum dubium, ſcilicet ſi actus Dubium. charitatis uiæ, & actus charitatis patriæ ſunt eiuſdem rationis. Et eſt dicendum, quod non, quia actus charitatis in uia eſt meritorius. Actus autem charitatis in patria non eſt meritorius. Alioquin patriæ beati continue mererentur, ſed meritorium, & non meritorium non ſunt eiuſdem rationis, ergo illi actus nõ ſunt eiuſdem rationis.

¶Præterea. Actus charitatis in patria eſt beatificus, actus autem charitatis in uia non eſt beatificus, ſed actus beatificus & non beatificus non ſunt eiuſdem rationis.

¶Contra ſolutionem iſtius dubii inſtatur, quia cauſa eiuſdem rationis arguit effectum eiuſdem rationis, ſed patet ex dictis, quod charitas in patria non euacuatur, immo manet charitas eadem in patria quæ habetur in uia, ergo uidetur, quod effectus ſiue actus charitatis in uia & in patria ſunt eiuſdem rationis.

¶ Dicendum, quod non ſequitur, quia ad hoc quod actus eliciatur non ſolum requiritur charitas, ſed etiam requiritur cogni-

cognitio,ſed modo ita eſt, quòd alia cognitio habetur in uia, & alia in patria, quia in gloria autem habetur cognitio in lumine gloriæ. In uia autem habetur cognitio in lumine fidei, & iſta lumina ſunt alterius rationis,& ideo actus qui eliciuntur ex charitate cum diuerſitate horum luminum ſunt alterius rationis.

¶ Ad primum principale dicendum,ꝙ non eſt ſimilis imperfectio in charitate, & in aliis uirtutibus. Nam aliæ uirtutes dicuntur imperfectæ,quia in actibus ſuis includunt aliquid ad quod neceſſario ſequitur imperfectio aliqua. Actus autem charitatis non ſic, quia indifferenter ſe habet perfectionem, & imperfectionem, & accidunt ſibi iſta,& hæc eſt uia Scoti.

Hæc eſt doctrina, & uia Scoti. ¶ Aliter poteſt dici ſuſtinendo reſponſionem datam in principio quæſtionis, & tunc inſtatur,quòd cum aliquis poteſt eſſe beatus in uia,quia ſecũdum perfectionem habitus poteſt elici actus. Dicendũ quod non ſequitur,quia ad hoc ut eliciatur actus beatificus non ſolum requiritur charitas ſed etiam præſentia obiecti beatifici in lumine gloriæ quæ præſentia non poteſt haberi in uia de lege communi.

¶ Ad ſm dicendum,ꝙ quamuis latentia ſit formalis ratio in obiecto fidei, uel ſpei,tamen actus fidei eſt per ſe talis, ꝙ neceſſario concomitatur eum imperfectio ex determinatione ſui habitus, ideo fides inclinat ad talem actum in uia ad quem nõ poteſt inclinare in patria. Charitas autem licet modo ſit circa obiectũ latens non tamen inclinat ad actum ſic imperfectum, ſed ad actum cui accidit imperfectio.

DISTINCTIO XXXII.

Circa diſtinctionem trigeſimamſecundã quæritur:

Vtrum Deus diligat omnia æqualiter?

Seraphicus Bonauent. 3. ſenten. diſtinct 32. q 3 Ar. 1
Scotus 3 ſent diſt 32 q 1
Ricardus 3 ſenten diſtin. 32 q.1.
Durandus 3.ſenten.diſtinc. 32 q 1.

QVAESTIO I.

PRAEMISSIS adiiciendum eſt.Circa diſtinctionem trigeſimam ſecundã quæritur primo. Vtrum Deus diligat omnia æqualiter?Et uidetur, ꝙ non,quia Deus diligit bonum in eo, ꝙ bonum, ſed omnia non ſunt æqualiter bona.; ergo Deus non diligit omnia æqualiter.

¶ Præterea.Sicut Deus diſpẽſat creaturis ſua dona,ita diligit creaturas,ſed ſua dona non diſpenſat Deus æqualiter creaturis,ergo,&c.

¶ Præterea,qui vnum approbat, & aliud reprobat non diligit omnia æqualiter. Sed Deus aliqua approbat, & aliqua reprobat, quia aliquos homines præmiat, & aliquos damnat,ergo.&c.

¶ Contra. Eo modo Deus diligit creaturas quo habet curam de eis. Sed Deo æqualis eſt cura de omnibus ut dicitur ſapientiæ,ergo æqualiter diligit omnia. *Cap. 6.*

¶ Præterea.Sicut Deus intelligit omnia, ita omnia diligit, ſed omnia æqualiter intelligit,ergo omnia æqualiter diligit.

¶ Ad euidentiam huius quæſtionis,quia dilectio eſt actus uoluntatis,ideo primo oportet videre ſi in Deo eſt uoluntas, ſecundo ſi Deus diligit omnia generaliter, tertio ſi Deus diligit omnia æqualiter.

PRIMVS articulus patet ex dictis. *Lib. 1. diſt. 10. q. 1 ar. 1. & aliqualiter diſ. 35 eiuſdem primi.*

QVANTVM ad ſecundum articulum dico,quòd Deus diligit omnia generaliter,quia ſicut omnis intellectus poteſt in omne diligibile,ita omnis uoluntas poteſt in omne uolibile, ergo uoluntas diuina poteſt diligere omnia diligibilia, ſed hoc non poteſt potentia ante actum,quia iam eſſet imperfecta,ergo poteſt potentia cum actu, ergo diligit omnia alia a ſe.

¶ Præterea Deus produxit omnia alia a ſe uoluntate,ſed qui producit aliud a ſe uoluntate diligit illud, ergo Deus diligit omnia.

¶ Præterea Gene Vidit Deus cũcta,quæ fecerat,& erant ualde bona. Ex hoc arguitur ſic.Summum bonum diligit omne bonum,ſed Deus eſt ſummum bonũ, *Cap 1.*

ergo

ergo Deus diligit omne bonum. ſed cunctaquæ fecerat erant ualde bona, ergo Deus diligit omnia bona. Hic ſcribitur ſapientiæ. Diligis domine omnia & nihil odiſti eorum quæ feciſti.

Opinio Magiſtri. QVANTVM ad tertium articulũ, ſcilicet, ſi Deus diligat omnia æqualiter, dicitur uno modo ſecundum uiam Magiſtri in littera, ꝙ dilectio Dei accipitur dupliciter, ſcilicet ſecundum eſſentiam, & ſecundum efficaciam. Si loquimur de dilectione Dei ſecundum eſſentiam, ſeu ſecundum actum eſſentialem, ſic diligit omnia æqualiter uno ſimplici actu, & indiuiſibili. Si autem loquamur de dilectione Dei ſecundum efficaciam, hoc eſt quantum ad effectum conſequentem, ſic non diligit omnia æqualiter, quod patet per hoc quia inæqualiter dona ſua diſpẽſat. Alio modo dicitur, & in idem redit, ꝙ dilectio Dei poteſt comparari, uel ad agens, uel ad obiecta connotata. Si loquimur primo modo, conceditur, ꝙ omnia diligit æqualiter. Si ſecundo modo non conceditur. Ex dictis patet ad argumenta principalia, quia argumenta ad primam partem arguunt de dilectione, ſecundum efficaciam. Alij autem arguũt de dilectione ſecundum eſſentiam.

Vtrum Chriſtus magis dilexerit Petrum, an Ioannem?

D. Thomas prima parte. q. 20. Artic. 4. qui optimè, & doctè hanc quæſtionem declarat in tertio Argumento huius quæſtiones.

QVAESTIO II.

SECVNDO quæritur. Vtrum Chriſtus magis dilexerit Petrum, an Ioannem? Et uidetur ꝙ Ioánnem. Hic eſt diſcipulus ille quẽ diligebat Ieſus. *Cap. ultimo.* Sed ly hic non accipitur ſecundum diſtinctionẽ, quia Chriſtus diligebat alios diſcipulos, ergo accipitur ſecundum excellentiã, & ſic diligebatur ſuper omnes.

¶ Præterea, gloſa. Ioannis dicit ꝙ Petrus plus diligebat. Ioannes ãt plus diligebat.

Cap. ultimo. ¶ Præterea. Ille plus diligitur cui oſtenduntur ſigna maioris familiaritatis. Sed Ioanni oſtendebantur a Chriſto ſigna maioris familiaritatis. Vnde ſupra pectus domini in cęna recubuit, ergo...

Cap ultimo. ¶ Contra Ioannis dicitur. Dixit dominus Petro Simon Ioannis diligis me plus his, ſed hoc non quæreret Deus a Petro, niſi ſciret ꝙ eum Petrus plus amaret, ſicut gloſa ibi dicit, ſed qui plus diligit Deum plus diligitũ, ergo plus diligebatur Petrus.

¶ Præterea. Cui committitur cura uniuerſalis Eccleſiæ maxime diligitur, ſed Petro cõmittebatur cura uniuerſalis Eccleſiæ, ergo. Sed ſi dicas argumentũ non ualere, quia Chriſtus commendauit matrem ſuam Ioanni, non Petro.

¶ Contra, Deus plus diligit uniuerſalem Eccleſiam, totam congregationem fidelium, quàm aliquam particularem perſonam. Sed cura uniuerſalis Eccleſiæ cõmiſſa eſt Petro, & non Ioanni, ergo, &c.

¶ Reſpondeo, ad iſtam quæſtionem ſunt tres modi dicendi, & omnes boni.

Opininio Auguſtini. VNVS modus eſt Auguſtini ſuper Ioannem, qui dicit, ꝙ eſt dilectio in ſigno exteriori, & eſt dilectio in affectũ interiori. Si loquimur de dilectione in ſigno exteriori, ſic Chriſtus magis diligebat Ioannem, quia ſigna maioris familiaritatis ei oſtendit, unde ſicut dictũ eſt ſupra, pectus domini in cęna recubuit. Si autem loquimur de dilectione in affectu interiori ſic Chriſtus magis diligebat Petrum, quia maius munus gratiæ, ſibi dedit.

¶ Contra hoc obiicitur, quia Chriſtus qui eſt ueritas illum plus debet diligere, & maiora ſigna dilectionis oſtendere, qui habet maius munus gratiæ. Sed Petrus per te habuit maius munus gratiæ, ergo Chriſtus debuit oſtendere Petro ſigna maioris familiaritatis, quam Ioãni.

Super Ioannem duplex uita. ¶ Sed ad hoc reſpondet Auguſtinus, ibidem dicens, ꝙ quia per Petrum, & Ioannem ſignificatur duplex uita, ſcilicet per Petrum uita actiua, per Ioannem uita cõtemplatiua. Vita autem actiua eſt laborioſior, & fructuoſior, contemplatiua uero eſt potior, & iocundior. Et ideo ad oſtendendam huius duplicis uitæ differentiam magis familiarem Chriſtus ſe exhibebat Ioanni, quam Petro.

2. Opinio. ALIVS modus dicendi eſt, ꝙ Petrus dilexit feruentius, ideo diligebatur fortius. Ioannes uerò diligebat dulcius, ideo

ideo diligebatur a Chriſto familiarius,& ſic ſecundum diuerſas uias de utroque poteſt concedi ꝙ magis diligebat,& magis diligebatur.

TERTIVS modus dicendi eſt,ꝙ Petrus magis dilexit Deum in proximo. Ioannes uero magis Deum in ſe dilexit. Vnde Petrus ſuſcepit curam regiminis. Ioannes vero curã contẽplationis, ergo Petrus efficaciorem gratiam habuit ad laborem actionis. Ioannes uero efficaciorem ad quietem contemplationis.

¶ Ad argumenta principalia, patet ex dictis: quia quecũque iſtarũ uiarũ teneat, patet ꝙ argumẽta currunt uijs ſuis,&c.

DISTINCTIO XXXIII.

Circa diſtinctionem trigeſimamtertiam quæritur.

Vtrum uirtutes morales ſint ſubiectiuæ in uoluntate,& in parte rationali?

Seraphicus Bona. 3. ſent. diſt. 33 q. 3. Artic. 1.
Scotus 3. ſent. diſt. 33. q. 1.
D. Tho prima ſecundæ q. 50. Artic. 5.
Ricar. 3. ſent diſt. 33. q 1.
Franciſcus de Mayronis 3. ſent. diſt. 37. q. 2.
Ioannes Bacconitanus 3 ſent. diſt. 33. q. 3.

QVAESTIO I.

POST pdicta de quatuor. Circa iſtã diſtinctionem trigeſimamtertiam quæritur. Vtrum uirtutes morales ſint ſubiectiuæ in uoluntate,& in parte rõnali?

Et uidetur ꝙ non, quia philoſophus, & Comentator primo ethicorum ponunt eas in parte irrationali,ergo. *Cap. ultimo.*

cap. 9. ¶ Preterea Philoſophus tertio ethicorũ ponit temperantiam & fortitudinem in appetitu ſenſitiuo, ergo.

¶ Præterea. Temperantia eſt in concupiſcibili. Fortitudo ãt in iraſcibili. Sed iraſcibile, & concupiſcibile dicuntur in appetitu ſenſitiuo,& nõ in uoluntate,ergo.

cap. 6. ¶ Contra, uirtus eſt habitus electiuus, ex ſecundo ethicorum,ſed electio eſt actus uoluntatis, aut rationis, ergo uirtus ponitur in uoluntate,uel in parte rationali.

¶ Præterea, bonũ, honeſtũ eſt biectũ uirtutis,ſed bonũ honeſtum eſt, ẽt obiectũ *cap. 5.* uolũtatis, ergo uirtus ponit in uolũtate.

¶ Præterea, virtus eſt principium actus laudabilis, ex ſecundo ethicorum, ergo debet poni in illa potẽtia, cui competit laus. Sed potentia cui maxime competit laus eſt uoluntas, ergo uirtus ponitur ſubiectiuẽ in uolũtate. ¶ Reſponſio. In iſta queſtione ſunt quatuor uidenda, primo qd eſt uirtus moralis, ſcdo, unde uirtus moralis generatur, tertio quot ſunt uirtutes morales, quarto i quo sũt ſubiectiuæ.

PRIMVS articulus patet.

QVANTVM ad ſecundum articulum patet per Ariſtotelẽ,ꝙ uirtus moralis non ineſt nobis a natura, ſed generatur ex operibus,& hoc probatur quinque rationibus. *Lib. 2. diſt. 27. q. 1. ar. 1* *In principio 2. ethic.*

¶ Primo ſic. In his quæ nobis inſunt a natura non fit uariatio per cõſuetudinem. Exemplum ſuum eſt de lapide qui ſi mil leſies proijciatur ſuperius nunquã tamẽ aſſueſcit ſuperius aſcendere, ſed in uirtutibus moralibus fit uariatio per cõſuetudinem,ergo non inſunt nobis a natura, ſed generantur ex operibus.

¶ Secundo ſic. In his quę inſunt nobis a natura potentia præcedit actũ. Sed in uirtutibus moralibus,actus præcedit potentiã,ergo. ¶ Tertio ſic. Legiſlatores faciunt ciues bonos per aſſuefactionẽ, ſed ciues non fiunt boni, niſi ex uirtutibus, ergo uirtutes ſunt per aſſuefactionem,& ita ex operibus generãtur.

¶ Quarto ſic. Ex illis uirtutes generanã tur per quorum oppoſita corrumpũtur, ſed uirtutes corrũpuntur, ex malis operibus, ergo uirtutes generantur ex bonis operibus. ¶ Quinto ſic. Sicut ſe hẽt ars ad duas operationes, ita,& uirtus,ſed ars generatur ex bonis operibus,& corrũpuntur ex malis operibus, exemplum philoſophi eſt de ędificatione, aliud eſt de cytharizando, ergo uirtus generatur ex bonis operibus. Ex iſta concluſione infert Ariſtoteles, unum correlariũ,ꝙ oportet operationes quales, ideſt bonas reddere,& a iuuentute exercitari in bonis operibus, quia ſm differentiã operationum generantur habitus differentes. *Correlariũ.*

QVANTVM ad tertium articulum, dicitur communiter ſecundum uiã theologorũ, ꝙ ſunt quatuor uirtutes morales. ſ. prudentia, iuſtitia, temperantia, fortitudo. Ad cuius declarationẽ aſſignãt aliqui iſtam ſufficientiam, ꝙ ſicut quatuor fuerunt nobis inflicta per peccarum, *Viam cõmunis Theologorum.*

tum, ita oportet ponere quatuor uirtutes, fuerunt enim nobis per peccatum inflicta. Ignorantia, concupiſcentia, infirmitas, & malitia. Contra ignorantiam, ponitur prudentia. Contra concupiſcentiam, temperantia. Contra infirmitatem, ponitur fortitudo. Contra malitiam ponitur iuſtitia.

¶ Aliqui uero aſſignant iſtam ſufficientiam ſic, quia aut uirtus eſt circa paſſiones, aut circa actiones. Si circa paſſiones hoc contingit dupliciter, quia aut eſt circa paſſiones illatas, & ſic ponitur fortitudo, aut circa paſſiones innatas, & ſic ponitur temperantia. Si autem uirtus ponitur circa actiones hoc contingit dupliciter, quia aut eſt circa actiones intrinſecas, & tũc eſt prudẽtia, aut eſt circa actiones extrinſecas, & tũc eſt iuſtitia.

Aſſignatio aliorum. ¶ Alii uero aſſignant iſtam ſufficientiã ſic. Quia ſicut uirtutes Theologicæ ordinant ad Deum, ita uirtutes morales ordinant ad ſeipſum, & ad proximum. Si ordinant ad ſeipſum hoc contingit dupliciter. Quia, uel in eligendis, & ſic ponitur prudentia, uel in reſpuendis, & ſic ponitur temperantia. Si autem ordinant ad proximum hoc etiam contingit dupliciter, quia uel in reddendis, & ſic ponitur iuſtitia, uel in ſuſtinendis, & ſic ponitur fortitudo.

Aliorum aſſignatio. ¶ Alii uero aſſignant iſtam ſufficientiã, quod uirtus moralis ordinat ad ſeipſum & ad proximum. Si ordinat ad proximum ſic ponitur iuſtitia. Si autem ordinat ad ſeipſum hoc contingit tripliciter, quia uel ſecundum partem intellectiuã ſeu rationalem, & ſic ponitur prudentia, uel ſecundum partem concupiſcibilem, & ſic ponitur temperantia, uel ſecũdum partem iraſcibilem, & ſic ponitur fortitudo. Et accipiuntur hic iraſcibile, & cõcupiſcibile prout ſunt ĩ appetitu rõnali.

QVANTVM ad quartum articulum dicunt aliqui, quòd uirtutes morales non ponuntur in uoluntate, ſed ſunt ſubiectiue in appetitu ſenſitiuo, quod probant ſic. Habitus uirtuoſus ponitur in potentia ad hoc ut determinet potentiam ad bonum ſimpliciter. Sed uoluntas eſt per ſe determinata ad bonum ſimpliciter cum ei hoc oſten[illegible]tur ab intellectu. Ergo uirtus non ponitur in uoluntate, quia ſuper flueret.

¶ Præterea. Medium, quod eſt, uirtus ibi ponitur ſubiectiuæ ubi ſunt paſſiones, & extremitates uitioſæ. Sed paſſiones ſunt in appetitu ſenſitiuo, ergo, &c.

¶ Confirmatur, quia ibi apponitur medicina ubi eſt infirmitas uitiorum, ſed illę ſunt in appetitu ſenſitiuo, ergo.

¶ Præterea. Si uirtus moralis ponitur ſubiectiuè in uoluntate, uel in parte rationis, ſequitur quòd cum iſta ſint in angelo, quod angelus poteſt acquirere uirtutes morales, cuius contrarium dicit philoſophus, qui remouet a diis uirtutes morales. *10. Ethic. c. 10.*

¶ Contra iſtam opinionem arguitur per tres rationes factas ad principale de habitu electiuo, & de obiecto uirtutis, & de actu laudabili.

Preterea Auguſtinus de moribus eccleſiæ dicit, quod uirtutes morales nõ ſunt niſi amores ordinati. Sed amores ordinati ſunt in uoluntate, ergo, &c. Idem ponit Aug. 14. de ciuitate Dei diffuſe pertractans illud. *Cap. 15.* *Cap. 5.*

¶ Præterea in ſtatu innocentiæ ſecundum Magiſtrum, Adam habuiſſet uirtutes morales, & tunc tamen non fuiſſent in appetitu ſenſitiuo, quia nulla fuiſſet rebellio uirium ſenſitiuarum ad rationem.

¶ Preterea rationes opinionis non ualẽt immo prima ratio trahitur ad oppoſitum quadrupliciter.

¶ Primo ſic. Potentia, quæ eſt indeterminata ad oppoſita puta ad uirtutes, & uitium, oportet quod determinetur per habitum. Sed uoluntas eſt indeterminata ad uirtutem, & ad uitium, ergo oportet ut determinetur per habitum.

¶ Secundo ſic. Illa potentia, quæ patitur difficultatem indiget habitu ad hoc ut facilitetur. Sed uoluntas eſt huiuſmodi, ergo, &c.

¶ Tertio ſic. Voluntas non eſt magis determinata quam intellectus nec minus determinabilis, ſed in intellectu ponuntur uirtutes intellectuales, ergo in uoluntate ponuntur uirtutes morales. *Ratio efficaciſſima.*

¶ Quarto ſic, uoluntas habet habitum ad diligendum puta charitatem. Sed iſta eſt determinata ad diligibilia ſicut ad alia, ergo.

¶ Secun-

¶ Secunda etiam ratio trahitur ad oppoſitum, quia ubi ſunt paſſiones, & extremitates ibi ponitur uirtus quod eſt medium. Sed ſecundum Auguſt. 14. de ciuitate Dei, paſſiones ſunt in uoluntate, ergo. *Cap. 5.*

¶ Ad tertiam autem rationem dicitur dupliciter, primo concedendo conſequentiam, quia ſi Deus crearet Angelum nudum in puris naturalibus, ita, quod non haberet uirtutes morales, ipſe poteſt tales uirtutes acquirere ex multis electionibus, non quidem, quod eſſent ſibi inexiſtētes circa paſſiones in appetitu ſenſitiuo, ſed tantum circa paſſiones in uniuerſali oſtenſas per intellectum.

¶ Aliter poteſt dici negando conſequentiam. Dato enim, quòd Angelus habeat in uoluntate uirtutes, & tales uirtutes ſunt in uoluntate ſubiectiuæ ſiue in appetitu rationali, non propter hoc oportet concedere, quod angelus poteſt acquirere tales uirtutes morales, ſcilicet, quia uirtus eſt circa bonum difficile. Tale autem bonum nō eſt difficile alicui niſi habenti appetitum ſenſitiuum, qui natus eſt moueri in oppoſitum illius boni, ergo qui non habet appetitum ſenſitiuum nō poteſt acquirere uirtutes morales, & quia angeli non habent appetitum ideo non poſſunt acquirere uirtutes morales quāuis ponantur in uoluntate.

¶ Dicitur ergo ad quæſtionem, quod uirtutes morales ſunt in parte rationali ubi notat quidam, ſcilicet Bonauentura, quod rationale accipitur duobus modis. *D. Bona. in 3. diſt 36.* Vno modo ut diſtinguitur contra potentiam ſenſitiuam, & ſic omnes uirtutes ſunt in parte rationali. Alio modo prout diſtinguitur contra potentiam uolitiuam, & ſic in parte rationali ponitur tantum prudentia. Cęteræ autem uirtutes, ſcilicet iuſtitia, temperantia, & fortitudo ponuntur in uoluntate. Eſt autem notandum propter auctoritatem philoſophi, qui uidetur dicere contrarium, quod licet uirtutes morales ponantur in uoluntate modo præexpoſito, tamen uoluntas poteſt imperare appetitui ſenſitiuo moderando paſſiones eius circa fugienda, uel proſequenda. Et ex his actibus poteſt derelinqui, & generari quidam habitus, qui poteſt dici uirtus non quidem uirtus ut eſt habitus electiuus ut hic loquimur, ſed inquantum eſt habitus incliuatiuus ad ea, quæ ſunt conſona recte rationi. Et ex hoc dico, quòd omnes auctoritates quæ ponunt uirtutes in appetitu ſenſitiuo loquūtur de habitu ultimo modo ſumpto de quo nihil ad propoſitum, & per hoc patet ad argumenta principalia.

¶ Ad tertium principale, ſcilicet de iraſcibili, & concupiſcibili, dico, quod iraſcibile, & concupiſcibile non ſolum ſunt in appetitu ſenſitiuo, ſed etiam ſunt in uoluntate.

DISTINCTIO XXXIV, & XXXV.

Circa diſtinctionem trigeſimamquartam, & trigeſimamquintam quæritur:

Vtrum dona ſpiritus ſancti differant a uirtutibus?

Seraphicus Bona. 3. ſent. diſtinct. 34. quæſt. 1. Art. 1.
Scotus 3. ſenten. diſtinc. 34. q. 1.
D. Thomas 1. ſecundæ q 68. Artic. 1.
Ricardus tertio ſententiarum diſtinctio. 34, quæſt. 1.
Durandus tertio ſententiarum diſtinc. 34. q. 1.
Ioannes Bacconitanus 3. ſententiarum diſtin, 34. q 1.

QVAESTIO I.

NVNC de ſeptem donis. Circa diſtinctionem 34. & 35. quæritur. Vtrum dona ſpiritus ſancti differāt a uirtutibus? Et uidetur quod nō, quia Gregorius pertractans illud Iob. Nati ſunt ei filii ſeptem, dicit, quod cum ſpiritus ſanctus fęcundat mentem naſcuntur in ea ſeptem uirtutes, ſ. Sapientia, intellectus, conſilium, fortitudo, ſciētia, pietas, & ſpiritus timoris domini, ergo ſecundum Grego. dona ſunt uirtutes. *Lib. 1. c. 18. in tertia expoſitione.*

¶ Præterea. Cuicunque competit diffinitio, & diffinitum. Sed diffinitio uirtutis com-

competit donis, ergo dona ſunt uirtutes. Probatio minoris. Virtus ſecundum Auguſtinum, eſt bona qualitas mentis, qua rectè uiuitur. Sed hæc diffinitio conuenit donis, ergo.

Vide vbi ſupra. ¶ Contra. Gregorius in mora. ſuper illud Iob. Nati ſunt ei ſeptem filij, & tres filiæ, dicit ꝙ ſeptem filij ſunt ſeptem dona ſpiritus ſancti, tres autem filiæ ſunt virtutes, ergo virtutes different a donis ſicut filij a filiabus.

¶ Præterea, quæ non habent eaſdem differentias diuiſiuas nō ſunt idem. Sed dona, & virtutes non habent eaſdem differentias diuiſiuas, quia virtutes per morales, & theologicas, dona autem non, ergo.

¶ Preterea. Timor non eſt uirtus. Sed timor domini eſt donum, ergo virtus, & donum non ſunt idem.

¶ Reſpondeo. In iſta quæſtione ſunt duo videnda, primo, quæ & quot ſunt dona ſpiritus ſancti, ſecundo ſi dona, & uirtutes differunt.

QVANTVM ad primum dico, ꝙ ſeptem ſunt dona ſpiritus ſancti, videlicet donum ſapientiæ, ſcientiæ, intellectus, conſilij, fortitudinis, pietatis, & timoris domini, vnde Iſa. *Cap. 11.* Requieſcet ſuper eum ſpiritus domini ſpiritus ſapientiæ, & intellectus.

¶ Item Gregorius in Moralis dicit, ꝙ per ſeptem filios Iob intelliguntur ſeptem dona ſpiritus ſancti. *Lib. 1. ca. 8.* Item Glo. Iſa. dicit quòd per ſeptem mulieres, quæ apprehenderunt virum vnum intelliguntur ſeptem dona ſpiritus ſancti. *Henric. quolib. 4 q. 33*

¶ Si autem quæratur ſufficientia horum duorum aſſignatur a quibuſdam talis. Tot ſunt dona ſpiritus ſancti quot ſunt vitia capitalia, quia per illa vitia excluduntur. Sed vitia principalia ſunt ſeptē, ergo ſimiliter dona ſpiritus ſancti erunt ſeptem. Et ordinantur ſic. Sapientia eſt contra luxuriam. Scientia contra iram, quia ira habet execrare. Intellectus eſt contra gulam. Conſilium ē contra auaritiam. Fortitudo contra accidiam. Pietas contra inuidiā. Timor dñi cōtra ſupbiā.

¶ Grego. tamen in moralibus aliter ordinat dicens, ꝙ Sapientia eſt contra ſtultitiam. Intellectus contra ebrietatem. Cōſilium contra præcipitationem, Fortitudo contra puſillanimitatem. Scientia cōtra ignorantiam, Pietas contra duritiam. Timor domini contra ſuperbiam.

Singularis doctrina. ¶ Alij autem aſſignant iſtam ſufficientiā ſic. Dona ſunt ad expedite perueniendū in vltimum finem. Hoc autem poteſt eſſe dupliciter, quia aut expediunt contra malum, aut ad bonum. Si primo modo ſic eſt donum timoris. Si ſecundo modo hoc poteſt eſſe dupliciter, quia aut expediunt ſiue promouent ad bonum, quod eſt finis, vel ad bonum quod eſt ad finē. Si primo modo hoc cōtingit dupliciter, quia vel promouent per modum videntis, & ſic ponitur donum intellectus, vel per modum guſtantis, & ſic ponitur donum ſapientiæ. Si autem promouent ad bonum quod eſt ad finem hoc contingit dupliciter, quia illud bonum, vel eſt ſupererogationis, vel neceſſitatis. Si ſupererogationis hoc contingit dupliciter, quia donum ad illud bonum, aut ſe habet per modum dirigentis, & ſic ponitur donum conſilij, aut ſe habet per modum exequentis, & ſic ponitur donum fortitudinis. Si autem ponatur illud donum eſſe neceſſitatis hoc etiam contingit dupliciter, quia donum reſpectum illius boni aut ſe habet per modum regulantis, & ſic ponitur donum ſcientiæ, aut ſe habet per modum exequentis, & ſic ponitur donum pietatis.

QVANTVM ad ſecundum articulum ſunt quatuor modi dicendi. Vnus Henrici qui dicit, ꝙ ſicut circa delectationes vitioſas contingit aliquem tripliciter ſe habere ſ. modo humano, modo ſuperhumano, & modo inhumano, ita ſimiliter circa triſtitias contingit aliquē tripliciter ſe habere, primo modo humano vt quando circunſtantijs debitis ſuſtinet terribilia, ſecundo modo ſuperhumano, vt quando ſuſtinet terribile cum gaudio, ſicut fuit in martyribus, tertio modo inhumano, & quaſi diuino quando non ſolum ſuſtinet terribilia, ſed etiam gaudenter appetit, ſicut Paulus dicebat: Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto. *Philip. c. 1.* Dicendum ergo ad propoſitum, quòd uirtutes dona, & beatitudines differunt, quia virtutes perficiunt hominem modo humano, dona autem modo ſuperhumano, ſed beatitudines perficiunt modo inhumano, & diuino.

¶ Contra hoc obijcitur ſic ſecundum

15. de tri. capit. 19.

Auguſtinum. Charitas eſt uirtus excellentiſſima, & etiam ſecundum Apoſtolum ſi tradidero corpus meum ita vt ardeam (quod tamen eſt ſuperhumanum immo etiam inhumanum) charitatem autem non habeam nihil ſum, & nihil mihi prodeſt, ergo dona non differunt a uirtutibus per hoc, quòd perficiunt modũ ſuperhumano cum charitas ſit donum excellentiſſimum in perficiendo.

D. Tho. 1 ſecũda q. 68. artic. 1.

¶ Alius eſt modus dicendi Thomæ, ꝙ virtutes dicuntur, quæ perficiunt appetitum inquantum mouetur a ratione recta. Dona autem dicuntur, quæ perficiũt appetitum inquantum mouetur a ſpiritũ ſancto, vel a Deo.

¶ Contra opinionem iſtam obijcitur, quia primum dictum ſupponit falſum. ſ. quòd ratio moueat appetitum, cuius cõtrarium oſtenſum fuit. Nam ibi oſtenſum eſt, quòd uoluntas poteſt ſe mouere contra iudicium rationis.

¶ Preterea. Contra ſecundum dictum de donis arguitur ſic, charitas habet imperare actibus omnium uirtutum, ergo uirtutes habent moueri per charitatem, ergo non eſt neceſſaria ſpiritualis motio ſpiritus ſancti.

¶ Præterea virtutes theologicæ ſunt perfectiores, quam morales, ſed virtutes morales cum potentia in qua ſunt ſufficiunt ad eliciendum actus ſuos ſine aliquo alio, ergo in uirtutibus theologicis non eſt neceſſaria ſpiritualis motio ſpiritus ſancti.

¶ Alius eſt modus dicendi antiquorum, quòd uirtutes, & dona, & beatitudines differunt per hoc, quòd per uirtutes cõtingit perfecte agere, per dona autem perfectius, ſed per beatitudines expedite.

¶ Contra hoc obijcitur, quia eadem uirtute operor, & expedite operor, quia uirtus eſt perfectio habentis, & opus eius bonum, ſeu perfectum reddit, ergo illa non eſt ſufficiens differentia inter uirtutes, & dona.

¶ Confirmatur, quia communiter attribuuntur quatuor conditiones habitui. ſ. quòd eſt illud quo habens operatur faciliter delectabiliter, expeditè, & promptè.

Opinio recẽtiorum.

¶ Quartus modus dicendi eſt aliquorum modernorum, qui conſiſtit in tribus concluſionibus.

1. concluſio

¶ Prima eſt, quòd inter virtutes, & dona non eſt diſtinctio realis, quia nulla pluralitas, vel diſtinctio eſt ponenda ſine neceſſitate. Sed hic nulla eſt neceſſitas ad ponendum diſtinctionem realem inter dona, & uirtutes, ergo. Probatio minoris. Quia ſicut ad omnem actum humanum ſufficiunt uirtutes humanæ ſine aliquo alio adueniente, ita ad omnem actum ſupernaturalem ſufficiunt virtutes theologicæ, ergo non oportet ponere dona habitus realiter diſtinctos a uirtutibus theologicis.

2. concluſio

¶ Secunda concluſio eſt, quòd dona, & virtutes diſtinguuntur quantum ad reſpectus, quia dona dicuntur per comparationem ad principium inquantum, ſcilicet ſunt a Deo. Sed dicuntur uirtutes inquantum. ſ. perficiunt ſubiectum in ordine ad actum. Sed reſtat dubium. Si dona, & uirtutes ſunt idem quomodo ſe habent adinuicem. Et eſt dicendum ſecundum iſtam uiam, quòd tria dona ſunt idẽ cum tribus uirtutibus theologicis, ſcilicet intellectus, ſapientia, & ſcientia ſunt idem, quod fides, ſpes, & charitas. Alia autem quatuor dona ſunt idem cum quatuor virtutibus cardinalibus, quia donum pietatis reducitur ad iuſtitiam, donum autem timoris domini reducitur ad temperantiam, donum autem fortitudinis eſt conſtantia, ſiue fortitudo, donum autem conſilij eſt prudentia.

¶ Si teneatur iſta opinio poteſt reſponderi ad argumenta facta ad ſecundam partem quæſtionis.

¶ Ad primum dicendum, quòd ſi accipiantur tres uirtutes tantum, & ſeptem dona tunc eſt bene differentia inter dona, & uirtutes, & ponunt in numerum, & ſic accipit Gregorius. Si autem accipiantur ſeptem uirtutes, & ſeptem dona tunc non habent differentiam realem, ut dictum eſt.

¶ Ad ſecundum de differentijs diuiſiuis eſt neganda minor, quia ut patet ex dictis tria dona ſunt idem cum tribus uirtutibus theologicis, & quatuor dona cũ quatuor uirtutibus cardinalibus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd accipiendo donum timoris domini illa bene eſt uirtus, & de illa non loquitur Ariſto. in ethi. loquitur enim ibi de alijs timoribus.

¶ Si

¶ Si autem iſta quarta opinio non placet & ponatur realis differentia inter uirtutes,& dona poteſt dici ad primum in contrarium, quòd nomen uirtutis, & doni aliquando accipitur communiter, & ſic virtutes dicuntur dona, & dona uirtutes,& ſic accipit Gregorius. Aliquando accipitur propriæ, & ſic quemadmodum virtutes, & dona diſtinguuntur ſecundum rem, ita etiam diſtinguuntur ſecundum nomen.

¶ Ad ſecundum dicendum; quòd non illa eſt propria diffinitio uirtutis, ſed eſt quædam notificatio communis, ideo poteſt dici tam de uirtutibus, quam de donis.

DISTINCTIO XXXVI.

Circa diſtinctionem trigeſimamſextam, quæritur,

Vtrum uirtutes morales ſint connexæ?

Seraphicus Bonauent. 3. ſent. diſtinct. 36. q. 1.
Scotus 3. ſent. diſt. 36. q. 1.
D. Thomas prima ſecundæ quæſtio 65. Artic. 1.
Ricardus tertio ſententiarum diſtinctio 36. q. 1.
Durandus tertio ſententiarum diſtinctio. 36. q. 1.
Franciſcus de Mayronis 3. ſenten. diſtinctio. 37 q. 2.
Ioannes Bacconitanus 3 ſententiarum diſt. 36. q. 1.

QVAESTIO I.

SOLET etiam quæri. Circa iſtam, diſtinctionem trigeſimamſextam, quæritur. Vtrum uirtutes morales ſint connexæ? Et uidetur quòd non, quia aliquis poteſt eẽ inclinatus ad actum unius uirtutis, & non ad actum alterius, ergo poteſt acquirere virtutem ad cuius actum naturaliter inclinatur, & non ad alteram.

¶ Præterea, dato quòd naturaliter inclinetur ad plures uirtutes, tamen poteſt exercitari circa materiam unius uirtutis & non circa materiam alterius, puta circa materiam fortitudinis, & non circa materiam temperantiæ, ergo poteſt acquirere unam uirtutem,& non aliam,& per conſequens uirtutes non ſunt connexæ. In oppoſitum eſt Gregorius. Quiſquis una uirtute pollere creditur tunc ueraciter pollet cum uitijs circa aliam partem non ſubiacet. Et ibidem dicit, quòd una uirtus ſine alia non eſt uirtus. *22. moralium cap. 1. & libro 21. c. cap. 3.*

¶ Præterea, Commentator ſuper ſexto ethicorum. Non exiſtente temperantia qualiter eſſet iuſtitia. Et idem dicit glo. Apocali. ſuper illud. Ciuitas in quadro poſita erat. *Cap. 6.* *Cap. 21.*

¶ Reſpondeo. In iſta quæſtione tria ſunt uidenda. Primo an uirtutes morales ſint connexę inter ſe, ſecundo ſi ſint connexæ cum prudentia, tertio ſi ſunt connexæ cum uirtutibus theologicis.

QVANTVM ad primum eſt opinio Tho. quòd uirtutes morales poſſunt accipi, vel quantum ad eſſe imperfectum vel quantum ad eſſe perfectum. Primo quidem modo non ſunt connexæ,& una ſine altera haberi poteſt, ſecundo modo ſunt connexę, ita, quòd una quantum ad eſſe perfectum non poteſt haberi ſine alijs. Et iſta concluſio probatur ab alijs, qui ſequuntur ipſum ſic. Virtus perfecta non compatitur ſecum aliquam obliquitatem, quia habentem perficit, & opus eius bonum reddit. Sed ſi uirtutes non eſſent connexæ virtus compateretur ſecum obliquitatem, ergo. *D. Thom. 1. ſecũdę q. 65 artic. 1.*

¶ Minor probatur, quia ſi eſſet uitium cum una uirtute tunc obliquaretur potentia. Exemplum, de caſto, & auaro *Exemplum.*

auaro qui non faceret contra caſtitatem propter auaritiam pecuniæ.

¶ Præterea uirtus eſt principium operandi delectabiliter ex ſeptimo eticorum. Sed ſi aliquis haberet unam uirtutem, & non aliam, aliquando operaretur cum triſtitia, ergo habens unam uirtutem, habet omnes. Minor patet in auaro, & caſto, quia ſi auarus, & caſtus cõtineat propter uirtutem caſtitatis tunc hoc erit cũ triſtitia propter amorem pecuniæ.

¶ Preterea. Omnis finis, ſeu virtus ducit ad finem debitum. Sed una uirtus nõ perducit ad finem debitum .i. ad beatitudinem ſine alia, ergo.

¶ Præterea. Iuſtus eſt qui caret omni malo, ſed nullus caret omni malo niſi habeat omnes uirtutes, ergo uirtutes ſunt connexæ inter ſe.

¶ Præterea confirmatur hoc per auctoritates ſanctorum quarum una eſt Gregorij in moralis. Alia eſt gloſa in Apoca. ſicut fuit argutum ad principale. 22. moralium ca. 3. cap. 21.

¶ Contra iſtam opinionem obijcitur ſic. Virtutes non neceſſario ſunt connexæ in eſſe imperfecto, ergo nec in eſſe perfecto. Antecedens conceditur ab eis, conſequentia probatur ſic. Sicut uirtutes in eſſe imperfecto acquiruntur ex actibus, ita etiam in eſſe perfecto, ergo ſicut poteſt ſe exercere in actibus, vſque ad gradum virtutis in eſſe imperfecto ita poteſt ſe exercere in alijs actibus vſq; ad graduũ perfectum, ergo ſi non ſunt connexæ in gradu imperfecto, ſequitur, quòd non neceſſario ſint connexæ in gradu perfecto, & hoc ideo vt dictum eſt, quia poteſt ſe exercere in actibus circa materiã unius virtutis non exercendo ſe circa materiã alterius uirtutis Reſpondetur, quòd bene põt ſe exercere circa materiam vnius virtutis in re non exercendo ſe circa materiam alterius virtutis, tamen in conceptu de neceſſitate habet materiam alterius virtutis, & ſic non exercitat ſe circa materiam unius uirtutis quin etiam exercitet ſe circa materiam alterius uirtutis. Et hoc non ualet, quia poſſibile eſt ſicut experimur, ꝙ aliquis non habet materiã alicuius uirtutis, nec in re, nec in conceptu.

¶ Et præterea cum materiæ ſint diuerſæ, & uoluntas ſit libera, non uidetur ratio quare non poſſit ſe exercere, vel exercitare circa unam materiam, & non circa aliam.

¶ Præterea, virtus eſt habitus electiuus immediate exiſtens determinata recta ratione, ſed talis determinatio, & conformitas poteſt eſſe circa materiam unius virtutis abſque omni dictamine recto, circa materiam alterius uirtutis, ergo. *Quid ſit virtus.*

¶ Præterea. Inconueniens eſt, quòd duę virtutes ſint ſibi inuicem cauſæ eſſendi, quia tunc eſſet circulatio in cauſis, quod eſt inconueniens ſecundum philoſoph. Sed ſi uirtutes eſſent connexæ, ut ponit prima opinio, tunc eſſent ſibi inuicem cauſæ eſſendi, ergo. Probatio minoris. Nam ſi fortitudo non eſſet perfecta niſi quia concomitatur eam temperantia, & ſimiliter temperantia non eſſet perfecta niſi quia concomitatur eam fortitudo, ergo temperantia eſt cauſa eſſendi fortitudinem, & fortitudo eſt cauſa eſſendi temperantiam. *1. lib poſt. contex 6.*

¶ Præterea, in uirtutibus moralibus maior uidetur connexio inter ſpecies eiuſdem generis, quam inter duo genera, & hoc ideo, quia materiæ ſpecierum eiuſdem generis ſunt magis connexæ, quam ſpecies duorum generum. Sed ſpecies eiuſdem generis uirtutis non ſunt connexæ, puta uirginitas, & caſtitas coniugalis, ergo.

¶ Vltimo arguitur ſic. Virtus eſt perfectio hominis partialis non totalis alias ſufficeret una uirtus moralis. Sed quando ſunt plures perfectiones partiales alicuius illud poteſt eſſe perfectum in ſummo ſecundum unam perfectionem, non obſtante, ꝙ careat alia perfectione, ergo aliquis poteſt habere unam uirtutem in ſummo dato quòd non habeat alias. Minor declaratur in exemplo. Nam uiſus, & auditus ſunt perfectiones hominis partiales, & poteſt homo perfecte habere ſenſum uiſus abſque eo, quod habeat ſenſum auditus. Dicitur ergo ad quæſtionem aliter, quòd uirtutes morales poſſunt accipi uel quantum ad eſſe, uel quantum ad conſeruari. Quantum ad eſſe quidem non neceſſario ſunt connexæ, vt patet per argumenta contra precedentem opinionem, quantum autem ad conſeruari ſic ſe habent, quòd una uirtus non diu durat ſine alia.

¶ Ad primum autem alterius opinionis

eſt

eſt dicendum quòd uirtus, aut accipitur ſecundum ſe, aut non in comparatione ad potentiam. Primo modo non compatitur ſecum aliquam obliquitatem. Secundo uero modo poteſt eſſe obliquitas in potentia per accidens, quia non ratione uirtutis quam habet, ſed ratione alterius uirtutis qua priuatur, ſeu quam non habet.

Ad ſecundum argumentum. ¶ Ad ſecundum dicendum eſt eodem modo. Nam uirtus eſt principium operandi delectabiliter, quantum eſt de ſe. Si autem non operatur delectabiliter, hoc nō eſt ratione ſui, ſed per accidens, quia caretur aliqua uirtute.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ ly omne poteſt accipi diſtributiue, aut collectiue. Si primo modo maior eſt falſa, quia non omnis, id eſt non quælibet uirtus per ſe ducit ad ultimum finem. Si autem accipiatur alio modo, tunc maior eſt uera, ſed non eſt contra me, quia habet talem ſenſum: omnis uirtus, id eſt omnes uirtutes ſimul ſumptæ perducunt ad ultimū finem. Vel eſt dicendum, ꝙ finis uirtutis eſt duplex, ſcilicet proprius, & communis qui eſt beatitudo, uel felicitas. Nunc autem omnis uirtus ducit ad finem proprium, ſed non quælibet uirtus per ſe ad ultimum finem quæ eſt felicitas. *Finis uirtutis eſt duplex.*

¶ Ad quartum, cum dicitur, quòd iuſtus caret omni malo. Dicendum ꝙ iuſtitia aliquando ſumitur pro omni perfectione, & tunc includit omnes uirtutes. Aliquādo autem dicit uirtutem ſpecialem, & tunc non oportet, ꝙ includat omnem uirtutem, nec ꝙ careat omni malo, ſicut paret in quibuſdam principibus qui ſeruant iuſticiam ſpecialem, & tamen in quibuſdam ſunt incontinentes. *Iuſtitia pōt accipi duobus modis.*

¶ Ad auctoritates, autem Gregorij, & gloſæ dicitur ꝙ loquuntur de uirtutibus, prout ſunt principia merendi, & hoc modo, una uirtus moralis non eſt ſine alia. Non autem loquuntur de uirtutibus, ſecundum ſe, ut ſunt principia actuum moralium.

QVANTVM ad ſecundum articulum oportet primo uidere ſi eſt una prudentia, omnium uirtutum moralium, an ſi quælibet uirtus moralis habeat propriam prudentiam adiunctam. Secundo oportet uidere ſi uirtutes morales ſint annexæ cum prudentia.

¶ Quantum ad primum eſt una opinio, ꝙ omnium uirtutum moralium eſt una prudentia, quia ad hoc quòd habitus ſit unus, ſecundum ſpeciem ſufficit habere unum obiectum formale, ſed omnis prudentia habet unum obiectum formale, ſcilicet bonum operabile, ergo eſt tantū una prudentia. *Opinio aliquorum.*

¶ Alia opinio dicit, ꝙ ſunt diſtinctæ prudentiæ reſpectu diſtinctarum uirtutum, quia ſicut ſe habet ars reſpectu omnium artificialium, ita ſe habet prudentia reſpectu omnium agibilium. Sed non eſt una ars reſpectu omnium artificialium, ergo non eſt una prudentia reſpectu omnium agibilium.

¶ Præterea, quando generatur uirtus moralis poteſt generari prudentia, ſed una uirtus poteſt generari ſine alia, ergo una prudentia ſine alia, & per conſequēs ſunt diſtinctæ prudentiæ. Et confirmatur hoc experimento, quia aliqui habent prudentiam in una uirtute, & non in alia, ſicut patet in uiris religioſis qui ſunt prudentes in rebus bellicis. Dicitur ergo ꝙ in uirtutibus poſſumus attendere duplicem unitatem, ſcilicet unitatem ſecūdum ſpeciem, & unitatem ſecundum ordinem. Quantum ad unitatem ſecundū ſpeciem ſunt plures, & diſtinctæ prudentiæ, quantum ad unitatem ſm̄ ordinē, ſic conceditur, quòd ſit una prudentia. Sicut etiam dicimus, quòd ſcientia eſt una unitate ordinis, in qua tamen ſunt plures concluſiones, & habitus ſpecifice diſtincti. *Exemplum de ueris religioſis. Quomodo ſcientia ſit una.*

¶ Præterea, ratio opinionis non ualet, quia ſequeretur quòd omnes uirtutes eſſent una uirtus ſecundum ſpeciem, quia obiectum omnium uirtutum eſt bonum agibile, & hæc eſt una ratio formalis in obiecto.

¶ Quantum ad ſecundum, dicit una opinio, quod uirtutes ſunt annexæ cum prudentia, quia uirtus eſt habitus electiuus determinatus a recta ratione. Sed recta ratio non eſt ſine prudentia, ergo uirtutes ſunt annexæ cum prudentia, tertio dicit quòd prudentia eſt annexa cum uirtutibus moralibus, quia prudentia eſt recta ratio confeſſa, id eſt conformiter ſe habens appetitui recto ex ſexto ethicorum. Sed appetitus non eſt rectus, ſine uirtute morali, ergo aliis uidetur quòd *D. Thomas 1.2.q. 65. artic. 1.*

non oporteat, quia poſſibile eſt quòd aliquis abſtineat propter malum finem, ex conſcientia erronea, & tunc talis habitus qui generatur, ex illis actibus non eſt uirtus, quia non eſt conformis rectę rationi. Sed ponatur quòd dimittat errorem, tunc iſte habitus erit uirtus, & tamen non erit habitus prudentiæ. In toto iſto articulo accipiatur quod plus placet.

Quomodo habitus erit uirtus.

QVANTVM ad tertium articulum principalem dico, quòd uirtutes morales poſſunt dupliciter accipi. Vno modo quantum ad eſſe meritorium, & ſic neceſſario ſunt connexæ cum uirtutibus theologicis, quia charitas eſt principium actus meritorij, charitas autem præſupponit fidem, & ſpem.

¶ Alio modo poſſunt accipi uirtutes morales quantum ad eſſe proprium, & intrinſecum, ſcilicet inquantum tales habitus, & ſic non ſunt connexæ cum theologicis, & hoc probatur, quia ſicut eſſe naturale poteſt eſſe, & manere ſine eſſe ſupernaturali, ita perfectiones in eſſe naturali poſſunt manere ſine perfectionibus in eſſe ſupernaturali. Sed uirtutes morales perficiunt naturaliter, theologicæ autem ſupernaturaliter, ergo ille poſſunt eſſe ſine iſtis, & per conſequens non ſunt connexæ.

¶ Præterea, ad generationem uirtutum moralium ſufficiunt cognitio ueri, & dilectio boni, ſed illa poſſunt haberi ſine uirtutibus theologicis, ergo uirtutes morales poſſunt eſſe ſine theologicis.

¶ Ad duo argumenta principalia, patet quòd non concludunt contra me, quia concludunt pro opinione recitata in primo articulo.

¶ Ad auctoritates autem in contrarium reſponſum eſt in fine primi articuli.

DISTINCTIO XXXVII. & XXXVIII.

Circa diſtinctionem trigeſimamſeptimam, & trigeſimamoctauam quæritur;

Vtrum omnia præcepta decalogi ſint de lege naturæ?

Seraphicus Bonauent. 3. ſentent. diſtinct. 37. q. 3. Ar. 1.
Scotus 3. ſent. diſt. 37. q. 1.
D. Thomas prima ſecundæ quæſtio 100. Arti. 1. & 8.
Ricardus 3. ſenten diſtin. 37. q. 1.
Durandus 3. ſenten. diſtinc. 1. q. 1.

QVAESTIO I.

SED, iam diſtributio decalogi. Circa illam diſtinctionem trigeſimamſeptimam, & ſequētem quęritur primo. Vtrum omnia pręcepta decalogi ſint de lege naturæ? Et uidetur quòd non, quia in his quæ ſunt à lege naturę non cadit diſpenſatio, etiam apud Deū, ſed in aliquibus pręceptis decalogi Deus diſpenſat, ergo non omnia pręcepta decalogi ſunt de lege naturæ. Maior patet quia quę ſunt de lege naturę, uel ſunt principia neceſſaria nota ex terminis, uel ſunt concluſiones quę neceſſario ſequuntur ex illis principijs, & per conſequens in eis non cadit diſpenſatio, probatur minor in duobus caſibus. Primo quando Deus præcepit Abrahæ, ut immolaret filium ſuum quod erat contra illud precepium non occides, ſecundo quando Deus præcepit filiis Iſrael, ut acciperent ab Aegyptiis uaſa aurea, & argentea, quod eſt contra illud pręceptū non furtum facies.

Gen. 22.

Exodi 11. & 12.

¶ Contra. In decretis dicitur diſt. 1. Ius naturale eſt quod continetur in lege, & in euangelio.

In canone diſt. 6.

¶ Reſpondeo. In iſta quæſtione ſunt tria uidenda. Primo, quæ, & quot ſunt pręcepta decalogi, ſecundo qualiter præcepta decalogi erant diſtincta in tabulis. Tertio ſi omnia pręcepta decalogi ſint de lege naturæ.

QVANTVM ad primum dico, ꝙ pręcepta decalogi ſunt decem. Quorum ratio

ratio, & ſufficientia ſic accipitur. Nam ſicut legiſlator ad duo principaliter intendit, primo ut ſubditi ordinentur ad principem, ſecundo ut ordinentur ad ſe inuicem. Conſimiliter præcepta decalogi aut ordinantur ad Deum, aut ad proximum. Si ordinantur ad Deum hoc poteſt eſſe tripliciter, quia aut ordinantur ad Deũ in corde aut in ore, aut in opere. Si in corde tũc habet illud præceptum. Non habebis Deos alienos. Si in ore tunc habetur illud præceptum. Non aſſumes nomen Dei tui in uanum. Si in opere tunc habetur illud præceptum. Memento ut diem ſabbati ſanctifices. Vel poſſunt diſtingui iſta tria præcepta ſecundum Magiſtrum ſic. Primum præceptum pertinet ad patrem in quo eſt auctoritas. Secundum ad filium in quo eſt æqualitas, tertium ad ſpiritum ſanctum in quo eſt utriuſque communitas. Si autem præcepta ordinant hominem ad proximum, hoc poteſt eſſe dupliciter, quia uel per exhibitionem beneficij, uel propter fugam nocumenti. Si primo modo tunc ponitur hoc preceptum. Honora patrem tuum, & matrem tuam. Si ſecundo modo hoc poteſt eſſe tripliciter. Vel quia eſt contra nocumentum operis, uel contra nocumentum oris, uel contra nocumentum cordis. Si præceptum eſt contra nocumentum operis hoc contingit tripliciter, quia uel eſt contra nocumentum operis in propriam perſonam proximi, tunc datur hoc præceptum. Non occides. Vel eſt contra nocumentum operis in perſonam coniunctam, & tunc datur hoc præceptum. Non mœchaberis. Vel eſt contra nocumentum operis in re utili tunc datur illud preceptum. Non furtum facies. Si autem præceptum ordinat hominem ad proximum contra nocumentum oris tunc datur hoc præceptum. Non falſum teſtimonium dices. Si autem præceptum ordinat hominem ad proximum contra nocumentum cordis hoc contingit dupliciter ſicut ſunt duo quæ poſſunt corde concupiſci, puta res delectabilis, vel res utilis. Si eſt res delectabilis datur hoc præceptum. Non concupiſcas vxorem proximi tui. Si autem eſt res vtilis datur hoc præceptum. Non concupiſcas res proximi tui, non ſeruum, non ancillam &c.

Notabilis epilogatio dictorum.

QVANTVM ad ſecundum articulum ſunt tres modi dicendi. Vnus Ioſephi qui dicit quòd quinque præcepta erant in prima tabula, & quinque in ſecunda. Alius modus dicendi eſt Origenis qui dicit, quòd quatuor præcepta erãt in prima tabula, & ſex in ſecunda. Tertius modus dicendi, eſt Auguſtini qui dicit, quòd tria præcepta erant in prima tabula, ſcilicet. Non habebis Deos alienos, non aſſumes nomen Dei tui in uanum, & memento ut diem ſabbati ſanctifices. Reliqua autem ſeptem erant in ſecunda tabula, & hoc modus Auguſtini communiter a doctoribus tenetur.

Opinio Ioſephi. *Opinio Origenis.* *Opinio D. Auguſtini.*

QVANTVM ad tertium articulum ſunt due opiniones. Vna indiſtincte dicit, quòd omnia præcepta decalogi ſunt de lege naturæ, quia omnia talia præcepta aut ſunt ſicut quædam principia practica nota ex terminis, vel ſicut concluſiones quæ neceſſario ſequuntur ex illis, & hoc quia omnia præcepta aut ſunt imperata, aut prohibita, præcepta autem quæ ſunt imperata habent bonitatem formalem, præcepta vero prohibita habent in obiectis malitiam formalem.

¶ Alia eſt opinio quæ dicit, quòd aliquid eſſe de lege naturæ poteſt intelligi dupliciter. Vno modo tanquam principia practica nota ex terminis, uel tanquam concluſiones neceſſario ſequentes ex illis, & hoc dicuntur ſtrictiſſime eſſe de lege naturæ in quibus non cadit diſpenſatio, quia tunc fieret licitum illud quod de natura rei, & ex ſe eſſet illicitum. Alio modo dicitur aliquid eſſe de lege naturæ pro eo, quòd ſunt conſona dictami legis naturæ, & in eis cadit diſpenſatio.

¶ Ad propoſitum, ergo dicitur, quòd præcepta tabulæ primæ ſunt de lege naturæ ad minus duo prima quæ ſunt negatiua, quia de tertio, eſt dubium cum in illo ſit diſpenſatum, quia ſanctificatio ſabbati, eſt ſecundum ritum iudęorum quæ ſecundum ritum Chriſtianorum hodie non tenetur, quia illa ſanctificatio translata eſt in

diem Dominicum . Præcepta autem ſecundæ tabulæ ſunt de lege naturæ ſecundo modo.

¶ Ex iſta opinione patet ad principale quia arguit de præceptis, ſecundę tabulæ in quibus cadit diſpenſatio.

¶ Ad argumentum autem contrarium dico, quòd Gratianus in decretis loquitur de lege naturæ large ut ſumitur lex naturæ ſecundo modo, & non ſtricte.

Vtrum omne mendacium ſit peccatum ?

Seraphicus Bona. 3. ſententiarum diſt. 38. q.3.
Scotus tertio ſententiarum diſtinct. 38. q. 1.
D. Thomas 2. ſecundæ quæſtio 100. Articulo. 3.
Ricardus tertio. ſententiarum diſtinct. 38. quæſt. 2.
Durandus 3. ſententiarum diſtinctio. 38. quæſtio. 1.
Ioan. Bacconitanus 3. ſententiarum diſtinctio. 38. q. 1.

QVAESTIO I.

SECVNDO quæritur. Vtrum omne mendacium ſit peccatum? Et uidetur, quòd non, quia mẽtiri eſt contra mentem ire, uel dicere, ſed aliquis poteſt dicere contra mentem, & tamẽ non peccat, ergo non omne mendacium eſt peccatum. Probatio minoris. Non enim eſt veriſimile, quod Abraham exercendo præceptum domini in immolatione filii peccaret, & tamen dixit contra mentem, quia dixit pueris ſuis, expectate hoc, ego autem, & puer meus uſque illuc properantes reuertemur ad uos, & tamen non intendebat reuerti cum puero, quia debebat eum immolare. *Gen. 22.*

¶ Contra in Pſal. Perdes omnes qui loquuntur mendacium. *Pſal. 5.*

¶ In quæſtione ſunt duo uidenda. Primo ſi omne mendacium ſit peccatum. Secundo ſi omne mendacium ſit peccatum mortale.

QVANTVM ad primum dico, quòd omne mendacium eſt peccatum, quia quicunque facit alteri quod ſibi nõ vult fieri, ergo. Minor probatur, quia qui facit alteri, quod ſibi non uult fieri facit contra generale præceptum de dilectione proximi. Diliges proximum ſicut teipſum.

¶ Præterea, quicunque abutitur aliqua re peccat, ſed qui mentitur abutitur uocibus ſeu uerbis quæ ſunt ad ſignandum interiorem animi conceptum uno modo ut uiſum eſt, ergo qui mẽtitur peccat. *Lib. 1. diſt. 8. q. 1.*

¶ Præterea alii probant idem ſic. Quicunque uadit contra primam ueritatem quæ eſt Deus peccat, ſed qui mentitur uadit contra primam ueritatem., ergo.

¶ Præterea actus tranſiens ſuper materiã indebitam eſt malus, ſed mendacium eſt actus tranſiens ſuper materiam indebitam, ergo eſt malus, & per conſequens peccatum.

QVANTVM ad ſecundum articulum, ſcilicet ſi omne mendacium eſt peccatum. Et ſciendum, quòd Auguſtin. li. de mendacio ponit octo genera mendaciorum, tamen ſicut ponit Magiſter in litera omnia poſſunt reduci ad tria, ſcilicet ad mendacium officioſum, iocoſum, & perniſioſum. Dicitur autem mendacium officioſum, quando aliquis mentitur pro utilitate alicuius ſine damno alterius. Dicitur uero mendacium iocoſum quando quis recitat hiſtorias, uel fabulas, in quibus recitans non intendit decipere nec audiens decipitur. Dicitur autem mendacium pernitioſum quando ſemper lædit.

¶ Ad propoſitum, ergo dicuntur duæ cõcluſiones. Prima eſt, quòd mendacium officioſum, & iocoſum non ſunt peccata mortalia uiris in perfectis, quia quod nõ eſt contra charitatem Dei, uel dilectionem proximi nõ eſt peccatum mortale, ſed mendacia prædicta non ſunt contra charitatem, uel dilectionem Dei, & proximi, ergo.

¶ Secunda concluſio eſt quòd mendacium pernitioſum ſemper eſt peccatum mortale, quia quod eſt contra charitatẽ Dei, & proximi eſt peccatũ mortale, ſed mendacium pernitioſum eſt huiuſmodi, ergo. Sed reſtat hic unum dubium. Si mẽdacium iocoſum, & officioſum ſint peccata mortalia in uiris perfectis puta reli- *Dubium.*

ligioſis,

gioſis,& prælatis. Et dicunt aliqui, quod ſic,quia in hoc faciunt ſtatum ſuum uile ſcere ne credatur eis, & per conſequens ea quæ dicuntur ab eis exponuntur deriſioni.

¶ Cõtra hoc obiicitur,quia quod in uno eſt ueniale,in altero non eſt mortale niſi obligetur ad illud ex uoto,ſed uiri perfecti non obligantur ex uoto ad non mentiendum iocoſæ, ergo cum aliis hoc ſit ueniale eis nõ erit mortale. Ideo dicitur ſecundum alios diſtinguendo de perſona perfecta,quia eſt quædam perfecta in ſtatu perfectionis perficiendæ ſicut prælatus,& quædam in ſtatu perfectionis acquirendæ ſicut religioſus. De primo poteſt concedi quod exercendo actus, qui competunt ſibi ratione talis perfectionis & ſtatus puta docere,& prædicare mendacium eſſet in eo peccatum mortale, quia ex hoc auferretur utilitas, & ſoliditas doctrinæ quam prædicat iuxta illud Auguſtini. Si ad ſcripturas ſacras admiſſa fuerint quæcunque mendacia iocoſa nihil in eis remanet ſoliditatis. Si autem loquamur de perſona quæ habet ſtatum perfectionis acquirendæ non exercendæ uidetur aliud dicendum, quia talis non uidetur obligatus plus quam cæteri niſi ad ea quæ uouit. Non enim aſſumpſit ſtatum curæ paſtoralis,ideo ſi non exercet actus perfectionis cuiuſmodi eſt docere, & prædicare non uidetur peccare mortaliter in mendacio iocoſo, uel officioſo niſi forte propter ſcandalum, quia imperfecti magis poſſunt ſcandalizari de mendacio huius perſonæ,quam de mendacio perſonæ communis

D. Bona. diſtin. præſenti. q. 4.

In epiſt. ad Hieronymũ

¶ Ad argumentum principale dicẽdum, quod Abraham non dixit ibi contra mentem, quia ſicut recitat Ioſephus in libro antiquitatum. Dum Abraham ſolus iret cum filio informauit eum qualiter fuerit miraculosè conceptus,& qualiter eum ſi eſſet mortuus miraculosè reſuſcitaret, & hoc Abraham firmiſſimè creditur expectaſſe,quia non dubitabat de promiſſione Dei in Iſaac. Vnde credebat eum miraculosè reſuſcitandum,& ſecum reuerſurum ad pueros ſuos, ſic non dixit aliter quam ſentiret in mente.

Quære Nicolaum de Lyra ubique.

DISTINCTIO XXXIX.

Circa diſtinctionem trigeſimamnonam quæritur:

Vtrum periurium ſit peccatum mortale?

Seraphicus Bona. 3. ſent. diſtinct. 39. quæſt. 1. Art. 1.
Scotus 3. ſenten. diſtinc. 39. q. 1.
D. Thomas 1 ſecundæ q. 98. Artic. 2
Ricardus tertio ſententiarum diſtinctio. 39. quæſt. 1.
Durandus tertio ſententiarum diſtinc. 39. q. 5.
Ioannes Bacconitanus 3. ſententiarum diſtin. 39. q. 1.

QVAESTIO I.

NVNC de periurio uideamus. Circa iſtam diſtinctionem trigeſimamnonam quæritur. Vtrum periurium ſit peccatum mortale?& uidetur quod non,quia periurium non eſt niſi quoddam mendacium,ſed non omne mendacium eſt peccatum mortale, ut dictũ eſt in præcedenti quæſtione.

¶ Contra,quod ſit in contemptum Dei eſt peccatum mortale, ſed periurium ſit in contemptum Dei,ergo.

¶ Ad euidentiam huius quæſtionis eſt ſciendum,quod triplex eſt iuramentum, ſcilicet incautum, coactum, & doloſum. Dicitur autem iuramentum incautum, quando quis iurat de re illicita, puta ſi iurat interficere hominem, & tale quidem iuramentum non obligat ad faciendum. Iuramentum coactum dicitur, quod ſit propter metum, & hoc dupliciter,quia uel propter metum qui cadit in conſtantem uirum, uel per metum, qui non cadit conſtantem uirum. De his duobus iuramentis hoc non quæritur, ſed quæritur de iuramento, & periurio doloſo, de quo ſunt tria uidenda.

Triplex eſt iuramentũ.

¶ Primo ſi eſt peccatum, & dico, quod ſic, ſicut poteſt probari per quatuor

rationes

rationes factas in præcedenti quæſtione ad probandum, quòd mendacium ſit peccatum.

¶ Secundo eſt videndum ſi periurium doloſum eſt peccatum mortale. Et dico quòd ſic, quia quod eſt contra maximã Dei reuerentiam, eſt peccatum mortale, ſed periurium doloſum eſt huiuſmodi, ergo.

Curioſe dubitationes, & ſubtiles.

¶ Tertio eſt uidendum quod ſit maius peccatum periurium, vel homicidium. Et dicunt aliqui, quòd periurium, quia peccata contra præcepta primæ tabulæ, ſunt maiora, quam peccata, quæ ſunt cõtra præcepta ſecundæ tabulæ. Sed periurium eſt contra præceptum primæ tabulæ, homicidium uero contra præcepta ſecundę tabulæ, ergo periurium eſt maius peccatum, quam homicidium.

¶ Prętereа peccatum, quòd committitur in Deũ eſt maius peccatum, quàm quod committitur in hominem, ſed facere periurium eſt peccare in Deum, facere autem homicidium eſt peccare in hominem, ergo. Alij tenent, quòd homicidium é maius, quia ubi eſt maior libido peccandi ibi eſt maius peccatum, ſed in homicidio eſt maior libido peccandi quam in periurio, ergo.

¶ Prętereа, vbi eſt maior malitia, & maior contẽptus ibi eſt maius peccatum, ſed in homicidio eſt maior malitia, & maior contemptus quam in periurio, ergo homicidium eſt maius peccatum. Iſti reſpondent ad argumentum alterius opinionis.

¶ Ad primum quando dicitur, quòd illud eſt maius peccatum, quod eſt contra præcepta primæ tabulę, dicendum quòd verũ eſt ceteris paribus, ſed ſi cætera nõ ſunt paria, non oportet, quia videmus, ꝙ aliquis poteſt peccare venialiter contra præcepta primæ tabulæ, & poteſt peccare mortaliter contra præcepta ſecundę tabulæ, & hoc propter maiorem libidinem, & malitiam peccandi.

¶ Ad ſecundum poteſt dici eodem modo. Vel poteſt dici, quòd maior eſt vera ſi actus ſint eiuſdem rationis, ſed ſi actus ſint diuerſarum rationum tunc non oportet, ſicut maior eſt offenſa occidere ruſticum, quam dicere verbum diſplicibile principi.

¶ Ad argumentum principale dicendũ, quòd periurium eſt mendacium perniciosum, mendacium autem pernitioſum eſt peccatum mortale, ut patuit ſupra.

DISTINCTIO XL.

Circa diſtinctionem quadrageſimam quæritur:

Vtrum lex noua ſit grauior ueteri?

Seraphicus Bonau. 3. ſent. diſtinc. 40. quæſt. 3. Artic. 1.
Scotus 3. ſent. diſt. 40. q. 1.
D. *Tho. prima ſecundæ q. 107. Artic. 4.*

QVAESTIO II.

SANCTA Synodus. Circa iſtam diſtinctionem quadrageſimam quæritur. Vtrum lex noua ſit grauior lege ueteri? Et uidetur quod ſic. Quia quod ſe habet per additionem ad aliud eſt grauius illo. Sed lex noua ſe habet per additionem ad legem ueterem, ergo lex noua eſt grauior ueteri lege. Probatio minoris. Non enim uenit ſoluere legem, ſed adimplere.

¶ Contra. Matthęi. Iugum enim meum ſuaue, & onus meum leue. *Cap. 2.*

AD iſtam quæſtionem breuiter reſpondeo, quòd in lege ueteri, ſunt tria cõſiderare, ſcilicet præcepta moralia, & cerimonialia, & iudicialia. Si ergo cõparemus legem nouam ad antiquam quantum ad præcepta moralia: ſic eadem ſunt præcepta hic, & ibi. In lege tamen noua ſunt magis explicita. Si autem comparemus legem nouam ad antiquam, quantũ ad cerimonialia tunc lex antiqua longe grauior eſt, & quãtũ ad multitudinem, & quantũ ad difficultatem

In lege ueteri sũt tria conſideranda.

tem

Et tangitur in canone. diſt. 12.

tem obſeruandi. Vnde Auguſtinus ad Ianuarium refert, ꝙ Rabi Moyſes numerauit in lege ſexcenta præcepta. In lege autem noua non eſt ſic, quia in ea non ſunt niſi ſeptem ſacramenta, ad quę etiã non omnes generaliter tenetur: puta ad matrimonium, uel ad ſuſceptionem ordinum. Si autem comparemus legem nouam ad legem antiquam penes iudicialia, tunc lex noua eſt leuiſſima, quã nulla iudicialia Chriſtus impoſuit, licet inquantum fuerint per alios declarata ſint aliquam ſuperaddita.

¶ Ad argumentum in contrarium quando dicitur, quòd lex noua ſe habet per additionem legem antiquam, ſi intelligatur de iudicialibus, & cerimonialibus, tunc eſt falſum. Si autem intelligatur quantum ad pręcepta moralia, etiam nõ eſt uerum, niſi per additionem intelligas maiorem explanationem. Sunt enim præcepta antiquæ legis magis explicita in noua lege. Quorum præceptorum adimpletionem nobis concedat Deus trinus, & unus. Amen.

Explicit liber Tertius.

FRATRIS PETRI MINORITAE CONVENTVALIVM, SACRAE THEOLOGIAE PROFESSORIS, ET EXPLORATORIS PROFVNDISSIMI.

In Quartum Sententiarum.

DISTINCTIO I.

Circa diſtinctionem primam quęritur:

Vtrum Sacramentum poſſit proprie definiri?

Scotus 4. ſent. diſtinct. 1. q 2.
D. Thom. 3. par. q. 60. Art. 2.
Ricardus 3. ſenten. diſtin. 1. q. 2. Art. 2.
Durandus 4. ſententiarum diſt. 1. q. 1.

QVAESTIO I.

SAMARITANVS quidē. Circa primam diſtinctionē quarti ſententiarum, in quo Magiſter tractat de ſacramentis, & in qua diſtinctone ponit partem principalem, & partem incidentalem, quia tractat incidenter de ſacramentis antiquæ legis, quæro ſex quæſtiones. Primo. Vtrum illa ſit ratio diffinitiua ſacramenti quam ponit Magiſter in litera. Secundo. Vtrum pro tempore cuiuſcunque legis datę a Deo debuit inſtitui aliquod ſacramentum. Tertio. Vtrum ſacramenta nouæ legis ſint gratię effectiua. Quarto. Vtrum in circunciſione remittebatur peccatum originale. Quinto. Vtrum ex ui circunciſionis conferebatur gratia. Sexto. Vtrum tempore legis naturæ fuerit aliquod ſacramentum correſpondens ſacramento circumciſionis.

AD PRIMAM quæſtionem ſic proceditur. Videtur quod ratio diffinitiua ſacramenti, non ſit illa quam ponit Magiſter in litera, uidelicet. Sacramentum eſt inuiſibilis gratiæ, uiſibilis forma. Quia diffinitio non eſt niſi eius, quod eſt per ſe unum ex 7. Metha. Sed ſacramentum non eſt per ſe unum, ergo. *7 Met con tex 16. & inde.* Probatur minor per Auguſt. ſuper Ioan. Homelia 81. & ponitur prima q. 1. detrahe. Accedit uerbum ad elementum, & fit ſacramentum. Sed ex uerbo, & elemento non fit aliquid per ſe unum, cum ſint res diuerſorum generum, ergo ſacramentum non eſt per ſe unum.

¶In contrarium eſt Magiſter in litera. In illa quæſtione ſunt tres articuli. Primus eſt cuius entis eſt diffinitio, & cuius non. Secundus ſi ſacramenti eſt diffinitio. Tertius dato, quòd ſit, quæritur quæ ſit illa.

QVANTVM ad primum dico, quod diffinitio eſt entis poſitiui per ſe unius entis realis, compoſiti realiter uel con-

conceptibiliter, & habentis conceptum utilem. Vbi patet quòd entis cuius eſt diffinitio propriæ loquendo ſunt quinq; conditiones. Quia diffinitio primo eſt entis poſitiui, nam non entis non eſt diffinitio, quia diffinitio eſt expreſſiua quidditatis, ex primo thopicorum. Sed non ens non habet quidditatem, ergo non entis non eſt diffinitio.

7. met. contex. 16. & inde.

¶ Secunda cōditio eſt, ꝙ eſt entis quod eſt per ſe unum, ut patet ſeptimo methafiſicæ, quia eius quod non eſt per ſe unū non eſt diffinitio. Sed nota quòd hoc unitas poteſt accipi dupliciter. Vno modo ꝙ ſit unum per ſe unitate reali, ſicut compoſitum ex actu, & potentia. Alio modo, ꝙ ſit per ſe unum unitate cōceptus, eſto enim, quòd aliquid non ſit unum unitate realis ſi tñ eſt unum unitate cōceptus eius poteſt eſſe diffinitio. Hoc autem dico ne includatur difficultas de unitate reali, & materiali, de quo ſit ſermo lib. 2.

Diſtinct. 3.

¶ Tertia conditio eſt, ꝙ diffinitio eſt entis realis, quod patet, quia entis rationis propriæ non eſt diffinitio. Quia ut dictum eſt diffinitio exprimit quidditatē, ens aūt rationis non habet quidditatem propriam. Sed nota ꝙ ens rationis non accipitur hic pro eo quod eſt tantum in intellectu ſubiectiuę ſicut ſunt ſcientiæ, ſed accipitur ens rationis pro eo quod eſt in intellectu obiectiuę non tanquam primum conſideratum, ſed tanquam ſecundo conſideratum, quod non eſt niſi tantum relatio rationis.

¶ Quarta conditio eſt, ꝙ diffinitio eſt entis compoſiti realiter, & hoc patet ex octauo methafiſicæ. Quia diffinitio eſt ſermo longus habens partes, quod non eſſet uerum niſi diffinitum eſſet compoſitum, & per conſequens habet partes.

8 met. contex. 9.

¶ Quinta conditio eſt, quod diffinitio eſt alicuius habentis cōceptum uniuerſalem quia particularium non eſt diffinitio, ſeptimo methafiſicæ.

7. met. contex. 53.

DE SECVNDO articulo queritur ſi ſacramenta habent aliquam diffinitionem. Et dico, ꝙ diffinitio uno modo accipitur, ut exprimit quid propriæ extra animam. Alio modo, ut exprimit unum cōceptum per ſe in intellectu ſiue ille conceptus ſit rei extra animam, ſiue rationis, ut exponebatur ens rationis in tertia condōne eius, cuius eſt diffinitio.

Definitio duobus modis ſumitur

¶ Primo igitur modo ſacramenti non eſt diffinitio: ſed ſecundo modo. Quod patet, quia prima conditio nō impedit. Eſt enim ſacramentum ens poſitiuum, quod probo tribus propoſitionibus.

An ſacramenti ſit definitio.

¶ Prima eſt illa, quod Deū poſſibile eſt creare aliquem effectum inuiſibilem pertinentem ad ſalutem .ſ. hominis uiatoris. Et hæc propoſitio patet ſuppoſita omnipotentia Dei ſecundum omnes theologos, ut patet.

Lib. 1. diſt. 42.

¶ Secunda propoſitio eſt, quòd poſſibile eſt Deum inſtituere aliquod ſignum, et ſenſibile ad ſignificandum prędictum effectum. Iſta propoſitio patet, quia homines poſſunt inſtituere ſigna rememoratiua prænoſtica, & demonſtratiua ad ſignificandum ſuos effectus, ergo multomagis Deus.

¶ Tertia propoſitio eſt, quòd poſſibile eſt Deum determinare ſe ad cooperandum illi ſigno inſtituto, ut ſequatur effectus iam prædictus niſi impediat indiſpoſitio hominis ſuſcipientis. Hoc patet, quia ſic eſſet poſſibile in nobis, quòd aliquis inſtituens ſignum effectus ſui diſponeret ſe ſemper cooperari ſigno niſi impediret ille cui adhiberetur, puta ſi aliquis inſtituat pro ſigno pacis, & beniuolentiæ tactum manus, vel eleuationem digiti poteſt inſtituens tale ſignum determinare ſemper ſe ad cooperandum ad effectum ſignatum niſi indiſpoſitio eius cui ſignum adhiberetur impediret.

Vide omnia in Scoto.

¶ Ex iſtis ſequitur illa concluſio, quòd infraſcripta oratio non eſt in ſe falſa. Sacramentum eſt ſignum ſenſibile gratiam Dei uel eius effectum gratuitum ex inſtitutione diuina efficaciter ſignificans ordinatum ad ſalutem hominis uiatoris. Quia nulla oratio eſt in ſe falſa niſi partes eius adinuicem cōtradicant, ex quinto methaphiſicæ c. de falſo. Sed partes prædictę orationis adinuicem non contradicunt, igitur non eſt in ſe falſa, & ſic non eſt entis poſſibilis, uel pure non entis.

5. met. contex. 24.

¶ Secunda conditio etiam non impedit quin ſacramenti ſit diffinitio, quia licet fundamentum huius relationis, ſcilicet ſigni ſenſibilis, quod ponitur ſacramentum includit aliqua ex quibus non ſit per ſe unum unitate reali, poteſt tamen

Quo ſacramēti ſit diffinitio.

ex

ex eis eſſe unum unitate conceptus.

¶ Contra. Relatio non eſt per ſe una etiã in conceptu, niſi habeat unum fundamentũ, ſed hic nõ eſt unũ fundamẽtum, quia ſunt uerbum, & elemẽtum, ergo.

¶ Reſpondetur, Et ſi hoc forte eſſet uerum de rel[illegible] realibus de quibus eſt dubium, quia in militis trahentibus unam nauem eſt una relatio trahentium ad unum tractum, tamen in relationibus rationis propoſitio eſt manifeſtæ fallatia, quia quantumcumque diuerſa poſſunt concurrere in fundamento unius relationis rationis. Non enim oportet ꝙ ibi multa concipiantur ab intellectu quaſi unum in ordine ad aliud ſignatum, hoc apparet, quia multæ orationes contextæ, uel una oratio ex multis ſillabis, quę nihil unum per ſe faciunt, ſunt fundamentum unius relationis huius, uidelicet quæ eſt ſignificare Deo ineſſe aliqua, quæ ſibi intrinſecæ inſunt: cum tamen illud ſignatũ ſit unum, & idem ſimpliciſſimum. Item aliter patet, ꝙ maior prędictæ propoſitionis eſt fallacia ad minus in relationibus rationis, quia ſignificare bonum multum eſt relatio rationis, & eius fundamentum, poteſt eſſe illud totum, ſcilicet circulus coopertus foliis ad modum crucis.

Speculatione tabulis de definitione ſacramẽti.

¶ Tertia etiam conditio non impedit ſacramentum diffiniri, quia diffinitio, ut exprimit conceptum, poteſt eſſe eius qđ habet aliquid loco generis, & differentiæ. Sed ſacramentum eſt huius, ergo. Dicitur enim ſacramentum ſignum loco generis ex inſtitutione, loco differentiæ, ſenſibile, ut fundamentum relationis, gratia Dei ſiue effectus Dei gratuitus, ut correlatiuum.

Nota & bene.

¶ Quarta, & quinta conditiones non impediunt ſacramentum diffiniri. Nam ſacramentum non habet conceptum ſimpliciter ſimplicem, nec conceptum ſingularem, ſed u[illegible]lem.

DE TERTIO ſcilicet articulo dico ꝙ diffinitio ſacramenti, eſt illa. Sacramentum eſt ſenſibile ſignum gratiam Dei, uel eius effectum gratuitum ex inſtitutione diuina efficaciter ſignificans ordinatum ad ſalutem hominis uiatoris. Cum illa diffinitione concordat diffinitio Magiſtri, ſi bene gloſetur, ſcilicet ſacramentum eſt inuiſibilis gratiæ, uiſibilis forma. Accipitur enim forma uiſibilis pro ſignificatio ſenſibili, eo modo quo imago Herculis dicitur forma Herculis. Quod etiam ibi additur uiſibilis, dum intelligi pro ſenſibili in communi cuiuſlibet ſenſus, quia uiſus eſt excellentior omni ſenſu, & plurium differentiarum cognoſcitiuus. Ponitur, etiam ibi uiſibile pro ſenſibili, ſiue uno, ſiue pluribus pertinentibus ad eundem ſenſum, uel alium, & alium. Ponitur ãt ibi gratia inuiſibilis pro effectu Dei gratuito interiori ordinato ad ſalutem hominis uiatoris.

Definitio ſacramenti.

Primo met. in prohæmio.

¶ Ex prędictis patet ſolutio quæſtionis, dicendum enim eſt, ꝙ illa ratio de qua quærebatur ſi rectę intelligatur. & per aliquam nomina non explicata ſuppleatur: eſt propria ratio diffinitiua ſacramenti, eo modo quo ſacramentũ eſt diffinibile.

¶ Ad argumentum principale cum dicitur: diffinitio non eſt, niſi eius quod eſt per ſe unum. Dico ꝙ licet ſacramentum non ſit per ſe unum unitate reali, poteſt tamen eſſe unum unitate conceptus, & hoc ſufficit.

Quomodo ſacramentũ eſt unum.

Vtrum pro tẽpore cuiuslibet legis datæ à Deo non debuit inſtitui aliquod ſacramentum, quia pro tpe legis naturæ, non legimus aliqua ſacramẽta fuiſſe a Deo inſtituta?

Seraphicus Bona. 4. ſent. diſt. 2. q. 1. Artic. 1.
Scotus 4 ſent. diſt. 1. q. 3.
D Thomas 3 parte. q. 61. Artic. 3.
Ricar. 4. ſent. diſt. 1. q 2. Artic. 2.
Durandus 4. ſent. diſt. 1. q 2.

QVAESTIO II.

AD ſecundam quęſtionem ſic proceditur. Videtur ꝙ pro tpe cuiuslibet legis datę a Deo nõ debuit inſtitui aliquid ſacramẽtũ, quia pro tpe legis naturę non legimus aliqua ſacramenta fuiſſe a Deo inſtituta.

¶ Contra. Auguſtinus contra Fauſtũ dicit ſententialiter, ꝙ omnis deuota religio habuit aliqua ſigna extrinſeca ad colendũ Deũ, ſed illa ſigna ſunt ſacramenta, ergo.

Cap. 19.

¶ Ad iſtam quæſtionem dico quatuor cõcluſiones.

PRIMA concluſio eſt, quòd congruum

Hic quatuor ſunt uidenda.

ruum fuit aliquod ſacramentum inſtitui, tum propter exercitationem, tum propter eruditionem, tum propter humiliationem, tum propter diſcretionem. *Cap. 19.* Primæ tres congruitates ſunt Magiſtri in litera, ſed quarta congruitas accipitur ab Auguſtino contra Fauſtum, congruū eſt enim, ut illi, qui ſunt de vna ſecta habeant ſigna diſtinctiua ab alijs, qui ſunt de alia ſecta, ſed hoc ſigna diſtinctiua ſunt ſacramenta Cum igitur omni tempore fuerunt fideles ab infidelibus diſtincti omni tempore debuerunt ſacramenta eſſe inſtituta.

2. concluſio

SECVNDA concluſio eſt, quod a ſolo Deo poteſt inſtitui ſacramentum quantum ad certitudinem ſigni. Cuius ratio eſt, quia nullus poteſt dare certitudinem ſigno practico niſi ille in cuius poteſtate eſt ſignare, ſiue cauſare ſignatum illius practici ſigni, ſed ſolus Deus eſt in cuius poteſtate eſt cauſare ſignatum ſacramenti puta gratiam, ergo ſolus Deus poteſt inſtituere ſacramentū quantum ad ſignum, certum uel certitudinē. *Quō ſolus Deus poſſit inſtituere ſacramentum.* Inquantum tamen eſt ſignum practicum abſolutæ poſſet inſtitui ab alio, ſed non congruit, quia inſtitutio talis ſigni eſſet omnino fruſtra, cum ex impoſitione nunquam ſine alio extrinſeco poteſt habere veritatem cum non ſit in poteſtate imponentis, uel utentis. Nec congruit quod Deus committat inferiori inſtituere ſacramentum inquantum ſignum certum ne Deus eſſet approbator ſigni incerti falſi, ſeu æquiuoci. Poteſt tamen ſacramentum inquantum ſignum, & inquantum certum ab alio a Deo promulgari tāquam a præcone, ſed iſta promulgatio non eſt inſtitutio, ſed præſupponit inſtitutionem.

TERTIA concluſio eſt, quod pro omni ſtatu viæ poſt lapſum neceſſe fuit inſtitui aliquod ſacramentum. Quia pro omni tempore pro quo eſt morbus eſt neceſſaria medicina, ſed pro omni ſtatu uiæ poſt lapſum fuit morbus, ergo neceſſaria fuit medicina, ſed iſta medicina eſt ſacramentum, ergo pro omni tempore fuit oportunum ſacramentum.

Pro ſtatu primæ nullum cōgruit ſacramentū.

¶ Ex his apparet, quod pro ſtatu patriæ nullum congruit ſacramentum, quia tunc non indiget homo ſenſibilibus, ut intelligat intelligibilia pertinentia ad ſalutē, quia conſecutus perfectē ſalutem non indiget ad quærendum pertinentia ad ſalutem. Pro ſtatu etiam innocentiæ non fuit congruum inſtitui ſacramentum ſicut poſt lapſum, quia & ſi homo tunc potuit ex ſenſibilibus cognoſcere inuiſibilia, tamen nullum ſenſibile fuit tunc neceſſarium tanquam conferens ad ſalutem remouendo aliquod impedimentū ſalutis, ut ſ. poſſet dici propriæ medicina. An autem matrimonium, quod conſtat fuiſſe in ſtatu innocentiæ ſit ſacramentum, oſtendetur inferius. *Diſt. 26.*

4. concluſio

QVARTA concluſio eſt, quod pro diuerſis ſtatibus, & legibus fuerunt diuerſa ſacramenta inſtituta maxime contra morbum originalis peccati. *Quō Deus ordinate agat* Tum quia Deus ordinate agens procedit de minus perfecto ad magis perfectum. Tum quia perfectior lex requirit perfectiora adiutoria ad ſui obſeruationem, & ſic poſterior lex debuit habere ſacramentum ſignans gratiam perfectiorem. *Quare ſignum de ſacramentis.* Hic ait Magiſter Hugo libro de ſacramentis. Diſpēſationis ordo, & ratio hoc popoſcit, vt ſicut ab initio creſcente tempore magis ac magis aduentus Saluatoris appropinquauit, ſic magis, ac magis effectus ſalutis creſceret, & cognitio ueritatis, propter quod, & ipſa ſigna ſalutis per ſucceſſionē tēporū alia poni alia debuerunt mutari.

¶ Ad argumentum in contrarium dicitur, quod pro omni tēpore fuerunt aliqua remedia, & ſacramenta, quia ut patuit Deus genus humanum nunquam dimiſit ſine aliquo remedio ad ſalutem.

Vtrum Sacramenta Nouæ legis ſint gratiæ effectiua?

Seraphicus Bonau. 4. ſent. diſt. 1. q. 4. Art. 1.
Scotus 4 ſent. diſt. 1 q 4.
D. Tho. primas tertia par. q 62. Art. 1. & 4.
Ricardus quarto ſenten diſt. 1. q. 1. Art. 4.
Durandus 4 ſenten. diſtin. 1. q 5.

QVAESTIO III.

AD tertiam quæſtionem ſic proceditur. Videtur quod ſacramenta nouæ legis ſint gratiæ effectiua, quia per hoc diſtinguuntur ſacramenta nouæ legis, ut ponit Magiſter ab alijs ſacramentis. Alia. n. ſacramenta figurant iſta vero efficiunt.

¶ Contra

¶ Contra. Cauſa nobilior eſt effectu. Sed ſacramenta non ſunt nobiliora gratia, ergo &c. Probatur minor. Sacramenta ſunt corporalia, gratia autem eſt ſpiritualis, ſed nullum corporale eſt nobilius ſpirituali, ergo &c.

¶ In illa quæſtione ponetur una opinio, ſecundo obijcietur contra eam, & dicetur, quod ſecundum ueritatem ſit dicendum. Tertio ſoluentur argumenta opinionis.

QVANTVM ad primum eſt opinio Tho. quæ dicit, quòd omnes coguntur ponere ſacramenta nouæ legis aliquo modo eſſe cauſam gratiæ, quod probatur quadrupliciter, primo ſic Auguſtinus ponit ſuper Ioan. omel. 80. & ponitur .j. q. j. detrahe. Quæ eſt uirtus aquæ, & loquitur de aqua baptiſmali, ut corpus tangat, & animam abluat, ſed ablutio animæ non ſit niſi per gratiam, ergo aqua baptiſmi in anima efficit gratiam.

¶ Secundo ſic. Magiſter in litera dicit. Sacramentum eſt ſignum gratiæ, ita, ut ſimilitudinem eius gerat, & cauſa exiſtat, & non exiſtit eius cauſa materialis, uel formalis, nec finalis, ergo eſt eius cauſa effectiua.

¶ Tertio ſic, Magiſter aſſignat differentiam inter ſacramenta nouæ legis, & antiquæ per hoc quòd ſacramenta antiquæ legis ſunt ſigna gratiæ, ſacramenta autem nouæ legis non tantum ſunt ſigna gratiæ, ſed cauſæ gratiæ, ergo ut prius.

Differentia inter ſacramenta nouæ legis, & antiquæ legis.

¶ Quarto ſic. Eccleſia in quadam collecta petit. Perficiant in nobis domine tua ſacramenta, quæ continent. Sed non continent gratiam formaliter, ergo continét eam uirtualiter, uel ſaltem cauſaliter. Si dicatur ad iſta, quòd ſacramenta ſunt ſolum cauſa gratiæ ſine qua non.

¶ Contra, quia cauſa ſine qua non eſt cauſa niſi per accidens, ſed ſacramenta non ſunt cauſa per accidens gratiæ, quia tūc gratia non poneretur in diffinitione ſacramenti, quod tamen facit Magiſter, ergo eſt cauſa effectiua.

¶ Si autem quæratur qualiter ſacramentum eſt cauſa effectiua gratiæ, dicitur quòd efficiens diſtinguitur. Quia eſt efficiens diſpoſitiuum, & eſt efficiens perfectiuum. Item eſt efficiens principale, & eſt efficiens inſtrumentale. Item inſtrumentum habet duplicem actionem, una

Duplex eſt efficiens.

eſt ex natura propria, alia inquantū mouetur a principali agente. Itē illud quod inſtrumentum attingit ut motum a principali agente aliquando eſt terminus principalis agentis, & aliquando eſt diſpoſitio preuia ad illum terminum. Tūc ad propoſitum dicitur. Aqua per ſuam formam lauat corpus, ſed inquantum eſt inſtrumentum diuinæ miſericordiæ habet effectum ulteriorem non quantum ad gratiam, quia gratia eſt effectus principalis agentis ſ. Dei, ſed habet effectum ad diſpoſitionem præuiam: puta ad caracterem in ſacramento baptiſmi, & ordinis, uel ad ornatum animæ proportionatū caracteri, ut in alijs ſacramentis. Iſte modus confirmatur per Magiſtrum in litera dicentem, quòd homo non quærit ſalutem a ſacramentis quaſi ab eis, ſed per ea, ſed hæc præpoſitio a, notat cauſam agentem principalem, per autem cauſam inſtrumentalem &c.

Gratia eſt effectus prīcipalis acquiſitis. Vide Magiſtrum in litera.

¶ Contra. Cauſa inſtrumentalis eſt cauſa per accidens, ſed ſacramenta per te nō ſunt cauſa per accidens gratiæ, quia ut argūis tunc non poneretur in diffinitione ſacramenti, quod tamen facit Magiſter, ergo ſacramenta non ſunt cauſa gratiæ inſtrumentalis.

¶ Præterea. Creatura ſecundum iſtum doctorem non poteſt inſtrumentaliter agere ad creationem, ſeu ad terminum creationis, ſed diſpoſitio proxima ad gratiam qualem ponit eſt terminus creationis, ergo ſacramentum, vel quęcunque alia creatura non poteſt eſſe eius cauſa inſtrumentalis. Probatur minor. Illa diſpoſitio non eſt formaliter naturalis cū non educatur de potentia naturali ſubiecti, ſed omnis talis forma creatur, ergo.

¶ Præterea. Sacramenta non poſſunt habere actionem ſuam in inſtanti, ſed illa diſpoſitio ſi præuia ponitur eſt in inſtanti, ergo ſacramenta non ſunt cauſa actiua illius diſpoſitionis præuiæ. Maior patet, quia ad ſacramenta requiruntur uerba, & elementa, & multa alia quæ ſunt cum motu. Sed motus non poteſt eſſe in inſtanti ex ſexto phiſicorum, ergo ſacramenta non habent actionem ſuam in inſtanti. Probatur minor. Nam ſucceſſio in inductione formæ non eſt niſi penes partes mobilis, uel partes formæ, ſed in propoſito neutrum poteſt poni. Primum

non,

non, quia ſubiectum.i.anima eſt indiuiſibile, ſecundum etiam non, quia ſicut contingit minimam gratiam dari, ita contingit dare minimam diſpoſitionem, igitur ad minus iſta diſpoſitio non habet gradus, vel ſucceſſionem.

1. phyſ. con tex. 50. ¶ Præterea. Nulla pluralitas exponenda ſine neceſſitate, ex primo phiſicorum, ſed hoc nulla eſt euidens neceſſitas ad ponendum illam præuiam diſpoſitionem reſpectu gratiæ, ergo: Probatio minoris. Apparet in ſacramento euchariſtiæ, vbi ſignum ſenſibile ſunt ſpecies panis, res autẽ ſignata eſt exiſtentia corporis Chriſti, ſed inter illas ſpecies, & exiſtentiam corporis Chriſti nulla ponitur diſpoſitio præuia.

¶ Præterea, Bernardus in ſermone de cœna domini ſicut inquit inueſtitur canonicus per librum. Abbas per baculum. Epiſcopus per annulum, ſic diuiſiones gratiarum traditæ ſunt in ſacramentis. Sed omnia prædicta ſunt ſigna, & non cauſę, ergo non ſunt cauſa gratiæ.

¶ Præterea. Si ſacramenta ſunt cauſa actiua gratiæ, ergo in eis eſt aliqua uirtus ſupernaturalis, ſed hoc eſt falſum. Probatur minor. Quia illa uirtus, aut eſſet tota in toto ſacramento, & tota in qualibet eius parte; aut tota in toto, & pars in parte. Primum non poteſt dari, quia hoc ſolum competit animæ intellectiuæ inter formas creatas. Nec ſecundum, quia extenderetur per accidẽs in ſubiecto, quod eſt contra rationem uirtutis, vel formæ ſpiritualis, ergo &c.

¶ Dico igitur ad quæſtionem ſecundum opinionem aliorum prout iſta argumenta probant, ꝙ ſacramenta non habent cauſalitatem actiuam reſpectu gratiæ.

¶ Sed tunc quæritur quomodo ſaluabimus dicta ſanctorum aſſerentium, quòd ſacramenta ſunt cauſa gratiæ. Ad quod dicitur tripliciter. Vno modo ꝙ ſunt cauſa, ſine qua non. Sed contra hoc obijcitur vt tactum eſt, quia cauſa ſine qua non, non eſt cauſa niſi per accidẽs gratiæ, ſed ſacramenta non ſunt cauſæ per accidens gratiæ. Alio modo dicitur, quòd omnis diſpoſitio immediate neceſſitans ad aliquam formam, eſto ꝙ nõ cauſaret aliquã diſpoſitionem, mediam põt dici tã cauſa actiua, quam inſtrumentalis, ſed ipſum ſacramentum, ſeu ſuſceptio ſacramenti eſt diſpoſitio immediata non cauſans aliquam diſpoſitionem mediam, poteſt ergo dici cauſa actiua, & inſtrumentalis. Maior probatur, quia conceditur, ꝙ meritum eſt cauſa præmij, quia per meritũ acquiritur præmium, & tamen meritum non cauſat premium, nec cauſat aliquam diſpoſitionem mediam inter meritum, & præmium.

¶ Tertio dicitur ꝙ ſacramenta ſunt cauſa gratiæ ſecundum quandam aſſiſtentiã gratiæ ſacramento. Aſſiſtit enim eis ex quadam pactione uirtus diuina, quæ eſt cauſa gratiæ, & deuotio ſuſcipientis. Sicut per ſimile patet quando ad verbum Heliſei Naaman ſe lauante aſtitit uirtus diuina effectiua ſanitatis, nulla tñ cauſalitas fuit in uerbo Heliſei, neque in aqua Iordanis. Accipiatur hic de duabus ultimis vijs, quæ plus placet. 4. Regũ 5.

¶ Ad argumenta principalia de ſacramẽtis nouæ, & ueteris legis iam patet ex dictis.

Vtrum in Circuncisione remittebatur peccatum originale?

Seraphicus Bona. 4 ſent. diſtinct. 1. quæſt. 3.
Scotus 4. ſenten. diſtinc. 1. q. 6.
D Thomas 3. par. q. 70. Artic. 4.
Ricardus 4. ſententiarum diſtinctio. 1. quæſt. 3.

QVAESTIO IV.

AD quartam quęſtionẽ ſic proceditur Videtur ꝙ in circuncisione non remittebatur peccatum originale, quia culpa non remittitur niſi iuſtitia oppoſita reſtituatur, ſed iuſtitia originalis non reſtituitur in circuncisione, ergo.

¶ Ad iſtam quæſtionem ponam tres concluſiones.

¶ Prima eſt ꝙ in circuncisione remittebatur peccatũ originale. Probatur, quia ad Romanos ſuper illo uerbo, ſignaculũ accepit circuncisionis, dicit Gloſa, quòd in circũciſione remittebatur peccatum. Rom. 4.

¶ Item Auguſtinus libro 2. de nuptiis, & concupiſcentia dicit circunciſio inſtituta eſt in populo Dei ad remiſsionem veteris peccati, ſed uetus peccatum eſt pec- Is in expoſitione illius pſal. 73.

catum originale, ergo Item Deus nunquam reliquit genus humanum, abſque remedio neceſſario ad ſalutem, igitur tẽpore legis dedit aliquod remediũ Deus contra originale, ſeu contra culpam originalem. Sed non legimus aliquod remedium præter circuncißionem, vt patet in lege, igitur circuncißio tollit culpam originalem.

¶ Secunda concluſio eſt, ꝙ circuncißio non pertinet ad tempus legis naturæ, qa lex naturæ communis eſt omnibus, circuncißio autem non eſt communis omnibus, ſecundum Hugonem libro de ſacra *Parte 9.* mentis. Circuncißio eſt ſacramentum legis ſcriptæ, ſuccedens ſacramentis legis naturæ, licet fuerit inchoata ante legem ſcriptam, quia tempore Abrahæ, vt habe *Cap. 17.* tur in Geneſi. Nec eſt inconueniens, ꝙ aliquid particulariter pertinens ad legẽ ſit inchoatum ante legis publicationem.

¶ Quare autem circuncißio ſuccedit ſacramentis legis naturæ, dicit Bonauen *4. ſent. diſt. 3. q. 1.* tura, ꝙ eſt ratione grauitatis, & euidentiæ, ratione certitudinis, & etiam efficaciæ, quia magis remittebatur fomes in illis, qui circuncidebantur, quam in his, qui tempore legis naturæ ſolis ſacrificiis & fide mundabantur.

¶ Tertia concluſio eſt ꝙ circuncißio magis eſt confirmata ſub Ioſue, quam ſub Moyſe. Cuius ratio literalis eſt, quia tẽpore Moyſi non dimiſerunt circuncißionem, ſed ſub Ioſue neglexerunt circuncißionem in deſerto, ideo oportuit dari in mãdatum. Alia ratio eſt ſpiritualis, qa circuncißio facta tempore Ioſue fuit poſt peregrinationem in terram promißionis. Sed hoc circuncißio figurat circuncißionem, & abiectionem uitiorum, quæ ſemper eſt ſub præcepto.

¶ Ad argumentum principale cum dicitur, ꝙ culpa non dimittatur niſi iuſtitia oppoſita reſtituatur. Dico ꝙ culpæ originali opponitur aliquid formaliter. ſ. iuſtitia originalis, & opponitur aliquid virtualiter. ſ. gratia, licet ergo non reſtituatur iuſtitia originalis, reſtituitur tamen gratia, quæ opponitur ei virtualiter.

Vtrum ex vi circuncißionis non conferebatur gratia?

Seraphicus Bonau. 4. ſent. diſt. 1. q. 3.
Scotus 4. ſent. diſt. 1. q. 6.
D. Thomas 3. parte quæſtio 70. Artic. 4.
Rcardus 4. ſententiarum diſtin. 1. q. 3. Art. 6.

QVAESTIO V.

AD. quintam quæſtionẽ ſic proceditur. Videtur ꝙ ex vi circuncißionis non conferebatur gratia, quia ſacramentum nõ cauſat niſi quod ſignat, Sed circuncißio tantum ſignificabat ablationem partis a toto, & non aliquid poſitiuum, ergo non conferebatur gratia.

¶ Contra, Beda ſuper Lucam, Circunci *Cap. 2.* ſio in lege agebat, quod baptiſmus tempore gratiæ agere conſueuit, ſed baptiſmus confert gratiam, ergo.

¶ In iſta quæſtione ſunt tres articuli. Primo eſt uidendum ſi de potentia Dei abſoluta poteſt remitti culpa originalis ſine infuſione gratiæ. Secundo ſi de potentia Dei ordinata poſſet remitti culpa originalis ſine infuſione gratiæ. Tertio ẽ videndum ſi in circuncißione conferebatur gratia.

QVANTVM ad primum eſt, vna *Ricard. præ ſinti diſt q. 3. Art. 6.* opinio, ꝙ Deus de potentia ſua abſoluta nõ poſſit remittere culpam niſi infundat gratiam. Et hoc probatur multipliciter. Primo ſic, peccatum non poteſt deleri de anima niſi ipſa fiat de immunda munda, ſed non poteſt fieri de immunda mũda niſi per aliquam mutationem factam in anima. Iſta autem mutatio eſt neceſſario ad formam abſolutam poſitiuã. Quia ad relationem non eſt motus, nec mutatio, ex quinto phiſicorum. Illa autem forma abſoluta opponitur culpæ, & hęc eſt gratia, ergo. *5. phyſ. com tex. 10.*

¶ Secundo ſic, peccatum opponitur gratiæ ſicut priuatio habitui, ſed priuatio non poteſt tolli a ſubiecto niſi per poſitionem habitus, ergo.

¶ Tertio ſic, & eſt quaſi idem. Culpæ opponitur gratia ſicut tenebra opponitur luci. Sed tenebra non remouetur niſi ponendo lucem, ergo.

¶ Quarto ſic, culpa non remittitur animæ niſi remota deordinatione eius, ſed deordinatio non remouetur niſi per gratiam, ergo. *Quo remittatur culpa*

¶ Quinto ſic, culpa remittitur cum peccator

catur Deo reconciliatur, & per conſequẽs acceptatur, ſed non acceptatur niſi per gratiam, ergo.

¶ Contra iſtam opinionem arguitur primo ſic. Quando plura repugnant vni circa aliquod ſubiectum illud poteſt per quodlibet iſtorum excludi ab illo ſubiecto. Sed culpæ originali repugnat gratia & rectitudo ex puris naturalibus etiam ſine gratia, ergo per ſolam rectitudinem naturalem ſine gratia poteſt expelli culpa. *Probatio Magiſtri.* Minor patet per Magiſtrum qui ponit hominem ita eſſe conditum cum rectitudine naturali.

¶ Secundo probatur ratione, quia ſi non poteſt fieri homo rectus rectitudine naturali ſine gratia tunc gratia eſſet naturalis. Illud enim eſt naturale, quod conſequitur naturam ſecundum ſe.

¶ Tertio ſic, ſecundum formam qualemcunque abſolutam Deus poteſt creare hominem ſecundũ eãdem & formam abſolutam poſt lapſum poteſt hominem reparare. Sed Deus poteſt hominem creare præciſè in puris naturalibus, ſiue in pura rectitudine naturali, ergo &c. Dicitur, quòd maior eſt falſa, quia Deus poteſt hominem creare virginem, & tamen non poteſt facere de non uirgine virginem. Sed hæc reſponſio non ualet, quia maior accipit formam qualemcunque abſolutam, virginitas autẽ dicit aliquid abſolutum, & dicit negationem actus præteriti, ſcilicet nunquam cecidiſſe, unde *Quid dicat virginitas.* Deus poteſt facere de non uirgine uirginem quantum ad illud abſolutum licet non quantum ad negationem actus præteriti propter quod ſexto ethicorum dicitur, hoc ſolo priuatur Deus ingenita facere, quæ facta ſunt, quia nulla poteſt eſſe factio non entis de non ente, ſed illa eſt factio non entis de non ente. *Cap. 3. Idẽ 5 phyſ. contex. 7.* Dico igitur, ꝙ Deus de potentia ſua abſoluta poteſt remittere culpam originalem ſine infuſione gratiæ, & hoc maximè, quia gratia non opponitur peccato originali formaliter.

¶ Ad primum alterius opinionis cum dicitur, ꝙ peccatum non poteſt deleri ab anima niſi de immunda fiat munda, conceditur. *Mundatio duplex.* Sed mundatio eſt duplex. ſ. naturalis, & gratuita, licet ergo non eſt munda mundina, quæ eſt per gratiam: eſſet tamen munda munditia, quæ eſt per rectitudinem naturalem.

¶ Ad ſecundam negetur maior, quia culpæ originali non ſolum opponitur gratia, ſed etiam rectitudo naturalis opponitur, ut aſſumebat prima ratio contra opinionem. Et eodem modo dicitur ad tertium de luce, & tenebra.

¶ Ad quartum negetur minor, quia deordinatio non ſolum tollitur per gratiam ſed etiam per rectitudinem naturalem.

¶ Ad quintum dicitur, ꝙ illæ cui dimittitur peccatum reconciliatur Deo. Sed non ſequitur, ꝙ ſit Deo acceptus illa acceptione ſpeciali, quæ eſt per gratiam. *Quid ſit reconciliare. Quid ſit acceptare.* Acceptatio enim plus dicit, quàm reconciliatio, reconciliare enim eſt non vel vindicare offenſam: Sed acceptare eſt ipſum ad uitam æternam ordinare. Sicut in nobis apparet, quia poſſumus inimico offenſam remittere non reconciliando ipſum ad amicitiam ſpecialem ordinando. ſ. eum ad aliquod ſpecialem bonum.

DE ſecundo articulo eſt videndũ ſi de potentia Dei ordinata Deus poteſt dimittere culpam non infundẽdo gratiam. *Dubium notabile.* Et dicitur quod non, quia ſecundum leges diuinę ſapientiæ poſt naturam lapſã non eſt dare medium inter filium regni & filium perditionis. Sed filius regni eſt per gratiam ſecundum Auguſtinum, filius autem perditionis eſt per peccatum: ergo ſi remittitur culpa datur gratia. *Lib. 15. de tri cap. 19.*

TERTIO videndũ eſt, quod principaliter proponebatur, uidelicet ſi in circuncíſione conferebatur gratia. Ibi dicitur tripliciter. Primo ſecundum uiam Magiſtri ſic, quòd in circuncíſione remittebatur culpa, ſed non conferebatur gratia. Vnde Gloſa ſuper illud ad Romanos ſignaculum accepit circuncíſionis, dicit ꝙ peccatum ibi dimittebatur, ſed gratia adiutrix ad bene operandum non præſtabatur. *Cap. 4.*

¶ Et Auguſtinus dicit ꝙ ſacramenta ueteris legis promittebant gratiam, ſed nõ dabant. Item circuncíſio non aperiebat ianuam paradiſi, ſed habenti gratiam patet ianua paradiſi, quia ſola gratia diuidit inter filios regni, & filios perditionis, ſm Auguſtinum. *In expoſitione tituli pſalm illius 73.* ¶ Alio mõ dr, ꝙ in circuncíſione conferebatur gratia: non tñ principaliter, ſed ex cõſequenti, quia circuncíſio principaliter ordinatur ad deletionẽ pcti originalis, & ex cõſequẽti ad grãm cõferẽdã. *Lib. 15. de tri cap. 19.*

Et pro tanto dicitur gratiam non conferre, ut ponit prima opinio, quia non confert eam principaliter, ſed ex conſequenti. Et ſic ſoluuntur auctoritates pro illa opinione quæ inducuntur.

¶ Sed contra hoc obijcitur, quia agens quod agit ſecundum rectam rationẽ magis principaliter intendit perfectionem, quam carentiã imperfectionis. Sed Deus agit ſecundum rectam rationem, ergo principalius intendit perfectionem. i. gratiam, quam carentiam imperfectionis. i. carentiam originalis peccati.

¶ Tertio modo dicitur, quòd in circunciſione conferebatur gratia tamen paruula reſpectu eius, quæ confertur in baptiſmo. Cum autem dico: gratiam paruam duo dico. ſ. gratiam, & paruam gratiam. Sed eo ipſo, quòd in anima eſt gratia remittitur culpa, & licet habilitetur anima ad perficiendum, quia tamen parua eſt, ideo tamen paruum habilitat, & per hoc ſoluuntur argumenta primæ opinionis. Nolunt enim auctoritates illæ negare gratiam conferri in circunciſione, ſed quia parum habilitat, ideo dicitur gratia non præſtari. Alio modo ſoluit doctor noſter dicendo, quòd illę auctoritates loquuntur de ſacramentis in propriæ ſumptis, ſicut erant purgationes, & expianationes.

Gratia parua duo dicit.

¶ Ad ſecundum autem de apertione ianuæ paradiſi. Dico, quòd non fuit defectus circunciſionis, q̃ non aperuit ianuã, ſed quia euenit tempore, quæ precium non fuit ſolutum, nam prius ſolutum precium poterat alicui aperiri ianua qui nõ fuiſſet baptizatus, ſed ſolum circunciſus, & in gratia, baptizato autem defuncto ante paſſionem Chriſti non patuiſſet ianua, ut patet per Magiſtrum in litera.

¶ Ad argumentum principale in contrarium dico, quòd non ualet ſicut patet in ſimili. Nam baptiſmus quantum ad actũ exteriorem non ſignat niſi quandam delectionem immunditiæ corporalis, & tamen nullus negat aliquem eſſe effectum eius poſitiuum.

Vtrum tempore legis naturæ non fuerit aliquod ſacramentum correſpondens circunciſioni?

QVAESTIO VI.

AD ſextam quæſtionem ſic proceditur. Videtur q̃ tẽpore legis naturæ nõ fuerit aliquod ſacramẽtum correſpondens circunciſioni per Gregorium, ſic dicentem. Quod apud nos agit aqua baptiſmi, hoc agit apud ueteres, vel pro paruulis ſola fides, vel pro maioribus uirtus ſacrificij, ſed iſta non ſunt ſacramenta, ergo. *4. lib. moralium.*

¶ Contra eſt Auguſtinus contra Fauſtũ. In nullum nomen religionis, ſiue uerum, ſiue falſum coadunari poſſunt homines, niſi aliquo ſignorum, vel viſibilium uelut ſacramentorum conſortio vniantur, ſed tempore legis naturæ vniebantur homines aliqua religione, ergo &c. *Cap. 19.*

¶ Ad iſtam quæſtionem dico tres breues concluſiones, quarum prima eſt iſta quòd tempore legis naturę fuerunt aliqua ſacramenta correſpondentia circunciſioni.

¶ Secunda eſt, quòd illud fuit fides parentum, uel uirtus ſacrificij.

¶ Tertia concluſio eſt quòd circunciſio iam ceſſauit.

¶ Prima concluſio probatur. Quia nullo tempore dimiſit Deus cultores ſuos, ſiue remedio neceſſario ad ſalulem. Sed deletio culpæ originalis poſt lapſum fuit neceſſaria ad ſalutem. Ideo omni tempore fuit aliquod remedium, ſeu ſacramentum ad ſalutem.

¶ Secunda concluſio probatur per Gregorium, dicentem ſicut arguebatur ad principale. Quod apud nos ualet aqua baptiſmi &c. Nec accipitur hic fides pro ſolo habitu, ſed actu, & pro actu non tantum interiori, ſed etiam exteriori, pro actu quo quis inuocabat Deum ore, vel aliquo ſigno exteriori ſenſibili offerendo ſacrificia. *4. lib. moralium.*

¶ Tertia concluſio probatur per Auguſtinum contra Fauſtum vbi dicit ſic. Sacramenta, quæ ſeruabantur prenunciatiua erant, quæ cum ſuo aduentu Chriſtus impleuiſſet ablata ſunt, & alia inſtituta, quæ ſunt uirtute maiora, vtilitate meliora, actu faciliora, & numero pauciora. *Quæ Aug. contra Fauſt. vbi ſupra.*

Hieronymus, & Auguſtinus de ceſſatione legaliū ſunt contrarij. ¶ Sed tunc quæritur quo tempore ceſſauerit circuncitio. Reſpódetur q̃ illi duo magni doctores, videlicet Hieronimus, & Auguſtinus videntur fuiſſe contrarij de ceſſatione legalium. Primo pono opinionem Hieronimum, & poſtmodum Auguſtinum.

¶ Sciendum ergo, quòd Hieronymus duo tempora intellexit in nouæ legis datione, & ſacramentorum inſtitutione. Vnum.ſ.tempus concedendi euangeliū, ſcilicet quod incepit ab aduentu Chriſti vſque ad paſſionis conſūmationem.

¶ Aliud fuit tempus promulgationis euāgelij, quod incepit ab aduentu, vſque ad finem mundi. Similiter intellexit, quòd mandata legalia, & cerimonialia contingit dupliciter ſeruare. Vel ex præcepto tanquam neceſſaria ad ſalutem, vel ex diſpenſatione: non quia bona ſunt, ſed q̃a idem elicitur bonum.

Opinio Hieronymi. ¶ Conceſſit igitur Hieronymus legalia maxime circuncisionem ſeruare debere, quouſque veritas euangelij promulgaretur, & hoc in toto primo tempore, ſed illis incipientibus aperiri, quæ in noua lege continebantur: illa ceſſabant: ita ut nulli prius acceptam notitiam veritatis liceret ſeruare, hęc ſacramenta aliquo modo niſi illis ſolum ad quos non peruenit prædicatio euangelij, vel etiam ipſis apoſtolis ex diſpenſatione, & pia quidē diſſimulatione. *Cap. 15.* Cęteri autem erant tráſgreſſores qualitercunque ſeruarent. Ad hoc mouebantur Actuum, vbi apoſtoli conſentiunt legalia non eſſe ſeruanda, tamen alicubi poſt illam ſententiam legalia ſeruauerunt ſicut legitur de Petro ad *Cap. 2.* Galathas, & Paulo qui circuncidit Timotheum, vt patet actuum. *Cap. 16.* Seruauit etiam votum Nazareorum, ut patet in actibus.

¶ Auguſtinus autem alio modo ſoluit. Vbi ſciendum, quòd Auguſtinus triplex tempus intellexit, primo tempus condendi euangelium, ſecundo promulgandi conditum, tertio cuſtodiendi iam promulgatum.

¶ Primum tempus fuit ab aduentu Chriſti, vſque ad paſſionis conſumationem, & hoc tépore fuerunt legalia infirmata, & in morte Chriſti mortua.

Pſal. 18. ¶ Secundum tempus fuit a morte Chriſti, vſque ad diuulgationem in omnes gētes. Iuxta illud, in omnem terram &c. Et hoc tempore fuerunt legalia ad tumulum deducta.

¶ Tertium tempus fuit ab illo tempore, vſque ad finem mūdi, in quo legalia ſunt quaſi in ſepulchro poſita, & clauſa. Vlterius nota, q̃ triplici ex cauſa poſſunt aliqua ſeruari. *Triplici de cauſa poſſunt aliqua ſeruari.* ſ. propter neceſſitatem ſalutis propter honeſtatem, & propter proximi infirmitatem. Dicit igitur Auguſtinus, q̃ primo tempore legalia ſeruari potuerunt tanquam, vel via ſalutis, vel propter ſalutis vtilitatem.

¶ Secundo tempore ſeruari potuerunt etiam ab his, qui audierunt euangelium propter honeſtatem, quia eum honore erat deducenda ſynagoga ad tumulum.

¶ Tertio vero tempore nullo modo ſunt ſeruanda, quia qui iam ſeruat non eſt materni corpuſculi honorator. Sed ſepulturæ impudens reuelator. Et ita ponit, q̃ Petrus, & Paulus, vterque ſeruauerit nō tantum propter uitandum ſcandalū proximi, ſed etiam ad honorem debitū matri impendendum Similiter ponit, quod, Petrus veraciter non ſimulatoriæ reprehenſus fuerat a Paulo non quia legalia ſeruabat, ſed quia ex modo ſuo gentiles iudaizare cogebat.

¶ Ad argumentum principale patet ex prædictis in ſecunda concluſione tertiæ quæſtionis.

DISTINCTIO II.

Circa diſtinctionem ſecundam quæritur,

Vtrum ſint ſeptem ſacramenta nouæ legis, & a Chriſto inſtituta?

Seraphicus Bonau. 4. ſent. diſt. 2. q. 3.
Scotus 4. ſent. diſt. 2. q. 1.
D. Tho. tertia par. q. 65. Art. 1. & 2.

QVAESTIO I.

NAM ſacramentum. Circa iſtam diſtinctionē 2. quæro tres quæſtiones.

¶ Primo vtrum ſint ſeptē ſacramenta noue legis.

¶ Secundo vtrum ſacramenta nouæ legis habent efficaciam a paſſione Chriſti.

¶ Tertio utrū baptizatus baptiſmo Ioannis teneatur neceſſario rebaptizari baptiſmo Chriſti?

AD primam quæſtionem ſic proceditur. Videtur quod non ſint ſeptem ſacramenta nouę legis, quia ſacramenta ſunt medicina contra vulnera, ſed tantum duo ſunt vulnera .ſ. culpæ, & pænę, igitur ſunt duo tantum ſacramenta.

¶ Cōtra, genera peccatorum ſunt ſeptē, igitur ſacramenta ſunt ſeptem.

¶ Ad iſtam quæſtionem ſunt concluſiones tres.

¶ Prima eſt, quòd congruum eſt legem euangelicam ſacramentis perfectiſſimis adornari.

Quō ſint 7. ſacramenta & à Deo inſtituta.

¶ Secunda concluſio eſt quòd illa ſacramenta quibus lex euangelica adornatur ſunt ſeptem.

¶ Tertia eſt quòd illa ſeptem ſacramenta ſunt a Deo inſtituta.

¶ Prima concluſio probatur ſic. Congruū eſt legem perfectiſſimam ſacramentis perfectiſſimis adornari. Sed lex euangelica eſt perfectiſſima, ergo. Probatur minor. Cum enim ſit proceſſus de imperfecto ad perfectum quanto lex eſt poſterior tanto eſt perfectior. Sed lex euangelica eſt poſterior, igitur perfectior. Confirmatur, quia lex proximior ſtatui perfectiſſimo eſt perfectiſſima. Sed lex euangelica eſt proximior ſtatui perfectiſſimo ſcilicet beatitudinis, igitur eſt perfectiſſima.

¶ Tertio ſic, congruum eſt legem veritatis, & gratiæ perfectiſſimis ſacramentis adornari. Sed lex euangelica eſt lex ueritatis, & gratiæ. Iuxta illud Ioan. Gratia, & veritas per Ieſum facta eſt. *Cap. 1.*

¶ Secunda concluſio declaratur dupliciter. Primo ſic, ſacramenta ſanant infirmitates, igitur ſecundum numerum infirmitatum accipitur numerus ſacramentorum. Sed infirmitas eſt duplex .ſ. culpæ & pænæ. Infirmitas uero culpæ ē triplex ſcilicet originalis contra quam eſt baptiſmus, actualis mortalis contra quam eſt pęnitentia, & actualis uenialis contra quam eſt extrema vnctio. Infirmitas vero pęnę eſt quadruplex .ſ. ignorantia, puſillanimitas, malitia, & concupiſcentia Contra ignorantiam eſt ordo. Contra puſillanimitatem eſt confirmatio. Cōtra malitiam eſt euchariſtia. Contra concupiſcentiam eſt matrimonium.

Duplex infirmitas.

Triplex eſt medicina.

¶ Secundo ſic, ſacramenta ſunt quædam medicinæ, ſed medicina eſt triplex .ſ. præſeruatiua, curatiua, & confortatiua. Medicina autem præſeruatiua curat a morbo, ſed non liberat ex toto, & talis eſt matrimonium. Medicina curatiua liberat per gratiam, & hæc uariatur ſecundum triplicem gratiam .ſ. baptiſmalem, ſic eſt baptiſmus. pęnitentialē, ſic eſt pęnitentia finalem ſic eſt extrema unctio, tertia eſt medicina confortatiua. Duplici n. ex cauſa homo indiget confortari, uel propter difficultatem pugnæ, & ſic eſt cō firmatio, uel propter laſſitudinem itineris, ſic eſt euchariſtia. Ordo autem eſt ad miniſtrandum utrunque ſacramentum.

¶ Tertia concluſio declaratur ſic, dico enim ꝙ omnia iſta ſacramēta ſunt a Deo inſtituta a Chriſto per tēpore legis euangelicæ licet matrimonium fuerit ante inſtitutum, tamen pro lege euangelica fuit a Chriſto approbatum. De baptiſmo patet, quia fuit inſtitutus a Chriſto uiuente iuxta illud Matth. Ite docete omnes gentes baptizantes &c. De euchariſtia patet, eius prædicatio diffuſa. Ioan. ſed eius inſtitutio fuit in cęna Matth. De cōfirmatione patet inſtitutio eius Ioan. Accipite ſpiritum ſanctum. De pęnitentia, patet eius inſtitutio Ioannis. Quorum remiſeritis peccata, & Matth. 16. quodcunque ligaueritis ſuper terram. De extrema unctione dicitur, quòd fuit inſtituta a Iacobo. Iac. Infirmatur quis in uobis &c. ſed melius eſt dicere, quòd fuerit inſtituta a Chriſto. Legimus enim Marci, quòd apoſtoli ungebant oleo multos infirmos, & ſanabantur, conſtat autem, quòd hoc non fecerunt niſi in uirtute Chriſti, qui inſtituerat illam unctionem. De matrimonio idem apparet Matt. Nō legiſtis inquit, ꝙ maſculum, & fæminam fecit eos dominus, & dixit ſupple per os Adę quamobrem relinquet homo patrē, & matrem &c. vbi Chriſtus approbat, & ratificat id quod Deus in ſtatu innocentiæ per os Adę publicauit de ordine, patet Matth. Hoc facite in meam commemorationem.

Quō omnia ſacramenta ſint a Deo inſtituta.

Cap. vltimo. *Cap. 6.* *Cap. 26.* *Cap. 20.* *cap. 20.* *Cap. 26.* *cap. 26.* *cap. 5.* *cap. 6.* *cap. 19.* *cap. 26.*

¶ Ad primum principale cū dicitur ſunt tantum duo vulnera .ſ. culpæ, & pœnæ, cō ceditur, ſed illa vulnera habent diuerſas differentias, & pænes earum differentias ſumitur ſacramentorum pluralitas, vt patet in ſecunda concluſione huius quæſtionis.

Vtrum

Vtrum ſacramenta nouæ legis habeant efficaciam à paſſione Chriſti?

Scotus 4. ſenten. diſtinc. 2. q. 1.
D. Thomas 3. par. q. 62. Artic. 5.
Ricardus 4. ſententiarum diſtinctio. 3. quæſt. 3. Art. 4.

QVAESTIO II.

AD ſecundam quæſtionem ſic proceditur. Videtur q ſacramenta nouæ legis non habeant efficaciã a paſſione Chriſti, quia cauſa in actu, & effectus in actu ſimul ſunt, & non ſunt ex 2. phiſicorum, & 5. methafiſicæ. Sed paſſio Chriſti non eſt in actu, igitur nec aliquis eius effectus eſt in actu per eam. In contrariũ eſt Magiſter in litera.

2. phyſ. contex. 37. & 5 met. contex. 2.

¶ Ad iſtam quæſtionem dicam duas concluſiones.

¶ Ad cuius euidentiam eſt nominandũ, quòd ſicut ſuperius dicebatur, ſacramentum eſt ſignum ſenſibile gratiam Dei, vel eius effectum gratuitum efficaciter ſignans ex inſtitutione diuina ordinatũ ad ſalutem hominis uiatoris. Et ſic ſacramenta habere efficaciam eſt ipſa realiter habere effectum ſignatum, puta gratiam, ergo ab illo habent ſacramenta efficaciam a quo eſt quòd effectus eius realiter concomitetur, ſed hoc dupliciter poteſt eſſe, uel tanquam a cauſa principaliter cauſante, uel ſicut a cauſa meritoria.

¶ Eſt ergo prima concluſio, q ſacramenta habent efficaciam a ſolo Deo, ſicut a cauſa principaliter cauſante.

¶ Secunda concluſio eſt quòd ſacramenta habent efficaciam a paſſione Chriſti ſicut á cauſa meritoria. Prima concluſio probatur dupliciter.

C^{lio} ſacramenta habeant efficaciam a paſſione Chriſti

¶ Primo ſic. Efficacia ſacramentorũ non poteſt eſſe ab aliqua inferiori cauſa inſtituente ipſam. Sed ſolus Deus inſtituit ſacramenta, ut patet ex tertia concluſione præcedentis quæſtionis, ergo.

¶ Secundo ſic, ſolus Deus determinat ſe ad cauſandum effectum proprium alias Deus non eſſet prima cauſa ſi poſſet aliũde determinari. Sed effectus ſignati per ſacramẽta ſunt proprij ſoli Deo, quia ſolus Deus poteſt cauſare gratiam, igitur a ſolo Deo ſacramenta habent efficaciã ſicut cauſa principaliter agente, & cauſante.

¶ Contra iſtam concluſionem inſtatur dupliciter.

¶ Primo ſic, effectus non adæquans uirtutem cauſæ ſuperioris poteſt produci a cauſa inferiori. Sed effectus ſignati per ſacramenta cum ſint finiti non adæquant uirtutem primæ cauſæ, quæ eſt infinita, ergo poſſunt eſſe ab aliqua cauſa inferiori.

¶ Secundo ſic, illud quod poteſt effectũ ſignatum per ſacramenta deſtruere poteſt ipſum efficere, ſed homo eſt huiuſmodi probatur, quia homo peccando poteſt effectum ſignatum per ſacramenta deſtruere, igitur poteſt ipſum efficere.

¶ Ad primum dico, quòd creatio licet non adæquet potentiam Dei in eſſe, adæquat eam tamen in modo producendi, quia talis modus non competit alicui uirtuti finitæ.

Creatio q^{lr} adæquet potentiam Dei

¶ Ad ſecũdum poteſt negari maior, quia facilius eſt deſtruere, quam conſtruere. Alio modo poteſt negari minor, nec probatio minoris ualet, quia cum homo peccat mortaliter non annihilat ipſe gratiam, ſed eſt cauſa demeritoria propter quod demeritum Deus non conſeruat gratiam, & ſic annihilatur.

Nota & bene.

¶ Secunda concluſio probatur. Ab illo ſacramento efficaciam habent ſicut a cauſa meritoria, qđ plus acceptat Deus quam diſplicet ſibi offenſa primi parentis. Sed talis fuit paſſio Chriſti, ut patet per Anſ. li. Cur Deus homo, & declarabatur ergo &c.

¶ Secundo ſic, ab illo ſacramẽto habẽt efficaciam ſicut a cauſa meritoria per qđ ſunt nobis paradiſi oſtia reſerata. Sed illud fuit paſſio Chriſti, ergo.

Lib. 3. diſt. 2.

¶ Sed contra illam concluſionem inſtatur tripliciter.

¶ Primo, quia ſi reſpectu gratiæ eſt aliqua cauſa meritoria iam non eſt gratia, quod enim datur ex meritis non eſt gratia (ſecundum Apoſtolum) ad Romanos.

cap. 9.

¶ Secundo, ſi ſacramenta habent efficaciam a paſſione Chriſti, ut a cauſa meritoria, igitur baptiſmus, & eucharіſtia nõ

habent efficaciam illam probatio conſequentiæ, quia illa ſacramenta fuerunt inſtituta ante paſſionem Chriſti, ergo.

¶ Tertio ſic, ſi ſacramenta habent efficaciam a paſſione Chriſti hoc eſt maxime verum de vulnere lateris ſui à quo ſecundum Auguſtinum fluxerunt ſacramēta.

15. de ciui. Dei ca. 26.

Sed hoc videtur falſum, quia. ſ. hoc vulnus fuit inflictum poſt mortem, corpus autem mortuum non eſt cauſa merendi.

¶ Ad primum dico, ꝙ intentio apoſtoli eſt, ꝙ gratia non habet cauſam meritoriam de condigno in illo cui confertur, poteſt tamen habere cauſam meritoriā de congruo in eodem, & meritoriam de condigno extrinſecam, maxime ſi illa cauſa meritoria extrinſeca ſit gratuitè data illi pro quo eſt meritoria.

Triplex eſt meritum vide D Bona. in 4 ſen diſtinc. 41.

¶ Ad ſecundum poteſt dici, ꝙ omnia ſacramenta nouæ legis habent efficaciam a paſſione Chriſti, ut exhibita non quidem in actu exteriori, ſed interiori, ab inſtanti enim ſuæ conceptionis habuit Chriſtus meritum ſuæ paſſionis. Vel poteſt dici, ꝙ ſacramenta nouę legis omnia adhuc uiuente Chriſto habuerūt adhuc minorem efficaciam, quam poſt eius paſſionem. Et tamen non fuit inconueniens quòd inſtituerentur ipſo viuente, quia erant inſtituta pro tunc, ſed pro tempore poſt mortem habuerunt principalem efficaciam.

¶ Ad tertium dicitur, ꝙ ſi illud vulnus fuit inflictum Chriſto poſt mortē, ut narrat euangelium tunc ſacramenta non fluxerunt ab illo, tanquam a cauſa principaliter meritoria, tamen dicūtur inde principaliter fluxiſſe propter quandam ſimilitudinem expreſſam eorum, quę inde fluxerunt ad ſenſibilia, quæ ſunt in quibuſdam ſacramentis. Sanguis enim ſpiritualibus aſſimilatur ſpeciei ſub qua eſt ſanguis in euchariſtia, & aqua ſpiritualius aſſimilatur materię baptiſmi, quæ duo ſunt principalia ſacramenta. Et ille intellectus poteſt haberi extra de celebratione miſſarum, in fine, ubi dicitur, ꝙ in illis duobus. ſ. aqua, & ſāguine duo maxima ſacramenta redemptionis, & regenerationis relucent.

Ioannis 19

¶ Ad argumentum principale cum dicitur, ꝙ cauſa in actu &c. concedit maior, ſed cum additur paſſio Chriſti non eſt in actu. Dico ꝙ licet non ſit in actu in effectu, eſt tamen in actu in acceptatione diuina, & hoc ſufficit, ut ſit cauſa meritoria. Sicut etiam nos proximis noſtris multa conferimus propter aliquod bonum, quod in memoria retinemus.

Vtrum baptizatus baptiſmo Ioannis neceſſario tenebatur baptizari baptiſmo Chriſti?

Seraphicus Bona. 4. ſent. diſtin. 2. q. 3. Art. 2.
Scotus 4. ſent. diſt. 2. q 2.
D. Thomas 3. parte quæſtio 38. Artic. 6.
Ricardus quarto ſenten. diſt. 2. q. 4.
Durandus 4. ſenten. diſtin. 2. q. 4.
Ioannes Bacconitanus 4. ſenten diſt. 6. q. 1.

QVAESTIO III.

AD tertiam quæſtionem ſic proceditur. Videtur ꝙ baptizatus baptiſmo Ioānis non teneatur neceſſario rebaptizari baptiſmo Chriſti, quia Magiſter dicit in litera. c. vlti. ꝙ qui ſpem poſuerūt in baptiſmo Ioannis, & patrem, & filium & ſpiritum ſanctum credebant non ſunt poſtea baptizandi.

¶ Contra, de conſecratione, & accipitur ab Auguſtino ſuper Ioannem. Si quos baptizauit Iudas non iterum ſunt baptizandi, quos autem baptizauit Ioannes iterum baptizandi ſunt.

Diſtinct. 4. capit. aliud homelia. 5.

¶ Ad iſtam quęſtionem dico tres concluſiones. Prima a quo fuit baptiſmus Ioannis inſtitutus, ſecunda ad quid fuit inſtitutus, tertia quæ erat eius efficacia. Nunquid erat tantæ efficacię, ꝙ baptizatus baptiſmo Ioannis non teneretur baptizari baptiſmo Chriſti.

QVANTVM ad primum dico, ꝙ baptiſmus Ioannis fuit inſtitutus a Deo, quia ait ipſe Ioannes Baptiſta. Qui me baptizare miſit, ille mihi dixit &c. *Ioan. 1.*

¶ Præterea, ſic arguit Chriſtus contra phariſeos. Baptiſmus Ioannis de cęlo erat an ex hominibus. Si ex hominibus non erat ei credendum, ſi de cęlo igitur ex Deo.

QVANTVM ad ſecundum dico, quòd baptiſmus Ioannis non fuit inſtitutus ad efficiendum, ſed ut ponit Magiſter ī litera fuit inſtitutus,

ad

ad ſignificandum baptiſmum Chriſti, & ad aſſuefaciendum homines ad baptiſmũ Chriſti Vnde ſuper illo uerbo. Matt. *Cap. 3.* dicit gloſſa, ego baptizo, ideſt tantum corpora lauo, quia peccata dimittere nequeo, ut ſicut naſcendo, & prædicando preeo, ſic baptizãdo ad baptiſmum Chriſti dirigam.

QVANTVM ad tertium, eſt ſciẽdum, quòd baptizatus a Ioanne poterat baptizari duobus modis, ſcilicet in forma tradita a Chriſto, uel in aliqua alia forma, utputa in nomine uenturi. Si quis autem fuiſſet baptizatus a Ioanne in forma tradita a Chriſto non erat ille rebaptizandus, quia ille non erat baptizatus baptiſmo Ioannis, ſed baptiſmo Chriſti. Si quis autem fuiſſet baptizatus a Ioanne in alia forma, puta in nomine uẽturi, uel alia conſiliari forma erat neceſſario baptizandus, quia præceptum generale obligat omnes. Sed præceptum generale eſt, quòd omnes baptizentur in forma tradita a Chriſto, igitur. Confirmatur ex alio, quia recipiens medicinam diſpoſitiuam, dum recipere medicinam completiuam, & perfectiuam. Sed baptiſmus Ioannis erat, ſicut diſpoſitio præuia ad baptiſmum Chriſti, ergo.

¶ Ad argumentum in contrarium dico, ꝙ Magiſter in illo puncto non tenetur.

DISTINCTIO III.

Circa iſtam diſtinctionem tertiam quæritur?

Vtrum definitio baptiſmi data a Magiſtro ſit bona?

Scotus 4. ſent. diſt. 3. q. 1.
D Thomas 3 parte. q. 60. Artic. 2.
Ricar. 4 ſent diſt. 1 q. 1. Artic. 1.
Durandus 4. ſent. diſt. 1. q. 1.

QVAESTIO I.

POſt hoc uidendum eſt. Circa iſtam diſtinctionẽ tertiam, quæruntur tres queſtiones. Primo utrũ illa ſit rõ diſſinitiua baptiſmi, quã ponit Magiſter, ſcilicet. Baptiſmus eſt intinctio, ideſt ablutio corporis exterior facta, ſub forma uerborum præſcripta, ſecundo utrũ hæc ſit forma baptiſmi. Ego te baptizo in nomine patris, & filii, & ſpiritus ſancti Amen. Tertio utrum ſola aqua naturalis pura ſit materia conueniens baptiſmi?

AD primam quæſtionem, ſic proceditur. Videtur, quòd ſit illa ratio ſacramẽti baptiſmi diſſinitiua, quam ponit Magiſter, ſcilicet. Baptiſmus eſt intinctio, &c. quia pars ſacramenti baptiſmi non prædicatur de toto baptiſmo. Sed ablutio eſt partes ſacramenti baptiſmi, ergo non prædicatur de toto. Minor probatur, quia ad ſacramentum baptiſmi non ſolum cõcurrit ablutio cum aqua, ſed concurrit etiam prolatio uerborum. Contra eſt Magiſter in litera.

¶ Ad illam quæſtionem dico tres concluſiones. Prima cuiuſ entis eſt diſſinitio, ut patuit. Eſt enim diſſinitio entis poſitiui per ſe unius entis realis compoſiti realiter habentis conceptum utilem, ſeu comunem. Cuius concluſionis declarationem uideas in quæſtione ſupra. *1. q. huius 4.*

¶ Secunda concluſio eſt, ꝙ baptiſmi eſt aliqua ratio diſſinitiua, quia eſt ens poſitiuum per ſe unum unitate conceptus, nec eſt ſimpliciter ſimplex, & habet conceptum cõmunem, ſed omne tale eſt diſſinibile, ergo baptiſmi eſt aliqua diſſinitio.

¶ Tertia concluſio eſt, quæ ſit eius ratio diſſinitiua. Vbi nondum, quòd baptiſmus eſt ſignum ſenſibile, & ut eſt ſignũ importat relationem, de cuius relationis fundamento poſſumus dupliciter loqui. *Quid ſit baptiſmus.* Vno modo, quòd eius fundamentum ſit non ſolum ablutio, ſed etiam uerba. Alio modo, quòd eius fundamentum ſit ſola ablutio, quamuis habeat alia concomitãtia rationem diſſinitiuam baptiſmi, ſecũdum duplicem opinionem, ſicut uerba prolata cum intentione baptizandi. *Quid ſit eius fundamentum.*

¶ Ad propoſitum ſi teneatur iſta uia ultima, poteſt poni talis ratio diſſinitiua baptiſmi. Baptiſmus eſt abſolutio hominis aliqualiter cõſentientis facta ab alio in aqua abluẽte, ſub certis uerbis ſimul cum intentione debita proferente ſignificans efficaciter, ex inſtitutione diuina ablutionem animę a peccato. *Definitio baptiſmi.* Si autem teneatur alia uia, ſcilicet quòd uerba cum ablutione, ſunt fundamentum batiſmi, tunc poteſt poni alia ratio baptiſmi. *Alia deſinitio baptiſm*

Baptiſmus eſt ſacramentum ablutionis animæ a peccato conſiſtens in ablutione hominis aliqualiter conſentientis facta ab alio abluēte, & in uerbis certis ab eodem abluente cum debita intentione ꝑlatis, nec eſt differentia inter illas rationes baptiſmi, niſi per hoc ſolum, quòd una ponit ablutionem in recto alia ablutionem, & uerba ex equo quæ differentia conſurgit ex diuerſo modo concipiendi, uel opinandi de fundamento huius religionis, ut dicebatur in principio huius tertiæ concluſionis. Ex hoc patet, quòd diffinitio baptiſmi data à Magiſtro, ſcilicet quòd baptiſmus eſt ablutio, &c. loquitur ſecundum opinionem dicentem, quòd ablutio circunſtantionata eſt fundamentum baptiſmi.

Quæ ſit deſinitio baptiſmi data à Magiſtro.

¶ Ex dictis patet ad argumentum principale per ea q̃ dicta ſunt in concluſione.

Virū forma baptiſmi ſit iſta, ego te baptizo in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti Amen?

Seraphicus Bona. 4. ſent. diſtinct. 3. quæſt. 1.
Scot. 4 ſententiarum diſtinc. 3. q. 2.
D Thomas 3. parte quæſtio 66. Art. 5.
Ricardus 4. ſententiarum diſtinct 3. 7. 3.

QVAESTIO II.

AD ſecundam quæſtionem ſic proceditur. Videtur, quòd illa non ſit forma baptiſmi. Ego baptizo te in nomine patris, & filii, & ſpiritus ſancti, quia cuiuſcunque habentis formam, & materiā illius forma, eſt in materia. Sed iſta uerba nō ſunt in materia baptiſmi, quia nec ſunt in aqua, nec in ablutione, ergo, &c.

¶ Contra. Extra de baptiſmo, & eius effectu c. ſi quis dicitur, ſi quis ter puerum immerſerit in aqua, uel in aquam miſerit in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti, & non dixerit Ego te baptizo, &c. non eſt puer baptizatus.

¶ In illa quæſtione ſunt tres articuli. Primus eſt, ſi aliqua verba ſunt forma baptiſmi. Secundus, quæ ſunt illa uerba quæ ſunt forma baptiſmi. Tertius ſi illa uerba poſſint mutari, uel uariari, ſine periculo baptizati, ut uere ſit baptizatus.

QVANTVM ad primum articulum dico, quòd aliqua uerba ſunt forma ſacramenti baptiſmi, quia ubi concurrit aliquod ſignum uiſibile, & concurrunt uerba in fundamento illius reſolutionis, tunc uerba poſſunt dici forma eius, ſed ſic eſt in ſacramento baptiſmi, ubi concurrit ablutio, tanquam fundamentum, & uerba tanquam determinantia ipſum, ergo uerba ſunt eius forma. Maior declaratur, quia materiæ eſt determinari, & formæ proprium eſt determinare, cum igitur uerba determinent ablutionē baptiſmalem uerba ſunt ibi, ſecundum iſtā methaforam tanquam forma.

Quæ ſunt illa verba quę ſunt forma baptiſmi.

Materię eſt determinari, formæ uero eſt determinare.

¶ Præterea, quando ad aliquem actum concurrunt duo, ſemper principalius tenet locum formæ. Sed ad baptiſmum cōcurrunt duo, ſcilicet ablutio exterior, & uerba, uerba autem ſunt principaliora quod patet ſecundum Auguſtinum dicētem. Verba inter omnia ſigna tenent principatum in ſignificando, ergo aliqua uerba ſunt ibi forma.

2. de doctrina Chriſtiana cap. 1.

SED tunc quæritur illa uerba, quæ ſunt forma baptiſmi, & hoc ſpectat ad ſecundum articulum, ubi ſunt duæ concluſiones.

¶ Prima eſt, quòd forma baptiſmi in eccleſia Romana eſt illa. Ego te baptizo in nomine patris, & filii, & ſpiritus ſancti amen. Quam formam tenetur quilibet miniſter ſeruare in prædicta eccleſia, quia ſic Romana eccleſia inſtituit, ut notatur extra de baptiſmo, & eius effectu, cap. ſi quis.

Quæ ſit forma Baptiſmi

¶ Secunda concluſio eſt, quòd forma baptiſmi in eccleſia Græcorum eſt illa. Baptizetur ſeruus Chriſti, in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti. In qua forma non exprimitur perſona miniſtri, ſicut in alia, & hoc ad euitandum ſciſmá, ut ponit. j. ad Corinth. Gloriabantur. n. baptizati de miniſtris dicentes, ego quidem Pauli, ego autē Apollo, ego uero Cæphe. propter quod Apoſtolus concludit dicens diuiſus eſt ergo Chriſtus?

Forma Baptiſmi Græcorum.

Cap. 1.

¶ Ad tollendum igitur illud ſciſma ordinatum eſt in eccleſia Græcorum, quòd nomen miniſtri non exprimeretur.

QVANTVM ad tertium articulū. Si illa uerba, ſeu forma poſſet uariari, ſine periculo baptizati, uel illius qui immergitur, ita quòd uere eſſet baptizatus.

tus. Hic ſunt tres opiniones.

¶ Vna dicit, quod quæcunque uariatione facta circa uerba, dummodo tres perſonę exprimantur, integrum eſt ſacramētum baptiſmi.

Vide D Th. 3 par. q. 66 art. 5. ¶ Alia opinio, quæ eſt Tho. eſt totaliter ad oppoſitum, quæ dicit, quòd neceſſe eſt prædictam formam totā ſeruare, alias ſacramentum non eſſet integrum.

Opinio Sco. ¶ Tertia opinio eſt, quam ſequitur doctor, uidetur quòd illa uariatio poteſt eſſe quadrupliciter. Vel ex parte miniſtri, uel ex parte actus, uel ex parte ſuſcipientis, uel ex parte clauſulę ſequentis, *Variatio Baptiſmi poteſt conſiderari quatuor modis.* ſcilicet in nomine patris, &c. Si autē fiat uariatio ex parte miniſtri, puta quia baptizans non dicit ego, integrum eſt ſacramentum, ſicut patet de Græcis, qui uerè baptizant, & tamen non proferunt pronomen ego, ille tamen ſic faciens in eccleſia Romana mortaliter peccaret. Si autem uariatio fiat in actu exprimendo illum modum in optatiuo modō, & non indicatiuæ, ſic baptizetur ſeruus Chriſti in nomine patris, &c. adhuc eſſet integrum ſacramentum, ſicut patet de Grecis. Si autem fiat uariatio in ſuſcipiente, *Variatio Baptiſmi poteſt fieri ſex modis.* ſacramentum non eſt integrum. Si autē fiat uariatio in clauſula ſequente, ſcilicet in nomine patris, &c. Dico quòd poteſt fieri ſex modis, ſicut ponit Bonauentura, *D. Bon. in 4 diſt. 3. q. 6.* ſcilicet mutando, addendo, corrumpendo, transponendo, interponendo, & plura eodem uerbo implicando. Mutatio fit ut ſi diceretur, baptizo te in nomine patris genitoris, geniti, & ſpirati, & tunc nō eſſet baptiſmus, quia licet idem ſignificent, tamen alium modum ſignificandi habent, & Chriſtus uoluit perſonas nominari propriis nominibus perſonarum.

Additio fit tribus modis. Additio fit modis tribus, quia eſt una additio cōtra fidē, ut ſi diceretur baptizo te in nomine patris maioris, & filii minoris: Alia eſt additio quæ non eſt contra fidem, ut ſi diceretur, baptizo te in nomine patris omnipotentis, & filii, & ſpiritus ſancti. In prima additione nihil fit, ſed in ſecunda ſicubi faciens nullum intenderet inducere errorem.

Corruptio fit duobus modis. Corruptio fit dupliciter Aliquando eſt tanta, quòd nullo modo tenet ſenſum, & tunc nō eſt baptiſmus. Aliquando uero eſt modica, *Transmutatio fit trib. modis.* & tunc non corrumpit ſenſum, ut patet de balbutientibus, & habentibus linguā impeditam, & tunc non impedit quin ſit baptiſmus, ut patet de conſecra. di. 4. c. retulerunt, de illo presbitero linguæ latinæ imperito, qui dixit, ego te baptizo in nomine patria, & filia, &c. Tranſmutatio ſit tripliciter. Quia aliquando uariat orationis ſententiam, ut ſi diceretur Ego patris baptizo te in nomine filii, & ſpiritus ſancti. Aliquando non uariat orationis ſententiā, ut ſi diceretur, ego te baptizo in nomine filii, & patris, & ſpiritus ſancti. Prima tranſmutatio impedit baptiſmum, ſecunda uero non, niſi ageret ex malitia uolens miniſter inducere errorē.

Implicatio fit duobus modis. Interpoſitio autem uel intermiſſio fit dupliciter, quia aut eſt tanta, quòd diſcontinuat intentionem, & longam facit moram, ut ſi inciperet formam baptiſmi, & poſtea iret ad comedendum, uel ad forū, & tunc nihil fit niſi reincipiatur, aut eſt parua morula, ut ſi inceptis uerbis ſternutaret, & tunc eſt baptiſmus. *Interpoſitio fit duobus modis.* Implicatiō autem pluriū fit duobus modis. Vnus ſit ſic, baptizo te in nomine trinitatis. Alius eſt, baptizo te in nomine Chriſti. In primo nihil fit, quia Chriſtus uoluit in baptiſmo perſonas exprimi diſtinctæ, Matth. in trinitate, autem exprimuntur *Cap. ultimo.* implicitæ. Sed de ſecundo modo dubiū eſt, utrum, ſcilicet baptizatus in nomine Chriſti eſſet baptizatus maxime pro *Dubium notabile.* tempore iſto, quia aliquo tempore, bene licuit baptizare in nomine Chriſti, ut patet Actuum, ideo de tali tenenda eſſet regula, quæ ponit extra de baptiſmo, & *Cap 2.* eius effectu.

¶ Ad argumentum principale, patet in prima, & ſecunda concluſione quomodo uerba ſunt huius ſacramenti forma.

Vtrum aqua materialis pura, ſit materia conueniens Baptiſmi?

Scotus 4. ſent. diſt. 3. q 3.
D. Thomas 3. part. q. 66. Art 3.

QVAESTIO III.

AD tertiam quæſtionem ſic proceditur. Videtur, quòd non ſolum aqua naturalis pura ſit materia conueniens baptiſmi, quia quæ habent eadem accidentia

dentia ſunt eiuſdem ſpeciei, ſed aqua naturalis, & artificialis habent eadem accidentia, ſcilicet humiditatem, frigiditatẽ, & perſpicuitatem, ergo ſunt eiuſdem ſpeciei. Si ergo aqua naturalis eſt ſufficiens materia baptiſmi eodem modo aqua artificialis erit. Maior patet, quia ex accidentibus deuenimus in cognitionẽ ſubſtantiarum 1 de anima.

[1. de anima Contex 11.]

¶ Contra. Ioannis 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & ſpiritu ſancto.

¶ Ad iſtam quæſtionem dico tres concluſiones. Prima eſt ꝙ aqua naturalis eſt materia baptiſmi. Secunda concluſio quod ſola aqua naturalis eſt materia ſufficiens per ſe baptiſmi, tertia ꝙ aquæ artificiales non ſunt materia baptiſmi. *[cap. 3.]*

¶ Prima cõcluſio patet, quia ille humor eſt materia baptiſmi in quo Chriſtus determinauit baptiſmum fieri, ſed hic eſt aqua, vt patet Ioan. & Matth. ergo, &c. *[cap. 3.] [cap. 3.]* Quare autem Chriſtus ſic inſtituit, vt in aqua fieret baptiſmus aſſignatur talis congruentia. Congruum eſt baptiſmum fieri in illo humore qui eſt frigidus, fluidus, lucidus, & communis omnibus. Sed aqua eſt huiuſmodi humor, ergo congruum fuit baptiſmum fieri in aqua. Minor eſt euidens. Maior declaratur ſic. *[Doctrina ſingulariſſima.]* Cũ enim baptiſmus fit ad reprimendum feruorem concupiſcentiæ, ad flectendum rigorem inobedientiæ, ad illuſtrãdum aciẽ intelligentiæ, & obligat omnes, tam diuites, quam pauperes debet fieri in illo humore qui eſt frigidus ad reprimendum feruorem concupiſcentiæ, qui eſt humidus ad flectendum rigorem inobedientiæ, qui eſt perſpicuus ad illuſtrandum aciem intelligentiæ, & qui eſt communis omnibus diuitibus, & pauperibus, ne q̃s ſe excuſaret propter aſſiſtẽtiam inopiæ.

¶ Secunda concluſio probatur. Illud ſolum eſt ſufficiens materia baptiſmi, in quo circumſcripto quocunque alio humore, uel liquore poteſt aliquis baptizari. Sed huiuſmodi eſt aqua, ergo, &c.

¶ Tertia concluſio probatur. Aquæ quæ variant ſpeciem aquæ naturalis, non ſunt materia baptiſmi, ſed aquæ artificiales ſunt huiuſmodi, ergo aquæ artificiales non ſunt materia baptiſmi. *[Quomodo fiant aquæ artificiales.]* Minor probatur, primo, quia aquæ artificiales fiunt ex quocunque non ſeruato proceſſu naturæ per determinata media. Sed aquæ naturales fiunt per determinata media a natura ſeruato proceſſu naturæ.

¶ Secundo ſic. Aquæ artificiales fiunt ꝑ actionem ignis decoquentis. Sed ignis non uidetur ſufficiens in uirtute actiua, ad conuertendum quęcunque in aquam naturalem, ſeu artificialem, uel elementarem, ergo, &c.

¶ Tertio ſic, philoſophus, quarto metheorium dicit. Sciãt artifices alchimię ſpecies rerum tranſmutari non poſſe, ergo per artem non poteſt reſolui mixtum in aquam elementarem. *[In Auicenna expreſſe habetur.]*

¶ Quarto ſic. Cauſæ differentes ſpecie habent effectus differentes ſpecie. Sed ars, & natura differunt ſpecie, ergo habent effectus differentes ſpecie, igitur aquæ quę eſt ab arte, nõ eſt eiuſdem ſpeciei cum aqua naturali.

¶ Contra hoc arguitur dupliciter. Primo ſic, mixtum eſt groſſius, quam aqua elementaris, ſed aliqua aqua artificialis eſt ſubtilior aqua naturali, igitur illa aqua artificialis non eſt aliquid mixtũ, ergo eſt elementum, & conſtat, quòd nõ eſt aliud elementum, quàm elementum aquæ, ergo, &c.

¶ Secundo ſic. Facilior eſt reſolutio quã generatio, ſed ars dęmonum ſtatim producit, ex aqua aliquod mixtum, quia producit ranas. Exodi, *[cap. 7.]* ergo per artem ex mixto poteſt ſtatim produci elementum aquæ.

¶ Ad primum dico, quòd duplex eſt ſubtilitas, ſcilicet ſubtilitas ſimplicitatis, & ſubtilitas penetratiua uirtutis actiuæ. *[Duplex ſubtilitas.]* Nunc autem aqua artificialis, eſt ſubtilior aqua elementari ſubtilitate penetratiua, & non ſubtilitate ſimplicitatis, ergo, &c.

¶ Ad ſecundum dico, quòd aliud eſt dicere artem producere aquam, & aliud eſt dicendum adhibere artem actiua, paſſiuis, quibus adhibitis generat mixtum. Concedo ergo bene, quòd ars poteſt adhibere actiua naturalia, paſſiuis naturalibus, quibus coniunctis ſequitur actio. Sed non tanquam ab arte, ſed tanquã ab actiuis, & paſſiuis naturalibus.

¶ Ad argumentum in contrarium dico, quod licet aqua artificialis habeat aliqua communia accidentia cum aqua naturali: tamen habet aliqua diſſimilia a tota ſpecie. *[Quomodo aqua artificialis, & naturalis differant.]*

DI-

DISTINCTIO IIII.

Circa diſtinctionem quartam quæritur,

Vtrum paruuli ſint baptizandi?

Scotus 4. ſent. diſt. 4 q. 1.
D. Thomas 3. parte q. 68. Art. 9.

QVAESTIO I.

HIC ſit dicẽdum eſt, circa iſtã diſtinctionẽ quartã, ad primam, ſecundam, & tertiam eius partes quæro primo. Vtrum paruuli ſint baptizandi? Secundo. Vtrum paruuli recipiant effectum baptiſmi? Tertio. Vtrum adulti recipiant effectum baptiſmi.

AD PRIMAM quæſtionem, ſic proceditur. Videtur, quòd paruuli non ſint batizandi, quia baptiſmus eſt medicina contra peccatum. Sed paruuli non habent peccatum ergo, &c. Minor probatur. Peccatum enim non eſt ſine electione, & uoluntate, per Auguſtinum de uera religione. Sed paruuli non habent electionem, ergo, &c.

¶ Contra. Beda, & ponitur in ultimo cap. primæ diſtinctionis illius quarti. Qui dudum clamabat per legem. Anima cuius præputii caro circuncisa non fuerit peribit de populo ſuo. Nunc per euangeliũ clamat, niſi quis renatus fuerit, &c.

¶ Ad iſtam quæſtionem reſpondeo, & primo ponam unam opinionem Pelagianorum. Secundo opinionem ueram quæ eſt catholicorum. Tertio ſoluam rationes hæreticorum.

QVANTVM ad primum eſt opinio Pelagianorum, quòd paruuli nõ ſunt baptizandi, quia baptiſmus eſt contra peccatum, ſeu contra morbum peccati originalis, ſed paruuli non habent peccatum originale, ergo nõ ſunt baptizandi. Minor probatur. Primo per Auguſtinũ, quia peccatum ideo eſt peccatum, quia uoluntarium, ſed nihil eſt uoluntarium in paruulis, quia non habent uſu rationis, ergo in eis non eſt peccatum.

Vide in libro 2. diſtinctio 30.

Vbi ſupra.

¶ Secundo ſic, nullus peccat in eo quod uitare non poteſt, per Auguſtinum in tertio de libero arbitrio, ſed paruulus hanc uitare non poteſt cum hoc contingat ſibi a conceptione ſua, ergo.

¶ Tertiò per argumentum Iuliani ſicut refert Magiſter ſecundo ſñiarum, non peccat ille qui naſcitur, nec peccat ille qui condidit, per quas igitur rimas inter tot præſidia innocentiæ peccatum fingit ingreſſum. *Diſtinc. 2.*

¶ Quarto ſic, defectus naturalis non eſt imputabilis ad peccatũ, ſed omnis defectus qui cauſatur in paruulis, eſt naturalis, ergo, &c. Maior patet tertio ethicorum, ubi dicitur quòd ceco nato nullus improperabit, ſed magis miſerebitur. *3. Eth. c. 8.*

¶ Contra iſtam opinionem arguitur ſic: Baptiſmus eſt contra morbum peccati originalis, ſed paruuli habent peccatum originale, ergo paruuli ſunt batizandi. Minor probatur, quia ait Gregorius ſuper Exod. in gloſa, omnes in peccato nati ſumus ex carnis delectatione concepti cũlpam originalem traximus nobiſcũ. *Greg. ſuper Exod.*

¶ Item Auguſtinus ſuper pſal. Dauid. Dixit ſe iniquitatibus conceptum, quia in omnibus cõtrahitur iniquitas ex Adã. Et Auguſtinus libro de fide ad Petrum. Firmiſſime tene, & nullatenus dubites, omnem qui per concubitum uiri, & mulieris concipitur cum peccato originali naſci. *Pſal. 55.* *Cap. 23.*

¶ Præterea. Auguſtinus in libro de baptiſmo paruulorum: Adam per præuaricationis exemplum infecit in ſe omnes de ſua ſtirpe uenturos.

¶ Præterea. Peccatum originale eſt formaliter carentia iuſtitiæ originalis, ut patuit in ſecundo libro, ſed omnes cõmuniter propagati carent originali iuſtitia, ergo omnes habent peccatum originale. Non autem intendo per iſtas rationes includere Virginem benedictam, oportet tamen de ea ſingulariter loqui. Et ſecundum Auguſtinum. Cum de peccatis agitur de Maria nullam prorſus uolo habere quæſtionem. Teneo igitur quòd paruuli cum habeant peccatum originale baptizandi ſunt. *2. lib. ſent. diſt. 30. q. 1.* *De natura, & gratia circa med. & ponitur in litera cap 3.*

¶ Ad argumenta autem alterius opinionis.

¶ Ad primum dico, quòd illud uerũ eſt de peccato actuali. Si autem intelligatur

de pec-

de peccato originali. Dico quòd non oportet peccatum ſimpliciter eſſe uoluntarium habenti ipſum, ſed eſſe uoluntariũ ei, uel illi a quo contrahitur, fuit aũt ꝑ actum uolũtariũ Adæ, a quo cõtractũ eſt.

An peccatum ſit uoluntarium.

¶ Ad ſecundum dico eodẽ modo, quòd nullus peccat in eo, quod uitaré non poteſt, aut in ſe, aut in alio, qui pro ipſo accepit habitum oppoſitum uitio. Potuit autem hoc uitari in alio, puta in Adam ſi non peccaſſet, qui acceperat iuſtitiam originalem pro ſe, & poſteris.

Libro 2. ui de Sco. in 2. ſent. diſt. 30.

¶ Ad tertium reſpondet Magiſter lib. 2. ait enim ſic. Iuliano per ſacram paginã, quòd per unum hominem intrauit peccatum in mundum, quia per unius hominis inobedientiã, ut ait apoſtolus.

Rom. 5.

¶ Ad quartum dico, quòd defectus nihil habens de uoluntario non eſt imputabilis. Sed ille defectus habet aliquid de uoluntario, quia ex uoluntate primi parentis ſeminatum eſt.

Dubium.

¶ Sed oritur dubium. Nam paruuli ſunt baptizandi, ut dictum eſt in ſecundo articulo, ſed interdum paruuli nõ poſſunt naſci, ſeu exire de utero materno, quæritur igitur ſi poſſunt ante ortum in matris utero baptizari. Et uidetur quòd non, quia coniunctum cauſæ ſuæ corruptiuę dum coniungitur non poteſt mundari ab illa corruptione, ſed paruulus in utero matris eſt coniunctus cauſæ ſuæ corruptionis, ergo in utero materno non poteſt mundari.

¶ Contra hoc, nam caro matris in paruulo non eſt cauſa corruptionis, niſi mediata caro autem paruuli eſt cauſa corruptionis immediata loquendo de corruptione originali. Si ergo ſtante coniunctione ad cauſam corruptionis non poteſt purgari ab illa parte, ſequitur ꝙ paruulus habens carnem ſuam nunquã a peccato originali poteſt purgari quod eſt contra fidem.

Quomodo paruulus in utero matris ſit coniunctus matri.

¶ Præterea, licet paruulus in utero matris ſit coniunctus matri localiter tamen diſtinctus ab ea perſonaliter, quia habet aliud corpus, & aliam animam, ſed diſtinctio perſonalis ſufficit ad diſtinctionem, ſecundum peccatum, & non peccatum, ergo non obſtante tali coniunctione locali propter diſtinctionem perſonalem, poteſt paruulus eſſe iuſtus.

¶ Præterea, ſi cum coniunctione iſta ad cauſam corruptionis nõ poſſet ſtare gratia in paruulo, ergo paruulus in utero nõ poteſt habere baptiſmum flaminis, uel ſanguinis, quorum utrunque eſt falſum. De flamine, patet de Hieremia Hiere. de Ioanne Baptiſta Lucæ, & de matre Chriſti, ut firmiter tenet eccleſia. De baptiſmo autem ſanguinis patet per hoc, quòd ſi quis perſequitur matrem grauidam, eadem de cauſa perſequitur filium in utero eius qua perſequitur matrem, ergo ſi mater occiditur propter iuſtitiã, uel propter fidem ſimiliter, & paruulus. Si autem paruulus occideretur, extra uterum haberet baptiſmum ſanguinis, ſi pro iuſtitia, uel fide occideretur, etiam non baptizatus. Ergo eodem modo rationabile eſt, quòd Deus non condẽnet eo pro ſimili cã in utero matris paſſum.

Tap. 1. Cap. 1.

Nota de baptiſmo ſanguinis.

Reſponſio ad dubium.

¶ Dico igitur ad iſtud dubium, quia uel puer eſt ſecundum omnes partes in utero matris ſuę, uel ſecundum aliquam partem apparet extra uterum. Si primo modo dico, quòd non poteſt baptizari, non propter hoc, quia eſt coniunctus cauſæ ſuæ corruptionis, ut dicebat præcedens opinio. Sed quia baptiſmus eſt ablutio corporis in aqua. Sed paruulus cum ſit in utero matris exiſtens non poteſt lauari cum nõ poſſit ab aqua tangi immediatæ. Si ſecundo modo, aut apparet pars principalis, ut caput, & tunc poteſt baptizari, non enim eſt uériſimile, quòd in die pentecoſtes quando baptizati ſunt tria milia Actuũ. ꝙ quilibet quantũ ad totũ corpus ſuũ lauaretur aqua, ſed præciſe quãtum ad faciem aſpergendo, uel quãtũ ad caput perfundẽdo, & in illo caſu, ſi puer poſtea naſceretur nõ oporteret ipſum de nouo baptizari. Si aũt apparet pars minus principalis, ſicut eſt manus, uel pes, illa eſt baptizanda, quia in ea eſt tota anima licet non omnes ſenſus, quia ſenſus uigent maxime in capite, & ſic adhuc minus ſufficeret ad hoc, quòd eſſet baptizatus eſto, ꝙ naſceretur ſub cõditione baptizandus eſſet, ut docetur extra de baptiſmo, & eius effectu, de quibus dubiũ eſt. Credendum eſt enim, ꝙ Deus ſuppleat in tali caſu, ſiquid per impotentiam eſt omiſſum.

Cap. 2.

Senſus in capite uigent.

¶ Ad argumentum in contrarium conceſſa maiore negetur minor. Ad probationẽ cum dicitur, quòd peccatũ non eſt

ſine

ſine electione. Dico quòd uerum eſt de peccato actuali, nego autem de peccato originali.

Vtrum Adulti non conſentientes recipiant effectum baptiſmi?

Seraphicus Bona. 4. ſent. diſt. 4. q. 1. Artic. 2.
Scotus 4. ſent. diſt. 4. q. 4.

QVAESTIO II.

AD ſecundam quæſtionem, ſic proceditur. Videtur, ꝙ paruuli non recipiant effectum baptiſmi, quia gratia nõ datur ſine fide. Sed paruuli non habent fidem, igitur eius non datur gratia. Minor probatur ad Romanos. *Rom. 10.*

¶ Cõtra. Auguſtinus in Enchiridiõ. Paruulus, ſiue decrepitus moritur peccato in baptiſmo, ſed nullus moritur peccato niſi recipiat gratiam, ergo.

¶ Ad iſtam quæſtionem dico tres cõcluſiones, ſecundum ꝙ paruuli in baptiſmo inter alia tria recipiũt. Prima concl. eſt, ꝙ paruuli recipiũt fidem infuſam in baptiſmo, ſecunda concluſio eſt ꝙ recipiunt caracterem, tertia concluſio eſt ꝙ recipiunt gratiam gratum facientem.

Cap. 11. PRIMA concluſio probatur, ſine fide eſt impoſſibile placere Deo, ut ait Apoſtolus ad Hæbreos, ſed paruuli, quã cito baptizantur placẽt Deo, ergo habẽt fidem, ſed non habent fidem acquiſitã, ergo habent fidem infuſam.

¶ Contra hoc obiicitur, quia habens habitũ poteſt uti habitu cum uoluerit. Sed paruulus baptizatus, etiam cũ peruenerit ad uſum rationis non poteſt uti habitu fidei quia non poteſt exire in actum credẽdi articulos fidei, ergo.

¶ Confirmatur. Quia habens habitum aliter ſe habet ad actum, quam non habens, ſed paruulus baptizatus non aliter ſe habet, nec alio modo ad actum credendi, quam ſi baptizatus non fuiſſet, ergo paruulus baptizatus non habet illum habitum infuſum. Minor probatur. Quia ſi paruulus baptizatus nutriretur inter infideles, & ab eis doceretur ita adhæreret errori eorũ, ac ſi non fuiſſet baptizatus.

¶ Ad illa dicitur tripliciter. Primo ſic, quando in aliqua potentia ſunt duo habitus diſperati unus infuſus, & alius acquiſitus ex actibus, tunc habitus acquiſitus inclinat potentiam ad actus contrarios actus habitus infuſi. Nunc autem in paruulo baptizato, & inter infideles nutrito eſt fides acquiſita contraria fidei infuſæ, ideo nõ poteſt exire in actum credendi. *Fides acquiſita contrariatur fidei infuſæ.*

¶ Secundo modo dicitur ad minorem illius obiectionis, quòd talis paruulus baptizatus; & inter infideles nutritus non alio mõ ſe hẽt ad actũ credendi quã ſi nõ fuiſſet baptizatus, quia quam cito deliberate conſentit errori eorum fides infuſa annihilatur.

¶ Tertio modo dicitur, quòd ſiue habitus habeat cauſalitatem reſpectum actus ſiue non, nulla uirtus infuſa poteſt probari ineſſe ex actibus, quia eædem rationes fierent de gratia, & tamen nullus certitudinaliter ſcit ſe habere gratiam, & ideo dicitur, quòd maior eſt uerè de habitibus acquiſitis, & non de habitibus infuſis. *Nota & bene.*

¶ Contra hoc obijcitur, quia ſi Deus infunderet alicui habitum geometriæ poſſet aſſentire ueritatibus geometriæ, ergo a ſimili ſi Deus infunderet alicui fidem poſſet aſſentire ueritatibus fidei. Sed hoc non ualet, quia habitus geometriæ eſt habitus habens euidentiam ex obiecto. Sed fides non habet euidentiam ex obiecto, quia iam non eſt fides. *Fides non habet euidẽtiam ex obiecto.*

SECVNDA concluſio perſuadetur breuiter, quia de hoc erit ſermo prolixior inferius. Congruum eſt ad formã perfectam ponere aliquam diſpoſitionẽ. Sed gratia eſt forma perfecta, & ſupernaturalis; ergo congruum eſt ad formam perfectam ponere aliquam diſpoſitionẽ ſupernaturalem. Illam autem diſpoſitionem uoco caracterem, ergo paruuli baptizati recipiunt caracterem. Confirmatur extra de baptiſmo, & eius effectu. c. maiores. vbi dicitur, quòd ſacramentalis operatio imprimit caracterem. *Diſt. 6. uel 7. huius quarti.*

TERTIA concluſio probatur. Deus pro ſtatu naturæ lapſæ de communi lege nulli dimittit culpam quin infundat gratiam. Sed paruulis in baptiſmo dimittitur culpa originalis igitur infunditur eis gratia.

¶Ad

Quomodo gratia non detur ſine fide.

¶ Ad argumentũ in contrarium cum dicitur, gratia non datur ſine fide. Conceditur de lege communi, ſed negetur minor.

¶ Ad probationem dico, ꝙ tenet de fide acquiſita, non ǭ tenet de fide infuſa, &c.

AD TERTIAM quæſtionem ſic proceditur. Videtur, quòd adulti baptizati non recipiant effectũm baptiſmi, quia ſi radix ſancta, & rami, ad Romanos. Si autem adulti reciperent effectum baptiſmi, tunc eſſent ſancti, ergo filii eorum eſſent ſancti, quod eſt falſum, quia tunc non haberent peccatũ originale, igitur. *Rom. 2.*

¶ Contra, quilibet moritur peccato in baptiſmo, ut dictum eſt per Auguſtinum in Enchiridion. Sed nullus moritur peccato, niſi recipiat gratiam, igitur.

Adultus dicitur quatuor modis.

¶ Ad iſtam quæſtionem dico præmittendo, quòd adultus dicitur quadrupliciter. Primo quia eſt adultus conſentiens, ſecũdo eſt adultus diſſentiens, tertio eſt adultus fictè recipiens, quarto eſt adultus ex aliqua cauſa accidentali non diſtinguens. Et ſic ſecundum iſtam diſtinctionem oportet dicere ad quæſtionem quatuor breues articulos.

PRIMVS ſi adultus conſentiens recipit effectum baptiſmi. Et dico quòd ſic, quia medicina perfecta habet effectũ ſuum in ſubiecto bene diſpoſitio. Sed baptiſmus eſt medicina perfecta contra morbum peccati originalis, igitur in homine adulto conſentiente, & bene diſpoſito tollit peccatum originale. Sed de lege communi nulli dimittitur peccatum originale, ſine gratia, igitur.

Non cõſentiens, poteſt intelligi duobus modis.

Diſſentire poteſt quis duobus modis.

Simpliciter, & ſecũdum quid.

SECVNDVS articulus eſt de adulto non conſentiente ſi talis recipiat baptiſmum, & effectum baptiſmi. Et dico ꝙ non conſentiens poteſt intelligi dupliciter negatiue, & contrariè. Negatiue, ut cum negat actualem conſenſum, contrariè uero cum ponit actualem diſſenſum. Et patet illa diſtinctio, quia non eſt idem non uelle, & nolle, vt dictum fuit diſt. j. primi. Iterum diſſentire poteſt quis dupliciter, uidelicet, ſimpliciter, & ſecundum quid. Nam qui propter tempeſtates proiicit merces in mari, ſimpliciter uult, & ſecundum quid non uult, ut patet tertio Ethicorum, cap. de uoluntario permixto. Et ſecundum illa dico ad hunc articulum tres concluſiones.

¶ Prima eſt, quòd non conſentiens ſimpliciter, nec ſecundum quid non recipit baptiſmum, nec effectum baptiſmi, quia Deus non uult aſcribere familiæ ſuę aliquem omnino inuitum. Sed diſſentiens ſimpliciter & ſecũdum quid eſt omnino inuitus, ergo Deus non uult hunc aſcribere familiæ ſuæ, talis autem aſcriberetur ſi reciperet baptiſmum, & effectum baptiſmi.

Diſſentiens ſecundum quid, & cõſentiẽs ſimpliciter recipit baptiſmum.

¶ Secunda concluſio eſt, quòd diſſentiens, ſecundum quid, & conſentiens ſimpliciter recipit baptiſmum ſicut patet de illo qui conſentit propter minas, hoc patet extra de baptiſmo, & eius effectu, c. maiores. Vbi uidetur ꝙ quidam ad Chriſtianitatem coacti ſunt, & nobis ſunt ſacramentis diuini ſociati.

¶ Tertia concluſio eſt, quòd ſi non conſentit negatiue recipit baptiſmum, quia non oportet ſemper in ſacramentis prębere actualem conſenſum, ſicut patet de ſacerdote conficiente corpus Chriſti, quia quando conſecrat poteſt alibi cogitare, & non habere actualem conſiderationem ad corpus Chriſti.

Diſtinctio iſtorum uirtualiter, & habitualiter patet 2. lib. diſt. 41.

TERTIVS articulus eſt de adulto fictè recipiente, ſi talis recipit baptiſmũ, & effectum baptiſmi. Et dico quòd fictus in recipiendo, poteſt dupliciter eſſe.

Fictus in recipiẽdo põt dupliciter eſſe.

¶ Vno modo, quòd oſtendat ſe uelle recipere ablutionem baptiſmi eodem modo, quo eccleſia intendit illam conferre, & tamen oppoſitum habet in animo, & talis non recipit ſacramentum, nec rem ſacramenti. Tamen eccleſia cogit eum ad obſeruantiam fidei Chriſtianæ, quia eccleſia pręſumit partem meliorem, ubi ſigna meliorem partem prætẽdunt, ſicut de matrimonio patet. Nam ſi quis iuraſſet alicui per uerba, de præſenti ſine teſtibus, & poſtea iuraret alteri cum teſtibus eccleſia ſtaret pro ſecundo matrimonio, cum tamen primum eſſet legitimum.

Semper eccleſia præſumit partem meliorem.

¶ Alio modo poteſt aliquis eſſe fictus oſtendendo ſe eſſe diſpoſitum ad recipiẽdum ſacramentum, & tamen interius eſt indiſpoſitus propter infidelitatem, uel aliud peccatum mortale in quo uellet remanere, & illo modo loquuntur doctores de ficto baptiſmo dicentes, quòd nõ

reci

recipit rem ſacramen.i.Cuius ratio eſt, quia Deus non iuſtificat niſi uolentem ſecundum illud Aguſtini. Quiu creauit te ſine te,nou iuſtificauit te ſine te. Sed aliter fictus habet obicem contra gratiā nolens iuſtificari, ergo uon recipit effe-ctum baptiſmi Ad iſtam etiam intentio
Lib de pœnitentia. c. 2. nem loquitur Aug.ponitur in litera.Omnis enim qui iam ſuæ uoluntatis arbiter eſt conſtitutus cum accedit ad ſacramētum fidelium niſi pœniteat eum uitæ ueteris nouam inchoare uon poteſt.

¶ Notandum,quòd hæc eſt differētia inter fictum primo, & ſecundo modo dictum,quia ſi primus deponeret fictionē eſſet rebaptizandus, quia nec recipit ſacramentum,nec rem ſacramenti. Sed fictus ſecundo medo ſi deponeret fictionem non eſſet rebaptizandus,quia talis licet non habuerit rem ſacramenti, habet tamen ſacramentum.

QVARTVS articulus eſt de adulto non cognoſcente,uel uon diſtinguente ſi talis recipit baptiſmum, uel eius effectum.

¶ Et eſt ſciendum,quòd talis non diſtinguens eſt ille qui non utitur ratione nec uti poteſt. Et hoc contingit dupliciter. Quia uel ille nunquam uſus eſt ratione nec uti poteſt,ſicut furioſus, & fatuus a natiuitate,uel aliquando utitur ratione ſicut furioſi,& fatui habentes lucida interualla.

¶ Ad propoſitum de primis idem eſt iudicium ſicut de pueris,maxime ſi de eorum cura ſimpliciter deſperatur.

¶ De ſecundis autem dicitur,& bene, quòd niſi periculum mortis immineat expectandum eſt donec habeant uſum, & iudicium rationis,& ſic potuerunt baptizari conſenſu interueniente, & recipient ſacramentum, & rem ſacramenti.

¶ Ad argumentum principale dicendum,quòd radix ſancta, & rami ſancti intelligenda eſt aptitudine, ſed non actu,
Lib. 2. ſicut ponit Auguſtinus, & adducit eum Magiſter libro ſecundo, de grano mundo ſeminato,quod nihilominus generat paleas.

DISTINCTIO V.

Circa diſtinctionem quintam quæritur,

Vtrum iuſtificati teneantur ad ſuſceptionem baptiſmi?

Scotus quarto ſententiarum diſtinctio 4. q. 6.
D. Thomas tertia parte quæſtio. 68. Artic. 2.
Ricardus quarto ſententiarum diſtinctio 4. q 3.
Durandus 4. ſenten. diſtin. 6 q 1.

QVAESTIO I.

POST hoc ſciendum. Circa iſtam diſtinctionem quintam,& ultimam partem diſtinctionis præcedentis quæro iſtas quæſtiones. Primo utrum iuſtificati teneantur baptizari? Secundo utrum ſoli ſacerdotes poſſunt baptizare? Tertio utrum mali ſacerdotes poſſint baptizare,& conferre baptiſmum?

AD primam quæſtionem ſic proceditur. Videtur,quod iuſtificati non teneātur baptizari,quia de Apoſtolis non legimus,nec de de beata Virgine, quòd fuerunt baptizati.

¶ Cōtra Io. Niſi quis renatus fuerit &c. *Cap. 3.*
In illa quæſtione ſunt duo articuli. Primus eſt ſi iuſtificati tenentur baptizari. Secundus eſt ſi omnes baptizati æqualiter recipiunt effectum baptiſmi.

QVANTVM ad primum,ſcilicet ſi iuſtificati teneutur baptizari. Dico,quod ſic. Quia lex uniuerſaliter promulgata omnes obligat niſi fiat in ea alicuius perſonæ exceptio ut notatur extra de conſtitutionibus.c.canonum ſtatuta. Sed lex de baptiſmo eſt uniuerſaliter promulgata.Matth.ult.& Ioā. nec eſt ibi alicuius *Cap 3.*
perſonæ exceptio,ergo.

¶ Præterea,quilibet uiator tenetur eſſe membrum militantis eccleſiæ non ſolū in notitia diuina,ſed etiam in notitia ipſius eccleſię. Sed primum fundamentum unde quis dicitur eſſe membrum militantis eccleſiæ eſt baptiſmus, igitur.

¶ Vltimo ſic, qui poteſt ex facili actu magnam gratiam acquirere, & negligit actum illum, uidetur gratiam cõtemnere, uel ſaltem, uidetur illam non appreciari quanta ipſa eſt appreciabilis Sed ille qui non eſt baptizatus quantumcunque ſit iuſtificatus poteſt per actum facilem, ſicut eſt baptiſmus magnam gratiam acquirere, quia quantumcunque perfecto de lege communi accedente ad baptiſmum augetur gratia, & ſi huiuſmodi iuſtificatus ſic neglexerit, uidetur gratiam contemnere.

Ad baptiſmũ triplex effectus ſequitur.

DE SECVNDO articulo, dicitur uno modo, quòd ad baptiſmum triplex effectus ſequitur, ſcilicet characteris impreſſio, gratiæ infuſio, & fomitis repreſſio. Sed conſtat, quòd in omnibus baptizatis, non ęquæ remittitur fomes, igitur non omnes æqualiter recipiunt huiuſmodi effectum baptiſmi. Sed illud dictum, quòd fomes peccati remittitur in baptiſmo, poteſt dupliciter intelligi.

An fomes peccati remittatur in baptiſmo.

Vno modo formaliter, alio modo quantum ad effectum fomitis, qui eſt inclinare animam coniunctam corpori ad peccatũ. Et prior intellectus eſt falſus, quia quando inter aliqua non eſt formalis repugnantia, unum formaliter non tollit aliud, ſed gratia, & fomes formaliter non repugnãt, ergo unum non tollit formaliter aliud. Maior patet. Minor probatur, quia cum gratia ſit in anima, fomes autẽ in carne, quæ ſunt diuerſa ſubiecta, non poſſunt formaliter repugnare.

Pulchrum exemplum.

¶ Secũdus intellectus uerus eſt, & ponit exemplum de lapillo alligato alis aquilę, quantumcunque creſcat uirtus motiua aquilæ, grauitas lapilli in ſe nõ minuitur, quia iſta formaliter non repugnant, ſed bene minuitur, quantum ad effectum, quia quantum uirtus aquilæ plus creſceret, tantum grauitas illa uolatum aquilæ minus impediret. Dicitur igitur ad hunc articulum, ꝙ quo ad baptiſmũ ſequitur triplex effectus, ut ſcilicet dictum eſt, characteris impreſſio, gratiæ infuſio, & fomitis repreſſio.

Ad baptiſmum ſequitur triplex effectus.

¶ Quantum ad primum, omnes æqualiter recipiunt effectum baptiſmi, quia ſiue character ponatur forma abſoluta, ſiue reſpectiua, ut infra uidebitur omnes æqualiter habent characterem.

Nota, & bene.

¶ Quantum ad alium effectum qui eſt fomitis repreſſio, patet ꝙ in omnibus non æqualiter reprimitur fomes, ſicut ſtatim exponetur. Sed quantum ad alium effectum qui eſt gratię infuſio oportet diſtinguere, quia ibi tria concurrunt, ſcilicet Deus, ut cauſa principalis. Chriſtus ut cauſa meritoria, & homo baptizatus, ut materia receptiua gratiæ.

¶ Primo modo de potentia Dei ordinara omnes æqualiter recipiunt effectũ baptiſmi, quia illi ſigno ſenſibili Deus ex parte ſua ſemper æqualiter aſſiſtit, per hoc autem quòd Deus aſſiſtit ſacramentis ſacramenta efficiunt, ꝙ figurant, ut in ſuperioribus tactum eſt.

¶ Secundo modo, ſ. inquantum Chriſtus eſt cauſa meritoria non omnes accipiunt, æqualiter effectum baptiſmi quãtum ad efficaciam, omnes tamen recipiunt effectum baptiſmi quantum ad ſufficientiã. ſicut ponit Magiſter i ſimili li. 4. ubi quærit ſi paſſio Chriſti meruit omnibus ſalutem, & dicit, quòd ſic quantum ad ſufficientiam, ſed non quantum ad efficaciã. Sic etiam poteſt Chriſtus ad maiorẽ gratiam ſe offerre pro prędeſtinatis, quam pro non prædeſtinatis.

Vide Magiſtrum.

¶ Tertio modo, ſ. quantum ad recipientes, dico, ꝙ recipientes baptiſmum, aut ſunt paruuli, & ſic æqualiter recipiunt niſi forte ibi concurreret fides parentum & aliorum ſicut innuit gloſa Matth. ſup illo uerbo. Videns Ieſus fidem illorum. Ait enim ſic. Tantum ualuit apud Deum fides aliena, ut intus, & extra ſanaret hominem, homo autem non ſanatur intus niſi per gratiã. Aut ſunt adulti, & ſic uenientes cum maiori deuotione maiorem gratiam recipiunt. Iuxta regulam uulgatam. Actus actiuorum ſunt in patiente prædiſpoſito.

Cap. 9.

¶ Ad argumentũ principale dico, ꝙ quædam gloſa ſuper illo uerbo Ioan. Qui lotus eſt non indiget, &c. dicere uidetur, quòd Apoſtoli fuerunt baptizati, & hoc rationabile uidetur, quia Chriſtus fecit eos ſacerdotes, ſed ordo ſacerdotii præſupponit baptiſmum, ut extra de præsbytero non baptizato. c. ueniens. De Virgine Maria dicitur, uel quod illa fuit baptizata, uel quòd fuit ſingulariter priuilegiata, quia in conceptione filii Dei habuit totam gratiam ad quam Deus illam ordinauit, ergo &c.

Cap. 13.

An Virgo Maria fuerit baptizata.

Vtrum

Vtrum ſoli ſacerdotes poſſint baptizare?

Seraphicus Bona. 4. ſent. diſt. 5. q 1. Artic. 1.
Scotus 4. ſent. diſt. 5. q. 1.
D. Thomas 3. parte q. 67. Art. 2.
Ricardus 4 ſentent. diſtinctio 5. q. 1.

QVAESTIO II.

AD ſecundam quæſtionem ſic proceditur. Videtur, ꝙ ſoli ſacerdotes poſſint baptizare, quia ſolis ſacerdotib. datur poteſtas dimittendi peccata. Ioã. *Cap. 20.* ſed in baptiſmo remittunt peccata, ergo.

¶ Contra, de conſecra. diſt. 4. c. Romanus pontifex, dicitur ibi, ꝙ ſpiritus ſanctus ſubminiſtrat gratiam etiam ſi paganus ſit qui baptizar.

¶ Ad quæſtionem dico tres breues concluſiones. Prima concluſio eſt, quòd congruum eſt ſolum uiatorem baptizare. Secunda concluſio eſt, quòd congruum eſt inter uiatores ſolum ſacerdotes baptizare. Tertia concluſio eſt, quòd in neceſſitatis articulo quilibet homo poteſt baptizare.

¶ Prima concluſio probatur ſic. Tũ quia Chriſtus inſtituit ſacramentum baptiſmi, & fuit homo. Tum quia in ſacramento baptiſmi eſt aliquid ſenſibile, & aliqd ſpirituale, & per conſequens magis competit utenti ſenſu, & intellectu quam naturæ pure intellectuali. Tum etiam quia poſt ſuſceptionem baptiſmi baptizatus aſcribitur ut membrum eccleſiæ militãtis, igitur eſt congruum hoc fieri per aliquem de eccleſia militante. *In baptiſmo eſt aliquid ſenſibile, & aliquid ſpirituale.*

¶ Secunda concluſio probatur, quia baptizatus recipitur per baptiſmum in collegiũ eccleſię militantis, ſed receptio alicuius in aliquod collegium pertinet ad præſidentes, & auctoritatem habẽtes in collegio, tales autem ſunt ſacerdotes, & epiſcopi, & alii ſuperiores prælati, ergo.

¶ Tertia concluſio probatur ſic. Tabula contra naufragium tẽpore naufragii poteſt a quolibet non impedito miniſtrari, ſed baptiſmus eſt talis tabula, ergo, tempore naufragij, puta in neceſſitatis articulo poteſt a quolibet non impedito miniſtrari. Voco autem miniſtrum non impeditum illum qui non eſt mancus, ſed habet potentiam motiuam adminiſtrandum, & illum qui non eſt mutus, ſed hẽt linguam verbis exterioribus expreſſiuã, & illum qui non eſt amens, ſed habet diſcretionem, & intentionẽ facti determinatam intendẽs facere, ꝙ facit eccleſia. *Baptiſmus eſt tabula contra naufragium.* *Vide omnia in Scoto.*

¶ Sed diceret aliquis. Igitur Angelus in aſſumpto corpore ſecundum iſta poteſt baptizare, quia poteſt habere omnia prę dicta. Dico, quòd ſi illud faceret Angelus bonus eſſet uerum baptiſma. ſicut legimus de ſancta Chriſtina quam baptizauit Angelus, in lacu Vulſino. Si aũt eſt malus Angelus & faceret ex præcepto diuino adhuc eſſet uerum baptiſma. Sed quando occurrit talis caſus ſicut dicit Bonauentura, eſſet diuina reuelatio expectanda. Tum quia Deus non adminiſtrat ſacramenta per excluſos finaliter a ſalute. Tum quia ille miniſter ſemper intẽdit ad fraudem. Tum quia aduerſatur eccleſiæ, & ſic intendit facere oppoſitũ eius quod intendit eccleſia. *An Angelus poſſit baptizare.* *q. 1. huius diſt.*

¶ Ad argumentum in oppoſitum dicendum, quòd ſolus ſacerdos poteſt dimittere peccata ad modum iudicis, & arbitri, quę remittuntur in pœnitentia. Sed in baptiſmo remittuntur peccata uirtute ſacramenti abſq; arbitrio uel iudicio. *Quomodo ſolus ſacerdos poſſit dimittere peccata.*

Vtrum malis ſacerdotes poſſint baptizare?

Seraph. Bona. 4. ſent diſt. 5 q. 1. Artic. 2.
Scotus 4 ſent diſt 5 q. 1.
D. Thomas 3 parte. q. 64. Artic. 5.
Ricar. 4. ſent. diſt. 6 q 2.
Durandus 4. ſent. diſt. 6. q 2.
Ioannes Bacconitanus 4 ſent. diſt. 5. q. 1.

QVAESTIO III.

AD tertiam quæſtionẽ ſic proceditur. Videtur ꝙ mali ſacerdotes non poſſunt baptizare ſeu conferre baptiſmum. Quia mẽbrum aridum non poteſt eſſe cauſa influendi uitam in aliud membrum. Sed malus ſacerdos eſt mẽbrum aridum eccleſiæ, ergo non poteſt alteri uitam ſeu gratiam conferre. In contrarium eſt Magiſter in litera.

¶ Ad iſtam quæſtionem patet ex dictis in tertia cõcluſione præcedentis quæſtio nis. Quilibet enim ſacerdos qui habet conditiones ibi poſitas intendens facere quod eccleſia facit quantumcunque ſit malus uere baptizat. Et hoc probat Magiſter ꝑ multas auctoritates in litera maxime Aug dicentis. Baptiſmus eſt talis qualis eſt ille, in cuius poteſtate datur non qualis eſt ille per cuius miniſterium datur. Item idem Aug. dicit. Ego inquit dico, & nos dicimus omnes, quia iuſtos oportet eſſe tanti iudicis miniſtros per quos baptizatur ſicut miniſtri iuſti ſi uolunt, ſi autem nolunt eſſe iuſti ſecurũ me facit Magiſter meus de quo ſpiritus ſanctus dicit. Hic eſt qui baptizat.

¶ Sed diceres, nunquid recipiens baptiſmum ſcienter a tali ſacerdote malo peccat mortaliter.

Ricar. diſt. præſenti ar tic. 3. q. 4

¶ Reſpondeo, ꝙ malus miniſter aut eſt præciſus totaliter ab eccleſia; uel ad tempus, aut non præciſus, & in utroque mẽbro poteſt eſſe dubium. De primo autẽ ſunt duo modi dicendi oppoſiti. Vnus dicit, ꝙ tenetur quis a tali miniſtro recipere baptiſmum ſi non poſſet habere alium miniſtrũ, quia baptiſmus eſt ſacramentum neceſſitatis Alius modus dicit, ꝙ nõ debet recipere baptiſmum, & ſi recipit a tali miniſtro mortaliter peccat. Et hoc declaratur ſic. Quia baptizandus aut eſt adultus aut eſt paruulus. Si adultus ſufficit baptiſmus flaminis quãdo nõ poteſt habere baptiſmum fluminis. Si autem batizandus ſit paruulus habens paruulum baptize eum ſi nõn poteſt habere alium magis idoneum, quia cum præciſo non licet ſibi communicare pro paruulo ſuo.

¶ Sed contra illud, quia præceptum ſuperioris plus obligat, quam præceptum inferioris. Sed Deus præcepit baptiſmũ ſuſcipi, eccleſia autem prohibet communicare cum præciſo, igitur magis eſt obediendum præcepto diuino quam eccleſiæ in illo caſu.

¶ Præterea plus tenetur excommunicatus uitare alium quam alius uitare eum, quia præceptum de uitando non imponitur alicui niſi propter ſe, præciſus autem in caſu iſto nõ tenetur uitare alium, immo tenetur non uitare. Quia ſi talis præciſus ſciret paruulum aliquem non baptizatum ſtatim mori debere teneretur eum baptizare neceſſario ne moreretur in anima, ergo ſi præciſus in tali caſu non tenetur uitare alium nec econuerſo, alius tenetur uitare ipſum. Dicitur igitur, ꝙ adulto licet recipere baptiſmũ a præciſo ſi alius miniſter haberi nõ poteſt, & hoc quidem uidetur haberi ab Auguſtino de baptiſmo contra Donatiſtas. Poteſt etiã forte non recipere, quia baptiſmus flaminis ſufficeret ſibi ꝓpter reuerentia eccleſiæ talem uitare præcipientis. Penſatis tamen omnibus melius dicitur, quòd a tali recipiat quam ꝙ ex hac uita ſine baptiſmo diſcederet. *Lib 6.*

¶ Quãtum ad paruulum ſi nullus poteſt haberi miniſter niſi præciſus, & immineat periculum mortis, tenetur neceſſario ille offerre paruulum ſuum præciſo. Nimis enim durum eſſet, ꝙ teneretur paruulum ſuum perpetuæ damnationi exponere cum poſſet habere aliquem qui paruulum ſuum baptizaret.

¶ Quantum ad ſecundum mẽbrum diſtinctionis, ſcilicet de malo non præciſo ab eccleſia qualis eſt ille qui eſt occulte malus. Dicitur, ꝙ debet quis recipere baptiſmum a tali miniſtro, quia propter peccatum, quod non eſt notorium non debet quis in actibus notoriis uitare proximum. Si autem eſſet publicę, uel notoriæ malus huiuſmodi miniſter, tũc aut incumbit ſibi diſpenſare ſacramentum baptiſmi, ut puta, quia eſt curatus aut parochialis ſacerdos, aut non incumbit ſibi ex officio baptizare. Si primo modo non peccat, qui recipit baptiſmum pro ſe, uel pro alio paruulo ſuo. Si ſecundo modo, & poſſet habere aliquem cui nõ incumbit ex officio babaptizare, aut eſt æquę malus aut melior. Si melior peccat ille qui recipit ab alio. Si autem eſt æque malus debet recipere baptiſmum a ſuo curato. *Dubium notabile, & curioſum.*

¶ Ad argumentum principale dicitur, quòd non eſt ſimile, in propoſito de membris corporis naturalis, & de membro corporis miſtici, quia in corpore naturali eſt una uita numero in omnibus membris, & participatur ab eis quodam ordine, quia primo eſt in corde; ſecundo in aliis mẽbris propinquioribus; Sed in corpore miſtico non eſt una uita numero nec illa uita per prius eſt in hoc mem-

membro quam illo,niſi quantum ad gradum miniſtrandi.

DISTINCTIO VI.

Circa diſtinctionem ſextam quæritur,

Vtrum in baptiſmo imprimatur caracter?

Seraph. Bona. 4. ſent. diſt. 6 q. 4. Artic. 1.
Scotus 4. ſent. diſt 6 q 9.
D. Thomas 3. parte. q 63. Artic. 1.
Ricar. 4. ſent diſt. 5. q 4.
Ioannes Bacconitanus 4 ſent. diſt. 6. 2.

QVAESTIO I.

NVNC autem quilibet. Circa iſtam diſtinct. ſextã quæro quatuor quæſt. Primo utrũ in baptiſmo imprimatur caracter. Secũdo utrum caracter ſit forma abſoluta. Tertio utrum caracter ſit forma reſpectiua. Quarto utrum caracter ſit in eſſentia animæ, ut in ſubiecto.

AD primam quæſtionem, ſic proceditur. Videtur quòd in baptiſmo non imprimatur caracter, quia baptiſmus ſuccedit circumciſioni, ſed in circumciſione non imprimebatur caracter, ergo, probatio minoris, quia caracter circumciſionis fuiſſet eiuſdem rationis, cum caractere baptiſmi, & tunc ſi circũciſus fuiſſet poſt circumciſionem baptizatus, fuiſſent in illo duo caracteres, & per cõſequens duo accidentia eiuſdem ſpeciei, quod eſt inconueniens.

¶ Contra. Sacramentum non iterabile habet aliquem effectum indelebilem. Sed baptiſmus eſt ſacramentum non iterabile, ergo habet aliquem effectum indelebilem, niſi ponatur caracter, ergo in baptiſmo imprimitur caracter.

¶ In iſta quæſtione ſunt tres articuli. Primo eſt uidendum quid importatur nomine caracteris. Secundo ſi in baptiſmo imprimitur caracter. Tertio ſi caracter impreſſus ſit forma delebilis, uel indelebilis.

QVANTVM ad primum articulum, ſunt tria notanda. Primo quòd caracter idem eſt quod ſignum, uel figura. Signum, autem accipitur duobus modis, quia eſt ſignum interius, & exterius, uel ſignum in anima, & ſignum in corpore. Si loquimur de ſigno exteriori facto in corpore, tunc ablutio baptiſmatis poteſt dici caracter. Si loquimur de ſigno interiori facto in anima, ſicut in propoſito loquimur, tunc aliquid ſpirituale impreſſum animę a Deo in baptiſmo dicitur caracter.

Quid ſit caracter.

Signum duobus modis ſumitur.

¶ Secundo eſt notãdum, quòd illud ſpirituale modo pręexpoſito impreſſum animæ in baptiſmo non eſt gratia, nec aliqua uirtus infuſa, puta fides, ſpes, uel charitas. Probatur, quia caracter, ſecundum loquentes de eo ſemper imprimitur in baptiſmo, ſed illę uirtutes non ſemper imprimuntur in baptiſmo, ſicut eſt in fictè baptizato.

Non & bene.

¶ Præterea. Ponentes caracterem ponũt eum indelebilem. Sed illę uirtutes ſunt indelebiles, ut patet in peccante mortaliter, ergo.

¶ Tertio eſt notãdum, quòd illud ſpirituale impreſſum animę, quod dicitur caracter habet ad minus quinque proprietates. Prima quòd eſt ſignum aſſimilatiuum alteri habenti, ſecunda quia eſt ſignum diſtinctiuum a non habente, tertia, quia eſt ſignum rememoratiuum ſacramenti ſuſcepti, quarta, quia eſt ſignũ confortatiuum, quinta, quia eſt ſignum obligatiuum, quia ſuſcipiens ſacramentum obligatur Deo.

Caracter habet quinque proprietates.

HIS præmiſſis dicitur ad ſecundum articulum, ſecundum duas opiniones.

Quare opinantem iuriſte ex decretis. 1. q. 1. cap quidem diciis.

¶ Vna negat animæ caracterẽ imprimi, quod probatur ſic. Sicut eſt de aliis rebus ſanctificatis, ita uidetur eſſe de hominibus baptizatis. Sed alia sãctificata ſicut calices, uel eccleſiæ conſecratæ non recipiunt aliquam nouam formam, uel qualitatem per hoc, quòd conſecrantur, ergo, nec homines baptizati recipiunt aliã formam ſpiritualem quam uocas caracterem.

¶ Secundo ſic. Nihil eſt ponendũ fruſtra in operibus Dei. Sed caracter ſi poneretur fruſtra poneret, ergo. Probatio minoris, quia ſi caracter nõ poneretur fruſtra, hoc eſt q a ponitur, ut diſpoſitio pñia ad

effectum baptiſmi principalē, qui eſt gratia Sed ratio non ualet, quia anima non habens peccatum eſt ſumme diſpoſita ad ſumendam gratiam, & Deus eſt potentię infinitæ, ergo.

¶ Diceres, quòd caracter ponitur propter effectus aſſignatos, quia eſt ſignum rememoratiuum, cóformatiuum, & obligatiuum, ſic non ponitur fruſtra.

¶ Contra illud ſic. Ita poteſt aliquis rememorari, conformari, obligari alicui domino, ſine ſigno inherente, ſicut cum ſigno inherente, igitur fruſtra ponitur. Conſequentia patet. Probatio antecedentis. Ille qui profitetur in aliqua religione poſt profeſſionem obligatur prælato, & tenetur ſibi conformari, & tamen nullā formam recipit, & ſimiliter eſt de illo qui facit alicui domino homagium.

D. Tho. in 4. diſ. 1. q. 4

¶ Tertio ſic principaliter. Deus non dat donum ſuum alicui actualiter mortaliter peccanti. Sed fictus ſuſcipiendo baptiſmum peccat mortaliter, quia facit irreuerentiam ſacramento, ergo Deus non dat ei illud ſpirituale donum, quod tu uocas caracterem.

Adducēdo, authoritatem Dionyſi.

¶ Alia opinio eſt, quòd ſicut non poteſt probari ratione naturali gratiā, uel charitatem eſſe in anima, & tamen ponimus eam, ita non poteſt probari ratione naturali caracterem imprimi animæ, & tamē oportet ponere eum in anima. Quod auctoritatibus probatur.

Cap. 2.

¶ Primo auctoritate Dionyſij Hierarchiæ eccleſiaſticæ, dicit enim. Venienti ad baptiſmum datur a ſummo ſacerdote ſacramenti ſignaculum. Sed ſacramenti ſignaculum eſt caracter, ergo.

Lib. 4. c. 1.

¶ Secundo probatur per Damaſ. qui dicit, quòd per baptiſmum fit nobis regeneratio, & ſigillum, per ſigillum intelligens caracterem.

Libro 6. de baptiſmo.

¶ Tertio, auctoritate Auguſtini, contra Donatiſtas. Satis enim inquit eluxit ouem quæ foris dominicum caracterem acceperat uenientem ad ſalutem ab errore corrigi, caracterem tamen in ea dominicū agnoſceret. Sed dicitur, & bene quòd ille auctoritates ſunt potius uocales, quam reales, ergo ſi aliqua auctoritas cogit ad ponendum caracterem imprimi in baptiſmo eſt auctoritas eccleſiæ, quæ eſt maxima auctoritas, ut ponit Auguſtinus contra epiſtolam fundamenti. Arguitur ſic, de ſacramentis ſentiendum eſt, ſicut ſentit eccleſia Romana. Extra de hæreticis, ad abolendam. Sed ſacroſancta eccleſia Romana aſſerit imprimi caracterem in baptiſmo, ergo. Probatio minoris, extra de baptiſmo, & eius effectu. Qui fide accedit ad baptiſmum, caracterem ſuſcipit chriſtianitatis impreſſum.

Cap. maiores.

¶ Diceres, quòd caracterem Chriſtianitatis impreſſum uocat ipſum baptiſmum.

¶ Contra, quia ibidem ſequitur, quòd caracterem imprimit ſacramentalis operatio. Sed ſacramentalis operatio eſt baptiſmus, igitur baptiſmus imprimit caracterem.

Aliquæ cōgruentia.

¶ Ad iſtam concluſionem inducuntur aliquę congruentiæ.

¶ Prima eſt, quòd congruum eſt ad formam perfectam poni aliquam diſpoſitionē, ſed gratia eſt perfecta forma, & ſupernaturalis, igit congruit ad eā poni aliquā diſpoſitionem ſupernaturalem, iſtam diſpoſitionem uoco caracterem.

¶ Secunda eſt iſta. Non eſt congruum Deū inſtituiſſe ſacramēta nouę legis eſſe uana, ſed eſſent uana, niſi haberēt aliquē effectū. Nunc āt non ſemper habent effectū qui eſt gratia, ergo habent aliū effectum, & illum uoco caracterem. Sed illa congruentia parum ualet, quia ſi ualeret tunc quodlibet ſacramentum imprimeret caracterem, quod eſt falſum.

Congruentia melior.

¶ Ideo additur tertia congruentia, melior, quę talis eſt. Receptus in familiam Chriſti, debet diſtingui a non recepto per aliquod intrinſecum ſibi. Sed illud intrinſecū diſtinctiuum ponitur caracter.

¶ Ad argumenta præcedentis opinionis illa non concludunt. Ad primum dico, quòd alia ſacramenta non recipiūt formam ſpiritualem eis inhærentem, quia non ſunt capacia talis formæ, homo enim eſt capax, tam gratiæ, quam diſpoſitionis ad gratiam quæ diſpoſitio dicitur caracter.

¶ Ad ſecundum conceſſa maiore negetur minor, licet enim Deus de potentia ſua abſoluta poſſet creare gratiam in anima, quæ gratia eſt principalis effectus baptiſmi, & etiam alios effectus qui ſunt aſſimilare, diſtinguere, &c. ſine illa forma, quæ dicitur caracter, tamen de po-

tentia

tentia ordinata, dicitur quòd cauſat illos effectus, mediante tali forma, propter primam, & ſecundam congruentiam, ſuperius aſſignatas.

Ad baptiſmum duo concurrũt.

¶ Ad tertiam dico, quòd in baptiſmo cõcurrunt duo dona, ſcilicet diſpoſitiuum quod eſt caracter, & perfectiuum quod eſt gratia. Quando igitur dicitur, Deus non dat donum ſuum actualiter peccanti mortaliter, concedo de dono perfectiuo, ſed nego de dono diſpoſitiuo, & hoc uel quia non uult ſacramentum ſuum eſſe uanum, uel propter alias cauſas ſuperius aſſignatas.

Communis opinio, quòd caracter eſt forma indelebilis.

DE tertio articulo communis opinio eſt, quòd caracter eſt forma indelebilis. Cuius cauſam aliqui aſſignant quia caracter eſt in anima, ſecundum eſſentiam, ſed anima eſt inuariabilis ſecundũ eſſentiam, ergo.

¶ Contra, ſecundum eos, quia gratia eſt in eſſentia animæ, ergo eſſet indelebilis. Ideo dicitur, quòd caracter poteſt comparari ad Deum, uel ad agens creatum. Si caracter comparatur ad Deum ſic poteſt deleri, quia qui poteſt aliquam formam creare, poteſt ipſam annihilare. Si autem comparatur ad agens creatum ſic caracter eſt forma indelebilis, & hoc conuenit, ſibi quia eſt talis natura.

Triplex eſt habitus.

¶ Vbi notandum, quòd triplex eſt habitus, ſcilicet innatus, acquiſitus, & infuſus. Primus quidem eſt omnino indelebilis, ſecundus autem eſt delebilis, ut patet, tertius habitus, aliquando eſt dele-
2. Eth. c. 5. bilis, aliquando indelebilis, & hoc ideo, quia habitus infuſus, aliquando datur ad dirigendum, aliquando ad diſtinguẽdum. Aliquando habitus infuſus datur ad dirigendum, quia poteſt recipere repugnantiam in ſubiecto, ideo talis habitus eſt delebilis. Sed quandoque habitus imprimitur ad diſtinguendum, & talis habitus eſt indelebilis. Sic autem imprimitur caracter, ut in ſecundo articulo dictum eſt.

¶ Ad argumentum in contrarium dicitur negando minorem. Ad probationem quando dicitur, duo accidentia eiuſdem ſpeciei eſſent in eodem ſubiecto, negetur conſequentia, quia uel illi duo caracteres non eſſent eiuſdem ſpeciei, uel ſi eſſent eiuſdem ſpeciei, dico quòd habens caracterem in circunciſione non recipiet alium caracterem in baptiſmo, ſicut ſubiectum, quod eſt in potentia ad albedinem, recepta albedine ab uno agente non poteſt recipere aliã ab alio agente, uel ab eodem agente, ergo, &c.

Vtrum caracter ſit forma abſoluta?

Seraphicus Bona. 4. ſent. diſt. 6. q. 1. Artic. 1.
Scotus 4. ſent. diſt. 6. q. 10.
Ricardus tertio ſentent. diſtinctio 5. q. 1.
Durandus 4. ſenten. diſtin. 4 q. 1.

QVAESTIO II. & III.

AD ſecundam, & tertiã quæſtionem, ſic proceditur ſimul. Videtur, quòd caracter non ſit forma abſoluta, quia omnis forma abſoluta, quę eſt in anima, uel eſt potentia, uel paſſio, uel habitus, ſed caracter nullum illorum eſt, ergo. *2. Eth c. 5.* Minor probatur. Non enim eſt potentia, quia nõ eſt naturaliter in anima. Nec eſt paſſio, quia eſt forma permanſiua. Nec eſt habitus, quia habitu poteſt quis bene, uel male operari. Sed caractere non poteſt quis bene operari, quia ſtat cum peccato mortali, nec poteſt male operari, quia eſt a Deo, ergo.

¶ Contra. diſpoſitio eſt eiuſdem rationis cum forma ad quam diſponit, ſed caracter diſponit ad gratiam, igitur eſt eiuſdem rationis cum gratia, ſed gratia eſt forma abſoluta, ergo.

¶ In illa quæſtione ſunt duo articuli. Primus in quibus ſacramentis imprimitur caracter. Secundus ſi caracter impreſſus ſit forma abſoluta.

In tribus ſacramẽtis imprimitur caracter.

QVANTVM ad primum dico, quòd caracter imprimitur, tantum in tribus ſacramentis, ſcilicet in baptiſmo, confirmatione, & ordine. Cuius ratio eſt, quia in illis ſacramentis imprimitur caracter in quibus aliquis, uel primo recipitur in familiam Chriſti, uel recipit determinatum gradum inter illos qui ſunt de familia Chriſti, ſed baptiſmus eſt ſacramentum quo quis recipitur in familiam Chriſti. Confirmatio autem, & ordo ſunt ſacramenta quibus aliqui recipiunt determi-

natum gradum inter familiares Chriſti.

¶ Alii autem probant illud idem ſic. In illis tantum ſacramentis imprimitur caracter, quæ non iterantur, ſed ſacramenta non iterabilia ſunt tantum illa tria, ſcilicet ſacramentum baptiſmi, confirmationis, & ordinis.

D Thom. in 4. diſtinc. 4 q. 1. Vide Alex. & Bona. hic 5. phyſ. con tex. 10. & inde.

DE SECVNDO articulo dicit una opinio, quòd caracter eſt forma abſoluta quod probatur ſic. Mutatio non eſt niſi ad formam abſolutam, ex 5. Phiſicorum. Sed ad caracterem eſt mutatio, ergo caracter eſt forma abſoluta. Minor probatur in ficte baptizato qui nihil aliud recipit in baptiſmo, niſi caracterem.

¶ Secundo ſic. Relatio nõ eſt fundamentum relationis. Sed caracter eſt fundamentum multarum relationum, quia eſt ſignum rememoratiuum, conformatiuum, obligatiuum, & cætera huiuſmodi, ergo.

¶ Tertio ſic. In relatione non eſt poteſtas actiua, nec paſſiua. Sed in caractere eſt poteſtas actiua, & paſſiua, ergo. Minor probatur. In caractere baptiſmali eſt potentia paſſiua, quia per eum eſt homo capax aliorum ſacramentorum. In caractere, autem ordinis eſt potentia actiua ad multos ſacros actus in eccleſia, ergo.

¶ Quarto ſic. Caracter eſt principium aſſimilandi baptizatum Chriſto, & alteri baptizato. Similitudo autem eſt unitas fundata in qualitate, ergo caracter eſt qualitas & per conſequens forma abſoluta.

D Tho. ubi ſupra q. 2.

¶ Secunda opinio eſt, quòd caracter ſit forma reſpectiua, quia ad quidditatem alicuius formæ abſolutæ non pertinet eſſentialiter aliquis reſpectus. Sed ad quidditatem caracteris pertinet eſſentialiter aliquis reſpectus, ergo caracter non eſt forma abſoluta. Minor probatur per illum, cuius eſt præcedens opinio. Dicit enim in diffinitione caracteris, quòd caracter eſt ſignum fidei communis, & ſacræ ordinationis fidelium, ſignum autem eſt relatio.

¶ Præterea, nihil eſt ponendum perfectius, quam natura requirat. Sed natura caracteris non neceſſario requirit, quòd habeat perfectionem formæ abſolutæ, ergo non eſt forma abſoluta. Minor probatur, quia nulla de rationibus præcedẽtis opinionis cogit ponere caracterẽ eſſe formam abſolutam. Prima non ualet. quia habet maiorem falſam, ſi intelligatur de omni reſpectu, & de omni eo qđ eſt ad aliquid. Eſt enim reſpectus extrinſecus, & intrinſecus aduenienſ. Caracter autem ponitur reſpectus extrinſecus adueniens, & ad hunc reſpectum poteſt eſſe motus. Similiter ſecunda ratio habet maiorem falſam. Quia ſecundum Euclidem. 5. geometriæ in principio. Proportionalitas eſt ſimilitudo duarum, proportionum, igitur ſuper proportionem, quæ dicit formaliter relationem, & ſuper unitatem eius fundatur ſimilitudo, & ſic relatio fundatur in relatione. Tu dicis, igitur poteſt eſſe proceſſus in infinitum, in relationibus nego conſequentiam. Nam accidens fundatur in accidente, ut qualitas in quantitate, & tamen non eſt proceſſus in infinitum in accidentibus.

Ad reſpe. extrinſecus ad ueniẽtẽ eſt motus.

¶ Ad tertiũ dico, quòd duplex eſt actus, ſcilicet naturalis, & ſacramentalis, licet ergo in relatione non ſit poteſtas ad actũ naturalem, tamen bene poteſt eſſe ad actum ſacramentalem.

Duplex eſt actus.

¶ Ad quartum dico, ꝙ ſimilitudo, largo modo ſumpta, poteſt eſſe in qualibet forma, & non ſolum in qualitate.

¶ Ad argumentum in contrarium. Ad primam partẽ quæſtionis, ſi teneatur, ꝙ caracter ſit forma abſoluta poteſt concedi, quòd ſit habitus non innatus, nec acquiſitus, ſed infuſus. Tu dicis, quia habitu contingit, uti bene, uel male, dico quod non eſt uerum de omni habitu. Si autem teneatur, quòd caracter ſit forma reſpectiua, reſpondetur ad argumentum in contrarium, quòd non eſt inconueniens aliquam relationem diſponere ad formam abſolutam reſpectu agentis ſupernaturalis, ſicut eſt in propoſito.

Caracter eſt habitus infuſus.

Vtrum caracter ſit in eſſentia animæ, ut proximo ſubiecto?

Seraphicus Bonauentura 4. ſententiarũ diſtinc. 6. q. 3. Artic. 1.

Scotus

Scotus quarto ſententiarum diſtinctio 11.
D. Thomas tertia parte quæſtio 63. Artic. 4.
Ricardus quarto ſententiarum diſtinctio 5. q. 2.

QVAESTIO IV.

AD quartam quæſtionē ſic proceditur. Videtur q̄ caracter non ſit in eſſentia animæ, vt in ſubiecto. Quia diſpoſitio, & forma ad quam diſponit ſunt in eodem ſubiecto. Sed caracter diſponit ad fidem, ergo eſt in eodem ſubiecto cum fide, ſed fides eſt in potentia intellectiua, ergo.

¶ Contra, diſpoſitio eſt in eodem ſubiecto cum forma ad quam diſponit, ſed caracter diſponit ad gratiam, ergo eſt in eodem ſubiecto cum gratia, ſed gratia eſt in eſſentia animæ, ergo, & caracter.

¶ Ad iſtam quæſtionem dico, q̄ in ea poſſunt eſſe tres concluſiones, ſecundum q̄ de ea ſunt tres opiniones.

D. Thom. 1. part. q. 63. Artic. 4. VNA dicit, quòd caracter eſt in tota eſſentia animæ, quia caracter diſtinguit membrum Chriſti a non membro Chriſti, ſed membrum Chriſti diſtinguitur a non membro Chriſti ſecundum totam eſſentiam animæ, ergo. Item diſpoſitio eſt in eodem ſubiecto cum forma ad quā diſponit. Sed caracter diſponit ad gratiā, igitur eſt in eodem ſubiecto cum gratia. Sed gratia eſt in tota eſſentia animæ, igitur & caracter. Sed iſta non concludunt. Primum non, concedo enim q̄ caracter *Quo caracter non eſt in tota eſſentia animæ.* eſt in anima, ſed propter diſtinctionem non oportet, quòd ſit in tota animæ eſſentia ſicut corpus diſtinguitur ab alio corpore colore, non tamen oportet, q̄ color ſit in toto corpore, ſed ſufficit, quòd ſit in ſuperficie. Nec ſecundum cogit, quia maior eſt verą de illa diſpoſitione, quæ ſit habitus, ſed de alia diſpoſitione hoc non oportet, habitus enim vnius potentiæ poteſt diſponere ad formam, & ad terminum alterius potentiæ ſicut habitus fidei diſponit ad habitum charitatis.

ALIA opinio eſt, quòd caracter eſt in potentia cognitiua, quia ſicut gratia eſt in eſſentia animæ, ita diſpoſitio ad gratiam eſt in potentia animæ. Sed caracter eſt diſpoſitio ad gratiam, igitur eſt in potentia animæ, ſed non in qualibet potentia animæ. Quia cum potentiæ diſtinguantur realiter tūc non eſſet una ſimplex forma, igitur eſt in unica potentia. Sed magis rationabile eſt, ut ponatur in potentia cognitiua, quam in alia, quia caracter eſt ad configurandum trinitatem creatam, trinitati increatæ. Sed trinitas creata, uel eius imago conſiſtit principaliter in potentia intellectiuas qua oritur uoluntas. *D. Thom. diſtinct. 4. Art. 1. q. 3. hoc idē Alexan. & Bona. et Ricardus vbi ſupra, vide Varronē q. 3. quol ſua.*

¶ Præterea, ut arguebatur ſuperius, in eodem ſubiecto eſt diſpoſitio, & forma ad quam diſponit. Sed caracter diſponit ab fidem, & fides eſt in potentia intellectiua, igitur.

¶ Contra Diſpoſitio ad formam nunquā eſt in poſteriori ſuſceptiuo formæ. Sed caracter per te eſt diſpoſitio ad formam, ſiue ad gratiam, & gratia, ut concedis eſt in eſſentia animę, igitur caracter non poteſt eſſe in aliquo ſuſceptiuo poſteriori ipſa eſſentia animę. Sed per te potentia animæ eſt poſterior eius eſſentia, quia ponis, quòd eſt accidens eius. igitur, & caracter nō eſt in potentia animæ, ergo, &c.

¶ Tertia opinio eſt, quòd caracter principaliter eſt in uoluntate, quia diſpoſitio eſt in eodem ſubiecto, cum forma ad quam diſponit, ſed caracter diſponit ad gratiam, & gratia eſt in uoluntate, vt patuit, ergo caracter eſt in uoluntate, Sed illa ratio forte ſolueretur, ſicut fuit ſoluta ſecunda ratio primæ opinionis. *Opinio Sco. Lib. 2. diſt. 26.*

¶ Ideo alio modo arguitur, & hoc ſic. Caracter eſt ſignum, uel fundamentum cuiuſdam obligationis animæ ad Deum, igitur eſt rationabile, quòd ponatur in illa potentia per quam homo principaliter obligatur Deo. Sed illa potentia eſt voluntas, quia uoluntatis eſt primo mereri, vel demereri, igitur caracter eſt in voluntate. *Quo caract. ſit in voluntate.*

¶ Ad argumentum in contrarium dico, quòd diſpoſitio eſt duplex, ſcilicet proxima, & remota. Maior autem eſt uera de diſpoſitione proxima, ſed non de diſpoſitione remota. *Diſpoſitio duplex eſt.*

Nunc

Nunc autem caracter non eſt diſpoſitio proxima ad fidem, vt fides eſt, ſed ad gratiam, quæ eſt in uoluntate, vt dictum eſt, ergo &c.

DISTINCTIO VII.

Vtrum ſacramentum confirmationis ſit neceſſarium ad ſalutem?

Seraphicus Bona. 4. ſent. diſtin. 7. q. 2. Art. 3.
Scotus 4. ſent. diſt 7 q 2.
Ricardus quarto ſenten diſt. 7 q. 1.

QVAESTIO I.

NVNC de ſacramento cõſecrationis. Circa iſtam diſtinctionem ſeptimam quæro quatuor quæſtiones. Primo. Vtrum ſacramentum confirmationis ſit neceſſarium ad ſalutem? Secundo vtrũ in ſacramento confirmationis conferatur gratia gratum faciens? Tertio vtrum ſacramentum confirmationis poſſit reiterari? Quarto, quæ eſt pęna iterantis.

AD primam quæſtionem ſic proceditur. Videtur quòd ſacramentum confirmationis ſit neceſſarium ad ſalutẽ. Quia quilibet chriſtianus tenetur eſſe plenus chriſtianus, ſed non eſt plenus chriſtianus ſine ſacramẽto cõfirmationis, ut habetur de cõſecra di. 5. c. Omnes fideles.

¶ Contra. Habenti gratiam gratum facientem non eſt aliud neceſſarium ad ſalutem. Sed in baptiſmo datur gratia gratum faciens, igitur nullum aliud ad ſalutem eſt neceſſarium, ergo &c.

¶ Ad iſtam quæſtionem pono tres concluſiones. Prima eſt; quòd ſacramentum confirmationis non eſt ſimpliciter neceſſarium ad ſalutem, ſecunda eſt ꝙ ſacramentum confirmationis eſt neceſſarium homini adulto ad ſalutem, tertia concluſio eſt, ꝙ ſacramentum confirmationis pręſupponit baptiſmum, ita quòd ſine baptiſmo nullus poteſt confirmari.

¶ Prima concluſio probatur ſic. Illud ſacramentum non eſt ſimpliciter neceſſarium, ſine quo aliquis niſi contemnat poteſt peruenire ad ſalutem, ſed ſine ſacramento confirmationis, ubi homo agit ex contemptu poteſt peruenire ad ſalutem, ſicut tenemus de paruulis baptizatis, tamen non confirmatis, igitur. Minor probatur per illud Matth. Qui crediderit, & baptizatus fuerit &c. & de conſecra. diſ. 5. Spiritus ſanctus, vbi dicitur quòd ſoli baptiſmo regenerati ſaluantur. *Cap. vltim.*

¶ Secunda concluſio probatur. Quia illud eſt neceſſarium adulto ſine quo adultus exponeret ſe periculo mortis æternæ ſuppoſito, quòd poſſet illud habere, ſed ſine ſacramento confirmationis adultus exponeret ſe periculo mortis æternæ ſuppoſito, ut dictum eſt, quòd poſſet illud habere, quia ageret ex contemptu, qui autem contemnit non eſt perfectus chriſtianus, vt notatur extra de ſen. excommuni. igitur illud ſacramentum eſt neceſſarium adulto ad ſalutem.

¶ Ad iſtum intellectum loquitur Hugo de ſacramentis. Timendum eſt his qui per negligentiam dimittunt epiſcopi pręſentiam, & non ſuſcipiunt manus impoſitionem ne forte propterea damnentur. Et ꝙ dicit forte eſt intelligendum, quia ſi peniteant, & poſtea accipiant non damnarentur. *Lib. 2. parte 7. cap. 3.*

¶ Tertia concluſio probatur ſic, quia in baptiſmo datur gratia iuſtificans, in confirmatione vero datur gratia roborans, ſed gratia roborans pręſupponit gratiam iuſtificationis, igitur ſacramentum confirmationis pręſupponit gratiam baptiſmi.

¶ Præterea illud ſacramentum præſupponitur a confirmatione, & ab omnibus ſacramẽtis in quibus imprimitur caracter, cuius caracter eſt fundamentum omniũ aliorum, ſed caracter baptiſmi eſt huiuſmodi, ergo. Minor probatur, quia caracter baptiſmi reſpicit initium fidei, alij autem caracteres reſpiciũt ſtatum fidei. Sed ſtatus præſupponit initium, ergo caracteres aliorum ſacramentorum præſupponunt caracterem baptiſmi. *Quid reſpiciat caracter baptiſmi.*

¶ Ad argumentum in contrarium dico, quòd quilibet chriſtianus tenetur eſſe plenus chriſtianus, & eſt plenus chriſtianus ſine ſacramento confirmationis: dummodo non contemnit, ſed contemneret quando haberet præſentiam epiſcopi, & non acciperet.

Vtrum in ſacramento confirmationis conferatur gratia gratum faciens?

D Thomas 3. parte quæſtio 72. Artic. 7.
Petrus de Aquila 4. lib. ſenten. diſtinct. 7. q. 2.

QVAESTIO II.

AD ſecundam quæſtionem ſic proceditur. Videtur quod in ſacramento confirmationis non conferatur gratia gratum faciens. Quia gratia gratis data reſpicit pęnam, gratia autem gratum faciens reſpicit culpam, ſed confirmatio eſt contra pęnam, quia eſt contra puſillanimitatem, ergo &c.

¶ Contra per auctoritatem Rabani. Per impoſitionem manuum ſpiritus ſanctus traditur baptizato, ſed ſpiritus ſanctus non datur niſi per gratiam gratum facientem, ergo &c.

¶ Ad iſtam quæſtionem dico tres concluſiones. Prima concluſio eſt, quòd in ſacramento confirmationis cōfertur gratia gratum faciens. Probatur. Quia de ſacramentis ſentiendum eſt, & tenendum, quod tenet ſacroſancta eccleſia Romana, ut patet extra de hereticis ad abolendam. Sed ſancta Romana eccleſia tenet, quòd in confirmatione confertur gratia gratum faciens, ergo &c. Minor probatur extra de ſacra vnctione. c. cum perueniſſet. Vbi dicitur, quòd per confirmationem ſpiritus ſanctus datur ad augumentum, & robur: ſed ſpiritus ſanctus nō datur ſimpliciter homini, niſi per gratiā gratum facientem.

Gratia gratum faciens dicitur duobus modis.

¶ Sed eſt notandum, quòd gratia gratum faciens dicitur dupliciter. Vno modo faciens gratum de non grato, & talis gratia confertur in baptiſmo, & pęnitentia. Alio modo dicitur gratia gratum faciens, quæ de grato facit magis gratum, & tali modo confertur gratia in confirmatione.

¶ Secunda concluſio eſt. Cum enim in baptiſmo conferatur gratia, & in confirmatione ſimiliter conferatur gratia, nunquid hæc, & illa ſunt eadem gratia. Et dicitur tripliciter. Vno modo, quòd hæc, & illa differunt eſſentialiter ſicut uirtutes, & dona, quia in baptiſmo datur gratia, quæ influens in potentias facit uirtutes. In confirmatione autem confertur gratia, quæ influens in potentias facit dona. Sed in ordine confertur gratia, quæ facit beatitudines. Alio modo dicitur, quod hæc & illa gratia differunt eſſentialiter ſicut morbi contra quos ordinantur, gratia enim baptiſmalis eſt contra morbum infidelitatis, gratia autem confirmationis eſt contra morbum puſillanimitatis. Tertio modo dicitur, quòd hęc, & illa gratia differunt ſicut duo gradus eiuſdē formę ſicut dictum fuit ſupra.

Lib. 1. diſt. 8 q de augmento charitatis.

¶ Tertia concluſio eſt in quo ſacramento confertur magis, & minus gratiæ in baptiſmo, an in confirmatione. Et dicitur quòd gratia confirmationis præſupponit gratiam baptiſmalem ſicut bene eſſe pręſupponit eſſe, quando ergo bene fit comparatio harum gratiarum hęc poteſt fieri dupliciter. Vno modo ſine præciſione, & ſic omnino maior eſt gratia confirmationis, quam baptiſmalis: ſicut bene, & perfectè uiuere eſt melius, quam uiuere. Si autem fiat comparatio harum gratiarum cum præciſione, ſic maior eſt gratia baptiſmalis, quam confirmationis, quia maioris uirtutis eſt mortuum uiuificare, quam uiuificatum fortificare. Sed per gratiam baptiſmalem homo mortuus uiuificatur, in confirmatione autem homo uiuificatus fortificatur, ergo.

Gratia gratum faciens eſt cōtra culpam, & pęnam.

¶ Ad argumentum in contrarium cum dicitur, quòd gratia gratum faciens eſt contra culpam. Dico quòd non tantum eſt contra culpam, ſed etiam contra pęnam eatenus quatenus ordinata eſt ad culpam, & talis eſt puſillanimitas.

Vtrum ſacramentum confirmationis poſſit iterari?

Seraphicus Bona. 4. ſent. diſtinct. 7. quæſt. 2. Artic. 3.
Scotus quarto ſententiarum diſtinctio. 7. q. 2.
Ricardus 4. ſententiarum diſtinctio. 7. quæſt. 2.

Que-

QVAESTIO III.

AD tertiam quæſtionem ſic proceditur. Videtur, ꝙ ſacramentum confirmationis poſſit iterari, quia vbi morbus poteſt iterari, ibi conuenienter medicina poteſt iterari, ſed confirmatio eſt medicina contra morbum puſillanimitatis, & illæ morbus poteſt iterari, ergo. In contrarium eſt Magiſter in litera.

¶ In illa quæſtione ſunt tres articuli. Primus eſt a quo ſacramentum confirmationis conferatur, ſecundus eſt, ſi illud ſacramentum iteratur, tertius eſt qua pęna iterans iſtud ſacramentum puniatur, & per illum articulum. patet ſolutio ad quartam quæſtionem in principio huius diſtinctionis poſitam.

DE primo videtur forte alicui, quòd ſacramentum confirmationis poteſt a quolibet ſacerdote miniſtrari per dictũ Gregorij ad Ianuarium epiſcopum, vt ſcribitur in canone de conſe diſt 5. c. peruenit. Ait enim ſic. Peruenit ad nos quoſdam ſcandalizatos fuiſſe eo, quòd præsbiteros tangere criſmate illos, qui baptizati ſunt prohibuimus, ſed ſi omnino de hac re aliqui contriſtentur, ubi epiſcopi deſunt, ut præsbiteri etiam in frontibus baptizatos criſmate tangere debeant cõcedimus.

¶ Sed dicendum eſt, quòd ſolum epiſcopi conferre poſſunt hoc ſacramentum, quia in primitiua eccleſia ſolis apoſtolis licuit conferre, ſed ſolum epiſcopi ſunt ſucceſſores apoſtolorum, ergo.

Ad decretũ Gregorij diuerſis modis.

¶ Ad decretum uero Gregorij dicitur quadtupliciter. Vno modo, ꝙ Papa conceſſit, quòd poſſent præsbiteri ibi tangere in fronte aliquo oleo, ſed non conſenſit de criſmate, ſed hoc eſt contra textũ litteręq́, ut patet ibidem.

¶ Ideo ſecundo modo dicitur, quòd Papa propter ſcandalum vitandum illud conceſſit ad tempus. Sed illud non ualet quia utilius ſcandalum naſci permittitur, quam quòd rei ueritas relinquatur, extra de regulis iuris.

¶ Ideo dicitur tertio modo, quòd in primitiua eccleſia non erat differentia inter epiſcopos, & ſacerdotes. Quod probatur per duas auctoritates Hieronymi, diſtin. 95. decretorum vna ponitur. c. olim, & alia. c. ſequenti. Olim inquit idẽ præſbiter, qui & epiſcopus. Et parum poſt ſicut præsbiteri ſciunt ſe ex conſuetudine eccleſiæ prepoſitis eſſe ſubiectos, ita epiſcopi nouerint ſe magis ex conſuetudine, quàm diſpoſitionis dominicæ ueritate præsbyteris eſſe maiores.

Quartus modus dicendi eſt melior.

¶ Sed quartus modus dicendi eſt melior quia ſi a principio non licuit ſacerdoti hoc ſacramentum conferre, Papa tamen quemlibet ſacerdotem illius regionis potuit facere epiſcopum quantum ad actũ iſtum. Sic igitur ſacramentum confirmationis a ſolis epiſcopis poteſt conferri. Cuius materia remota eſt criſma compoſitum ex oleo oliuæ, & balſamo ſpecialiter ab epiſcopo ſanctificatum, vel ab alio cui talis ſanctificatio poteſt committi. Materia autem propinqua eſt unctio facta in fronte in figura crucis. Huius autẽ ſacramenti forma eſt ſigno, te ſigno crucis, confirmo te criſmate ſalutis, in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti. Amen.

Quid ſit materia remota, & materia propinqua ſacramenti confirmationis.

DE ſecundo articulo, ſcilicet vtrum illud ſacramentum poteſt iterari. Dico ꝙ non, imo ſcienter iterans peccat mortaliter. Quare autem non debet iterari principalis cauſa eſt inſtitutio diuina. Congruentia vero aſſignatur talis. Quia per iſtud ſacramẽtum inſtituitur aliquis in determinato gradu eccleſiæ. ſ. in gradu bellatoris. Sed ſacramentum inſtituẽs in gradu bellatoris determinato non iteratur. Alia congruentia aſſignatur. Quia iſtud ſacramentum imprimit effectum indelebilem ſ. caracterem.

An ſacramentum confirmationis poſſit iterari.

DE tertio articulo. ſ. de pęna iterantis dicunt canoniſtæ, ꝙ ſunt irregulares, & probant per locum a ſimili, quia de baptiſmo, & confirmatione eſt ſimile, ſed iterans baptiſmum ſcienter eſt irregularis, igitur idem iudicium erit de confirmationis iteratione.

Opinio canoniſtarum.

¶ Sed aliter dicitur, quod nulla pęna canonica, quæ non eſt inflicta a papa condente ius incurritur ipſo iure, nec propter argumenta exponentium canones, ſiue a ſimili, ſiue a contrario ſenſu talis pęna debet infligi. Cum igitur non inueniatur in iure canonico expreſſa pęna irregularitatis inflicta pro iteratione con

firma-

firmationis, ſequitur, ꝙ ipſo facto non incurritur maxime, quia pęnæ ſunt reſtringendæ. Et confirmatur per capitulum illud de conſecra diſt. 5. c. dictum, vbi nulla pęna infligitur epiſcopo iterum confirmāti, ſed nec ſuſcipiēti, niſi ꝙ ſoli Deo ſeruiat i habitu monachali, uel clericali.

¶ Ad argumentum in contrarium dico, ꝙ morbus, ut contra ipſum eſt hæc medicina non iteratur licet alio modo poſſit iterari.

DISTINCTIO VIII.

Circa diſtinctionem octauam quæritur.

Vtrum Euchariſtiæ ſit ſacramentum nouæ legis?

Scotus 4. ſent. diſt 8. q. 1.
D. Thomas 3. parte quaſtio 73. Artic. 1.
Durandus quarto ſenten. diſt. 6 q. 1.

QVAESTIO I.

POST ſacramentum baptiſmi. Circa iſtam diſtinctionem octauam, in qua Magiſter incipit tractare de ſacramento euchariſtiæ quæro quatuor quæſtiones. Primo utrum ſacramentum euchariſtiæ ſit ſacramentum nouæ legis? ſecundo utrum illa ſit forma conſecrationis corporis Chriſti, quæ ponitur in canone miſſæ, hoc eſt enim corpus meum. Tertio utrū illa ſit forma conſecrationis ſanguinis Chriſti, hic eſt ſanguis meus. Quarto ſine argumento quid demonſtretur per hoc pronomen hoc.

AD primam quæſtionem ſic proceditur. Videtur ꝙ euchariſtia non ſit ſacramentum nouæ legis. Quia quodlibet ſacramentum nouæ legis eſt per ſe unum, ſed euchariſtia non eſt per ſe unum, ergo. Minor probatur, quia aliud ſignum eſt ſpecies panis, & aliud ſignum eſt ſpecies uini, & habent aliud, & aliud ſignatū quia vnius ſignatum proprium eſt corpus Chriſti, alterius aūt eſt ſanguis Chri.

¶ Contra, de conſe diſt. 2. In ſacramentorum oblationibus.

¶ Ad iſtam quæſtionem dico tres concluſiones. Prima eſt, quòd euchariſtia ē ſacramentum nouæ legis, ſecūda ꝙ euchariſtia eſt ſacramentum excellentius inter ſacramenta nouæ legis, tertia concluſio eſt ſi ſacramentum euchariſtiæ eſt unum.

Euchariſtia eſt ſacramē tum nouę legis.

¶ Prima concluſio ſic probatur. Sacramētum plenitudinis gratiæ eſt pro tempore legis gratiæ, ſed ſacramentum euchariſtiæ eſt ſacramentum plenitudinis gratiæ, ergo euchariſtia eſt ſacramentum nouæ legis.

¶ Præterea ſacramentum nouæ legis eſt ſignum ſenſibile gratiam Dei, vel effectū gratuitum efficaciter ſignans ex inſtitutione diuina, ſed euchariſtiam ponimus effectum Dei gratuitum. ſ. exiſtentiam corporis Chriſti, ergo ſacramentum euchariſtiæ eſt ſacramentum nouę legis. Minor probatur, quia ſub illis ſpeciebus ſignatur corpus Chriſti ueraciter contineri, & tamen illæ ſpecies hoc non efficiunt. Hoc argumentum eſt efficax contra illos, qui ponunt ſacramentum habere actionem reſpectu rei ſignatæ, ſed nō eſſet contra me, quia ut uiſum fuit circa principium huius quarti ſacramēta ſunt ſigna tantum efficacia reſpectu rei ſignatæ, vel gratię.

¶ Secunda concluſio. ſ. ꝙ euchariſtia eſt excellentius ſacramentum inter ſacramenta nouæ legis declaratur ex quadruplici differentia, quæ eſt inter euchariſtiam, & alia ſacramenta nouæ legis.

¶ Prima eſt, ꝙ alia ſacramenta ueracia ſunt quantum eſt de ſe, tamen quandoq; carent effectu ſignato propter indiſpoſitionem ſuſcipientis. Illud autem ſacramentum nunquam caret ſuo ſignato.

¶ Secunda differentia eſt, ꝙ iſtud ſacramentum, quod ſignificat hoc realiter cō tinet, alia autem non continent realiter, quod ſignant.

¶ Tertia differentia eſt, ꝙ alia ſacramenta ſignant gratiam accidentalem, & inherentem, iſtud aūt ſignat gratiam ſubſiſtē tem. i. exiſtentiam corporis Chriſti.

¶ Quarta differentia eſt, ꝙ oia alia ſacramenta conſiſtunt in uſu, & in fieri, ita ꝙ idē eſt ibi ſacramentū, & perceptio ſacramenti, nec ꝑmanet aliqd, qđ ſit ſacramē tum, ſed ceſſant ceſſante tali vſu, ut patet ī baptiſmo, & eius ꝑceptione Sed hoc ſacramentū ē quoddā ꝑmanēs ēt añ uſum.

¶ De

¶De tertia concluſione dico, ꝙ ſacramē tum euchariſtiæ eſt unum unitate integritatis non unum unitate indiuiſibilitatis.

Corpus Chriſti accipitur duobus modis.

¶Ad cuius euidentiam eſt notandum, ꝙ corpus Chriſti poteſt accipi ſtrictæ prout includit ī ſe partes animatas anima Chriſti cuius pars non eſt ſanguis, licet ſit in potentia propinqua, ut conuertatur in carnem animatam, & ſic corpus eſt eſſentialiter aliud a ſanguine. Alio modo poteſt corpus accipi prout includit omnia, quæ pertinent ad totum corpus organicum, ſiue ſint partes animatæ, ſiue non, ut humores, & ſpiritus. Et hoc modo ſanguis eſt aliquid corporis. Primo modo accipiendo corpus licet ipſum, & ſanguis ſint primo diuerſa ſignata, conſtituunt tamen unum ſignatum totale, quod eſt corpus, ſecundo modo ſumptum, & ita proprium ſignum corporis primo modo, & ſignum proprium ſanguinis poſſunt eſſe vnum ſignum unitate integritatis, & non indiuiſibilitatis. Et congruum eſt ſic eſſe ut ſacramētum hoc habeat unitatem integritatis, & indiuiſibilitatis, quia hoc ſacramentum eſt ad completam nutritionem animę ſicut aliquid ē ad completā, & perfectam nutritionem corporis, ſed completa nutritio corporis eſt in aliquo uno unitatę integritatis, & non indiuiſibilitatis, vnde non nutrit perfectæ cibus ſine potu, nec econtrario, ergo hoc ſacramentum eſt unum vnitate integritatis, & non indiuiſibilitatis. Et per hoc patet ad argumentum principale &c.

Quo sacramentum ſit unum.

An forma ſit, quæ ponitur in Canone miſſæ?

Seraphicus Bonau. 4. ſent. diſt. 8. q. 1. Art. 1. parte 2.

Scotus 4. ſent. diſt 8 q 2.

D. Thomas tertia parte quæſtio 78. Artic. 2.

Ricardus quarto ſententiarum diſtinct. 8. q. 1. Artic 3.

Durandus quarto ſententiarum diſtinctio. 8. q. 2.

Joannes Bacconitanus 4. ſententiarum diſt. 8. q. 3.

QVAESTIO II. & III.

AD ſecundam, & tertiam quæſtionem ſimul ſic proceditur. Videtur ꝙ illa non ſit forma conſecrationis corporis Chriſti, quæ ponitur in canone miſſæ hoc eſt enim corpus meum, hoc eſt ſanguis meus, vel hic ē calix ſanguinis mei, quia iſtud pronomen hoc, aut demōſtrat ſubſtantiam panis, aut accidētia, & utroque modo propoſitio eſt falſa, aut demōſtrat corpus Chriſti, & ſic propoſitio nō eſt effectiua corporis Chriſti. In contrarium eſt Magiſter in litera.

¶In iſta quæſtione primo eſt uidendum ſi euchariſtiæ ſit aliqua una forma, ſecundo, quæ eſt illa forma, tertio quid ſignificet illa forma.

DE primo dico, ꝙ aliud eſt quærere ſi euchariſtiæ eſt aliqua una forma, aliud eſt quęrere ſi conſecrationis eſt aliqua una forma. Nam verba non ſunt, nec eſſe poſſunt forma euchariſtiæ, ſed uerba bene ſunt forma conſecrationis euchariſtiæ, vt præhabitum eſt in præcedenti quæſtione. Et tunc dico, ꝙ ſicut illud ſacramentum eſt unum unitate integritatis, non autem indiuiſibilitatis, quia in ſe includit duo ſigna particularia, quæ primo ſignificant duo propriæ ſignificata, & proxima .ſ. corpus, & ſanguinem, & duo remota .ſ. cibationem, & potationem ſpiritualem, ita etiam eſt hic una conſecratio unitate integritatis non autem indiuiſibilitatis, ſed ſunt duæ partiales. Et ſic eſt ibi duplex forma conſecrationis, quia una eſt forma conſecrationis corporis, alia eſt forma conſecrationis ſanguinis Chriſti. Diſtinctio autem iſtarum formarum partialium conſecrationis patet ex duobus. Primo quia ſi ſacerdos moreretur ſubito pane conſecrato ibi eſſet conſecratio corporis, ſine conſecratione ſanguinis, ſecundo quia eſt efficax ſine alia, alia fideles adorantes corpus Chriſti, ante conſecrationem ſanguinis eſſent idolatræ, quod eſt falſum.

Quo ſit una conſecratio, & duæ conſecrationes.

Duplex eſt forma conſecrationis.

DE ſecundo ſcilicet, quæ eſt forma conſecrationis corporis Chriſti, & ſanguinis eius dicitur uno modo ſecundum

uiam

uiam Innocentij de officio miſſæ, ꝙ forma conſecrationis non eſt in iſtis uerbis, hoc eſt enim corpus meum, nec Chriſtus conſecrauit in iſtis uerbis.ſ. in uerbis benedictionis cum dicitur in uerbis præcedentibus, ꝙ accipiens panem benedixit. Pro iſta opinione arguitur ſic. Verba quæ ſignificant realitatem ſacramenti in facto eſſe, & non in fieri nõ ſunt forma conſecrationis, ſed iſta uerba, hoc eſt enim corpus &c. ſignificant realitatem ſacramenti in facto eſſe, & non in fieri, ergo. Minor patet, quia cum conuerſio conſiſtat in fieri, uerba conſecrationis debent ſignificare realitatem ſacramenti in fieri. Minor probatur ſic, quia iſta verba ſunt uera tantum in termino conuerſionis, & non ante.

Par. 3. ca. 6

¶ Contra iſtam opinionem arguitur ſic, quia Chriſtus in uerbo conſecrauit, ſed non conſecrauit alijs uerbis ab iſtis cum non legimus alia uerba ab iſtis, ergo forma conſecrationis corporis Chriſti eſt in iſtis uerbis, hoc eſt enim corpus meũ. Hinc dicitur extra de celebratione miſſarum cum Marthe. credimus, ꝙ forma verborum ſit ſicut in canone continetur & a Chriſto apoſtoli, & ab apoſtolis eorum acceperunt ſucceſſores. Nec argumentum opinionis concludit, ut patebit in quãdo uidebitur quid ſignificant iſta uerba, hoc eſt enim corpus meum, quæ non ſolum in propoſito ſunt oſtenſiua, ſed etiam effectiua.

In artic. 3.

¶ Dico igitur aliter ad iſtum articulum, & primo oſtendendo, quæ ſunt uerba cõſecrationis corporis Chriſti, ſecundo quæ ſunt uerba conſecrationis ſanguinis Chriſti.

¶ De primo dico, ꝙ uerba conſecrationis corporis Chriſti ſunt quatuor, uidelicet pronomen hoc, & uerbum eſt, & in appoſito corpus meum. Iſta enim coniũctio non eſt de eſſentia formæ, ſed ſecundum unum doctorem ſolum ponitur ad deſignandum ordinem conſecrationis ſacramenti ad uſum ſacramenti, quod patet ex uerbis præcedentibus, accipite, & comedite, hoc eſt enim corpus meum, quaſi dicat, quia talis eſt conſecratio, ideo utendum eſt conſecrato.

¶ Alia ratio poteſt aſſignari, ꝙ illud.n. ponitur ad oſtendendum ne illa uerba, quæ ſunt de forma conſecrationis proferantur ſine præcedentibus.

¶ Sed hic eſt unum dubium, utrum prætermiſſis uerbis præcedentibus per iſta ſolum quatuor uerba cõficeret ſacerdos, & dicitur ꝙ ſic, quia iſta ſunt præciſa forma conſecrationis, alia autem ſunt præmittenda propter reuerentiam, vel propter orationem.

¶ Contra illud inſtatur ſic. Verba ſacramenti ex vi uerborum debent ſignificare illud, quod efficitur ex ui conſecrationis, ſed ui conſecrationis huius efficitur ꝙ ibi ſit uerum corpus Chriſti, ergo uerba debent ſufficienter hoc ſignificare. Sed hęc uerba, hoc eſt enim corpus meũ prolata, ſine pręcedentibus hoc non ſignificant, quia abſolutæ ly meum ſignificat referri ad perſonam loquentis. Sicut ſi inciperem loqui aliqua uerba Chriſti, ſiue prolata a Chriſto, uidelicet, doctrina mea non eſt mea quantumcunque intenderem loqui in perſona Chriſti, tamen ex ui uerborum non habetur, ꝙ illa doctrina ſit Chriſti, ſed loquentis.

Petrus de Tarãto prę ſenti diſt. ar tic. 3. q. 2.

¶ De ſecundo.ſ. quæ uerba ſunt forma conſecrationis ſanguinis Chriſti. Dico ꝙ hic eſt maius dubium. Tum quia forma, qua utimur nullus euangeliſtarum recitat, ideo non uidetur ex euangelio eſſe certa. Tũ quia græci alia forma utuntur, dicentes, hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro uobis, & pro multis eſt in remiſſionem effuſus peccatorum. Tamen his non obſtantibus firmiter tenendum eſt, quod forma noſtra ſit certa ſecundum auctoritatem Innocentij de celebratione miſſarum. Cum Marthe. Multa enim tradita ſunt eccleſiæ ab apoſtolis, quæ tamen non ſunt ſcripta in euãgelio. Nec obſtat; quod dicitur de euangeliſtis, quia intendebant narrare rem geſtam, non autem tradere formam conſecrationis. De forma eccleſiæ grecorũ eccleſia non dicit eos non conficere, unde dicunt aliqui, quod forma eorum eſt forma noſtra, & quecunque forma ſcripta in euangelijs ſufficiens eſt ad conſecrationem: tamen in eccleſia Romana eſt de neceſſitate miniſtri uti forma, quę ponitur in canone.

Forma conſecrationis qua utuntur Græci.

DE tertio articulo.ſ. quid iſta verba ſignificãt, nũ quid ſignificãt ſubſtantiã panis, an accidẽtia, uel corpus Chriſti, ſed ſiue ſignificent ſubſtantiam panis, ſiue accidentia-

cidentia, ſiue corpus Chriſti, uidetur propoſitio falſa, quia iſtud pronomē hoc, uel demōſtrat pro illo inſtāti pro quo profertur, uel pro alio, non pro alio, quod patet, ergo demonſtrat pro illo inſtanti ꝑ quo profertur, & tunc nō eſt corpus Chriſti.

D. Tho. præſenti diſt. 2. artic. 2. hoc pronomē hoc quid oſtēdat uerbum poteſt accipi duobus modis.

¶ Ad hoc dicitē multipliciter, quòd hoc pronomen hoc demonſtrat ibi corpus Chriſti non ſubſtantiam panis, neque accidentia, nam uerbum quodcunque poteſt accipi dupliciter. Vno modo poteſt capi ſecundum ſe, alio modo prout eſt pars alicuius orationis. Primo modo, ſcilicet ſecundum ſe omne nomen habet ſuum ſignificatum in inſtanti ultimæ ſillabæ eius, ſecundo autem modo, ut eſt pars alicuius orationis non habet ſuum ſignificatum, niſi in ultimo inſtanti prolationis totius orationis.

¶ Ad propoſitum ergo dicitur, ꝙ illud pronomen hoc, ponitur in illa oratione non ſecundum ſe, ſed ut eſt pars orationis, & ideo non habet ſuum ſignificatū niſi in ultimo inſtanti prolationis totius orationis, ſed pro illo inſtanti eſt corpus Chriſti, ergo demonſtrat corpus Chriſti pro ultimo inſtanti prolationis. Hoc cōfirmatur. Conſtat enim, quòd illud pronomen hoc, pro aliquo ſupponit, non autem poteſt ſupponere pro pane, nec pro accidentibus panis, nec pro aliquo alio a corpore Chriſti, ergo ſupponit pro corpore Chriſti, & non niſi in ultimo inſtanti prolationis.

Illud pronomen hoc ſupponit ꝑ corpore Chriſti.

¶ Contra iſtam opinionem arguitur ſic. Illud nomen, quod non mutat ſuum ſignificatum in propoſitione, ſiue in oratione non habet aliud ſignificatum, ut in oratione poſitum, quam ut extra orationem per ſe ſumptū. Si enim habet aliud ſignificatum in oratione, quam habeat ꝑ ſe, ergo mutat ſignificatum ſuum in oratione, ſed nomen quodcunque: maxime uniuocum, non mutat in oratione ſuum ſignificatum, quoniam ſi mutaret cum idem nomen poſſet poni in infinitis orationibus, & per conſequens illud nomen mutaret infinita ſignificata, & ita nulla eſſet certitudo de ſignificatione, ſiue de ſignificato alicuius nominis, ergo quodcunque nomen debet idem ſignificare, & idem ſignificatum habere in oratione quod habet ſecundum ſe ſumptum. Sed illud pronomen hoc ſuper accidētia panis abſolute poſita non ſignificat corpus Chriſti, igitur nec prolatum in oratione.

Opinio propria.

¶ Quicquid ſit de opinione, uel impugnatione poteſt aliter dici, ꝙ illa oratio, hoc eſt enim corpus meum, eſt uera pro ultimo inſtanti prolationis, & ſic illa forma conſecrationis ſignat corpus Chriſti pro ultimo inſtanti prolationis. Iſtud autem patet ex tribus propoſitionibus.

1. propoſitio.

¶ Prima propoſitio eſt, quòd illa oratio non ſolum eſt corporis indicatiua, ſed & uirtute diuina eſt corporis Chriſti effectiua. Item non efficit operatione ſucceſſiua, ſed operatione inſtantanea, & non eſt effectiua rei, non exiſtentis, ſed rei præexiſtentis, quia corpus, quod eſt in cęlo localiter cępit eſſe in altari ſacramentaliter.

2. propoſitio.

¶ Secunda propoſitio eſt, ꝙ pro illo tempore denotatur in oratione ueritas, quod ſignificatur per uerbum copulans extrema propoſitionis, uel orationis, ut ſi dicatur homo eſt albus, quia uerbum copulans extrema orationis eſt uerbum præſens, ideo ueritas orationis denotatur in tempore de præſenti, & ſimiliter eſt de uerbo præteriti, uel futuri temporis.

3 propoſitio

¶ Tertia propoſitio eſt, quòd uerbum cuiuſcunque temporis non ſolum poteſt ſignificare tempus, ſed etiam poteſt ſignificare inſtans temporis, quia ſi non poſſet inſtans temporis ſignificare cum anima creatur in inſtanti, tunc iſta eſſet falſa, anima creatur. Ex his orationibus omnibus fiat talis deductio, pro eodem tempore, uel pro eodem inſtanti oratio eſt ueritatis oſtenſiua pro quo eſt rei, uel corporis effectiua, ut ſic tempus referatur ad actionem ſucceſſiuam, inſtans uero ad actionem, uel factionem inſtantaneam. Sed iſta oratio hoc eſt enim corpus meum, eſt corporis effectiua pro ultimo inſtanti prolationis, igitur eſt corporis oſtenſiua pro ultimo inſtanti prolationis. Et per hoc patet ad argumētum principale, igitur &c.

DISTINCTIO IX.

Circa diſtinctionem nonam quæritur.

Vtrum

Vtrum hoc ſacràmentum poſſit recipi à non ieiunis?

Scotus 4. ſent. diſt. 8. q. 3.
D. Thomas tertia parte queſtio 80. Artic: 8.
Ricardus quarto ſententiarum diſtinctio 8. q. 3.

QVAESTIO I.

ET ſicut duæ ſunt res. Circa iſtam diſtinctioné nonam quæro tres quæſtiones. Primo vtrum ſacramentum corporis Chriſti poſſit a non ieiunis celebrari, vel recipi? Secundo utrum poſſibile ſit corpus Chriſti ſub ſpecie panis, & vini contineri veraciter? Tertio vtrum exiſtens in mortali peccato peccet mortaliter accipiendo hoc ſacramentum?

AD primam quæſtionem ſic proceditur. Videtur quòd ſacramentum corporis Chriſti poſſit a non ieiunis celebrari, vel recipi, quia poſt cenam Chriſtus diſcipulis ſuis pranſis dedit eucharistiam.

¶ Contra, de conſecra. diſtin. 2. c. ſiquidem, & ſumitur ab Auguſtino ad inquiſitiones Ianuarij. Placuit ſpiritui ſancto, vt in honorem tanti ſacramenti prius in os chriſtiani dominicum corpus intraret quam cibi alij.

¶ In iſta quæſtione primo ponam vnam diſtinctionem. Secundo reſpondebo ad quæſtionem.

Quatuor modis poteſt aliquis hoc ſacramentum recipere.

QVANTVM ad primum dico, quod quadrupliciter poteſt quis hoc ſacramentum recipere.

¶ Primo modo aliquis hoc ſacramentũ recipit nec ſacramentaliter, nec ſpiritualiter, ſicut infidelis, aut peruerſus hereticus, de quo dicit apoſtolus, quòd iudicium ſibi manducat, & bibit, non diiudicans, ideſt non diſcernens ab alijs cibis corpus domini, talis enim ſola accidentia terit dentibus materialiter, & ideo non ſumit, neque ſacramentaliter, neq; ſpiritualiter.

¶ Secundo modo hoc ſacramentum aliquis ſumit ſacramentaliter, & ſpiritualiter ſicut deuotus chriſtianus, qui cõſcientia iam purgata non ſimulata fide ad hoc ſacramentum accedit, de quo loquitur Auguſtinus dicens Crede, & mãducaſti, & non me conuertes in te, ſed tu conuerteris in me.

¶ Tertio modo aliquis ſumit hoc ſacramentum ſacramentaliter, & non ſpiritualiter ſicut malus chriſtianus, qui ſumit corpus Chriſti, ſed non habet conſcientiam de peccato mortali iam purgatam, & de hoc loquitur Auguſtinus, & habetur de conſe. diſt. 2. c. 2 Quid eſt Chriſtũ manducare. Qui enim accipit indignæ ſacramentum, acquirit inde magnum tormentum.

¶ Quarto modo ſumit aliquis hoc ſacramentum ſpiritualiter, & non ſacramentaliter ſicut homo chriſtianus conſcientia ſanus, tamen infirmitate grauatus libenter hoc ſacramentum ſumeret, ſed non habet propinantem ſibi, & de illo loquitur Auguſtinus in libro de remedio pęnitentiæ dicens. Vt quid paras uẽtrem, vel dentem crede, & manducaſti. Qui enim credit in eum manducat eum. Hic autẽ non quæritur de illo, qui ſumit hoc ſacramentum primo, vel quarto modo, ſed quæritur de illo, qui ſumit ſecundo, vel tertio modo, ſcilicet ſacramentaliter, & ſpiritualiter, vel ſolum ſacramentaliter ſi talis poteſt licite hoc ſacramentum nõ ieiunus recipere, & tunc præmitto aliam diſtinctionem, uidelicet, quòd ieiunium eſt naturæ, & ieiunium eccleſiæ. Ieiuniũ autem eccleſiæ non ſoluitur niſi per aliquam refectionem extraordinariam præter morem eccleſiæ, vnde per ſpecierũ ſumptionem, vel potum ſaltem poſt prandium non ſoluitur ieiunium eccleſiæ. Sed ieiunium naturæ eſt carentia cibi ſuſcepti in ſtomacho, vel in via ad ſtomachum, hoc de primo articulo.

Duplex eſt ieiunium.

DE ſecundo articulo dico, quòd oportet ſuſcipienté corpus Chriſti eſſe ſimpliciter ieiunũ ieiunio naturæ, nec eſt alia cauſa principalis, niſi inſtitutio diuina, quia ut dictum eſt placuit ſpiritui ſancto vt in honorem tanti ſacramẽti &c. Et quidem rationalis eſt conſtitutio pp reuerẽtiam ſacramenti, quæ minor eſt in pranſo, quam in ieiuno, & vt prius quæratur cibus ſpiritualis, quam corporalis. Si aũt intelligit queſtio in particulari dico, quod

Sunt duo caſus. *primus caſus.* duo ſunt caſus in quibus eſt licitum alicui non ieiunó ſtomacho hoc ſacramentum recipere. Vnus eſt in infirmitate graui quando timetur periculum mortis imminentis. Tunc enim periculum ē negare infirmo etiā pranſo poſcenti hoc ſacramentum cum ſit uiaticum. Alius eſt caſus ſpecialis puta in aliqua regione in *2. Caſus.* qua celebratur vino albo: ibi miniſter parat calicem ſacramenti, & ex aliqua negligentia pro vino ponit aquam, ſacerdos non aduertens ſupponens miniſtrū bene feciſſe procedit dicendo uerba, & alia faciendo uſque ad perceptionem, percipiens autem liquórem de calice ad- *Nota, et bene.* uertit eſſe aquam, in tali enim caſu ſacerdos tenetur conſecrare ſanguinem de nouo, & percipere conſecratum, quia quando ſunt duo pręcepta ordinata ſecundū rationem ſuperioris, & inferioris magis ligat præceptum ſuperioris, quam inferioris. Sed quod illud ſacramentum percipiatur integre a ſacerdote quando conficit eſt pręceptum ſuperioris. ſ. Chriſti, ꝙ autem percipiat ieiunus eſt pręceptū eccleſię, & inferioris, ergo non obſtante, quòd in tali caſu non ſit ieiunus ipſe tenetur ſanguinem conſecrare, & conſecratum recipere.

¶ Ad argumentum in contrarium reſpondet Auguſtinus de conſecra. diſt. 2. c. liquido. Neque enim quia poſt cibos dedit dominus euchariſtiam diſcipulis ſuis, propterea pranſi debemus euchariſtiam ſumere. Namque ſaluator, ut uehementius commendaret huius ſacramenti altitudinem ultimo uoluit figere in cordibus diſcipulorum. Quo autem ordine deinceps ſumeretur apoſtolis per quos eccleſias diſpoſiturus erat reſeruauit docendum.

Vtrum poſſibile ſit corpus Chriſti ſub ſpecie panis, & vini realiter contineri?

Seraphicus Bonau. 4. ſent. diſt. 10. *q.* 4. *Arti.* 1.

Scotus quarto ſententiarum diſtinctio. 10. *q.* 1.

D. Thomas tertia parte quæſtio 76. *Artic.* 2.

Ricardus 4. *ſententiarum diſtinctio.* 10. *q.* 1. *Artic.* 1.

QVAESTIO II.

AD ſecundam quæſtionem ſic proceditur. Videtur ꝙ non ſit poſſibile corpus Chriſti ſub ſpecie panis, & vini veraciter contineri, quia non alio modo ſe habent ſpecies panis, & uini ad corpus Chriſti poſt conſecrationem, quam ante. Sed ante conſecrationem corpus Chriſti non continebatur ueraciter ſub ſpeciebus panis, & uini, igitur nec poſtea.

¶ In contrarium eſt Magiſter in litera probans per multas auctoritates hoc eſſe poſſibile.

¶ In iſta quæſtione ſunt tres articuli. Primo eſt uidendum quid ſit fide tenendum ſecundo eſt unum dubium remouendū, ſcilicet quomodo ſit poſſibile corpus Chriſti eſſe de nouo in altari ſine ſui mutatione. Tertio eſt tale dubium remouendum cum hoſtia ſit parua, & corpus Chriſti magnum, quomodo poteſt contineri ſub hoſtia.

DE primo dico, quòd corpus Chriſti uere eſt ibi realiter. Iſta autem ueritas fuit a principio expreſſe tradita ex quo euchariſtia fuit inſtituta, ut patet Matthei, vbi ait Chriſtus. Hoc eſt corpus meum, & Ioannis. Caro mea uerè eſt cibus. &c. Et Luc. Hoc eſt corpus meum, & hic eſt ſanguis meus. *Cap. 26.* *Cap. 6.* *Cap. 22.* Si autem heretici uellent ita exponere dicendo, ꝙ ſunt figuratiuæ dicta ſicut iſtud Ioann. *Cap. 15.* Ego ſum uitis uera. Iſtud eſt omnino cōtra intentionem Saluatoris, quia ut ait Auguſtinus libro 83. quæſtionum. Solet circunſtantia ſcripturarum illuminare *q. 7.* ſcripturam, nam ex pręcedentibus, uel ſequentibus poteſt colligi an loquatur figuratiuè. Nam cum Chriſtus dixit, ego ſum uitis uera, ſtatim ſubiunxit, uos palmites mei, ſed conſtat, ꝙ diſcipuli non erant palmites naturales, ſed tantum figuraliter ideo loquebatur figuratiue. Sed cum dicit Luc. hoc eſt corpus *Cap. 22.* meum, ſtatim ſubiunxit, quod pro uobis tradetur, ſed iſta traditio non erat figuratiua, ſed realis, & uera, ergo ueraciter dictum eſt, hoc eſt corpus meum.

DE ſecundo ſ. qualiter corpus ſit ibi

veraciter

ueraciter ubi prius non fuit, uel erat ſine ſui mutatione, eſt hic opinio Thom. quod hoc eſt propter mutationem alterius in ipſum corpus puta propter conuerſionem panis in corpus Chriſti, & ideo nõ oportet corpus Chriſti in ſe mutari. Sufficit enim, quod aliud mutetur in ipſum ad hoc, quod ipſum incipiat ibi eſſe præſentialiter. Et declaratur per ſimile, quia ſicut genitum ẽ ubi prius fuit corruptum, & tamen nõ per aliquam loci mutationem ipſius geniti, ita uidetur, quod illud, in quo conuerſum eſt aliud ſit ubi conuerſum prius fuit, & non per aliquam mutationem termini ad quem conuerſionis, ſed ſolum termini a quo.

¶ Contra iſtam opinionem arguitur ſic. Suppoſito ſecundum eos, quod tranſuberatio eſt mutatio ſubſtantialis eo modo quo conceditur eſſe mutatio, tunc arguitur ſic. Per nullam mutationem per ſe habetur id quod eſt per ſe aliud, & poſterius a per ſe termino mutationis, ſed præſentia corporis Chriſti eſt poſterior, & eſt aliud ſimpliciter a ſubſtantia, quæ eſt per ſe terminus tranſuberationis, ergo. Maior patet, quia unius mutationis per ſe eſt unus per ſe terminus. Minor etiam patet. Nam huiuſmodi præſentia non eſt ſubſtantia panis, ut manifeſtum eſt, quia quãdo ſubſtantia panis nõ eſt, iſta præſentia eſt, nec ipſa præſentia eſt ſubſtantia corporis Chriſti, quia huiuſmodi ſubſtantia fuit quando præſentia non fuit.

¶ Præterea. Deus poteſt facere corpus ſuum præſens cum pane manente ſubſtãtia panis, & tunc hoc non erit per aliquã mutationem quæ ſit ad ſubſtãtiam ut ad terminum per ſe, & tamen per iſtam acquiretur præſentia eiuſdem rationis cũ illa quę nec habetur, ergo oportet, quod per mutationem ſubſtãtialem, probatio maioris. Ad nouitatem poſterioris non ſequitur prioritas prioris ut patet ex 8. phiſicorum. Sed iſta pręſentialitas eſt poſterior ſubſtantia panis ſicut reſpectus ẽ poſterior abſoluto, ergo ſine mutatione aliqua circa ſubſtãtiam panis eſſe poteſt noua præſentia corporis Chriſti ad panem, & per conſequens per tranſuberationem non habetur illa præſentia, quia terminus eiuſdem rationis cuiuſmodi eſt præſentia non propriæ, & per ſe eſt

8. Phy. com tex. 74. 75. & inde.

terminus duarum mutationum diſtincta rum ſecundum genus.

¶ Præterea, quod conuertitur in aliquod præexiſtens magis acquirit conditiones eius quam econtra. Exemplum huius, ſi nutrimentum conuertatur in carnẽ magis animatur anima carnis quam caro in formetur forma nutrimenti, ergo ex ſola conuerſione panis in corpus Chriſti præ exiſtens magis acquireret panis conuerſus pręſentiam in cœlo quã corpus Chriſti præſentiam ſub ſpecie panis. *Exemplum*

¶ Alius eſt modus dicendi quem teneo, quod motus ſiue mutatio localis eſt duplex, quædam deperditiua, & quædã acquiſitiua, ſicut quando quis mouetur de loco uno ad alium aliquid deperditur, & aliquid acquiritur. Talis enim ordine naturæ mouetur ab habitu ad priuationem puta ab ubi, quod prius habebat ad ubi quod prius non habebat, & hæc mutatio dicitur deperditiua termini a quo dicitur tamen acquiſitiua termini ad quem. Nunc autem hæ duæ mutationes licet concurrant ſimul in uno motu locali continuo, tamen diſtinctę ſunt, & ſic una poteſt abſolui ab alia ut acquiſitiua a deperditiua ſic, quod aliquid acquirit nouum locũ non dimittendo priorem ſicut eſt in propoſito. Corpus enim Chriſti abſque hoc, quòd dimittat ubi, quod habet in cœlo acquirit nouum ubi in ſacramento, & ideo eſt hæc mutatio localis, non deperditiua, ſed acquiſita. *Opinio Scoti.* *Nota, & bene.*

DE tertio articulo, ſcilicet quõ corpus Chriſti magnum poteſt cõtineri ueraciter ſub hoſtia parua. Et dicitur hic ab uno Doctore, quod eſt hoc, ideo, quia corpus Chriſti non habet ibi eſſe modo quantitatiuo. Nam quantitas Chriſti corporis non eſt ſub ſpecie panis niſi cõcomitanter, quia primus terminus conuerſionis eſt ſubſtãtia corporis Chriſti, igitur quantitas non erit ibi, niſi per modum primi termini, ſed primus terminus, qui eſt ſubſtantia non habet modũ quantitatiuum ſeu commenſuratiuum, igitur quantitas non erit ibi modo quantitatiuo.

¶ Contra hoc obiicitur. Vnumquodque ſiue ſit primus terminus tranſubſtantiationis, ſiue ſecundus habet proprietates ſuas ſibi neceſſario, & naturaliter inhærentes ubicunque eſt illud. Probatur

exemplo,& ratione. Exemplo ſic, quia ſi Deus crearet ſubſtantiam quantã,& natura generaret ſubſtantiam,& quantitas concomitetur terminos utriuſque productionis,prius eſt ſubſtantia,& quantitas concomitatur,& tamen tã in generato, quam in creato quantitas habet ſuũ modum realẽ ſicut haberet ſi primo terminaret aliquam mutationem. Probatur etiam ratione,quia alia habitudo ad agens non uariat naturam dum tamẽ res producatur,quia nec habitudo ad agens aliquod uariat naturã rei a&te ſecundum
3. de tri. Aug. patet etiam maior, ergo quantitas, non carebit ſuo modo naturali propter hoc,ꝙ non eſt primus terminus tranſubſtantiationis dummodo ibi ſit realiter.

¶Præterea ſi per conuerſionem ſit terminus ad quem ubi fuit primus terminus a quo,ut dicit illa opinio,ergo modus eſſendi huius,& illius erit ſimilis, ille ſaltẽ qui poteſt eſſe cõis utriſque, ſed panis conuerſus hoc erat ſuo modo quantitatiuo,quia ſub quantitate habens partem extra partem igitur, & ſubſtantia corporis Chriſti exiſtens hoc ex ui conuerſionis erit etiam hoc ſuo modo quantitatiuo,habẽs,ſcilicet,partem ſubſtantiæ ſub parte quantitatis, & tunc quantitas erit hic proprie dimenſiue.

¶Dicitur igitur aliter ad iſtum articulũ ſecundũ uiam Doctoris ſubtilis,quia duplex eſt ordo,ſcilicet ordo partiũ in toto & ordo partium in loco. Ordo aũt partiũ in toto eſt differẽtia quantitatis, nõ proprie cum ſit reſpectus, ſed aliquo modo accedens ad differentiã eius eſſentialẽ. Ordo autẽ partium in loco eſt de genere ſitus, & ab iſto reſpectu ſiue ordine partium in loco poteſt abſolui ordo partiũ, in toto ordo autem partium, in toto eſt prior ordine partiũ in loco, prius autem poteſt abſolui a poſteriori ſibi accidentaliter coniuncto. Nũc autem ordo partiũ, in toto eſt prior ordine partium in loco, & iſte ordo partium in loco eſt poſterior ordine partium in toto cui accidentaliter coniungitur, ergo corpus Chriſti in eucharistia hẽbit ordinẽ partium in toto abſq; illo reſpũ qui ẽ ordo partiũ in loco.

¶ Ad argumentum in contrarium patet ex d&tis in iſta ſecunda concluſione, ꝙ ille ſpecies aliter ſe hẽnt ad corpus Chriſti poſt cõſecrationem quam ante, licet enim non ſit ibi mutatio deperditiua, eſt tamen mutatio acquiſitiua, ergo,&c.

Vtrum exiſtens in peccato mortali peccet mortaliter percipiendo hoc ſacramentum?

Seraphicus Bona. 4. ſent. diſt. 9. q. 3. Ar. 2.
Scotus 4. ſent. diſt 9 q 1.
D. Thomas tertia parte quæſtio. 80 Artic. 4.
Ricardus quarto ſententiarum diſtinctio 9. q. 1. Artic. 2.
Durandus 4. ſenten. diſtin. 9 q 4.

QVAESTIO III.

AD tertiam quæſtionem ſic proceditur. Videtur, quòd exiſtens in peccato mortali non peccet mortaliter percipiẽdo hoc ſacramentum, quia nullus peccat faciendo illud ad quod tenetur, ſed aliquis quandoque non obſtante, ꝙ ſit in peccato mortali tenetur communicare, ergo. Probatio minoris, de conſec. di.2.c.Relatum. Dicitur ibi,ꝙ ſacerdos, qui cõſecrauit tenetur recipere ſacramẽtum,& poſſibile eſt ꝙ tunc ſit in peccato mortali.

¶ Contra primæ ad Corinth. Qui man- Cap. 11.
ducat,& bibit indigne, iudicium,&c.

¶In iſta qõne primo præmittam unam diſtinctionem. Secundo dicã ad qõnem. Diſtinctio autẽ eſt, ꝙ aliquis poteſt eſſe i peccato mortali tripliciter. Primo actu, quia.ſ.peccat mortaliter peccato interiori uel exteriori. Secũdo,quia prius commiſit peccatũ mortale præteritũ de quo non recolit,& nõ pœnitet nec pœnituit. Tertio,qa licet de peccato pẽniteat,non dũ tñ cõfeſſus nec abſolutus ĩ eccl'ia eſt.

¶Nunc dico de primo,ꝙ peccat mortaliter quia ſimpliciter manducat indigne.

¶De ſecũdo dico,ꝙ ſi eſt negligentia affectata uel craſſa propter quã non recolit peccatum non excuſatur a peccato licet minus peccet quam primus. Tenetur.n.
ſeipſum examinare, iuxta illud Apoſt. 1. Cap. 11.
Cor. Probet autem ſeipſum homo. Si autem non ſit negligentia craſſa, puta, quia pceſſit examinatio ſufficiẽs, talis nõ peccat cõicando. Eſto.n ꝙ aliquid ſit tradi- Nota,& bene.
tũ obliuioni, qa nõ requirit maior examinatio

ratio ad communicandum, quam ad ſecure moriendum, ſed poſt talem examinationem contritus, & confeſſus ſi moreretur ſaluaretur.

¶De tertio dico, quod ſi occurreret opportunitas tenetur prius confiteri, quam communicare. Cuius ratio eſt, quia non tantum debet reconciliari Deo, ſed eccleſię ad hoc, vt dignæ recipiat ſacramentum vnitatis eccleſiæ. Si autem non occurrit opportunitas confitendi ſi poteſt ſine ſcandalo vitare ne tunc communicet tenetur tunc non communicare, ſed confeſſorem expectare propter eandem rationem, quæ dicta eſt nunc. Si autem occurrit ſcandalum, niſi ſtatim communicet vtpotè, quia eſt indutus ad celebrãdum, & non habet ſacerdotem idoneum tunc cum contritione confitendi poteſt celebrare.

Reconciliandum eſt Deo & eccleſię.

¶ De peccato veniali non oportet dubitare, quia de illo non eſt neceſſitas penitendi.

¶ Ad argumentum in contrarium dico, quod faciens modo debito illud ad quod tenetur non peccat, cum autem dicitur de ſacerdote celebrante, quod tenetur communicare, patet ex dictis in tertia conclusione.

DISTINCTIO X.

Circa diſtinctionem decimam quæritur,

Vtrum idem corpus poſſit ſimul eſſe in diuerſis locis.

Scotus 4. ſent. diſt. 10. q 3.
D. Thomas tertia parte quæſtio 76. Artic. 5.
Ricardus quarto ſententiarum diſtin. 10. q. 2. Artic. 2.

QVAESTIO I.

SVNT quidem, & alij. Circa iſtam diſtinctionẽ decimam, quæro duas quæſtiones Primo utrum idẽ corpus per aliquam potentiam poſſit eſſe localiter in pluribus locis ſimul. Secundo utrũ poſſit ſimul eſſe in cęlo, & eucharistia?

Ad primam quæſtionem ſic proceditur. Videtur quod idem corpus non poteſt eſſe localiter in pluribus locis ſimul, quia idem non poteſt referri ad ſe oppoſitis relationibus, ſed ſi idem corpus poſſet eſſe localiter in pluribus locis ſimul, tunc referetur ad ſe oppoſitis relationibus, quia poſſet dici inferius, & ſuperius ſeipſo, & dextrum, & ſiniſtrum, propinquum, & diſtans eodem reſpectu, ergo.

¶ Contra. Hugo de ſacramentis dicit. Qui, fecit ut unum corpus eſſet in uno loco fecit quomodo voluit, & ſi aliter uoluiſſet aliter facere potuiſſet.

Parte 8. capit. 2.

¶ In iſta quæſtione primo ponam unam opinionem Secundo aliam, quam teneo. Tertio dicã ad argumẽ. primæ opinionis.

QVANTVM ad primũ dicit vna opinio, quod idem corpus per nullam potentiam poteſt eſſe in pluribus locis ſimul, quod probatur primo ſic. Si idem corpus poſſet eſſe in pluribus locis ſimul, ergo poſſet eſſe in infinitis, conſequens eſt falſum, ergo & antecedens, falſitas conſequentis patet, quia eſſe ubique eſt propriũ Dei, & ſic non conuenit alicui creaturę, probatio conſequentiæ, quando aliquid indifferenter ſe habet ad plura qua ratione poteſt eſſe in duobus eadem ratione poteſt eſſe in omnibus, ſed corpus indifferenter reſpicit illum, uel illum locum, & omnia loca, ergo ſi poteſt eſſe in pluribus locis maxime per potentiam diuinam poteſt eſſe in omnibus.

Henric quolib. 9. q. 13.

vbique eſſe eſt propriũ Dei.

¶ Secundo ſic. Illud non eſt factibile, quod implicat contradictionem, ſed idẽ corpus eſſe in pluribus locis implicat cõtradictionem, immo multas contradictiones, ergo. Probatio minoris, quia quando ponitur in uno loco, aut habet eandem formam, aut non quam in alio. Si ſic in uno loco ponatur gelu, in alio calor, ſequitur, quòd in uno loco habebit frigus, & in alio loco calorem. Similiter ſi in uno loco non inueniat quid comedat, & in alio quid comedat, tunc in uno loco eſuriet, & in alio non eſuriet, & in uno loco poterit infirmari, & in alio non, & ſic moreretur, & non moreretur. Si autem teneatur ſecundum membrum eadem ſequentur inconuenientia, vel ad minus idem corpus habebit contraria ſimul.

Vide omnia in Henrico.

¶ Tertio ſic, ſicut locatũ menſuratur dimenſionibus loci ſecundum quantum, & continuum ſic commenſuratur ſecundum unum, & multa, igitur ſi locatum erit in diuerſis locis erit ſimul unum, & multa.

¶ Quarto ſic, arguit alius doctor. Termini locati, & termini loci ſunt ſimul, ergo ſi locatum eſt extra terminos loci proprij eſt extra terminos ſuos proprios.

¶ Quinto, alius arguit ſic. Sicut per propriam naturam res eſt in una ſpecie tantum, ſic per unam dimenſionem eſt in uno loco tantum, quia ſicut ſe habet natura ad ſpeciem, ſic quantitas ad locum.

¶ Sexto, alius arguit ſic. Si idem corpus eſſet in diuerſis locis, ſimul aut una mutatione, aut duabus. Non una mutatione quia una mutatio eſt ad unum terminũ. Nec duabus, quia aut eiuſdem ſpeciei, aut alterius ſpeciei. Non eiuſdẽ ſpeciei, quia idem non poteſt moueri ſimul duobus motibus eiuſdem ſpeciei, ex quinto phiſicorũ, nec duobus motibus alterius ſpeciei, quia cum termini ſunt contrarij motus ſunt incompoſſibiles.

5. phyſ. con tex. non habens com.

¶ Septimo ad idem arguitur ſic per rationes doctoris ſubtilis. Impoſſibile eſt eandem materiam eſſe ſub diuerſis formis ſubſtantialibus. Sed ſi poſſibile eſſet idẽ corpus eſſe ſimul in diuerſis locis eadem materia ſimul eſſet ſub diuerſis formis ſubſtantialibus. Probatio huius dupliciter patet. Vno modo ſic, ſi ponatur idem nutrimentum in diuerſis locis, & comedatur a diuerſis animalibus in diuerſis locis exiſtentibus, tunc uirtus nutritiua iſtorum animalium conuertit nutrimentum in ſubſtantiam propriam, & per conſequens eadem materia nutrimenti erit ſub diuerſis formis ſubſtantialibus iſtorum animalium.

Pulchra exẽpla.

¶ Secundo ſic, ponatur, quòd idem lignũ ſit in diuerſis locis, & i illis locis ſint duo ignes, qui agant in illud lignum tunc inducent formam ignis, ſed non inducent eandem formam cum agentia ſint diuerſa, igitur aliam, & aliam in eandem materiam, quod eſt propoſitum.

QVANTVM ad ſecundum articulum arguitur contra opinionem iſtam. Non minus eſt inconueniens duo corpora ſimul eſſe in eodem loco, quam idem corpus in duobus locis, ſed Deo eſt poſſibile primum, ergo. Maior patet ſecundũ principia phiſicorum. Nam ęqualem repugnantiam poſuerunt inter duo quanta reſpectu eiuſdem ubi ſicut econuerſo. Minor patet de facto de natiuitate Chriſti, & reſurrectione, & quando intrauit ianuis clauſis ad diſcipulos ſuos. Reſpondetur, quòd argumentum non ualet. Nã duæ dimenſiones repugnant propter ſitum localem, & iſtam repugnantiam tollit dos ſubtilitatis, ſed illud quod eſt ratio limitationis ad unum, ubi, uidelicet ſitus determinationis non poteſt tolli per aliquod unum donum, uel dotem, quia etiam corpus glorioſum habet ſitum determinationis quo oportet ipſum eẽ hic & non alibi, licet non habeat ſitum localem quo reſiſtat alteri corpori, quod eſt magis accidentale.

¶ Contra, vbi eſt ęqualis commenſuratio loci ad locatum, & econtra, ſi unum non poteſt eſſe in pluribus locis, ſequitur ꝙ nec plura poſſunt eſſe in eodem loco. Sed æqualis commenſuratio eſt hic, & ibi igitur ſi unum corpus non poteſt eſſe in loco pluribus, ſequitur, ꝙ nec plura in eodem.

¶ Secundo ad principale ſic. Vbicunque poteſt Deus facere ſubſtantiam naturalem non ſub ſuo modo naturali poteſt eã facere ibi ſub ſuo modo naturali ſibi proprio, ſeu conuenienti ſuæ naturæ, quia in primo ſunt duo miracula, in ſecundo eſt unum tantum, ſed Deus ſecundum omnes facere poteſt corpus ſuum ſacramentaliter non ſub ſuo modo naturali in diuerſis locis ſimul, & facit de facto, ideo poteſt facere idem in eiſdem ſub modo naturali, alio modo, ſcilicet localiter, & dimenſiue.

Vide omnia in Scoto vbi ſupra.

¶ Tertio ſic. Angelus poteſt eſſe ſimul in pluribus locis diffinitiue, igitur idem corpus poteſt eſſe in diuerſis locis circunſcriptiue, conſequentia patet, quia ſimilis limitatio eſt hic, & ibi.

¶ Probatio antecedentis. Deus poteſt conuertere panem in angelum, ſed ſecundum unam ex primis opinionibus. ſ. Thomæ ibi præfuit conuerſum ibi eſt illud, quod conuertitur, ergo angelus eſt vbi fuit panis, & non mouetur de cęlo, igitur eſt in duobus locis.

Vbi ſupra.

¶ Quarto ſic. Ad multiplicationem po-

ſterioris

ſterioris non ſequitur multiplicatio prioris,ſed locus eſt poſterior locato, igitur ad multiplicationem locorum non ſequitur multiplcatio locatorum.

¶ Dico ergo ſimpliciter, quòd Deo eſt poſſibile facere idem corpus in diuerſis locis ſimul eſſe localiter, & hoc patet ex intellectu terminorum. Cum enim dico idem corpus ſimul eſſe localiter in diuerſis locis,nihil dico ſupra corpus niſi quędam reſpectum extrinſecus aduenientem fundatum in quanto ad aliud quantum circumſcribens. Reſpectum autem talem plurificari ſuper idem fundamentum ad diuerſos terminos non apparet contra aliquid notum ſecundum rationem,quia reſpectus intrinſecus aduenientes de quibus minus uidetur poſſunt plurificari fundamento eodem manente,ut ſupra eandem albedinem poſſunt duæ ſimilitudines fundari ad duos terminos. Et ſi dicas uerum eſt,quod plures reſpectus poſſunt fundari in eodem fundamẽto quando unus non adæquat totum fundamentum,hic autem unũ ubi adæquat totam rationem corporis localiter inquantum locabile.

¶ Contra. Quia reſpectus qui oritur ex natura fundamenti magis debet adæquari fundamento quam ille, qui extrinſecus aduenit cęteris paribus. Sed ad duos terminos in eodem fundamento poſſunt eſſe duo tales reſpectus orientes ex natura fundamenti,ut duæ æqualitates ad duo quanta æqualia, igitur non hic bene dicitur, quòd unus reſpectus tantum adæquat.

Tres propoſitiones ſũt notandæ. ¶ Pro ſolutione autem argumentorum ſunt notandæ tres propoſitiones, quarũ prima eſt iſta. Quæcunque ſunt priora

1. Propoſitio. eſſentialiter ipſo ubi uniformiter inſunt corpori quamuis habeant diuerſa ubi,i. non uariantur uariato ipſo ubi. Iſtud patet, quia prius eſſentialiter non uariatur propter uariationem poſterioris.

2. Propoſitio. ¶ Secunda propoſitio eſt iſta Sicut paſſum exiſtens in uno ubi recipiet formã a duobus agentibus ſibi ibidem approximatis,ſic idem paſſum in duobus locis exiſtens patietur ab eiſdem agentibus ſibi approximatis in illis duobus locis, & hoc intelligo de paſſione, quæ eſt ad formam abſolutam.

3. Propoſitio. ¶ Tertia propoſitio eſt iſta. Sicut corpus in uno ubi exiſtens ſe haberet in ratione actiui ad diuerſa ſibi approximata in illo ubi,ſic ipſum ut exiſtens in duobus ubi ſe habet ad eadem ſibi in illis ubi approximata.

HIS præmiſſis dico ad primum argumentum,quòd falſum eſt, quòd per nullam uirtutem idem corpus poteſt eſſe in pluribus locis,& probo. Ipſi enim concedunt, quòd corpus Chriſti poſſet eſſe ubique ſacramentaliter, quia poteſt Deus totum uniuerſum conuertere in corpus Chriſti ſicut panem. Sed non eſt maior limitatio ad eſſe alicubi localiter quam ſacramentaliter comparando ad potentiam Dei. Et cum dicitur,quod eſſe ubi eſt propriũ Dei,dico, quòd Deus ex ſua immenſitate eſt neceſſario ubiq;, & nullum poteſt eſſe ubi in quo non ſit Deus per eſſentiam,potentiam, & præſentiã,& illo modo eſt impoſſibile aliud a Deo eſſe ubique. Sed non eſt inconueniens aliquid aliud a Deo non per potẽtiam creatam,ſed per potentiam diuinã eſſe ubique,nec per hoc dicitur eſſe proprie ubique ſicut Deus quia Deus eſt ꝑ potentiam ſuam ubique,iſtud autem nõ quia non eſt immenſum. *Quõ Deus ſit ubique.*

¶ Ad aliud autem negetur minor. Propoſitiones ſoluũtur per tres propoſitiones ſuperius poſitas. Eſto enim,quòd huic corpori exiſtenti in uno loco approximetur ignis,& eidem ligno in alio loco aqua,dico,quòd ignis,& aqua aut ſunt ęqualis uirtutis in agendo, aut unum uincit alterum. Si autem ſunt æqualis uirtutis,& eſſent approximata iſti corpori habenti unum ubi uel utrunque impediret alterum,ita quòd neutrum ageret, uel agerent ad quendam effectum medium i qu - paſſum,nec perfecte aſſimilaretur uni nec alteri. Eodem modo dico ſi iſta agentia approximentur eidem corpori exiſtente in diuerſis locis. Si autem uirtus alterius uincat, dico uel quod ſimpliciter aſſimilat ſibi paſſum, uel magis quam alterum.

¶ De fame autem, & ſaturitate dico, quòd fames eſt appetitus calidi, & ſicci. Ille autem appetitus eſt naturalis, uel uolũtarius,& utroque modo dicit quid abſolutum, ergo non uariatur propter uariationem,ubi ex prima propoſitione, & per conſequens ſi hic comederet alibi non

bi non eſuriret. Eodem modo de ſanitate, & infirmitate, & morte, & uita, quia ſi ducunt aliquid abſolutum non uariantur ad uariationem poſterioris, & ſi hic infirmatur alibi infirmatur, & ſi hic moritur alibi moritur.

¶ Ad aliud dico, quòd non oportet loca tum commenſurari dimenſionibus loci ſecundum unum, & multa, ſicut nec ad multiplicationem poſterioris, ſequitur multiplicatio prioris, maxime de reſpectu extrinſecus adueniente.

Vide D. Thom. quoli. 1. Ar. 21 & 22.

¶ Ad aliud dico, quòd termini unius poſſunt intelligi ſimul eſſe cum terminis alterius, uel ſimultate præciſa, & adæquata, uel non præciſa, nec adæquata. Si primo modo intelligatur de ſimultate adæquata, dico, quòd maior eſt uera, & etiã minor. Si autem intelligatur de ſimultate non adæquata minor eſt falſa, quia nõ oportet illud, quod eſt extra terminos unius eſſe extra terminos alterius.

¶ Ad aliud dico, quod illud ſimile non tenet, quia natura una eſt uera, & formalis ratio eſſendi in una ſpecie, ſed dimenſio non eſt formalis ratio eſſendi in loco ſed tantum ratio fundamentalis. Illa autem poteſt eſſe una licet reſpectus ſint diuerſi ſicut albedo poteſt eſſe una licet ſimilitudines ſint diuerſæ.

¶ Ad aliud dico, quod ſi manet in eodẽ ubi in quo prius erat, poteſt acquirere nouum ubi unica mutatione, uel duabus mutationibus. Cum dicis aut ille mutationes ſunt eiuſdem ſpeciei aut non, dico, quòd poteſt concedi utrunque.

¶ Et cum arguis duæ mutationes non ſunt ſimul in eodem, dico, quòd non eſt impoſſibilitas mutationum niſi ex impoſſibilitate terminorum, igitur prius oporteret probare impoſſibilitatem duorum ubi (quod nego) quam habeatur impoſſibilitas duarum mutationum ad illos terminos. Et quando dicitur, quod termini mutationum ſunt impoſſibiles. Dico, quòd uerum eſt de terminis primis non autem de terminis concomitantibus. Intelligo autem, quòd primi termini cuiuſlibet mutationis ſunt priuatio, & forma, concomitantes autem ſunt quæ coniunguntur prædictis.

¶ Ad aliud dico, quòd ſi ponitur idem eſſe in duobus locis non ſequitur, quod eadem materia informetur duabus formis, ſimul nec eiuſdem ſpeciei, uel alterius.

¶ Ad exemplum de alimento dico, quòd idem fieret de alimento ſumpto a diuerſis in diuerſis locis ſicut fieret ſi duo ſtomachi fierent in eodem loco, & cibus ille eſſet in utroque ſtomacho. Tunc enim uel uirtus una totalis uinceret aliam, & tunc totum alimentum conuerteret in ſubſtantiam ſuam. Vel eſſet æqualis uirtus, & tunc æqualiter conuerteret de alimento, iſta in ſuum corpus, & illa in ſuũ. Vel eſſet inæqualis non tamen una omnino uinceret aliam, & tunc fortior plus cõuerteret in ſuum corpus, & alia debilior minus conuerteret. Eodem modo de animalibus in diuerſis locis recipientibus illud alimẽtum. Eodem etiam modo de diuerſis ignibus approximatis uni ligno in diuerſis locis.

Ad exemplum de alimento.

¶ Ad argumentum in contrarium, multi concedunt relationes oppoſitas ſimul eſſe in eodem dicentes idem eſſe, & ſecundum idem principium agendi uel patiendi, ſcilicet, quando intellectus intelligit, & uoluntas uult.

¶ Poteſt etiam dici, quòd non eſt inconueniens idem corpus eſſe ſuperius, & inferius ſi habet ubi inferius, & ſuperius, ut patet ex iam dictis.

Vtrum corpus Chriſti poſſit eſſe ſimul in cœlo, & in euchariſtia?

Scotus 4. ſent. diſt. 10. q. 4.

QVAESTIO II.

AD ſecundam quæſtionem ſic proceditur. Videtur, quod corpus Chriſti ſimul non poteſt eſſe in cœlo, & in euchariſtia, quia formalis ratio eſſendi in loco eſt quantitas ſecundum philoſophum 4. phiſicorum. c. de uacuo. Sed nõ poteſt aliquid plurificari niſi plurificata eius ratione formali, ergo cum quãtitas corporis Chriſti ſit una nõ poteſt ipſum eſſe niſi in uno loco.

4 phy. com- tex. 76 & circiter.

¶ Contra. Corpus Chriſti uere eſt in cœlo ſecundum illud Auguſtini. Donec firma-

firmatur ſcilicet ſurſum eſt dominus. Eſt etiam uere in euchariſtia, ut probatum eſt ſuperius.

¶ In iſta quæſtione concluſio certa eſt ex fide, quòd corpus Chriſti eſt in cœlo, & in altari. Sed diuerſitas eſt in modo ponendi. Vnus dicit, quod per conuerſionem alterius in ipſum poteſt idem corpus eſſe alibi quam in loco ſuo naturali, quia ubi primo conuerſum ibi eſt illud in quod conuerſum eſt, non localiter ſed ſacramentaliter, & hoc modo, ſcilicet ſacramentaliter poteſt eſſe in diuerſis locis non autem localiter. Sed improbatio huius opinionis patet ex dictis ſuperius. Ideo dico aliter ſic. Non eſt impoſſibile idem corpus eſſe in uno loco quantitatiue, & in alio non, ſed Chriſti corpus eſt in cœlo quantitatiue, in altari autem nō quantitatiue, quia non eſt ibi ſecundum ordinem partium in loco licet ibi ſit ſecundum ordinem partium in toto ut dictum fuerat in ſecunda quæſtione 9. diſtin. ergo idem corpus poteſt eſſe in cœlo, & in euchariſtia. Si autem teneatur, quod in præcedenti quæſtione concluſum eſt, quod ſcilicet idem corpus poſſet eſſe localiter in pluribus locis quæſtio eſt ſoluta. *Vide ubi ſupra.*

¶ Ad argumentum in contrarium dico, quod ratio formalis poteſt intelligi dupliciter, ſcilicet pro ratione formali proxima, uel remota, ſicut calor dicitur formalis ratio agendi, dicitur etiam formalis ratio eſſendi. Simile loquendo de prima ratione, poteſt cōcedi, quòd ſine plurificatione huius non plurificatur illud cuius eſt ratio formalis, ſed de ratione formali ſecundo modo falſum eſt, quantitas autem non eſt formalis ratio eſſendi in loco primo modo, ſed ſecundo modo, igitur, &c.

DISTINCTIO X.

Circa diſtinctionem decimam quæritur,

Vtrum Chriſtus in euchariſtia exiſtens, poſſit per aliquem naturalem uirtutem tranſmutare aliquid aliud a ſe?

Scotus quarto ſententiarum diſt. 10 q. 7.

QVAESTIO I.

ADHVC circa diſtinct. decimam quæro tres quæſtiones. Prima. Vtrū Chriſtus exiſtens in euchariſtia poſſet per aliquam uirtutē naturalem aliud tranſmutare in ſe? Secundo ſi intellectus creatus poſſet naturaliter uidere exiſtentiam corporis Chriſti. Tertio. Vtrum aliquis ſenſus poſſet ſentire corpus Chriſti in euchariſtia?

Ad primam quæſtionem ſic proceditur. Videtur, quòd Chriſtus in euchariſtia exiſtens per uirtutem naturalem poſſet tranſmutare aliud in ſe. Quia habens principium tranſmutandi, poteſt per illud aliud tranſmutare: Sed Chriſtus in euchariſtia exiſtens habet principium tranſmutandi aliud, quia omnem formā abſolutam quam habet in exiſtentia naturali habet in exiſtentia ſacramentali.

¶ Contra. Omne agens phyſicum in agēdo repatitur, ſed corpus Chriſti i euchariſtia exiſtens non poteſt pati, ergo, nec agere. *3. phy. contex. 8. 1. de gene. cont. 54. & 55.*

¶ In iſta quæſtione. Primo ponūtur duæ diſtinctiones. Secundo duæ concluſiones. Tertio concluſionum declarationes.

QVANTVM ad primum dico, quòd ſicut homo compoſitus eſt ex anima, & corpore, ita habet quaſdam potentias mere ſpirituales, quæ conueniunt, primo animæ, & toti corpori per animā ſicut intellectus, & uoluntas. Etiam habet quaſdam potentias, ſcilicet corporeas: quæ ſcilicet non ſunt animæ per ſe, ſed totius coniuncti ex corpore, & anima ſicut patet in lib. de ſenſu, & ſenſato.

¶ Secunda diſtinctio eſt, quòd iſtarū potentiarum quæ ſunt totius cōiuncti quædam ſunt magis corporeæ, quia ſequuntur naturam corporis mixti, quædam autem ſunt magis approximate ad naturā animæ, ſicut ſunt illæ quæ ſequuntur corpus animatum inquantum animatum.

DE ſecundo articulo pono duas concluſiones.

¶ Prima, quòd Chriſtus in euchariſtia nō pōt uti aliqua potētia actiua corporea ſiue illa ſit mere corporea cōſequēs nām

mixti, ſiue ſit corporea conſequens totũ animatum. Probatur, quia omnis potentia actiua corporea requirit paſſum in quod agat approximatum ſibi localiter, ſed illa potentia ut eſt hic non approximatur alicui localiter, ergo ut hic eſt nõ poteſt habere paſſum ſibi approximatũ in quod agat. Maior patet 7. phyſicorũ. *7. Met. con tex. 8. & 9 & inde.* Oportet enim agens corporeum eſſe approximatum paſſo mediate, uel immediate.

¶Secunda concluſio eſt, quòd Chriſtus in euchariſtia poteſt uti quacunque potentia actiua ſpirituali, hoc probatur per medium tale. Illa potentia poteſt Chriſtus uti in euchariſtia, quæ non requirit ad ſuam actionem, quòd habeat eſſe localiter, ſed potentiæ actiuæ mere ſpirituales ſunt huiuſmodi, ſcilicet intellectus, & uoluntas, quia abſtrahunt a loco.

Opinio propria authoris. DE tertio articulo concluſiones prędictas in ſpeciali declarando dico, quod Chriſtus in euchariſtia poteſt habere aliquam actionem mere ſpiritualem tam ex parte principii, quam ex parte termini, & poteſt habere aliquam ſpiritualem ex parte principij agendi, corporalem tamẽ ex parte termini. Probatur primum iſtorum, quia ſi eſſet aliquis angelus præſens Chriſto in euchariſtia poſſet anima Chriſti illum angelum illuminare & illi loqui locutione intellectuali eo modo quo angelus exiſtens ubi Chriſtus eſt poſſet alium angelum illuminare, uel alteri loqui. Nam iſta illuminatio, & locutio non requirit niſi principium actiuum ſufficiens illuminare, & loqui, & ſubiectum capax ex parte recipientis, & approximationem ſufficientem illuminantis ad illuminatum ſecundnm ubi diſſinitiuum, hæc autem omnia in propoſito ſunt, ergo, &c.

¶Secundum, ſcilicet quòd Chriſtus exiſtens in euchariſtia poteſt habere actionem ſpiritualem ex parte principii, & tamen corporalem ex parte termini. Declaratur ſic. Quia angelus habet potentiam motiuam ſecundum locum non tamen organicam. Iſta autem poteſt eſſe principium mouendi ſecundum totum, non tamen ſecundum partes quomodo corpus noſtrum mouetur organicè. Sed quęcunque anima intellectiua habet talem potentiam motiuam, igitur poteſt eſſe principium motus, & per conſequens eſt mere ſpiritualis ex parte principii, quia nullo modo eſt organica, & tamen corporalis ex parte termini, quia eius terminus eſt motus localis corporis.

¶Si tunc arguitur contra iſtud, quia tũc anima hominis habet duplicem potentiam motiuam ſecundum locum, ualet organicam, & non organicam, hoc autẽ ponere uidetur ſuperfluum, tum quia uidentur eſſe eiuſdem rationis, tum quia alia potentia non poteſt exire in actum ſuum pro ſtatu iſto. Dico quòd nulli naturæ debet negari quod eſt in ea perfectionis niſi appareat in ea manifeſta neceſſitas, quia ſemper facit natura quod melius eſt, ex 2. de generatione, non ergo iſta potentia eſt ſuperflua. *2. de genè. contex. 59. idem 8. phyſi. cont. 56.* Et cum arguitur, quod eſſet eiuſdem rationis nego. Tu dicis, fruſtra ponitur, quia nullus eius actus poteſt haberi.

¶Contra. Nunc habemus guſtum, & alios ſenſus neceſſarios ad perfectionem naturæ humanæ, & tamen iſti ſenſus erunt ſine actu ſuo in beatitudine, tamen non ſunt fruſtra, ergo, &c.

¶Ad argumentum in contrarium dico, quod habens principium tranſmutandi, poteſt tranſmutare quantum eſt ex parte ſui, ſed multa impedimenta poſſunt peruenire, uel ex parte agentis, uel ex parte ſubiecti, uel medij propter, quod habens illud principium non poteſt exire in actum, & ſic in propoſito.

Vtrum intellectus creatus poſſit uidere corpus Chriſti ut in euchariſtia?

Scotus 4. ſent. diſt. 10. q 8.
D. Thomas 3. parte q. 76. *Art* 7.
Ricardus 4. ſentent. diſtinctio 10 q. 1.
Franciſcus de Mayronis 4. ſenten. diſtinctio 11. q. 2.

QVAESTIO II.

AD ſecundam quæſtionem ſic proceditur. Videtur, quod nullus intellectus creatus poſſet naturaliter uidere exiſtentiã corporis Chriſti in euchariſtia, quia exiſtentia ſupernaturalis naturaliter non eſt uiſibilis, ſed illa exiſtentia

ſtentia eſt ſupernaturalis, ergo, &c.

¶ Contra. Anima Chriſti naturaliter no uit ſe eſſe ubicunque eſt, ſed eſt in eucha riſtia, ergo.

D. Tho. præ ſenti diſt. q 4. Ar. 4. ¶ In iſta quæſtione dicitur a quodam abſolute, quod non poteſt cognoſci naturaliter illa exiſtentia ab intellectu ho minis uiatoris, quia eſt obiectum fidei, poteſt tamen cognoſci ab intellectu bea to, & hoc beatifico actu, quia eorũ, quæ enigmaticæ cognoſcuntur in uia, ſuccedit clara uiſio in beatitudine.

Ricardus præſenti di ſtinct. q. 1. Ar. 5. ¶ Iterum primum dictum patet ſecundum alios, & probatur, quia lumen naturale non attingit cognitionem exiſtentiæ ſupernaturalis.

¶ Sed aliter dico, & primo expono terminos in quæſtione poſitos. Secundo reſpõdebo ad quæſtionem.

¶ Proponuntur autem in quæſtione iſta tres termini ſcilicet, intellectus, naturaliter, & uidere.

¶ Expono autem illos terminos. Intellectus enim creatus, uel eſt omnino ſeparatus a materia ſicut angelicus, uel eſt ſimilis in operatione utpote intellectus animæ ſeparatæ, & intellectus animæ cõiunctæ corpori corruptibili, qui non intelligit niſi cum fantaſmate. ex tertio de anima.

¶ Secundo expono hoc uerbum naturaliter. Non enim intelligitur, quòd intellectus ex ſola ſua natura poſſit illud obiectum cognoſcere, quia eſt ſicut tabula raſa, ex tertio de anima, ſed intelligitur cognoſcere naturaliter, quia põt cognoſcere concurrentibus cauſis naturalibus, ſcilicet actiuo, uel paſſiuo.

¶ Tertio expono quid intelligitur per uidere. Videre enim importat intellectionem intuitiuam ut diſtinguitur con tra abſtractiuam intellectionem. Sicut enim dicebatur. Intellectio intuitiua eſt

In Prologo primi ſent. intellectio rei ut in ſe eſt præſens. Abſtractiua autem cognitio rei ſecundum ꝙ relucet in aliqua ſimilitudine, quæ poteſt eſſe ſine alicuius exiſtentis ſiue non exiſtentis, ſiue præſentis, ſiue non præſentis. Non ergo quæritur de intelligere naturaliter, ſed de uidere hoc eſt de intellectione intuitiua huius exiſtentiæ.

¶ His autem omnibus præmiſſis, terminorum expoſitione declarata. Dico ad quæſtionem tres concluſiones. Prima, quòd intellectus pro ſtatu uiæ non poteſt naturaliter uidere corpus Chriſti ut in euchariſtia exiſtens. Probatio huius concluſionis. Quia intellectus qui non intelligit niſi ex ſenſibilibus ſi ſunt ſenſibilia præſentia eodem modo intelligit. Sed intellectus noſter pro ſtatu uiæ non intelligit niſi ex ſenſibilibus, ergo ſi ſenſibilia eodem modo ſe habẽt intellectus eodem modo intelligit. Sed ſenſibilia eodem modo ſe habent ante conſecrationem ſicut poſt conſecrationem, ſed ante cõſecrationem intellectus noſter ex ſenſibilibus illis non uidebat exiſtentiã corporis Chriſti, ergo nec poſt.

¶ Secunda concluſio eſt de intellectu non alligato ſenſibus in intelligendo, & ſit iſta concluſio. Omnis intellectus talis poteſt naturaliter uidere exiſtentiam corporis Chriſti in euchariſtia. Probatio huius. Quia intellectus ſe habens ad intelligibilia ſicut ipſa in ſe ſunt intelligibilia prius intelligit, quod prius eſt intelligibile in ſe, & ꝓ cõſequẽs, ꝙ prius eſt in ſe ens, quia unũquodque ſicut ſe habet ad eſſe, ſic ſe habet ad intelligibilitatem. *2. Met. com tex. 4.*
Sed intellectus modo expoſito acceptus reſpicit totum ens, & quodlibet ens ſecundum ordinem ſuæ intelligentiæ. Subſtantia autem eſt prior in entitate, igitur talis intellectus prius illam ſubſtantiam intelligit, quam quemcunque modum eius, & per cõſequens nullus modus impedit intellectionem ſubſtantiæ.

¶ Secundo hoc idem breuiter oſtenditur. Modus accidentalis per ſe in obiecto non impedit cognitionẽ illius obiecti. Sed iſta præſentia in illa euchariſtia eſt modus accidentalis ſubſtantiæ corporis Chriſti, igitur non impedit ſubſtãtiam cognoſci ab intellectu cuius ipſa eſt per ſe obiectum. Sed eſt per ſe obiectum illius intellectus abſtracti qui non dependet intelligendo a ſenſibilibus, ergo.

¶ Tertia concluſio eſt, quod intellectus beatus nullo modo per actum beatificũ videt corpus Chriſti i euchariſtia. Quia beatus non diſtinguitur a non beato niſi uidendo obiectum beatificum. Sed corpus Chriſti in euchariſtia non eſt obiectum beatificum, ut patet de ſe, nec eſt incluſum in obiecto beatifico, quod patet, quia æquę eſſentialiter pertinet ad *Nota, & bene.*

obie-

obiectũ beatificum includere in ratione obiecti viſionem unius ſacramenti ſicut alterius, ſed nullo modo pertinet ad obiectum beatificum includere illud in ratione oſtenſi puta conferre gratiam paruulo in baptiſmo, pœnitenti conferre gratiam in pœnitentia ſeu confeſſione. Et iſta aquæ ueraciter includuntur in ſacramentis iſtis ſicut corpus Chriſti in euchariſtia, ergo nullo modo obiectũ beatificum, ut eſt tale obiectum includit corpus Chriſti ut uiſum eſt in euchariſtia.

¶ Ad argumentũ in contrariũ dico, ſi arguis uniformiter ẽ ens ſupernaturale, ergo eſt cognoſcibile ſupernaturale, ita ꝙ ſupnaturale in antecedẽte, & conſequente referatur ad idẽ, concedo conſequentiã, quia in conſequẽtia referĩ ſupernaturalitas ad entitatem ſicut in antecedente. Sed tunc non ſequitur, ergo tantum ſupernaturaliter poteſt cognoſci. Si autem intelligitur in conſequente cum dicitur cognoſcibile ſupernaturale referri ad cognoſcibilitatem, ideſt non poteſt eſſe cognitum niſi ſupernaturaliter, nego conſequentiam. Multa enim ſunt entia ſupernaturalia quæ poſſunt cognoſci a cauſa naturali, ut ſi Deus crearet aliquã nouam ſpeciem non uidetur ratio quare non poſſet ab intellectu naturali cognoſci.

Vtrum exiſtentia corporis Chriſti poſſit uideri oculo corporali?.

Scotus 4. ſent. diſt. 10 q 9.
D. Thomas tertia parte quæſtio. 76. Artic. 7.
Ricardus quarto ſententiarum diſtinctio 10. q. 2. Artic. 5.
Durandus 4. ſenten. diſtin. 10 q. 4.

QVAESTIO III.

Ad tertiam quæſtionem ſic proceditur. Videtur, ꝙ exiſtentia corporis Chriſti in euchariſtia poſſit uideri oculo corporali. Quia beatus uidendo iſtas ſpecies non [illegible] peretur, quia decepitio repugnat bea[illegible], ſed ſi uideret ibi ſpe[illegible], & non uideret corpus Chriſti, poſſet decipi, & credere ibi eſſe ſubſtantiam panis, ergo.

¶ Contra. nihil uidetur oculo corporali niſi habens ordinem naturalẽ ad oculum, ſed corpus Chriſti in euchariſtia exiſtens, non habet ordinem naturalem ad oculum, ergo.

¶ In iſta quæſtione. Primo dicta aliorum proponam. Secundo quid uidetur eſſe dicendum exponam.

QVANTVM ad primum diſtinguendo de uidere naturaliter, & miraculoſe, & de oculo glorioſo, & non glorioſo. Dicitur ergo, quòd neuter uiſus poteſt naturaliter uidere corpus Chriſti in euchariſtia. Ad quod aſſignatur multiplex ratio. *Duplex eſt uidere.*

¶ Prima eſt iſta. Actio naturalis non eſt ſine contactu, ſed oculi ad corpus Chriſti exiſtentis in euchariſtia non poteſt eſſe contactus, igitur. Probatio minoris, quia contactus non eſt ſine quantitate, ſed corpus Chriſti non eſt ibi ſub modo quantitatis, igitur non poteſt ibi eſſe contactus.

¶ Secunda ratio eſt iſta. In uiſione oportet, quòd fiat deriuatio ſpeciei uiſibilis per medium, ſed ſpecies non poteſt deriuari a corpore Chriſti exiſtenti in euchariſtia per medium, ergo. Probatio minoris. Nam ſpecies deriuatur ab aliquo exiſtenti in loco, ſed corpus Chriſti non eſt in euchariſtia, ut in loco, ergo.

QVICQVID ſit de efficacia iſtarum rationum. Dico, quòd Deus de potentia abſoluta poteſt in oculo glorioſo uel non glorioſo uiſionem illius corporis cauſare, licet illud corpus nuſquam eſſet niſi in euchariſtia. Probatio huius, quia uiſio eſt forma abſoluta, ſed abſolutum poteſt fieri abſque reſpectu ſine cõtradictione, ideo poteſt fieri uiſio ſine reſpectu præſentialitatis ad obiectum. *Viſio eſt forma abſoluta.*

¶ Secundo dico, quod nulla uiſio ſic a Deo cauſata poſſet eſſe corporis, ut hic. Primo, quia hoc includeret corpus ut hic eſſe cauſam primæ uiſionis, uel eſſe proprium, & primum ſubiectũ ſeu terminum uiſionis, ſed corpus Chriſti ut hic non poteſt cauſare, primo nec terminare primo, quia tam cautio, quam terminatio talis requirit in obiecto cauſante, uel terminante diſpoſitionem debitam ſecũdum locum utpote approximationem,

uel

uel diſtantiam determinatam, ſed corpus Chriſti ut hic ſeu in euchariſtia non poteſt debite approximari organo nec diſtare ab eo, quia non eſt in loco ut hic, ergo.

¶ Ad argumentum in contrarium dico, ꝙ ſenſus noſter non decipitur circa euchariſtiam, ſed tantum intellectus arguens ex his quæ ſenſus appræhendit, ꝙ ibi eſt ſubſtantia panis. Dico, ergo quòd ſenſus beati perciperet hoc, quod ſenſus noſter, ſcilicet accidentia ſenſibilia, nec i iſto aliquo modo deciperetur ſicut nec noſter immo minus, quã noſter ſed nec ipſe intellectus beati deciperetur, quia non ſic ſophiſticæ argueret ex actu ſenſus ſicut noſter arguit. Vnde alia ratio ẽ de intellectu hominis uiatoris, & de intellectu hominis appræhenſoris, igitur, &c.

DISTINCTIO XI.

Circa diſtinctionem undecimam quæritur,

Vtrum panis tranſubſtantietur in corpus Chriſti?

Seraphicus Bonauentura 4. ſententiarũ diſtin. 11. q. 1. Ar. 1.
Scotus quarto ſententiarum diſt. 11. q. 3.
D Thomas 3. parte quæſtio 75. Artic 4.
Ricardus 4. ſent. diſt. 11. q. 1 Art. 1.
Durandus quarto ſenten diſt. 11. q. 3
Ioannes Bacconitanus 4 ſententiarum diſt. 8. quæſt. 5.

QVAESTIO I.

SI autem quæritur. Circa iſtam diſt. 11. ſic procedi tur, & quęro tres quæſtiones. Primo. Vtrum in iſta tranſubſtãtiatione panis conuertatur in corpus Chriſti? Secundo, ſi panis in iſta conuerſione annihiletur? Tertio, ſine argumentis quæritur quæ ſit materia conueniens huius ſacramenti?

AD primam quæſtionem ſic proceditur. Videtur, ꝙ panis non conuertatur in corpus Chriſti. Quia in omni mutatione poſitiua terminus ad quem accipit eſſe. Sed corpus Chriſti non accipit eſſe, ergo, &c.

¶ Contra Amb. lib. de ſacramentis dicit. Vbi hoc corpus conficitur iam non ſuis ſermonibus, ſed Chriſti ſacerdos utitur. Et quis ſermo Chriſti niſi quo facta ſunt omnia, ſi ergo tanta uis eſt in ſermone domini, ita ut reciperet eſſe quod non erat, quanto magis operatiuus eſt ut quæ erant in aliud conuertantur.

¶ In iſta quęſtione ſunt duo uidenda. Primo ſi panis tranſubſtantiatur in corpus Chriſti. Secundo quis eſt formalis terminus illius tranſubſtantiationis.

QVANTVM ad primum ſicut recitat Innocentius in officio miſſæ, circa hoc ſunt tres opiniones. Vna, ꝙ panis manet, & tamen cum eo eſt uere Chriſti corpus. Alia, quòd panis non manet, & non conuertitur, ſed tamen deſinit eſſe per annihilationẽ uel per reſolutionẽ in materiam uel per corruptionẽ in aliud. *per. 3. c. 16*

¶ Tertia opinio, ꝙ panis non manet, ſed tranſubſtantiatur in corpus Chriſti, & uinum in ſanguinem. Quælibet autẽ iſtarum opinionum uoluit theologice ſalua re, ꝙ ẽ ibi uere corpus Chriſti, quia hoc negare eſt plane contra fidem, ut patuit ſupra. Nam Chriſtus ait Matth. Hoc eſt enim corpus meũ. Et Io. Caro mea uere eſt cibus. Et Luc. Hoc eſt corpus meũ, & hic eſt ſanguis meus. *Diſtinc. 9.* *c. 26.* *Cap. 6.* *Cap. 21.*

¶ Pro prima opinione arguitur ſic. Nulla pluralitas ponenda eſt ſine neceſſitate, ſed ueritas euchariſtiæ ſaluari poteſt ſine tranſubſtantiatione, ergo. Probatio minoris, quia ad ueritatem euchariſtiæ requiritur ſignum, & ſignatum realiter contentum. Sed ſubſtantia panis cum ſuis accidentibus æquæ poteſt eſſe ſignũ ſicut ſola accidentia, immo magis, quia ſubſtantia panis magis eſt ſub ſpeciebus nutritiua quam accidentia, ergo magis repræſentat corpus Chriſti in rõne nutritiui, uel nutrimenti ſpiritualis, res etiam contenta, ſcilicet corpus Chriſti æquæ poteſt ſaluari cum ſubſtantia panis ſicut cum accidentibus, quia non repugnat magis ſubſtantiæ eſſe cum ſubſtantia ſimul quã cum quantitate illius ſubſtãtię. *3 phy. com- tex. 50.*

¶ Secundo ſic Nihil eſt tenendum tanquam de ſubſtantia fidei, niſi quod põt expreſſẽ hẽri de ſacra ſcriptura, uel expreſſẽ declaratum per eccleſiam, uel

cui-

euidenter ſequatur ex aliquo plane contento in ſcriptura;, uel plane determinato ab eccleſia, ſed non uidetur haberi ex *Cap.6.* preſſe non eſſe ibi panem. Nam Ioã ſcri *Cor.c.10.* bitur. Ego ſum panis uiuus. Et Apoſtolus dicit. Panem quem frangimus nonne communicatio corporis Chriſti eſt? Nec uidetur ubi eccleſia ueritatem iſtã ſolenniter determinet.

¶ Pro ſecunda opinione arguitur ſic. Ex præcedenti probatione apparet, quòd non uidetur magis probari ex ſcriptura trãſuberatio quam panis manere, immo minus.

¶ Contra iſtas opiniones arguitur ſic, primo contra primam. Quia ipſa eſt inconueniens impoſſibilis, & hæretica.

¶ Primum probatur, quia tollit reuerentiam debitam Chriſto ut continetur in hoſtia, ſibi enim ut eſt in euchariſtia debetur cultus latriæ. Sed ſi ibi maneret ſubſtantia panis non deberet talis cultus adhiberi propter idolatriam adorando creaturam.

¶ Secundo, ſcilicet, quòd poſitio ſit impoſſibilis probatur ſic Nihil poteſt incipere eſſe ubi prius nõ fuit niſi per ſui mutationem, uel alterius in ipſum, ſed corpus Chriſti non mutatur per hoc, quòd in euchariſtia conficitur, quia manet in cœlo ſicut prius, ergo ſi nihil conuertatur in ipſum, tunc Chriſtus non magis eſt in altari quam prius, quod eſt impoſſibile.

¶ Tertium, ſcilicet, quod ſit hęretica probatur ſic, quia eſt contra uerbum Chri- *Cap.25.* ſti inſtituentis Matth. Hoc eſt inquit corpus meum, nõ dixit hic eſt corpus meũ, ſed hoc eſt corpus meum. Si autem ſubſtantia panis maneret uel annihilaretur & non conuerteretur uerius diceretur, hic eſt corpus meum, quam hoc eſt corpus meum.

¶ Contra ſecundam opinionem poteſt argui per argumenta immediate facta, & etiam poteſt argui ſpecialiter cõtra hoc, quod ponit reſolutionem in materiam panis præiacentem, uel in nihilo, quia uel fieret in materiam nudam, & hoc eſt impoſſibile, quia tunc eſſet materia, ſiue forma, quod ipſi negant. Vel fieret in materiam ſub alia forma, ſed hoc eſt inconueniens, quia uel idem corpus aliud nouum eſſet ſimul cum ſpeciebus, & corpore Chriſti, & tunc duo corpora eſſent ſimul. Vel mutaretur de loco ad locum, quod eſt inconueniens, quia ille motus localis poteſt percipi per excluſionem corporis alterius circunſtantis.

¶ Quicquid autem ſit de efficacia iſtarum rationum clarum eſt, quod illæ duæ opiniones ſunt falſæ. Ideo dico, quod nec panis manet ut dicit, prima opinio, nec annihilatur ut dicit, ſecũda opinio, ſed conuertitur in corpus Chriſti ut dicit, tertia quæ eſt catholica. Hoc autem probatur auctoritatibus Ambroſij, & aliorum quos adducit Magiſter in litera ſupra. Sed principalis ratio ad hoc probã- *Diſt.10.* dum talis eſt. De ſacramentis eſt tenendum ſicut tenet ſacroſancta eccleſia Romana, extra de hęreticis ad abolendam, ſed ſacroſancta mater eccleſia tenet panem tranſuberari in corpus, & uinum in ſanguinem ſicut clarè habetur extra de ſumma trin. & fide catholica. c. firmiter credimus, ubi dicitur, quod Ieſus Chriſtus ſacerdos eſt, & ſacrificiũ, cuius corpus, & ſanguis in ſacramento altaris in ſpeciebus panis, & uini ueraciter continentur tranſuberatis pane in corpus, & uino in ſanguinem poteſtate diuina, &c.

¶ Ad argumenta autem primæ opinionis ad primum nego minorem. Et cum dicit, quòd ueritas euchariſtiæ poteſt ſaluari pane manente. Dico, quòd Deo bene fuiſſet poſſibile inſtituiſſe, quòd corpus ſuum uerè eſſet præſens manẽte ſubſtantia panis, uel cum accidentibus pane annihilato, & fuiſſet ibi ueritas euchariſtiæ, quia uerum ſignum, & uerum ſignatum, ſed hoc non eſt modo ueritas tota euchariſtiæ. Non enim ſic inſtituit ut dicunt auctoritates ſanctorum, & eccleſiæ Et cum dicitur, quòd ad ueritatẽ euchariſtię nihil plus requiritur niſi uerum ſignum, & uerum ſignatum. Dico ꝙ uerum eſt eo modo quo ſignum eſt inſtitutum, & quod debet ſibi correſpondere ſignatum, quod non eſt niſi præciſe, ꝙ corpus ſit cum aliquo, ſcilicet cum pane uel cum accidentibus panis. Sed inſtitutum eſt nunc, quòd ſit tantum ſignatum cum accidentibus ſub ſigno.

¶ Ad argumentum ſecundum ubi ſtat uis. Dicendum, quòd eccleſia determinat iſtum intellectum eſſe de ueritate ſidei in c. præallegato, firmiter credimus,

ubi

ubi dicitur tranſuberatis pane in corpus & uino in ſanguinem poteſtate diuina, & per hoc patet ad argumẽtum alterius opinionis.

DE ſecundo articulo, ſcilicet quis ſit formalis terminus illius tranſuberationis. Dicitur, ꝙ in humana natura Chriſti nihil eſt niſi materia prima, & anima intellectiua tanquam forma, & terminus primus conuerſionis eſt compoſitum ex materia, & forma, anima intellectiua inquantum intellectiua dat eſſe corporeũ, & conſtituit compoſitum quod eſt corpus. Quòd autem in natura humana nõ ſit alia forma præter animam intellectiuam, probatur ab eis multipliciter.

D. Thom. 1. par. q. 76. Ar. 3. & 4 ¶ Primo ſic. Vnius rei unicum ẽ eſſe, ſed vnicũ eſſe eſt ab una forma, ergo unius entis puta hominis eſt tantum una forma.

¶ Secundo ſic. Forma ſubſtantialis diſtinguitur a forma accidentali, quia forma ſubſtantialis aduenit enti in potentia, accidẽtalis autem aduenit enti in actu, ſed ſi in homine eſſet alia forma ſubſtantialis præter animam intellectiuam tunc anima intellectiua adueniret enti in actu exiſtenti, & ſic eſſet forma accidentalis.

An in homine ſint plures formæ. ¶ Tertio ſic. Si in homine eſſent plures formæ ſubſtantiales dicẽdo homo eſt animal, nõ eſſet prædicatio per ſe primo modo, conſequens eſt falſum, ergo, & antecedens, probatio conſequentis, quia prædicatio ſumpta a diuerſis formis eſt per accidens, ſicut cum dicitur homo eſt albus, ſed ſi in homine eſſent plures formę cum diceretur homo eſt animal, tũc iſta prædicatio ſumeretur a diuerſis formis.

Vide Scotũ. ¶ Contra illam opinionem quantum ad illud, quod dicit de pluralitate formarũ nolo ad præſens diſputare, quia illud ſpectat ad materiam ſecundi libri directe, & ut nunc breuiter indirecte tangatur. Argno contra illud quod dicit, quòd formalis terminus illius conuerſionis eſt materia, & anima intellectiua. Quia ſi hoſtia conſecrata in cœna fuiſſet reſeruata in triduo in pixide permanſiſſet ibi eadem res contenta. Illud autem in quod primo fiebat conuerſio non fuit materia prima, nec accidentia, nec compoſitũ ex materia, & accidente, igitur erat compoſitum ex materia, & forma ſubſtantiali, ſed tunc non erat compoſitum ex materia, & anima intellectiua, quia Chriſtus fuit uere mortuus, & anima intellectiua vere fuit ſeparata a corpore.

¶ Præterea terminus illius conuerſionis oportet, quòd ſit aliquid reale, quia conuerſio eſt realis. Sed anima intellectiua, ut dat eſſe corporeum diſtinguendo contra eſſe intellectiuum ſecundum aliquos non eſt aliquid reale, ſed quid abſtractũ per actum intellectus, ergo iſta conuerſio non poteſt eſſe in anima ſub tali ratione.

¶ Præterea. Quod non eſt corporeum formaliter non dat alteri eſſe corporeũ formaliter, quia cauſalitas cauſæ formalis eſt dare tale eſſe alteri quale ſibi competit, ſed anima intellectiua non eſt corporea formaliter, ergo nõ poteſt dare eſſe alteri corporeum. *An dentur plures formæ.*

¶ Ad argumenta autem quibus probatur unitas formæ dicebatur in ſecundo.

¶ Quantum igitur ad illum articulum dico, quòd corpus Chriſti includit per ſe materiam, & ad minus unam formam mixti priorem anima intellectiua, quæ conſtituit corpus de genere ſubſtantiæ, & idem corpus eſt formalis terminus cõuerſionis prædictæ. *Vide Scotũ hic, & in ſecundo, diſt. 17.*

¶ Ad argumenta autem quibus probatur, quod in homine non ſit alia forma pręter animam intellectiuam, uiſum eſt.

¶ Ad argumentum in contrarium patet ex dictis, quia hæc mutatio non eſt qua terminus accipit eſſe ſimpliciter, ſed qua accipit eſſe ut hoc.

Vtrum panis iſta conuerſione annihiletur?

Scotus 4 ſent. diſt. 11. q 4.
D. Thomas 3. parte q. 75. Art 3.
Ricardus 4 ſentent. diſtinctio 11. q. 3. Ar. 1.
Franciſcus de Mayronis 4. ſenten. diſtinctio. 11. q. 2.

QVAESTIO II.

AD ſecundam quęſtionem ſic proceditur. Videtur, quod panis in illa cõuerſione annihiletur, quia quod proceſſit, & nihil eius manet, annihilatur, ſed panis pꝛ̃fuit, & nihil eius manet, ergo.

¶ Con-

¶Contra. Conuerſio non eſt annihilatio, ergo quod conuertitur non annihilatur.

¶ Ad illam quæſtionem breuiter dico, quòd panis non annihilatur, quia terminus ad quẽ eſt tranſitus ipſius panis non eſt pure nihil, igitur panis non eſt annihilatus. Conſequentia probatur, quia terminus annihilationis debet eſſe purum nihil probatur per ſimile, quia terminus creationis a quo eſt purum nihil, antecedens probatur, quia terminus illius tranſitus eſt corpus Chriſti. Nam ſi negatio panis cõcomitetur terminum ad quem non tamen terminus ille eſt omnino nihil, ſed in aliquo poſitiuo. Et ideo eſt notandum, quòd terminus annihilationis eſt purum nihil ita, quòd nihil termini a quo manet in termino ad quem. Item ſecundo negatio eius non manet in aliquo apto nato quæ dicitur priuatio terminans eam. Item tertio negatio non eſt in aliquo poſitiuo diſparato terminans eam, ſed eſt ſimpliciter negatio extra genus, ſcilicet extra omne poſitiuum ſiue illud ſit ſubiectum quod dicitur priuatiuum ſecundum illam negationem ſiue ſit diſperatum, quod includat illam negationem.

Quid ſit terminus annihilationis.

¶ Ad propoſitum licet hic non ſint illæ duæ primæ rationes de quibus patet, ꝙ propter eas corruptio non eſt annihilatio, quia aliquid rei corrupte manet in eſſe, quia negatio terminans eam manet in ſubiecto apto nato, eſt tamen ibi tertia ratio, ſcilicet, quod negatio terminãs eſt in aliquo poſitiuo non ſubiecto, ſed diſparato. Per hoc igitur patet, quod illa deſitio panis ſecũdum ſe etiam ut eſt ad non eſſe panis non eſt negatio extra genus ſed ut in corpore, & ideo non eſt annihilatio.

¶ Ad argumentum principale neganda eſt illa maior, quia oportet ibi addere nihil eius manet, & ſimpliciter nihil ſuccedit ut per ſe terminus, ergo.

Vtrum ſolus panis triticeus cum aqua elementari coagulatus ſit conueniens materia conuerſionis in corpus Chriſti?

Seraph Bona. 4. ſent. diſt. 11. q 4 Artic. 1.
Scotus 4 ſent. diſt. 11. q. 6.
D. Thomas 3. parte. q 74. Artic. 3.
Ricar 4. ſent. diſt. 11. q. 3. Art. 1.
Durandus 4. ſent. diſt. 11 q 4.
Ioannes Bacconitanus 4 ſent. diſt. 8. q. 2

QVAESTIO III.

AD tertiam quæſtionem ſic proceditur ſine argumentis, & dico duas concluſiones.

¶Prima, quòd ſolus panis triticeus cũ aqua elementari coagulatus eſt materia conueniens conuerſionis in Chriſti corpus. Tum quia Chriſtus ſic ordinauit. Tum quia Chriſtus ſic grano frumenti ſe comparauit. Tum quia Melchiſedech hoc præfigurauit ut patet Gen. quando obtulit panem, & uinum, erat enim ſacerdos Dei altiſſimi. *Cap. 14.*

¶ Secunda concluſio, quòd ſolum uinũ expreſſum de uite, uel uinum uitis eſt cõueniens materia conuerſionis in ſanguinem Chriſti, ut patet de conſe. diſt. 2. c. uinum. Cuius ratiò eſt, quia Chriſtus ſic inſtituit, & congruentia poteſt aſſignari quia ſecunda pars principalis nutritionis, ſcilicet potus principaliter conſiſtit in uino, ut in potu principali. Ceruiſia tamen plus nutrit de qua non ſit mentio, quia non eſt in communi uſu.

¶ Sed contra iſta occurrunt quatuor dubia, & tria ſunt contra primam concluſionem. Quartum autem contra ſecundam. Primum an de amido poſſet formari panis conſecrabilis. Secundum an de farina triticea paſta confecta non tamen cocta poſſet confici. Tertium an panis azimus aut fermentatus ſit materia conueniens huic ſacramento. Quartum dubium eſt quare uino apponitur aqua. *Quatuor dubia.*

¶ Ad primum dico, quod non, quia accidentia differentia ſpecie arguunt ſubiecta differentia ſpecie, ſed amidum, & panis triticeus ſecundum medicos habent accidentia differentia ſpecie, ergo differunt ſpecie. Sed panis triticeus eſt materia propria conuerſionis in corpus Chriſti, ergo non amidum.

¶ Ad ſecundum dico, quòd de paſta non poteſt confici, quia noluit Chriſtus in ſacramentis ſuis ſubtilem diſputationem

de

de differentia ſpecifica nobis imponere, ſed, ꝙ habeamus panem triticeũ uſualẽ pro materia conſecrationis, panis autem uſualis eſt coctus, & non paſta cruda.

¶ Ad tertiũ dicũt Greci, ꝙ neceſſe eſt cõficere in fermẽtato, dicunt. n. ꝙ Chriſtus paſſus eſt Luna 14. ut ipleretur figura legis de agno paſchali. Sed inter Iudæos licuit tunc hẽre panem fermẽtatũ in uſu, & cõiter habebatur, non. n. fuit eis inter dictus panis fermentatus, ergo Chriſtus cõfecit in fermẽtato, ſed illud eſt falſum. Quod. n. Chriſtus ſit paſſus Luna 17. ꝓbatur expreſſe ꝑ illud Matth. prima die azimorũ. ſ. Luna 14. comedit agnum paſcalem, & 17. erat ſolennitas, & illa die paſſus eſt Chriſtus, & ſic illa hora qua comedi debuit agnus paſchalis, ſecundum legem comederũt diſcipuli agnum, hoc igitur eſt tenendũ, ꝙ de neceſſitate panis conſecrabilis non eſt, nec ꝙ ſit azimus, nec ꝙ ſit fermentatus, quia ſecundũ Anſ. in libro ſuo de azimo, & fermentato non differunt ſubſtantialiter fermẽtatus, & azimus, ergo non nego Græcos uere conficere, quia tempore Leonis Papæ fuit conſtitutũ, ꝙ conficeretur de fermentato, tamen de neceſsitate miniſtri in eccleſia Latina eſt cõficere in azimo. *Cap. 26.*

Quartum dubium. ¶ Ad quartum aũt dubium quare, ſcilicet, aqua uino apponatur, dicit Magiſter in iſta diſt. hoc eſſe, quia aqua ſignificat populum Chriſti paſſione redemptum, ſecundum illud capitulum diſt. 2. de con ſecr. Non oportet, & extra de celebr. miſſarum, in qua diſtinctione dicit hoc eſſe, quia dũ Chriſtus in Cruce pependit de corpore eius fluxit ſanguis, & aqua, ergo, &c.

DISTINCTIO XII.

Circa diſtinctionem duodecimam quæritur,

Seraphicus Bonauentura 4. ſententiarũ diſtin. 12. q 3. Ar. 1.
Scotus 4. ſent. diſt 12 q 1.
D Thomas 3. parte quæſtio 77. Artic. 1.
Ricardus 4. ſent diſt. 12 q. 1 Art. 1.
Franciſcus de Mayronis 4. ſenten. diſtinctio. 12. q. 3.
Durandus quarto ſenten diſt. 12. q. 1

QVAESTIO I.

SI autem quæritur. In iſta diſtinctione 12. quæro duas quæſtiones. Primo. Vtrum in euchariſtia ſit aliquod accidens ſine ſubiecto? Secundo. Vtrum quodcunque accidens maneat ſine ſubiecto?

AD primam quæſtionem ſic proceditur. Videtur, ꝙ in euchariſtia non ſit aliquod accidens ſine ſubiecto, quia ſicut ſubſtantiæ conuenit eſſe per ſe, ſic accidenti conuenit eſſe in alio, ſed impoſſibile eſt eſſe ſubſtantiam, & eſſe in alio, quia quod uere eſt nulli accidit, primo phiſi. ergo impoſſibile eſt accidens eſſe, & non eſſe in alio. *1. phy. con. tex. 27. & 30.*

¶ Contra. Magiſter in litera adducit multas auctoritates ſanctorum Doctorum, quòd accidentia in euchariſtia ſunt ſine ſubiecto.

¶ In iſta quæſtione pono. Primo aliquas opiniones. Secundo pono aliquas cõcluſiones. Tertio remouebo dubitationes.

QVANTVM ad primũ dicit una opinio, ꝙ accidens poteſt eſſe ſine ſubiecto, non tamen naturaliter, ſed ſupernaturaliter, quia Deus accidenti dat nouum eſſe.

¶ Contra iſtam opinionem arguitur ſic. Si accidens quando ſeparatur habet nouum eſſe, oportet ibi ponere aliquã trãſmutationem a carentia præcedentis eſſe ad illud nouũ eſſe, ſed hoc eſt impoſſibile, primo quia non põt poni quę ſit illa mutatio, nõ. n. eſt generatio, q̃a accidẽs non eſt ſubiectũ generationis, nec augmentatio, quia non acquiritur quãtitas per iſtã mutationem, eodẽ mõ nec eſt alteratio, quia non acquiritur qualitas.

¶ Item illud eſſe nouum aut eſt ſubſtantia, uel accidens, uel neutrũ. Si autem eſt ſubſtantia, tũc erit independẽs, & ꝑ conſequens nõ erit formaliter eſſe alicuius accidẽtis, quia nullũ accidens põt formaliter eſſe independẽs. Si aũt ſit accidens, quocunque per reductionem erit ęque dependẽs cũ forma cuius eſt, & ꝑ conſequens per illud nõ poterit eſſe independẽs, neutrum aũt nõ poteſt dari, quia oẽ ens creatũ uel eſt ſubſtãtia, uel accidẽs.

¶ Alia opinio dicit, ꝙ accidens ſeparatur a ſubiecto, quia Deus dat ſibi quandam uirtutem ſupernaturalem per quã uirtutẽ poteſt per ſe eſſe. Sed iſta opinio dicit idem, quod præcedẽs licet ſub alio uocabulo. Ideo arguitur contra eã ſicut contra præcedentem, quia illa uirtus aduueniens eſt terminus alicuius mutationis. Tũc quæro, cuius mutationis eſt terminus, & ad quã ſpeciem mutationis reducitur, quia uel eſt generatio, uel augmentatio, & arguitur ſicut prius.

¶ Præterea. Licet aliqua uirtus detur alicui ſupernaturaliter, tamen poſtquã ineſt, naturaliter ineſt, ſibi ſicut ſi cęcus ſupernaturaliter illuminaretur nõ propter hoc potentia uiſiua erit ſupernaturalis, ergo licet eſſet miraculũ in primo inſtanti conſeruationis iſtorũ accidentiũ ſine ſubiecto quando cõfertur accidenti iſta uirtus poſt tamen iſtam uirtutem erit accidens naturaliter ſine ſubiecto.

¶ Præterea Impoſſibile eſt ſubſtantiam accipere aliquam uirtutem per quam dependeat ad aliud non ſibi inhęrens, ergo impoſſibile eſt accidens recipere uirtutem per quã poſſet eſſe ſine inhærentia, cõſequentia probatur, quia illa duo eſſe, ſ. per ſe eſſe, & inhærere æquæ appropriãtur iſtis, ſcilicet ſubſtantiæ, & accidẽti.

QVANTVM ad ſecundum articulum præmitto, primo diſtinctiones. Secundo formabo tres concluſiones.

Accidens poteſt accipi duobus modis. ¶ Prima diſtinctio eſt iſta, ꝙ accidens poteſt accipi pro per ſe ſignificato, uel pro eo, quod denominatur ab iſto ꝑ ſe ſignificato. Vlterius accipiendo pro illo quod denominatur a ſignificato illius nominis quod ẽ accidẽs, poteſt accipi, uel pro abſoluto, uel pro reſpectiuo.

¶ Secunda diſtinctio eſt iſta, ꝙ aliquid ineſſe ſubiecto poteſt dupliciter accipi, uel ſecundum actum, uel ſecundum aptitudinem. Tũc pono tres concluſiones.

¶ Prima eſt, ꝙ loquendo de per ſe ſignificato accidentis contradictio eſt ipſum non eſſe in ſubiecto intelligo uniformiter in ſubiecto, & prędicato, ſcilicet, ſi actu actu, ſi aptitudine aptitudine. Iſta cõcluſio probatur, quia per ſe ſignificatum huius nominis accidens eſt quidam reſpectus ad illud cui accidit quem importat hæc dictio inhærẽs ad illud cui inhæreret. Nunc aũt idẽ ſignificatũ eſt accidẽtis, & accidẽtiæ ut ita loquar, & inhærentis, & inhærentiæ ſicut ergo, impoſſibile eſt accidentia eſſe, & non ſit inhærentia, ſi actu actu, ſi aptitudine aptitudine. Ita impoſſibile eſt aliquid eſſe accidens loquendo de per ſe ſignificato, & primo huius nominis quin ſit inhærẽs proportionabiliter, hoc eſt ſi actu actu, ſi aptitudine aptitudine.

¶ Secunda concluſio, ꝙ loquendo de eo quod denominatur a ꝑ ſe ſignificato accidentis, & eſt per ſe reſpectus contradictio eſt, ꝙ ſit ſine ſubiecto, & hoc actu, ita .ſ. ꝙ non actu inhæreat ſubiecto, probatur, quia reſpectus eſt eſſentialiter habitudo inter duo extrema, & ideo ſicut tollere terminũ ad quẽ eſt, reſpectus eſt deſtruere reſpectum, ita tollere illud cuius eſt reſpectus eſt deſtruere rationem reſpectus, nõ igitur, quia reſpectus eſt accidens, ideo requirit ſubiectum, uel fundamentum, ſed quia eſt reſpectus.

¶ Tertia concluſio eſt iſta, ꝙ illud quod denominatur a per ſe ſignificato accidentis, & eſt quid abſolutum poteſt ineſſe, & non ineſſe ſubiecto actualiter, licet neceſſario inſit aptitudinaliter. Iſta concluſio probatur, quia abſolutum, uel abſolutũ non requirit terminum, uel terminos, quia tũc non eſſet abſolutũ, igitur ſi accidens requirit ſubiectũ, oportet ꝙ hoc ſit propter aliquam aliam dependentiã eſſentialem ad ipſum, ſed nulla eſt depẽdẽtia ſimpliciter neceſſaria alicuius abſoluti ad aliquid, quod non eſt de eſſentia eius, ſed tãtum cauſa extrinſeca ut ad cauſam extrinſecam ſimpliciter primã. ſ. ad Deũ, ſed ſubiectũ non eſt de eſſentia accidentis, quia tunc homo albus non eſſet ens per accidens, igitur dependentia accidentis abſoluti ad ſubiectum omnino eſt ſimpliciter neceſſaria, uoco autẽ ſimpliciter neceſſarium cuius oppoſitum includit contradictionem.

QVANTVM ad tertium articulũ ſunt aliquæ dubitationes maxime cõtra iſtam concluſionẽ, & arguitur primo ſic. Nihil poteſt fieri ſine eo, quod eſt de eſſentia eius, ſed inhærentia ad ſubiectum eſt de eſſe accidentis, ergo non poteſt eſſe accidens ſine ſubiecto. Probatio minoris, quia dicit Ariſtot. ꝙ accidentia non ſunt entia niſi in eo, ꝙ taliter entis. Probatur etiam ratione ſic, quia ſi inhærentia *7 met. con tex 2.*

tia non eſt de eſſentia albedinis, ergo illa eſt aliud ab albdine, & inhæret albedini. Tunc quæro de illa inhærentia qua inhærentia inhæret albedini, quia aut ipſa eſt eadem albedini, ſeu ipſi inhærẽtiæ, & ſic pari ratione fuit ſtãdum in primo, aut non eſt eadem, & quæram de illa ſicut de priori in infinitum.

¶ Secundo ſic, non minus dependet accidens a ſubiecto quam quãtitas a figura uel linea a puncto, ſed quantitas non poteſt ſeparari a figura, nec linea a punctis, quia tunc eſſet infinita.

¶ Tertio ſic non minus dependet accidens a ſubiecto ſuo, quam ſubiectum a ſua propria paſſione, immo magis, ſed ſubiectum non poteſt ſeparari a ſua propria paſſione, ergo nec accidens a ſubiecto.

Cap. de priori. 7. met. contex. 4.

¶ Quarto ſic, poſterius non poteſt eſſe ſine priori, ut dicitur 5. metha. ſed accidens eſt eſſentialiter poſterius ſubſtãtia, ergo probatio minoris. 7. meth. Eſt enim ſubſtantia prior quocunque accidente notitia, tempore, & diffinitione.

¶ Ad iſta reſpondeo.

¶ Ad primum negando minorem, & ad probationẽ cũ dicitur, ꝙ accidentia non ſunt entia niſi in eo, ꝙ taliter entis, dico ꝙ ly eo poteſt referri ad cauſam efficientem ſiue effectiuam, uel ad cauſam formalem. Si ad cauſam effectiuam tunc cõcedo, ꝙ accidentia non ſunt entia niſi effectiue eo, ꝙ taliter entis, quia oriuntur ex principiis ſubiecti. Si formaliter ly eo referendo ad cãm formalẽ dico, ꝙ illud non eſt uerũ. Ad probõnem aliam dico, ꝙ inhærentia inhæret albedini, & tũc quæris de illa inhærentia, quam inhærẽtia inhæret albedini, dico, ꝙ illa eſt eadem inhærentiæ albedinis, & ibi eſt ſtatus, quia illa relatio eſt eadem fundamẽto, ſiue quia fundamentum ſiue ſubiectũ eſſe includit contradictionem, ſed talis eſt inhærentia inhærentiæ.

Lib. 1. diſt. 42.

¶ Ad ſecundum dicunt aliqui, quòd nullum inconueniens eſt quantitatem eſſe infinitam, uel lineam infinitam, ſed hoc improbatum fuit, ideo dico, ꝙ aliquid finiri poteſt a termino intrinſeco, uel extrinſeco, ergo quantitas illa, ſiue figura, uel linea, ſiue punctus licet non finiretur termino extrinſeco, finiretur tamen termino intrinſeco.

¶ Ad tertiũ dico, ꝙ inhærentia non eſt ꝑ ſe paſſio albedinis, ſed eſt accidens, per accidẽs eſt enim inhærentia quidã reſpectus extrinſecus adueniens, & adhuc minus accidenti abſoluto, quia dicit actualem unionem illius abſoluti cum illo abſoluto, omnis enim unio abſoluti ad aliud abſolutum eſt reſpectus extrinſecus adueniens, & omnis talis reſpectus eſt illi cui accidit accidens per accidens.

¶ Ad quartum dico, quòd prius, & poſterius poſſunt intelligi, uel ſecundum actum, uel ſecundum aptitudinem. Si autem accipias vniformiter, cõcedo, quòd poſterius naturaliter non poteſt eſſe ſine priori, ſed hoc non eſt uerum ſi accipias poſterius naturaliter ſecundum aptitudinem, non enim poteſt eſſe ſine priori ſecundum actum ſicut eſt in propoſito.

¶ Ad principale argumentum dico eodem modo, quòd accipiendo per ſe eſſe, & eſſe in alio uniformiter prout per ſe negat aptitudinem ad inhærendum, & eſſe in alio affirmat iſtam aptitudinem, ſic iſta duo proportionabiliter conueniunt ſubiecto, & accidenti, & tunc non plus ſequitur, niſi quòd accidens non poteſt eſſe per ſe ens cui repugnat inhærere ſicut nec ſubſtantia poteſt eſſe cui conueniat hæc aptitudo inhærendi, igitur.

Vtrum in euchariſtia quodcunque accidens ſit ſine ſubiecto?

Scotus 4. ſent. diſt. 12. q. 1.
D. Thomas 3. parte q. 77. Art. 1.
Ricardus 4. ſentent. diſtinctio 12. q. 1. Ar. 1.
Durandus 4. ſenten. diſtin. 12. q. 1.
Franc. de May. 4 ſent diſt. 12. q. 4.

QVAESTIO II.

AD ſecundam quæſtionem ſic proceditur. Videtur, ꝙ in euchariſtia qđcunque accidẽs ſit ſine ſubiecto, qa quodcũq; accidẽs, ẽ ibi ſine ſubſtãtia, igitur

 quod-

quodcunque accidens eſt ibi ſine ſubiecto,antecedens patet , probatio conſequentiæ,quod ponitur in diffinitione alicuius ut additum eſt ſubiectum eius. *7 met. con. tex. 4* 7.meth.ſed ſubſtantia ponitur in diffinitione accidentis,ex eodem. *7. met. con. tex. 4*

¶Contra.Motus non eſt ſine mobili, in eucharistia autem eſt motus,ergo eſt ibi aliquod ſubiectum motus.

¶In iſta quæſtione ſunt tres articuli ſecundum quòd de ea ſunt tres opiniones duæ extremæ,& alia eſt media.

PRIMA opinio dicit , quod ſola quantitas eſt ibi ſine ſubiecto , alia autē accidentia habent ſubiectum, quòd autem ſola quantitas ſit ibi ſine ſubiecto probatur primo ſic , impoſſibile eſt aliquid eſſe ſine eo quod eſt formaliter tale,ſed omnia accidentia indiuiduantur formaliter per quantitatem,ergo cum accidentia habeant hic eſſe per quantitatem,ſequitur , quod ſunt in quantitate, ut in ſubiecto,alias idem eſſet hic,& non eſſet hic.

¶Secundò ſic.Si eſſet albedo ſeparata a quantitate,eſſet ſenſibilis,& non ſenſibilis Quod eſſet ſenſibilis probo , quia eſſet de tertia ſpecie qualitatis. Probatur, quòd non eſſet ſenſibilis,quia quod non eſt quantum non poteſt ſentiri,ſed albedo ſeparata a quantitate eſt huiuſmodi, ergo.

¶Tertio ſic.Si albedo eſſet ſine quantitate ,eſſet quædā qualitas ſpiritualis,& corporalis,quod eſſet ſpiritualis probatur, quia eſſet indiuiſibilis,probo etiā, quòd eſſet corporalis,quia eſſet ī tertia ſpecie qualitatis,& tūc eſſet corporalis , & ſpiritualis ſimul,quod eſt inconueniens.

¶Quarto ſic.Si eſſet albedo ſine quantitate,& per conſequens ſpūalis non eſſet repugnantia quin ineſſet ſpiritui , & ſic ſpiritus uel angelus poſſet eſſe albus .

¶ Contra iſtā opinionem arguitur ſic. Dependentia ad prius eſt eſſentialior , quam ad poſterius loquendo de abſolutis depēdentibus. Sed qualitas eſt forma ſicut quātitas abſoluta,ergo eſſentialius dependet qualitas a ſubſtantia , quam a quantitate , igitur ſi poteſt eſſe qualitas ſine dependentia actuali ad ſubſtantiam poterit eſſe ſine actuali dependentia ad quantitatem.

¶Præterea.Abſoluto perfectiori nō magis repugnat per ſe eſſe , quam abſoluto imperfectiori,ſed qualitas eſt forma abſoluta,& ſecūdum eos perfectior, quam quantitas.Igitur ſi quantitas poteſt eſſe per ſe,qualitas poteſt eſſe per ſe. Minor probatur quantum ad ſecūdam partem multipliciter.

¶Primo,quia qualitas eſt per ſe principium agendi actione reali,quantitas aūt non,quia nulla actio realis ut hic loquimur conuenit quantitati.

¶ Secundo , quia qualitas eſt principiū attingendi beatitudinem ſicut eſt operatio intellectus,& uoluntatis,ſed quantitas nullo modo eſt , principium attingendi beatitudinem ſeu finem ſuum , ergo.

¶Tertio,quia quantitas conſequitur cō poſitum ratione materię,qualitas autem ratione formæ,ſed forma eſt ſimpliciter perfectior materia.7.metha. *7. met. tex. 7*

¶Quarto ſic,quod magis conuenit cum perfectione ſimpliciter eſt perfectius ſimpliciter,ſed quantitas utpote ſapere uelle intelligere magis conuenit cum perfectione ſimpliciter,quam aliqua quantitas,ergo.

¶Sed hic inſtatur quod eſt propinquius perfectiori eſt ſimpliciter perfectius, ſed quātitas eſt ſimpliciter propinquior ſubſtantiæ quam qualitas , ſubſtantia enim eſt perfectiſſimum entium,igitur quantitas eſt perfectior qualitate.

¶Reſpondetur, quòd quando in primo perfecto concurrunt plures perfectiones aliquid poteſt ſibi eſſe propinquius ſecundum unam perfectionem,& non ſecundum aliam , *Speculare quæ ſapis altiora.* utpote Deus eſt ſimpliciter neceſſe eſſe,& hæc neceſſitas eſt in eo perfectio ſimpliciter, quanto ergo aliquid eſt magis neceſſarium tanto eſt propinquius Deo,& ſic cœlum eſt propinquius Deo quocunque corruptibili.Præter hoc Deus eſt , natura intellectualis ſimpliciter perfecta ſecundum hoc magis propinquat creatura media intellectualis , ut angelus poſt hanc natura intellectualis animæ noſtræ,poſt iſta uero ſenſitiua . In hoc autem ordine quantum ad eſſe , viuum propinquior eſt muſca Deo quam cœlum . Poſſet ergo inferri ex primo ordine , quod cœlum eſt propinquius Deo , & per conſeques perfectius muſca . Ex ſecundo

do autem ordine poſſet inferri, quòd muſca eſt perfectior cœlo, & ita inferuntur oppoſita Reſpondetur, quòd quandocũque concurrunt, in primo perfectiones qualitercunque diſparate illud eſt ſimpliciter perfectius quod eſt ſibi propinquius ſecundum illud quod habet rationem ſimpliciter perfectionis. Nunc autẽ in ſubſtantia prout eſt primum omnium entium eſt duplex ordo prioritatis unus in ſubſtando aliis quod includit recipere alia, & perfici ab eis. Alius eſt actualitatis intenſiue, & illa perfectio ſecunda eſt ſimpliciter maior prima. Quantitas autem eſt propinquior ſubſtantiæ ſecundum primam rationem, quia ſe habet in ratione receptiui. Qualitas autem eſt propinquior ratione actualitatis intenſiue, & ſecundum hoc apparet melior, & perfectior quantitate.

Duplex eſt ordo in ſubſtantia.

¶ Ad argumenta autem opinionis primum non ualet, quia nullum ens eſt formaliter ſingulare per aliquod alterius generis. Sunt enim coordinationes prædicamentorum primo diuerſæ ut declarabatur in ſecundo, & ideo falſum aſſumitur quando dicitur, quòd omnia accidentia indiuiduantur per quantitatem formaliter. Similiter ſecundum de ſenſibili non concludit, ſenſibile enim poteſt dici, uel quod eſt in potentia remota, ut ſentiatur, uel in potentia propinqua. In potentia enim remota eſt quicquid hẽt formam ſufficientem non tamen ſub modo conuenienti ſub quo oportet eum habere ad hoc, quòd ſentiatur. In potentia autem propinqua quod habet eam ut ſtatim ceſſante impedimento poſſet ſequi actus, ergo albedo ſeparata erit ſenſibilis in potentia remota, ſed non in potentia propinqua.

Vide in 2. ubi ſupra.

¶ Ad tertium dico, quod qualitas ſeparata eſſet corporalis, quia eſſet ſimpliciter determinata ad perficiẽdum corpus, ſed ſecundum quid poteſt dici in corporea, quia non eſt actu in corpore.

¶ Ad quartum non habet apparentiam, quia ſicut lapis non poteſt eſſe ſapiens, quia non eſt receptiuus ſapientiæ, ita angelus poteſt eſſe albus, quia non eſt receptiuus talis formæ, & hoc propter inextẽſionem angeli, uel hoc ex natura formarum in ſe uidelicet, quia angelus eſt talis forma, & albedo talis forma.

A L I A opinio eſt in alio extremo, q̃ nullum accidens poteſt eſſe ſubiectum alterius accidentis, & per conſequens in eucharistia quodcunque accidens eſt ſine ſubiecto.

¶ Pro iſta arguitur ſicut arguebatur in principio quæſtionis, ualet, quodcũque accidens eſt ſine ſubſtantia, ergo ſine ſubiecto.

¶ Secundo ſic, quia nullum accidens eſt ſubiectũ accidentis, ergo in eucharistia quodcunque accidens eſt ibi ſine ſubiecto probatio per philoſophum. Accidẽs inquit non accidit accidẽti, niſi quia ambo accidunt eidem ſubiecto.

4. met. con- tex. 4

¶ Confirmatur etiam, quia ſicut ſubſtantia conuenit per ſe eſſe ita accidenti inhærere, ergo ſicut repugnat ſubſtantiæ inhærere, ita accidenti per ſe eſſe.

¶ Tertio aliquod accidens eſt ibi ſine ſubiecto, ergo quodlibet accidens põt ibi eſſe ſine ſubiecto, antecedens probatur, quia accidens quod primo natũ eſt ſubſtantiæ ineſſe non habet ibi ſubiectũ, cõſequẽtia probatur, quia q̃dlibet accidẽs æquæ dependet eſſentialiter a ſubiecto.

¶ Contra iſtam opinionem arguitur ſic. Illud per ſe eſt ſubiectum accidentis alicuius de quo idem accidens prædicatur per ſe ſecundo modo, ſed de aliquo accidente prædicatur aliquod accidens ſecũdo modo ut propria paſſio eius. Probatio maioris. Illud de quo prædicatur accidens ſecundo modo per ſe cadit in diffinitione accidentis ut additum eſt, & non niſi additum ut ſubiectum, quia nullam dependentiam habet diffinitum ad tale diffiniens. Minor patet, quia uniuerſaliter oẽs paſſiones in tota ſcientia methaphiſica demonſtrantur de accidentibus, & per ſe ſecundo modo dicuntur de eis. Probatio, uelox, & tardum fundantur in motum ſicut in ſubiecto, ſed uelox, & tardum ſunt duo accidentia motus, ergo. Et hoc eſt quod dicit Auic ubi manifeſte vult, quòd aliquod accidens eſt ſubiectum alterius accidentis, & exemplificat ibidem ſicut motus eſt ſubiectum uelocitatis, & tarditatis.

2 met. c. 1.

¶ Præterea manifeſtum eſt multas relationes hic eſſe ſicut æqualitas ſimilitudo & huiuſmodi, quæ non poſſunt eſſe ſine ſubiecto. ſed iſtæ relationes ſunt accidentia quædam.

Opinio Scoti. ALIA eſt opinio media quam teneo & diſtinguo de ſubiecto Aut, quia ſumitur pro ultimate terminante dependentiam alicuius accidentis per accidens. Aut pro quocunque terminante dependentiam illam proximo, eſto, quòd non ultimate terminet. Primo modo planũ eſt, quòd nihil poteſt eſſe ſubiectum accidentis niſi ſubſtantia. Secundo modo dico, quòd poſſibile eſt, ꝙ aliquod accidens ſit ſubiectum accidentis ſicut patet per rationes contra ſecundam opinionẽ. Poſſibile eſt etiã quodcunque accidens abſolutum eſſe ſine ſubiecto utroque modo ſicut probatum eſt contra primam opinionem, ſed reſpectiuum non eſt poſſibile eſſe ſine ſubiecto ſecundo modo, quia nõ eſt poſſibile, quòd reſpectus ſit inter duo qui ſit alicuius ad aliquod, & hoc nõ eſt ratione accidentis, ſed ratione reſpectus ut dictum eſt in quæſtione præcedenti.

¶ Tunc ad argumenta ſecundæ opinionis, ad primum quod erat etiam ad principale, concedo, quòd quodlibet accidens careat aliquo ſubiecto accipiendo ſubiectum primo modo, quòd, ſcilicet ẽ ſubiectum ultimate terminans dependẽtiam accidentis, ideo enim in diffinitione omnium accidentium ponitur ſubſtãtia, ſed non propter hoc eſt ſubſtãtia immediatum additum in diffinitione cuiuſcunque accidentis, immo in diffinitione alterius eſt additum ut mediatum receptiuum mediate terminans dependentiam, & alterius immediate.

¶ Ad ſecundum dico, quòd accidens poteſt eſſe ſubiectum accidentis accipiendo ſubiectum, ſecundo modo, & non primo modo.

¶ Ad auctoritates philoſophi dico, quòd ly, quia non eſt nota cauſæ ſed concomitantiæ ut ſit ſenſus accidens non accidit accidenti, niſi quia. i. quando ambo accidunt alteri. Aliter poteſt dici, ꝙ philoſophus loquitur ibi de accidentibus diſparatis ſicut prætendit exemplum ibi. *Vide ibi exemplum.* Dico enim albũ, & muſicum. Et cum probatur per rationem de per ſe eſſe, & in alio eſſe patet ex præcedenti quæſtione, quia eo modo quo iſta ſunt propria ſubſtãtiæ, & accidentia, ꝙ non poteſt competere accidenti per ſe eſſe nec ſubſtare, ſic nec ſubſtantiæ põt competere inhærere accipiẽdo ſubſtare ſicut cõpetit ultimo terminanti dependentiam inhærentis.

¶ Ad ultimam concedo conſequentiam loquendo de poſſibili de quocunque accidente abſoluto licet non de reſpectiuo, ut patet ex prædictis.

DISTINCTIO XIII.

Circa diſtinctionem decimamtertiam quæritur,

Vtrum ſola actione diuina poſſit confici corpus Chriſti?

Scotus quarto ſententiarum diſtinctio. 13. q. 1.

D. Thomas in 4. ſententiarum diſtinctio 13. quæſt. 1.

Petrus de Aquila 4. ſententiarum diſtinct. 13. quæſt. 1.

QVAESTIO I.

SOLET autem quæri. Circa diſt. 13. quæro tres quæſtiones. Primo. Vtrũ ſola actione diuina poſſet confici corpus Chriſti? Secundo. Vtrum quilibet ſacerdos proferens uerba conſecrationis cum intentione debita circa materiam conuenientem poſſet conficere eucharistiam? Tertio. Vtrum in omni loco ſit licitum miſſam celebrare?

AD primam quæſtionem ſic proceditur. Videtur, quod actione diuina non poteſt corpus Chriſti confici, quia omnis actio in motu firmatur per auctorem ſex principiorum. Sed diuina actio non firmatur in motu, ergo, &c.

¶ Contra. 1. q. 1. intra catholicam, dicitur. Sicut Chriſtus eſt qui baptizat, ita ipſe eſt qui per ſpiritum ſanctum hanc efficit ſuam carnem, & transfundit in ſanguinem.

¶ In iſta quæſtione tria ſunt uidẽda. Primo utrum actione diuina hoc ſacramentum poſſet confici. Secũdo ſi actione alterius agentis creati ut principalis agentis poſſet hoc ſacramentum confici. Tertio an in actione alicuius agentis creati poſſet ſacramentum confici ut inſtrumentaliter agentis.

DE primo uidetur manifeſtum, ꝙ ſic loquendo communiter de actione, ſicut Deus dicitur habere actionē circa creaturas quādo aliquid nouum immediate facit in eis, niſi ꝙ non eſt æquæ facile uidere quō eſt hæc actio poſitiua, ſicut in creatione pro eo, ꝙ non eſt hic aliquid poſitiuum abſolutum accipiens ſimpliciter eſſe. Dicitur igitur, ꝙ diuina actione poteſt ſacramentum euchariſtiæ fieri. Quod probatur a quodam Doctore ſic. Non minoris uirtutis eſt conuertere aliquid in præexiſtens quam in non præexiſtens, ſed ſi cōuerteretur panis a Deo in nō præexiſtens, eſſet ſimpliciter ibi actio diuina qua produceretur illud non præexiſtens, quia produci non poteſt niſi aliqua actione non relatione, igitur tūc eſt actio diuina, qua conſecratur corpus Chriſti.

¶ Præterea. Creatio eſt uera actio, ſed non minus poteſt terminus iſtius cōuerſionis accipere eſſe, quā terminus creationis ſi hæc conuerſio fieret in non præ exiſtens, quod totaliter inciperet eſſe ꝑ conuerſionem.

¶ Præterea. Deus habet actionē propriæ dictam ad intra, igitur æquæ, uel magis propriæ poteſt habere actionem propriȩ dictam ad extra, & ſic eſt in propoſito. Probatio antecedentis, quia ſi generatio non eſſet actio propriæ dicta ut diſtinguitur contra relationem, ſequitur, ꝙ eſſet tantum relatio, & tunc generare, & dicere eſſent referri, quod eſt inconueniens.

¶ Præterea. Ad idem correlatiuum non eſt cauſa ſui relatiui, quia ſunt ſimul natura, ſed producens eſt cauſa ſiue principium productionis, & conſtat, quòd formaliter per productionem, ergo productio illa non eſt ſolum relatio ad productum, quia tunc eſſet omnino ſimul cum illo, & non prior, ergo, &c.

In relatiuis non eſt cauſa.

¶ Vltimo arguitur ſic Relatio ſecūdi modi fundatur ſuper actionem, & paſſionē. 5. meth. c. de ad aliquid. Sed relatio non fundatur ſuper relatiōnē, ergo actio non eſt tantum relatio. Sed iſtæ rationes uadunt directe ad illud dubium, ſcilicet, ſi illa actio qua Deus hoc ſacramentū conficeret eſt de genere qualitatis aut de genere relationis, & ideo dubio hoc prætermiſſo arguitur ad concluſionem intē tam ſic. Non eſt minoris difficultatis facere de nihilo aliquid quam unum conuertere in aliud. Sed actione diuina poteſt fieri de nihilo aliquid, ergo actione diuina unum poteſt in aliud conuerti. Iſta eſt ratio Ambroſij dicens ſic. Vbi hoc corpus conficitur non ſuis ſermonibus, ſed Chriſti ſermonibus utitur ſacerdos, & qs ſermo? Chriſti quo facta ſunt omnia. Si ergo tanta uis eſt in ſermone domini Ieſu ut reciperet eſſe quod non erat, quanto magis opératiuus eſt ut quæ erant in aliud conuertantur.

In Lib. de ſacramētis. Lib. 1. c. 9.

DE ſecundo articulo dico, quod illa conuerſio cōpeteret alicui agenti creato ut principali agenti. Cuius ratio eſt, quia actio competens Deo principium agendi, quod non eſt formaliter infinitū poteſt competere creaturæ. Sed Deus ꝑducit ſacramētum ſeu effectiuē ſe habet ad illud ſacramentum per uoluntatem, quæ eſt formaliter infinita, igitur. Maior patet. Quia creaturȩ non repugnat iſta actio cuius principium ſufficiens eſt ad aliquid finitum uel ad minus non infinitum. Probatio minoris, quia ſi uoluntas Dei eſſet formaliter infinita includeret formaliter omnem perfectionem intrinſecam Dei, quia infinito nulla poteſt fieri additio, & tunc uoluntas eſſet pelagus infinitȩ ſubſtantiæ, quod non eſt uerum. quia hoc eſt proprium diuinȩ eſſentiȩ ſecundum Dam.

¶ Præterea, agens naturale poteſt illas ſpecies alterare, & tandem ex ipſis generare ſubſtantiam ſicut patet ex mixtione multe aquȩ ad ſpecies uini, igitur aliqua uirtus creata poteſt conuertere totaliter iſtas ſpecies in aliam ſubſtantiam prius non exiſtentem, & per conſequens totaliter conuertere in ſubſtantiam præexiſtentem, quia non maior uirtus requiritur in uno, quam in alio.

¶ Sed his rationibus non obſtantib dico, ꝙ creatura non poteſt in iſtam conuerſionem ut agens principale. Cuius ratio eſt, quia in iſtam conuerſionem non poteſt niſi agens cuius uirtuti actiuæ totaliter ſubeſt eſſe, & non eſſe utriuſque extremi. Sed nullum creatum agens eſt huiuſmodi, quia quodlibet agens creatum prȩſupponit aliquam partem ipſius termini a quo uel ad quem, quia non poteſt attingere in nihil.

Duplex eſt infinitas. ¶ Ad aliud uero quod obiicitur de uolũtate dico, quod minor eſt falſa, quia in diuinis poteſt intelligi quaſi infinitas extẽſiua. Alio modo infinitas intenſiua, ita, ꝙ illa perfectio, ſecundum rationem propriam ſit ſine limite, & termino, & illo ſecundo modo poteſt non tantum aliquid habere infinitatem formalem, ſed etiam fundamentalem.

¶ Dico ergo, ꝙ uoluntas diuina dicitur infinita formaliter, eſſentia autem diuina eſt infinita fundamentaliter, & ſic qñ Deus aliquid producit per uoluntatem, uoluntas eius eſt formaliter infinita.

¶ Ad ſecundum dico, ꝙ iſtis accidentibus conuenit agere aliquo modo, & pati, & corrumpi. Breuiter tamen negandũ eſt ab agente creato iſtas ſpecies poſſe conuerti in aliquam ſubſtantiam totaliter nouam, neque in mixtione, neque in nutritione, bene tamen aliqua ſubſtãtia ſuccedit iſtis accidentibus iam corruptis non quidem actione agentis creati, ſed Dei immediate reducentis.

DE tertio articulo uidetur, ꝙ agenti creato illa conuerſio poteſt competere ut inſtrumentaliter agenti, quia accidẽs poteſt eſſe inſtrumentaliter agens ad generationem ſubſtantiæ, igitur a ſimili aliquod agens creatum poteſt inſtrumentaliter agere ad illam conuerſionem. Antecedens probatur dupliciter Primo ſic, quando aliqua ſunt eſſentialiter ordinata plus diſtat tertium a primo, quam ſecundum. Sed in creatura ſunt eſſentialiter ordinata iſta tria eſſentia, eſſe, & potẽtia, ergo plus diſtat potentia ab eſſentia, quam eſſe ab eſſentia, ſed eſſe realiter differt ab eſſentia, igitur & potentia, & per conſequens nulla forma ſubſtantialis poteſt eſſe immediatũ principium agendi.

¶ Secundo probatur idẽ antecedens ſic. Quandocunque ſunt duo actus quorum neuter includit alterum non reducũtur, in idem principium, quia potentiæ diſtinguuntur per actus 2 de anima, ſed perficere materiam, & abſtrahere a materia ſunt duo actus in anima non includentes ſe, quod probatur, quia uterquẽ poteſt eſſe ſine alio, primus ſine ſecundo ut in puero dormiente, & ſecundus ſine primo, ut in anima ſeparata. Sed actus prior, ualet dare eſſe materiæ competit eſſentiæ ut principio proximo formali. *2. de anima tex. 33*

Igitur ille alius actus non conueniet eſſentiæ, & tunc a ſimili de aliis formis ſubſtantialibus reſpectu accidentium, quæ uidentur eis competere.

¶ Contra concluſionem huius opinionis, ſcilicet, ꝙ forma ſubſtantialis non ſit principium immediatum agendi arguitur ſic. Illud eſt principium agẽdi in quo producens aſſimilat ſibi productum, ſed agens aſſimilat ſibi productum in forma ſubſtantiali, igitur.

¶ Præterea principium productiuum nõ eſt imperfectius termino producto, ſed accidens eſt imperfectius forma ſubſtantiali, igitur non eſt principium producẽdi formam ſubſtantialem. Minor patet, maior probatur, quia in productione uniuoca agens eſt æqualis perfectionis cum forma producta, in actione autem æquiuoca agens, uel illud quo agit agens eſt perfectius termino producto.

¶ Quantum igitur ad illum articulũ dico, ꝙ agenti creato poteſt actio inſtrumentalis competere reſpectu iſtius conuerſionis.

¶ Sed eſt notandum, quòd multipliciter inſtrumẽtum poteſt intelligi. Sed ad propoſitum agens diſpoſitiuũ dicitur inſtrumentum, & ſic miniſter habẽs actionem propriam humanam præuiam actioni diuinæ tanquam diſpoſitionem neceſſariã non ſimpliciter, ſed ex pactione diuina cum eccleſia, ꝙ ad talem actum miniſtri faciet talem actum ſibi proprium, & ſic dicitur inſtrumentum Dei in illa cõuerſione. *Multis modis inſtrumentum poteſt intelligi.*

¶ Ad argumentum in contrarium dico, ꝙ in iſta conuerſione non eſt actio de genere actionis, ſed de genere relationis ſicut de creatione. Vel dicendum eſt, ꝙ eſt uerum, de agente cuius actio eſt in tempore.

Vtrum quilibet ſacerdos poſſit conficere euchariſtiam?

Seraph. Bona. 4. ſent. diſt. 13 q. 1. Artic. 1.
Scotus 4. ſent. diſt. 13 q. 1.
D Thomas 3. parte. q 82. Artic. 1.
Ricar. 4. ſent diſt. 13 q 1. Art. 1.
Durandus 4. ſent. diſt. 13. q. 1.

QVAE-

QVAESTIO II.

AD ſecundam quæſtionem ſic proceditur. Videtur, ꝙ non quilibet ſacerdos poſſit euchariſtiam conficere, ꝑ illud Malachiæ. Maledicam benedictionibus ueſtris. Et exponitur de malis ſacerdotibus, ergo quicquid ab eis benedicitur, a Deo maledicitur, & per conſequens per eorum miniſterium nihil conficitur. *Cap. 2.*

¶ Cõtra. j. q. j. c Quod quidam, dicitur. Nulla cauſa oſtenditur cur ille, qui non poteſt baptiſmum amittere ius baptizãdi poſſit amittere, ergo a ſimili qui ordinem ſacerdotalem amittere non poteſt, nec ius conficiendi amittere poteſt.

¶ Confirmatur, quia in ordine imprimitur caracter, ſed caracter eſt forma indelebilis, ergo.

¶ Ad iſtam quæſtionem dico, ꝙ conficere corpus Chriſti ſeu euchariſtiam ut cã principalis nullus poteſt niſi ſolus Deus ex quæſtione præcedenti, ſed ſicut miniſtro poteſt competere alicui homini, quia ſic Deus ordinauit, ꝙ in quibuſdam ſacramentis homo poteſt eſſe miniſter. Ergo dico, ꝙ loquendo de conficiente miniſterialiter, dupliciter poteſt intelligi poſſe conficere, uno modo abſolute, ita quòd ſi intendit uel attentat facere facit quod intẽdit, alio modo de poſſe ordinate facere. Loquendo autem de poſſe ſimpliciter conficere nihil requiritur ultra debitam materiam, & miniſter debitus ad quem requiruntur tres conditiones, ſcilicet, quòd ſit ſacerdos, ꝙ poſſet proferre uerba cõſecrationis, & ꝙ poſſet habere debitam intentionẽ faciendi, quod facit, & intendit eccleſia. Propter defectum primæ conditionis non poteſt conficere laicus, uel non ſacerdos. Propter defectum ſecundæ conditionis non poteſt conficere mutus. Propter defectum tertiæ conditionis, non poteſt conficere uſu carens rationis. Sed prima conditio eſt hic propriiſſima, ꝙ ſolus ſacerdos, & quilibet ſacerdos cui poſſunt competere duæ conditiones, ſcilicet prolatio, & intentio. Quod ſolus ſacerdos probatur per illud extra de ſumma trin. & fide catholica. Firmiter credimus, ubi dicitur quòd hoc ſacramentum non poteſt conficere niſi ſolus ſacerdos, qui ſecundum claues eccleſiæ rite fuerit ordinatus. Indebite autem cõficiunt hæretici, ſciſmatici, excõmunicati, degradati, ſymoniaci, & notorii fornicarii, omnes iſti ſacerdotes exiſtentes ſi habeant materiã debitam, & tenentes formam intendentes quod facit eccleſia conficiunt vere, ſed de iure quantum ad ordinate conficere repelluntur. Et ratio eſt, quia illud ſacramentum eſt ſacramentum fidei, item eſt uinculum charitatis, item dat gradum dignitatis, item eſt ornamentum gratiæ, item eſt uas munditię. Propter primum repelluntur hæretici, propter ſecundum ſciſmatici, propter tertium repellũtur degradati, propter quartum repelluntur ſymoniaci, & excõmunicati, propter quintum repellũtur notorii fornicarii, & iſte ultimus caſus non conſueuit aliquo tempore eſſe, ſed hodie eſt, extra de cohabitatione clericorum, & mulierum in cap. noſtra. *Nota, & bene.*

¶ Ad argumentum in contrarium dicendũ maledicam maledictionibus ueſtris, inquantum eſtis mali, ſed euchariſtiam ſacerdos non benedicit inquantum malus, quia in conſecrando tenet formam eccleſię, ergo, &c.

Vtrum in omni loco licitum ſit miſſam celebrare?

Scotus quarto ſententiarum diſt. 13 q. 2.
Petrus de Aquila. 4. ſent. diſt. 13 q. 3.

QVAESTIO III.

AD tertiam quæſtionem ſic proceditur. Videtur, ꝙ in omni loco licitum ſit miſſam celebrare, quia licitum eſt, in omni loco Deum orare, & ei ſeruire.

¶ Contra, de conſe. diſtin. j. c. ſicut non alii.

¶ In

¶ In iſta quæſtione tria ſunt uidenda. Primo ſi licitum ſit miſſam celebrare in omni loco non conſecrato. Secundo ſi licitum eſt celebrare ſuper altare non lapideum. Tertio ſi licitum eſt miſſam celebrare ſine igne, & ueſtimentis ab epiſcopo benedictis.

DE primo dico, quòd communiter non licet in omni loco non conſecrato miſſam celebrare, quia ſic inſtituit eccleſia, ut patet de conſe.diſ.j.c.ſicut non alij & c.ſequen.& c.hic ergo. In caſu tamen magnæ neceſſitatis tunc licet celebrare in loco non conſecrato ſi tabula ſit conſecrata,& alia requiſita habeantur, ſicut quando eccleſiæ ſunt combuſtæ, vel homines eſſent in itinere,& eccleſiæ ibi nõ eſſent, hominis enim caſibus exceptis nõ licet celebrare in loco non conſecrato niſi de licentia epiſcopi, de conſe.di.j c. miſſarum, qui tamen hoc concedere non debet niſi aſſignat legitima, & rationabilis cauſa.

In aliquibus caſibus non licet celebrare.

DE ſecundo articulo dico, ꝙ vſque ad tempora Silueſtri licuit celebrare ſuper altare ligneum, quod cito potuit tráſferri, quia propter perſecutionem non erat fidelibus locus certus ad manendũ, ſed modo non eſt licitum celebrare, niſi ſuper altare lapideum, tum propter eccleſiæ inſtitutionem, vt patet de conſe. diſt.1.altaria, tum quia propter figurationem, tum quia ut ait Apoſtolus, bibebãt autem de ſpirituali conſequente eos petra, petra autem eſt Chriſtus.

1.Corin.ca. 10.

DE tertio articulo dico duo.

¶ Primo quòd nõ licet miſſam ſine igne celebrare, tum propter eccleſiæ inſtitutionem, vt patet de conſe.diſ.1.c.ultimo, tum propter ignem charitatis demonſtrationem, quia accedentes ad altare debẽt ardere igne charitatis.

¶ Secundo dico, quòd non licet miſſam celebrare ſine veſtimentis ab epiſcopo benedictis, vt patet de conſe di.j. veſtimenta. Sed diceres, quid ſunt iſta ueſtimenta,& quid figurant.

¶ Reſpondeo, ꝙ ea quæ requiruntur ad celebrationem miſſæ repreſentant noſtrę redemptionis myſterium. Iſta autem deſignantur penes quinque, quia quædã reſpiciunt Chriſti natiuitatem,& incarnationem,& quędam reſpiciunt eius prędicationem, quædam eius paſſionẽ, quædam eius reſurrectionem, quædam eius aſcenſionem. Illa autem, quæ reſpiciunt Chriſti aduentum, & incarnationem durant a calciamentis, vſque ad euangeliũ excluſiue, de quibus ſpectant ad ornatũ ſacerdotis, alia ad proceſſum miſſæ ſicut ab introitu miſſę, vſque ad euangelium, ut dictum eſt. Illa autem, quæ ſpectant ad ornatum ſunt ſeptem. Primo calciamenta, quæ reſpiciunt Chriſti humanitatem. Secundo amictus in capite, qui repreſentat Chriſti diuinitatem. Tertio ueſtis alba, quæ repræſentat puritatem, & innocentiam Chriſti. Quarto Zona, quę repreſentat iuſtitiam,& æquitaté. Quinto manipulus, qui repreſentat in bono perſeuerantiam. Sexto ſtola in collo, quę repreſentat humilitatem, & obedientiã. Septimo caſulam, quæ repreſentat charitatis abundantiam, ipſa enim operit multitudinem peccatorum.

Quæ ſpectãs ad ornatum ſunt ſeptem.

Pro concionatoribus.

¶ Alia, quæ concurrunt quæ ſpectant ad proceſſum miſſę ſunt ſeptem.

¶ Primo introitus ſignificans deſiderium patrum, circa Chriſti aduentum.

¶ Secundo Kirie eleiſon, quod repreſentat pro eodem tempore miſericordiam Dei inuocatam. Nam Kirieeleiſon, idem eſt quod domine miſerere, & repetitur nouem uicibus cum Chriſteleiſon, ut ꝑ miſericordiam Dei ſociemur nouẽ choris angelorum.

¶ Tertio ſequitur, gloria in excelſis Deo ad repreſentandum hymnum quem angeli Chriſto nato cecinerunt.

Quid ſit gloria in excelſis.

¶ Quarto ſequuntur orationes, quæ repreſentat orationes quas Chriſtus poſt natiuitatem pro populo ad patrem fudit.

¶ Quinto ponitur epiſtola, quæ repreſentat tempus Ioann. Baptiſtæ ante Chriſtum.

¶ Sexto ponitur graduale,& ſignat lamẽtum penitentiæ, quia Ioannes penitentiam prædicabat. Luc.3. *Cap.3.*

¶ Septimo ponitur allegata, quia poſt luctum huius uitę ſequitur conſolatio ſempiterna.

¶ Sequuntur,& illa, quæ reſpiciunt Chriſti prædicationem,& ſunt duo.

¶ Primo euangelium, quod dicitur ad aquilonem ad deſignandum, quòd euangelium eſt contra Luciferum, qui dixit, ponã ſedem meã in dextram aquilonis.

¶ Secun-

¶Secundum eſt credo, qui dicitur, & ſignat fidem quã debemus portare in corde, & profiteri ore, quia ut ait Apoſt. corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem. *Rom.10.*

¶ Poſtea ſequuntur ea quæ reſpiciunt Chriſti paſſionem, quæ durant ab offertorio uſque ad agnus Dei excluſiue.

¶ Quarto ſequuntur ea, quæ reſpiciunt Chriſti reſurrectionem, & durant ab agnus Dei uſque ad, ite miſſa eſt excluſiue.

¶Vltimo ponitur in miſſa illud quod reſpicit Chriſti aſcenſionem ubi dicitur. *Quid ſignificet ite miſſa eſt.* Ite miſſa eſt quaſi dicat ſacerdos, uel diaconus. Ite quia hoſtia miſſa eſt in cœlum. Iuxta illud. Aſſumptus eſt in cœlũ. Chorus autem reſpondens Deo gratias, repreſentat Apoſtolos regreſſos in Hieruſalem cum gaudio magno.

¶ Ad argumentum principale dico, ꝙ quamuis ſit licitum Deo, in omni loco ſeruire, tamen non in hoc ſeruitio niſi *Nota, & bene.* in loco conſecrato, ut notatur pulchre de conſecra. diſtinct. 1. cap. unicuique fidelium.

DISTINCTIO XIIII.

Circa diſtinctionem decimamquartam quæritur,

Vtrum pœnitentia neceſſario requiratur ad deletionem peccati mortalis?

Scotus 4 ſent. diſt. 14. q. 1.
D. Thomas 3. parte q. 86. Art. 1.
Ricardus 4. ſentent. diſtinctio 14 q. 1. Ar. 7.

QVAESTIO I.

POST hæc de pœnitentia. In iſta diſtinctione 14. Incipit Magiſter tractare de pœnitentia, ubi quæro tres quæſtiones. Primo. Vtrum pœnitentia neceſſario requiratur ad deletionẽ peccati mortalis? Secundo. Vtrum actus pęnitendi requiſitus ad deletionem peccati mortalis ſit actus alicuius uirtutis? Tertio. Vtrum pęnitentia uirtus ſit tantum unius pœnæ inflictiua?

AD primam quæſtionem ſic proceditur. Videtur, quòd pœnitentia non neceſſario requiratur ad deletionem peccati mortalis, quia ceſſante actu interiori, & exteriori ceſſat etiam peccatum. Sed actus interior, & exterior poſſunt ceſſare ſine pœnitentia, ergo.

¶Contra. Luc. Niſi pœnitentiam egeritis omnes perhibitis. *Cap.13.*

¶Ad euidentiam huius quæſtionis, & aliarum quæſtionum, de pœnitentia eſt ſciendum, ꝙ ſecundum Hieron. peccatũ eſt duplex, ſcilicet ante baptiſmũ, & poſt baptiſmum. Ad iſta autem peccata ſequitur naufragium, ideo eſt data duplex tabula, ualet baptiſmus, & pœnitentia. Pœnitentia autem eſt, ſecunda tabula poſt naufragium. Hic autem non quęritur de peccato mortali commiſſo ante baptiſmum, quia talia delentur per baptiſmũ, ſed quæritur de mortali commiſſo poſt baptiſmũ, & tunc in quæſtione quatuor *Quatuor ſunt uidenda.* ſunt uidenda. Primo quid remanet in peccatore tranſeunte actu a quo dicitur peccatore. Secundo ſi illud quod remanet in peccatore deletur. Tertio ſi deletur per pœnitentiam. Quarto quomodo requiritur ad deletione punitio pœnitentialis.

QVANTVM ad primum eſt duplex modus dicendi. Vna enim opinio dicit ſic. Quotiens dicitur unum oppoſitorum totiens dicitur, & reliquum. *Iuſtitia duplex.* Sed iuſtitia, & iniuſtitia ſunt oppoſita, ergo quotiens dicitur iuſtitia totiens dicitur iniuſtitia, ſed iuſtitia eſt duplex, ſcilicet *Iniuſtitia duplex.* habitualis, & actualis: habitualis ut gratia, & charitas, actualis ut rectitudo nata ineſſe actui elicito, ergo erit, & duplex iniuſtitia, ſcilicet habitualis, & actualis. Habitualis eſt quædam priuatio gratiæ in eo cui dicitur ineſſe. Actualis eſt quædam priuatio rectitudinis in actu.

¶ Ad propoſitum poſt actum intrinſecum, & extrinſecum tranſeuntem manet quidem in peccatore iuſtitia habitualis, ſed ab illa ſola non dicitur quis peccator, alioquin ille qui commiſiſſet duo milia peccata mortalia, & alius qui unum eſſent æquæ peccatores intenſiuè, & extenſiuè, quia tota gratia priuatur tam in uno quam in alio. In-

iuſtitia

iuſtitia autem actualis manere non poteſt ceſſante actu, quia ſubiectum proximum illius eſt actus, ſicut & rectitudinis ſibi oppoſitæ. Nunc autem non manente actu non manet rectitudo, vel obliquitas eius, dicũt ergo iſti, ꝙ in anima, quæ peccauit manet reatus culpæ, qui eſt quædã obligatio ad penã debitam illi culpæ. Iſta autem obligatio eſt quædam relatio non fundata ſuper actum realis culpæ, ſed ſuper eſſentiam animæ. Alio modo dicitur a Doctore ſubtili, quòd actu peccati tranſeunte nihil reale abſolutum, nec reſpectiuum manet in peccatore, ſed tantum quædam relatio rationis inquantum eſt obiectum intellectus, vel uoluntatis diuinæ, quia poſtquam peccator commiſit peccatum diuina uoluntas ordinat peccatorem ad penam correſpondẽtem peccato: & intellectus diuinus illam præuidet. Illud probatur per Auguſtinum ſuper pſal. Beati quorũ. Videre inquit peccata Dei eſt ad penam imputare, auertere autem hoc eſt ei ad penam non reſeruare. Ita ergo dicit peccata ab eo tecta non ut Deus non uideat ea, ſed ut nõ uelit animaduertere, & punire, ergo ipſum relinquere in reatu poſt actum tranſeuntem nihil aliud eſt niſi ipſum a diuina uoluntate ordinari ad penam condignam illi peccato. Obiectum autem intellectus, vel uoluntatis, ut intellectum, vel uolitum non habet, niſi relationem rationis.

Opinio Sco. *Pſal. 31.*

De 2. artic. DE ſecũdo articulo dico, quòd illud tale, ſiue ſit relatio realis, ut dicit prima opinio, vel relatio rationis, vt dicit ſecunda opinio remanens in peccatore deletur. Iuxta illud ſimboli. Credo remiſſionem peccatorum. Et hoc probatur ſic. Aliquando prædeſtinatus labitur in peccatum mortale ſicut patet de Petro, & Paulo, & multis alijs. Sed predeſtinatus non poteſt beatificari, niſi deleto peccato, uel obligatione qua obligat ad penã propter peccatum, ergo ante glorificationem oportet deleri iſtam obligationẽ ad primam penam.

De 3. artic. DE tertio articulo dico, ꝙ iſta obligatio nõ remittitur ſine pena, uel aliquo equiualenti in acceptatione diuina, quia per quodlibet peccatum ſicut clamat ſcriptura, offenditur Deus, offenſio autem Dei, uel eius ira eſt eius uelle uindicare, aut aliquid aliud ſufficiens ad placandũ exigere, ergo poſito quocunque peccato Deus uult uindicare de peccante, ſed uelle uindicare eſt uelle punire, ergo poſt peccatum commiſſum ad eius deletionẽ requiritur punitio, uel aliquod equiualens in acceptatione diuina.

Quid ſit offenſio Dei.

Quartus articulus. QVARTVS autem articulus, ſcilicet quomodo requiritur ad deletionem peccati punitio penalis, dico duas concluſiones.

¶ Prima, quòd ad deletionem peccati regulariter requiritur punitio uoluntaria, probatur. Nam per aliquam punitionem non deletur peccatum ſicut in punitione damnatorum, ſed hoc non uidetur aliunde, niſi quia prima uoluntaria, ſecunda autem eſt omnino inuoluntaria, ergo ad deletionem peccati requiritur punitio uolũtaria. Sed diceres, cum punitio ſit triſtabilis, & omne triſte eſt inuoluntarium, quomodo iſta punitio dicitur eſſe uoluntaria.

¶ Reſpondeo, quòd inuoluntarium dicitur ſimpliciter illud contra quod uoluntas ſimpliciter remurmurat, ſed ibi uoluntas non remurmurat ſimpliciter eſto quòd illud non placet, & propterea non dicitur inuolũtaria ſimpliciter, quia hæc uoluntas ſimpliciter non remurmurat im modo patienter ſuſtinet, ideo dicitur uoluntaria.

¶ Secunda concluſio ẽ declarare quid intelligitur per penitentialem punitionẽ. Et dico, ꝙ concurrunt ibi quatuor. Primo uelle punire, & hoc in uoluntate cauſante. Secundo nolle peccaſſe, & hoc in uoluntate deteſtante. Tertio uelle penã inflictam acceptare. Quarto uelle eam ſufficienter, & patienter ſufferre. Et ſecundum iſta dantur de penitentia, quatuor deſcriptiones. Prima penitere ẽ uindicare peccatum a ſe commiſſum, ſecunda eſt iſta, penitere eſt odire, uel deteſtari peccatum commiſſum, tertia eſt iſta. Penitere eſt penam inflictam pro peccato commiſſo gratanter acceptare, quarta eſt iſta. Penitere eſt penã ſibi pro peccato ſuo inflictam patienter ſupportare.

Deſcriptiones penitentiæ, quæ ſint?

¶ Ad argumentum principale in contrarium patet ex dictis in primo articulo quomodo peccatum manet.

Verum

Vtrum actus penitentis requiſitus ad deletionem peccati mortalis ſit actus alicuius uirtutis?

Scotus 4. ſenten. diſtinct. 14. q. 2.

D. Thomas tertia parte quæſtio 85. Artic. 3.

Ricardus 4. ſententiarum diſtinctio. 14. q. 2. Artic. 2.

QVAESTIO II.

AD ſecundam quæſtionem ſic proceditur. Videtur quod actus penitendi requiſitus ad deletionem peccati mortalis non ſit actus alicuius uirtutis, quia penitere eſt paſſio, ſed paſſio non eſt actus alicuius uirtutis. Probatur minor, quia in actibus uirtutum laudamur, ſed ex paſſionibus, nec laudamur, nec uituperamur, ex ſecundo ethicorum, ergo paſſio non eſt actus uirtutis. In contrarium eſt Magiſter in litera.

¶ In iſta quæſtione ſunt tria uidenda. Primo ſi penitere eſt actus uirtutis. Secundo ſi penitere eſt alicuius actus uirtutis ſpecialis. Tertio cuius uirtutis eſt actus.

QVANTVM ad primum dico, quod ſic, quia actus conformis recte rationi eſt actus alicuius uirtutis, ſed penitere eſt huiuſmodi, ergo. Sed notandum, quòd dupliciter poteſt intelligi penitere eſſe actum uirtutis. Vno modo, quòd ſit elicitus a uirtute. Alio modo, quòd ſit natus elicit a uirtute. Nunc autem penitere non dicitur actus uirtutis primo modo, ſed ſecundo modo.

Lib. de penitentia.

DE ſecundo articulo dico, quòd penitere eſt actus uirtutis, qui eſt natus habere ſpeciale obiectum, & circunſtãtias ſpeciales ordinatas eſt actus uirtutis ſpecialis, ſed penitere eſt huiuſmodi actus, ergo. Maior patet. Sed ad euidentiam minoris eſt ſciendum, quòd penitere requirit diſtinctam cognitionem eius, de quo penitet peccator. Cognoſcit enim peccator ſe ad penam obligatum. Iſta autem obligatio generat triſtitiam, poſtea autem ſequitur complacentia triſtitiæ, & demum gaudium de triſtitia, ſecundum illud Auguſtini peccator de peccato doleat, & de dolore gaudeat. Nunc autem in his omnibus eſt ſpeciale obiectum, & ſunt ſpeciales circunſtantiæ bonæ.

DE tertio articulo dico tres concluſiones. Prima quòd penitere nõ eſt actus intellectualis uirtutis. Probatio huius: quia actus appetitus, ut appetitus nõ eſt actus uirtutis intellectualis: ſed penitere eſt actus appetitus, ut appetitus, ergo.

¶ Preterea uirtus intellectualis conſiſtit circa uerum, & falſum, uirtus autem penitentiæ conſiſtit circa bonum, & malũ, ſcilicet huic proſequendo bonum, & fugiendo malum.

¶ Secunda concluſio, quòd penitere eſt actus uirtutis ordinantis ad alterum ſicut eſt iuſtitia. Probatio huius, quia penitere non eſt actus uirtutis appetitiuæ ordinantis ad ſeipſum cuiuſmodi ſunt tẽperantia, & fortitudo, ergo eſt actus uirtutis ordinantis ad alterum. Sed uirtus ordinans ad alterum eſt iuſtitia, ergo cõſequentia tenet ſupponendo famoſam diſtinctionem uirtutum, quòd ad duo genera omnes uirtutes reducuntur. Probatio antecedentis, quia actum iſtum uindicãdi poteſt aliquis eodem modo ſecundum rectam rationem exercere in alterum ſicut in ſeipſum, ſi autem exerceat in ſeipſum, non exercet in ſe, niſi ut alterum, quia non exercet, niſi inquantum committitur ſibi a legiſlatore in iſtum reum uindicare.

Oẽs virtutes reducuntur ad duo genera.

¶ Tertia concluſio eſt, quòd penitere eſt actus uoluntatis cuius eſt imperare, & hoc imperio pertinente ad iraſcibilem, uel potentiam aliam habente aliquid in ſe ſimili uirtuti iraſcibili. Sicut enim iraſcibilis in ſenſitiua ſuo modo uindicat ita, & iſta potentia, quæ imperat uindictam in parte intellectiua habet aliquod ſimile iraſcibili: ſed illud ineſt uoluntati. Sed hic poteſt eſſe dubium de habitudine iſtius uirtutis ad charitatem, quæ ſit nobilior, ex quo enim iſta importat actum charitatis, ergo eſt nobilior charitate. Sed hoc non obſtante dicendum eſt quòd charitas eſt nobilior, & eius obiectum eſt Deus ſub ratione obiectiua nobiliſſima, proprium autem obiectũ iſtius uirtutis, & malum uindicabile, uel Deus inquan-

Quid ſit penitere.

Dubium.

inquantum eſt uindicandum.

¶ Ad iſtam inſtantiam dico uoluntas ſecundum diuerſos habitus poteſt uti ſeipſa quaſi circulariter hoc modo, ex dilectione Dei, quæ eſt actus charitatis poteſt imperare actum uoluntatis uindicatiuum peccati, & econtrario ex actu imperatiuo uindicādi poteſt imperare actū dilectionis diuinæ. Dico ergo, quòd illa uirtus eſt ſimpliciter ſuperior cui magis ex obiecto conuenit imperare. Sed charitati ex obiecto.i.ex ultimo fine conuenit magis uti quacunque alia uirtute, quam econtrario, igitur charitas eſt ſimpliciter ſuperior.

¶ Ad argumentum principale dico, ꝙ licet triſtitia ſit paſſio, tamen imperare eā eſt actus uirtutis &c.

Vtrum penitentia ſit uirtus tantum unius pœnæ inflictiua?

Petrus de Aquila 4. ſenten. diſtinct. 14. quæſt. 3.

QVAESTIO III.

AD tertiam quæſtionem ſic proceditur. Videtur ꝙ pœnitentia uirtus ſit tantum vnius pœnę inflictiua, quia pœnitentia infligit penam culpæ ordinatiuam. Sed vnius culpæ eſt pena una ordinatiua, ſicut unius deordinationis una eſt ordinatio, ergo.

¶ Contra pœnitentia eſt iuſtitia punitiua ſecundum legem diuinam. Sed ſecundum legem diuinam oportet plures pœ-
Cap. 3. nitentias infligere, iuxta illud Matth. Facite dignos fructus pœnitentiæ.

¶ In iſta quæſtione ſunt duo uidenda. Primo ſi pœnitentia ſit uirtus tantum unius pœnæ inflictiua. Secundo ſi per ſacramentum pœnitentiæ remittatur peccatum.

QVANTVM ad primum breuiter dicitur, quòd unicuique uirtuti appetitu exiſtenti oportet, quòd reſpondeat aliqua regula exiſtens in intellectu, ſed pœnitentia eſt uirtus in appetitu, igitur pœnitentiæ conuenit aliqua regula in intellectu, & ſecundum illam regulam ſequitur actus inflictiuus unius pœnæ, vel plurium. Sed iſta regula eſt duplex, quædam eſt naturaliter cognoſcibilis, ſcilicet quòd peccatum eſt diſplicendū, alia eſt nota ex reuelatione.ſ. quòd peccatum eſt deteſtandum inquantum eſt Dei offenſiuum, & a Deo auerſiuum. *Regula duplex.*

¶ Ad propoſitum dicitur pœnitentia primo, ut habens regulam naturaliter notam tantum eſt unius pœnæ inflictiua, & ex hoc triſtitiæ conſequenter. Sed pœnitentia ſecundo modo, ſcilicet ut habens regulam ex ſacra ſcriptura, uel ex reuelatione diuina accepta eſt plurium pœnarum inflictiua tot, ſcilicet quot ibidem legislator reuelauit ſibi uelle ſufficere pro culpa expianda totaliter.

QVANTVM ad ſecundum articulum, uidelicet ſi per ſacramentum pœnitentiæ remittatur peccator, uidetur eſſe opinio Magiſtri diſ. In ſoluendis culpis inquit, & retinendis, ita operatur ſacerdos euangelicus, & iudicat ſicut olim legalis in illis, qui erant contaminati lepra, quæ peccata ſignat, probatque per illud Hieronimi ſuper Matth. exponentis illud. Tibi dabo claues regni cęlorum. Hunc inquit locum non intelligentes quidam aliquid ſumunt de ſuperſtitione phariſeorum, ut damnare innoxios, uel ſoluere noxios putant cum apud Deum non ſententia ſacerdotum, ſed reorum uita quæratur, & huius inquit probationē ſubdens in Leuitico ſe oſtēdere ſacerdotibus iubentur leproſi quos illi non faciunt leproſos, nec mundos, ſed tantum diſcernunt, igitur. Sed illud uidetur mihi nimis derogare ſacramento pœnitentiæ, nam ſecundum hoc nunquam delere tur per ſacramentum pœnitentiæ peccatum. Et ſequeretur ulterius inconueniēs quòd ſacramentum pœnitentiæ nunquā eſſet ſecunda tabula poſt naufragiū, quia nunquam liberaret naufragium a periculo ſubmerſionis. Dico ergo, quòd ita requirit Deus diſpoſitionem de congruo ad hoc, ut peccatori conferat gratiam, & hoc ut non alliget potentiam ſuam ſacramentis, ut tamen ſine diſpoſitione illa præuia, & congrua, quæ ſufficeret conferat per ſacramentum gratiam, & hoc eſt maioris miſericordiæ uiam duplicem inſtituere per quam iuſtificetur peccator, quam ipſum ad unam uiam artare. Sicut ergo

Diſtin. 18. Cap. 6. *cap. 16.* *Quo Deus requirat diſpoſitionem de congruo.*

ergo adultus non poteſt habere duplici uia gratiam delentem originalem peccatum, ſcilicet, ex bono motu diſponente, ad illam de congruo, & ex ſuſceptione baptiſmi, ita & in propoſito.

¶ Ad illud uero Hiero. reſpondeo, quòd illa affirmatiua eſt uera, quòd ſicut ſacerdos legalis oſtendebat leproſos mundatos, ſic ſacerdos euangelicus oſtēdit peccatores iuſtificatos, ſed negatiua, ſcilicet, quòd ſacerdos euangelicus non aliter ſe habet ad leproſos ſpiritualiter, quã ſacerdos legalis ad leproſos corporaliter ſcilicet præciſe oſtendendo munditiam huic ineſſe, hoc eſt falſum, ergo.

¶ Ad principale argumētum dico, quòd pœna ordinans peccatorem poteſt eſſe una unius, & hoc ſecundum ſe, ſed ordinans illum in ordine ad tertium, ideſt ad quem offendit pœna poteſt eſſe multiplex ſecundum uoluntatem illius in cõparatione ad quem ordinauit.

DISTINCTIO XV.

Circa diſtinctionem decimamquintam quæritur,

Vtrum cuilibet peccato mortali actuali correſpondeat ſatisfactio propria?

Scotus quarto ſententiarum diſtinctio. 15. q. 1.

D. Thomas 4. ſententiarum diſtinctio 15. quæſt. 3. Arti. 1.

Ricardus quarto ſententiarum diſtinctio 15. q. 5. Artic 1.

Durandus 4. ſent. diſt. 15. q. 1.

QVAESTIO I.

ET ſicut prædictis. Circa iſtam diſtinctionem 15. quæro tres quæſtiones. Primo. Vtrum cuilibet peccato actuali mortali correſpondeat ſatisfactio propriam? Secundo. Vtrum quicunque abſtulit, & retinet rem alienam teneatur illam reſtituere, ita quòd non poſſet uere pœnitere abſque tali reſtitutione? Tertio. Vtrum damnificans alium, in bonis corporis uel animæ teneatur reſtituere ad hoc, ꝙ uere poſſit pœnitere?

AD primam quæſtionem ſic proceditur. Videtur, quòd cuilibet peccato mortali, non correſpondeat ſatisfactio propria, quia tunc poſſet fieri ſatisfactio pro uno peccato alio remanente.

¶ Contra Apoca. dicitur. Quantum glorificauit ſe, & in delitiis fuit tantum date ei tormentum, & luctum, igitur cuilibet peccato actuali correſpondet ſatisfactio ne propria ſub illa quæſtione licet diſtinguatur de ſatisfactione ſumpta generaliter, & propriæ non tamen oportet tantum diffundere ſermonem, ideo oportet breuiter. Primo uidere quid ſit, uel quæ ſit ratio nominis in ſatisfactione. Secundo an ſit homini impoſſibilis talis ſatisfactio. Tertio in quibus conſiſtit. Quarto an cuilibet peccato correſpōdeat propria ſatisfactio, uel afflictio. Quinto an una ſatisfactio poſſit alia ſeparari. *Cap. 18.*

DE primo dico, quòd ſatisfactio eſt redditio uoluntaria æquiualentis alias indebiti. Primo. ſ. redditio patet, quia nõ eſt abſoluta datio, nam hoc quod eſt ſatisfactio dicit cõmēſurationem ad aliud præcedens correſpondens. Item dicitur uoluntaria, quia ſi eſſet in uoluntaria iã, non eſſet ſatisfactio, ſed eſſet ſatiſpaſſio. Item dicitur æquiualentis, & hoc importat illa particula ſatis. Item dicitur quarto alias indebiti, quia ſi eſſet alias debitum non ſatisfaceret pro iſto, nam non eſſet correſpondens iſti ſecundum iuſtitiam, ſed alteri. *Quid ſit ſatisfactio.*

DE ſecundo articulo dicitur ſecundum unam opinionem, ꝙ nõ eſt poſſibile homini ſatisfacere Deo quē offendit per peccatum, quia per peccatum aufertur honor Deo debitus, ſed nihil æquiualens honori eius pōt ſibi a nobis reddi, igitur. Item peccatum mortale eſt in finitum malum, ſed a nobis nihil poteſt reddi niſi bonum finitum, quod non eſt æquiualens, igitur. Item quicquid poſſumus ſibi impendere obſequii, & honoris totum eſt ei debitum ratione creationis & gubernationis, & redemptionis, igitur nihil poſſumus ſibi impendere, quod nõ ſit ſibi debitum. Dicit ergo illa opinio, quòd in uirtute paſſionis Chriſti poteſt peccator ſatisfacere de peccato, quia illa paſſio intantum acceptatur a Deo ut uirtute eius acceptetur illa ſatisfa- *Anſelmus lib. 1. & 2. cur Deus homo.* *Doctrina ſubtiliſſima*

ctio

ctio quæ ſecundum ſe accepta nõ poſſet eſſe ſatisfactio. Si autem opinio iſta intelligat de potentia Dei abſoluta, quòd nõ poſſet acceptare aliquem actum pœnitentis tanquam ſatisfactionem iuſtã pro peccato niſi inquantum coniungitur merito paſſionis Chriſti, falſum eſt, quia poſſibile fuit filium Dei non fuiſſe incarnatum, nec per conſequens paſſum, & cum hoc poſſibile fuiſſet Deũ perduxiſſe præ deſtinatum ad beatitudinem, igitur poſſibile fuit tunc pœnitentem ſatisfacere. *13. de trini. cap. 4* Confirmatur per Auguſtinum. Fuit quidem, & alius modus noſtræ redemptionis poſſibilis per incarnationem, & paſſionem, ſed nullus noſtræ miſeriæ ſanandæ conuenientior fuit. Item paſſio Chriſti non delet culpam noſtram, niſi ut eſt cauſa meritoria, & per conſequens, ut cauſa ſecunda in genere cauſæ efficiẽtis. Sed quicquid poteſt Deus per ſecũdam cauſam efficientem poteſt immediate, ergo ſine illa poteſt iuſte remittere culpam.

Punctus notabilis. ¶ Quãtum ad iſtum articulum eſt unus alius modus dicendi quem teneo, quod de potentia ſua abſoluta poteſt dare peccatori poſt contritionem tanquam poſt diſpoſitionem congruam, & meritum de congruo gratiam per quam motus eius fieret contritio, & ſic per ſatisfactionem dimitteret peccatum, quia per actum illum redderetur æquiualens illi bono qđ abſtulit per peccatum. Poſſet etiam ille actus alias eſſe indebitus, quia licet quicquid poſſumus teneamus Deo, tamen ipſe Deus ex miſericordia ſua noluit nos regulariter obligari niſi ad decalogum, & ſic poteſt homo aliqua opera ſupererogationis exercere quæ alias ſibi eſſent indebita, & tunc ſaluaretur tota ratio ſatisfactionis.

DE tertio articulo, in quibus conſiſtat ratio ſatisfactionis. Dico, quòd magis conſiſtit in actibus pœnalibus, quam non pœnalibus. Et hoc eſt quod dicit *Et ponitur diſt. 16. c. 1.* Aug. de uera, & falſa pęnitẽtia. Sunt inquit digni fructus uirtutum qui non ſufficiunt pęnitentibus, pœnitentia enim grauiores fructus poſtulat ut dolore, & gemitibus mortuis uitam impetret. Iſti autem actus pęnales reducũtur ad actus interiores, quæ ſunt diſplicentia, & triſtitia de peccato, & ad actus exteriores, qui ſunt confeſſio, uerecundia, ſatisfactio per ieiunium, & orationem, & elemoſynarũ largitionem, & ſimilium.

DE quarto an alicui peccato reſpondeat propria pœna. Dico, quòd ſi intelligitur de proprio ſecundum ſpeciem, uel ſecundum numerum, dicitur, quòd non, quia eadem ſatisfactio ſecundum ſpeciẽ uel etiam ſecundum numerum põt correſpondere huic peccato, & illi. Quòd ſecundum ſpeciem patet, quia contritio poteſt correſpondere illi uel illi. Quòd etiam ſecundum numerum patet, quia contritio de pluribus in generali poteſt correſpondere una illis pluribus.

¶ Conſequenter dico, quòd poſſunt eſſe plures ſatisfactiones totales, uel partiales correſpondentes uni peccato. Totales quidem, quia non eſt peccatũ, quod non poſſet remitti per ſolam contritionem, & tunc illa ſola eſt totalis ſatisfactio. Poteſt etiam remitti per contritionem remiſſam, & per alias pœnas ſupplẽtes imperfectionem contritionis. Contritio autem intenſa ex parte & ipſamet remiſſa cum aliquibus pœnis ex alia parte differunt ſpecie licet ſint æquiualentes in acceptatione diuina.

DE quinto articulo an poſſit peccator ſatisfacere de uno peccato ſine alio. Dico, quòd ſatisfactio quatuor reſpicit, *Satisfactio quatuor reſpicit.* ſ. Deũ, eccleſiam, proximum, & ſeipſum. Vt aſpicit Deum includit contritionem, ut aſpicit eccleſiam, ſic includit confeſſionem, ut aſpicit proximum, ſic includit reſtitutionẽ ut aſpicit proximum ſeipſum, id eſt reſtituẽtem, ſic includit carnis macerationem, & orationem, uel aliam pęnitentiam. Primo modo poteſt aliquis conteri de uno peccato actualiter licet non conteratur de alio peccato actualiter, ſed ſolum habitualiter, quia ſicut nõ eſt neceſſarium intellectum ſimul conſiderare hoc, & illud peccatum, ita nõ eſt neceſſarium uoluntatem ſimul pęnitere actualiter de hoc peccato, & de illo. Similiter quarto modo poteſt quis per ieiunium, & non per orationem, uel peregrinationem ſatisfacere. *Nota, & bene iſtos paſſus curioſos.* Secundo modo non poteſt peccator ſatisfacere de uno peccato in confeſſione alio retento niſi hoc eſſet ex obliuione. Tertio modo, ſcilicet ſi poteſt ſatisfacere ſine reſtitutione de hoc patebit in aliis quæſtionibus.

bus. Ex dictis patet ad argumentum principale.

Vtrum poſſit quis verè penitere, & verè abſolui niſi reſtituat aliena?

Scotus 4. ſent. diſt. 15. q. 2.
Petrus de Aquila 4. ſenten. diſtinct. 15. quæſt. 2.

QVAESTIO II.

AD ſecundam quæſtionem ſic proceditur. Videtur quòd aliquis poſſit uerè penitere abſque hoc, quòd reſtituat rem quã detinet alienam. Quia nullus tenetur ad impoſſibile, ſed quandoque eſt impoſſibile reſtituere alienum illi cuius eſt, ſicut quando neſcitur cuius eſt, ergo.

¶ Contra. Auguſtinus dicit. Non dimittitur peccatum, niſi ablatum reſtituatur.

¶ In iſta quęſtione ſunt duo uidenda. Primo quando rerum dominia ſunt diſtincta. Secundo principale quæſitum.

De lege naturæ omnia ſunt communia.

QVANTVM ad primum dico quatuor concluſiones. Prima quòd de lege naturæ omnia ſunt communia. Secunda quòd poſt lapſum omnia ſunt diſtincta. Tertia quòd illa diſtinctio non eſt a lege naturæ, uel diuina. Quarta quòd illa diſtinctio eſt a lege poſitiua ſcripta, ſeu data a patre, uel principe.

Cap. 1.

¶ Prima concluſio patet in decretis diſ. 8. c. 1. Iure naturæ omnia ſunt communia. Item ad hoc eſt Auguſtinus ſuper Ioannem, ut patet decretorum di. 7. c. Quo iure defendis villas eccleſiæ diuino, vel humano. Non diuino, nam iure diuino domini eſt terra, & plenitudo eius. Iure autem humano dicitur, hæc domus mea, hic ſeruus meus. Item probatur ratione, quia lex naturæ eſt ſecundum ſtatum innocentiæ, ſed in ſtatu innocentiæ omnia erant communia, tum propter pacificam conuerſationem, tum propter neceſſariã ſuſtentationem, ergo.

¶ Secunda concluſio patet. Status enim innocentiæ eſt alius a ſtatu naturæ lapſę, ſed in primo ſtatu erat pacifica conuerſatio, in ſecũdo autem non, igitur in hoc ſecundo ſtatu. ſ. naturæ lapſæ remouendum eſt, prout eſt poſſibile quicquid tollit pacificam conuerſationem hominum ſed ſi non eſſent rerum dominia diſtincta, quilibet uellet totum occupare, & ſic tolleretur pacifica conuerſatio, ergo poſt lapſum debuerunt dominia eſſe diſtincta. Hic Ariſt. tertio politicorum uituperat politiam Socratis ponentis omnibus omnia eſſe communia.

Circa principium.

¶ Tertia concluſio patet, quia iſta diſtinctio non eſt per legem diuinam, ſicut patet per illud Aug. introductum. Quo iure &c. Nec eſt per legem naturę, quia lex naturæ non determinat oppoſita, ſed lex naturæ in natura humana determinauit, quòd omnia eſſent communia.

Gene. 13.

¶ Quarta concluſio eſt, quòd illa diſtinctio eſt a lege ſcripta, uel data a patre, vel a principe patet. Nam poſt diluuium Noe diſtinxit filiis ſuis terram quam ſingulari occupauerunt pro ſe, & filiis ſuis, vel ipſi de communi concordia diuiſerũt inter ſe terras ſicut legitur in Geneſi de Abraham, & Loth, vel lex aliqua promulgata eſt a patre, uel aliquo electo ab eis in principem, uel ab aliqua communitate cui ipſa communitas commiſit illam auctoritatem, quę lex fuit, uel eſſe potuit quòd res non occupata eſſet primo occupantis, & tunc diuiſerunt ſe, & unus occupauit unam plagam, & alius aliam.

Quatuor ſunt uidenda.

DE ſecundo articulo dico, quòd ſicut auferre alienum eſt peccatum mortale, ita retinere aliena inuito domino eſt peccatum mortale. Et tunc ſunt quatuor uidẽda. Primo quis tenetur reſtituere. Secundo quid tenetur reſtituere. Tertio cui tenetur reſtituere. Quarto quando tenetur reſtituere.

Primũ quis tenetur reſtituere.

¶ De primo. ſ. quis tenetur reſtituere patet in his uerſibus. Iuſſio conſilium conſenſus palpo recurſus. Participans mutus non obſtans, non manifeſtans.

Secundum quid tenetur reſtituere.

¶ De ſecundo. ſ. quid tenetur reſtituere. Dico, quod non ſolum tenetur reſtituere rẽ ablatã, uel uſum rei, ſed etiam ad intereſſe, & fructum perceptum de re, ſi res eſſet fructifera, ſed non fructum, qui prouenit ex induſtria illius, qui utitur illa re. Ex quo ſequitur, quod lucrum acquiſitum ex pecunia fęnerata non tenetur fęnerator reddere, alioquin qui recipit, poſſet iuſtæ eſſe uſura-

Nota, & bene.

r:us,quia recipere fructum prouenientе de ſua pecunia per induſtriam alterius ē facere uſuram, & iſtud eſt , quod magis hominis poſſet inducere ad uſuram , qa lucrantes de uſur's illud , quod quis lucrantur, non tenetur reſtituere, immo illud eſt ſuum , quia per ſuam induſtriam acquiſitum erat , alienum autem reſtituendum eſt.

¶ De tertio.ſ.cui tenetur reſtituere. Dico quòd damnificato ſi tamen ſit poſſibile,poſſibile inquantum ut ſi nouit eum , & habet eum poſſentem,uel habere poteſt , ut ſibi mittatur ſine maiori incommodo,quam illud, quod mittendum eſſet utile ei, cui mitteretur.

¶ De quarto.ſ quando tenetur reſtituere. Dico quòd non licet aliquo tempore detinere alienum domino inuito, ſed in caſibus quandoque licet differre reſtitutionem,poſita tamen iam interiori.ſ.uoluntate reſtituendi cum occurrent circunſtantiæ opportunæ, illi autem caſus non poſſunt modo particulariter explicari, quia circunſtantiæ notari debent , cū quicunque uellet reſtitutione ſibi non fieri in præiudicium communitatis , uel in diffamiam reſtituentis, & huiuſmodi.

¶ Ad argumentum in contrarium dicendum , quòd neſciens illum , cui tenetur debet dare pauperibus &c.

Vtrum damnificans alium in bonis perſonæ ,ſcilicet corporis , vel animæ, tenentur reſtituere ad hoc, q̄ poſſit uerè pęnitere?

Scotus 4. ſenten.diſtinct. 15.q.3.
Ricardus 4. ſententiarum diſtinctio. 15. q.2. Artic. 5.

QVAESTIO III.

AD tertiam quæſtionem ſic proceditur. Videtur quòd damnificans alium in bonis animæ, uel corporis, non tenetur reſtituere , quia nullus tenetur ad impoſſibile, ſed in tali caſu damnificato reſtitutio eſt impoſſibilis.

¶ Contra. 6.q.1.ex merito deteriores ſūt qui uitam moreſque bonorum corrumpunt his, qui ſubſtantias aliorum prædiaque diripiunt .

¶ In iſta quæſtione eſt ſciendum ſecundum philoſophum , quòd bona ſunt in triplici differentia.ſ. bona animę , bona corporis,& bona fortunæ. *1. ethic. 5.*

¶ De bonis autem fortunæ dictum eſt in pręcedenti quæſtione, ſic ergo quæritur de bonis animæ,& corporis. Bona autem animæ ſunt quædam bona naturalia,quędam bona moralia ſicut eſt fama,hic autem non quæritur de bono naturali, ſed de bono morali, quod ē fama. Et ſic ſunt duo uidenda. Primo ſi damnificans aliū in bonis corporis, tenetur ad reſtitutionem. Secundo ſi damnificans alium in bonis famæ teneatur ad reſtitutionem . *Bona ſunt 3 triplici differentia.*

DE primo dico, quòd damnificans alium in corpore,aut abſtulit ſibi uitam, aut damnificauit eum in aliquo membro. Si primo modo,quia uitam ſibi reſtituere non poteſt, tenetur ſibi reſtitutionem facere quantum eſt poſſibile in aliquo equiualenti, & nō ſolum hoc,ſed ſi interfectus ſuſtentabat aliquos.ſ. patrem,uel matrem, uel propinquos tenetur interficiens omnibus illis ad tantam reſtitutionem , quantum illis abſtulit p interfectionem occiſi . Si autem damnificauit eum in aliquo membro.ſ. mutilatione enormi, vel non enormi communiter non eſt reſtitutio in eccleſia ſtatuta , niſi pecuniaria , & illa debet correſpondere damno non ſolum , quod incurrit quis per mutilationem,ſed etiam in expenſis appoſitis in curatione. *Punctū ſingulare.*

DE ſecundo articulo. Dico quòd tripliciter poteſt quis alium infamare. Vno modo falſum criminum publicæ imponendo Secundo modo, uerum criminū, ſed occultum non ſeruato iuris ordine publice proponendo. Tertio modo,uerū crimen, ſed occultum in publico ſibi impoſitum negando , quia in hoc negans notat imponentem de calumnia.

¶ In primo caſu dico,quòd oportet reſtituere famam ſimpliciter tractando uerbum ſuum,& quod ſibi impoſuit, & hoc ita in publico ſicut ſibi impoſuit , quia alias non ſeruaret iuſtitiam de reddendo proximo,quod ſuum eſt. *In primo caſu.*

¶ In ſecundo dico, quòd non tenetur retractare uerbum ſuum , quod propoſuit in publico, quia hoc faciendo mentiretur *In 2. caſu.*

tur

tur ſi illud quod propoſuit uerum, quia non tenetur mentiri propter quodcunque bonum reddendo alteri,ſed tenetur aliquo modo licito reddere famam per talia,ſcilicet uerba. Non credatis eum talem eſſe qualem dixi uobis eum eſſe.

In tertio caſu.

¶In tertio dico,ꝙ ſimpliciter non tenetur retractare negationem ſuam quam negauit in publico uerũ crimen ſibi impoſitum,quia non tenetur ſtatim quic ſique in iudicio confiteri ſe eſſe reum niſi ſit conuictus,tenetur tamẽ per quædam uerba ſobria reſtituere famam accuſanti quem indirecte notauit de calumnia, dicendo,non habeatis eum pro calumniatore, quia pie credo,quòd habuit bonam intentionem in proponendo.

¶ Ad argumentum in contrarium patet,quia reſtitutio facienda eſt eo modo quo poſitum eſt ſupra.

DISTINCTIO XVI.

Circa diſtinctionem decimamſextam, & decimamſeptimam quæritur,

Vtrum remiſſio,uel expulſio culpæ,& infuſio gratiæ ſint una ſimpliciter mutatio?

Scotus 4.ſent.diſt.16.q.2.
Petrus de Aquila 4.ſent. diſtinct. 16. & 17. quæſt.1.

QVAESTIO I.

IN perfectæ pœnitentiæ. Circa diſtinctionem 16. & 17. quæro duas quæſtiones.Primo. Vtrum remiſſio culpæ, & infuſio gratiæ ſint una ſimplex mutatio?Secundo. Vtrum ſit neceſſariũ peccatori ad ſalutem cõfiteri omnia peccata ſua ſacerdoti.

AD primam quæſtionem ſic proceditur.Videtur, quòd remiſſio culpæ, & gratiæ infuſio,probatio,generatio,& corruptio ſint duæ mutationes propter quatuor terminos,ſcilicet duas priuationes, & duas formas,ſed remiſſio culpę eſt corruptio peccati,quod infuit,& infuſio gratiæ eſt generatio quædam in eſſe gratuito,ergo.

¶ Contra,diſtinctæ mutationes habent aliquem ordinem prioritatis,& poſterioritatis,ſed expulſio culpæ,& infuſio gratiæ non habent talem ordinem prioritatis,& poſterioritatis,ergo, probatio minoris,quia ſi expulſio culpæ eſſet prior natura infuſione gratiæ,ſequeretur,ꝙ in illo priori eſſet amicus, & non amicus, quia non habet gratiam,ſine qua nullus eſt amicus.

¶ Ad iſtam quæſtionem diuerſimode dicitur,ſed dico illud quod melius capio, & pono tres concluſiones.Prima concluſio eſt,ꝙ remiſſio culpæ, & infuſio gratiæ non ſunt una mutatio.Secunda,ꝙ remiſſio culpæ, & infuſio gratiæ non ſunt duæ mutationes reales. Tertia,quòd infuſio gratiæ,& remiſſio culpæ ſe habent ſicut relatio rationis,& actio realis.

Opinio Authoris.

Vide Varonem in 4.q. præſenti.

¶ Prima concluſio probatur ſic. Idem ſimpliciter non poteſt plurificari,& non plurificari,ſed remiſſiones culparũ ſunt multę,uel poſſunt eſſe multę quando nõ eſt niſi una infuſio gratiæ.

¶ Secundo ſic.Idem non ſeparatur ab eodem,ſeu a ſeipſo, quia idem ſimul eſſet, & non eſſet,ſed remiſſio culpę,& infuſio gratiæ poſſunt ab inuicem ſeparari, ergo,probatio minoris,poſſet enim in ſtatu innocentiæ in genere humano (& ita factum eſt in angelis qui non peccauerunt) gratia infundi abſque alicuius culpæ remiſſione.Similiter poteſt culpa remitti abſque hoc, quod gratia infundatur, poſſet enim Deus, de potentia ſua abſoluta creare hominem in puris naturalibus ſine culpa,& ſine gratia.

Nota, & bene.

¶ Tertio ſic,non eſt una mutatio de termino ad terminum niſi illa ſint formaliter repugnantia,ſed culpa,& gratia non ſunt formaliter repugnantia, ergo. Minor probatur,quando aliqua ſunt formaliter repugnantia, quod poteſt ſuper unum,poteſt ſuper reliquum,uel effectiue, uel defectiue,ſed uoluntas creata poteſt effectiue, uel defectiue ſuper culpã, ergo ſi gratia,& culpa formaliter repugnant poſſet effectiue ſuper gratiam, quod falſum eſt.

¶Quarto ſic,una mutatio non eſt ad formam poſitiuam niſi a propria priuatio-

ne eius, ſed culpa non eſt propria priuatio gratiæ, quia unica gratia, non habet niſi unicam priuationem. Multæ enim ſunt culpæ hoc modo, ut dictum eſt in prima ratione, igitur remiſſio culpæ, & infuſio gratiæ non ſunt una mutatio.

¶ Secunda cõcluſio, quod ſcilicet remiſſio culpæ, & infuſio gratiæ non ſunt duæ mutationes reales probatur ſic. Infuſio gratię eſt mutatio realis, ſed remiſſio culpæ non eſt mutatio realis, ergo probatio minoris. Obligatio ad pœnam pro culpa commiſſa non eſt aliquid reale in anima poſt actum præteritum, ſed eſt tantum relatio rationis in obiecto uolito, ut uolitũ eſt, ergo remiſſio quæ eſt ab iſta obligatione ad non obligationem, non eſt mutatio realis. Antecedens patet ſuperius. *Diſt. 14. q. 1. Ar. 4.* Conſequentia, declaratur quia non eſt mutatio realis, niſi ſit in terminum poſitiuum realem, & priuationem realem.

¶ Contra iſtud inſtatur quia non eſt trãſitus de contradictorium ſine aliqua mutatione, ſed quando peccatori remittitur culpa eſt tranſitus de contradictorio in contradictorium, ergo eſt ibi uera mutatio. Maior patet, quia ſi nulla eſt mutatio nulla eſt ratio, quare magis una pars contradictionis eſt uera quam alia.

Reſponſio. ¶ Reſponſio, concedo maiorem propriæ accipiendo tranſitum; ſed hic nõ eſt propriæ tranſitus, ſed uoluntas Dei pro illo inſtanti pro quo peccat iſte, uult iſtum eſſe puniendum, pro alio autem inſtanti uult eum, non eſſe puniendum eadem uoluntate immobili permanente.

¶ Tertia concluſio, quod remiſſio culpę, & infuſio gratiæ ſe habent ſicut relatio rationis, & actio realis Iſta concluſio patet ex duabus concluſionibus præcedentibus, habetur enim, quod infuſio gratiæ eſt actio realis, ſiue ſit de genere relationis, ut diuerſi diuerſimode ſentiunt. Ex concluſione autem præcedenti habetur, quòd remiſſio culpæ eſt relatio rationis.

¶ Ad argumentum in contrarium dico, quòd non eſt ſimile de corruptione formæ, & remiſſione culpæ, ut patet ex dictis.

Vtrum damnificans alium in bonis perſonæ, ſcilicet corporis, uel animæ, teneatur reſtituere ad hoc, quod poſſit uerè pœnitere?

Scotus quarto ſententiarum diſt. 15. q. 3. Ricardus quarto ſententiarum diſtinctio 15. q. 2. Art. 5.

QVAESTIO III.

AD ſecundam quæſtionem ſic proceditur. Videtur, quòd nõ ſit neceſſarium ad ſalutem peccatori confiteri omnia peccata ſua ſacerdoti, quia dicit Caſſiodorus ſuper illud Pſal. Dixi cõfitebor aduerſum me, &c. *Pſal. 31.* Magna miſericordia Dei ad ſolam promiſſionẽ dimittit peccata. Contra eſt Ambroſius, & habetur in litera dicens. *Super illud Luc. 22.* Non poteſt quiſquã iuſtificari a peccato niſi fuerit ante confeſſus.

¶ In iſta quæſtione ſunt tria uidenda. Primo quo præcepto tenetur peccator peccata ſua confiteri ſacerdoti. Secundo quid iſtud præceptum includit de confeſſione. Tertio quid circa illud præceptum eccleſia ulterius explicauit.

QVANTVM ad primum præmitto primo diſtinctionem unam. Secundo formabo concluſiones. Diſtinctio eſt iſta, quòd triplex eſt ius, *Triplex eſt ius.* ſcilicet ius naturæ, ius poſitiuum diuinum, & ius poſitiuum eccleſiæ. Ius autem naturæ ſumitur large, & ſtricte. *Ius ſumitur duobus modis.* Stricte quidem ius naturæ eſt illud cuius ueritas practica nota eſt ex tali principio, ſic noto ex terminis. Ius autem naturæ large, uel de iure naturæ eſt uerum practicum conſonum principiis, & concluſionibus legis naturæ intantum, quòd ſtatim notum eſt omnibus illud conuenire tali lege. Ius autem poſitiuũ diuinum, uel de lege poſitiua diuina ſunt, uel quæcunque continentur, in ſcriptura pro tempore quo ſunt obſeruanda ſicut fuerunt cerimoniæ Iudæorũ pro tẽpore legis Moſaicæ,

&

& ſicut ſunt cęrimoniæ chriſtianorũ pro
tempore legis euangelicę. Ius autem po
ſitiuum eccleſiaſticum, uel de iure poſiti
uum eccleſiæ ſunt aliquæ obſeruãtiæ ho
neſtæ in moribus propter reuerentiam
maiorem in ſuſcipiendo ſacramẽta quas
obſeruantias addidit eccleſia ultra ius di
uinum.

¶ Ad propoſitum pono tres concluſio-
nes. Prima, ꝙ confeſſio non cadit ſub prę
cepto legis naturæ. Secunda ꝙ confeſſio
non cadit ſub pręcepto poſitiuo eccle-
ſię. Tertia ꝙ confeſſio cadit ſub præce-
pto poſitiuo diuino.

Q̃uo confeſſio cadat ſub præcepto poſitiuo diuino.

¶ Prima concluſio probatur, quia ſi con-
feſſio eſſet ſub pręcepto legis naturæ tũc
iſta obligatio fuiſſet pro tempore cuiuſ-
cunque legis, quod eſt falſum, igitur con
feſſio non cadit ſub pręcepto legis na-
turæ.

¶ Contra iſtam concluſionem obijcitur.
Hoc eſt nota naturaliter, quòd quilibet
reus debet iudicari. Etiam eſt notum na
turaliter, quòd nullus debet eſſe iudex
in cauſa propria, ergò debet iudicari per
alium, ſed non poteſt iudicari per alium
niſi accuſetur, ſi autem peccatum ſuum
eſt occultum non poteſt accuſari, niſi a
ſeipſo, ergo debet ſeipſum accuſare alte-
ri a quo iudicetur. Sed magis eſt conſo-
num rationi, quòd in ſecreto ſe accuſet,
quam in publico ſi peccatum eſt occul-
tum, & tunc nulli rationabilius, quam ſa
cerdoti. Ad iſtam inſtantiam concedo de
ductionem, quia iſte iudicandus eſt ab
alio, ſed quis eſt ille alius non eſt notum
per rationem naturalem, niſi de Deo, q
eſt retributor meritorum, & punitor pec
catorum, & cum dicitur ultra, quòd ille
alius non poteſt iudicare, niſi fiat ſibi ac
cuſatio, concedo, ſed ex hoc non plus ha
betur, niſi quòd debet ſeipſum accuſare
Deo, & hoc non eſt negandum.

¶ Secunda concluſio, ſcilicet, quòd con-
feſſio non cadit ſub præcepto poſitiuo
eccleſiæ, probatur, quia tunc Papa non
teneretur confiteri, quia non habet im-
perium par in parem, ut patet extra de
re. iur. c. Exijt.

¶ Præterea quomodo eccleſia atteñtaſſet
imponere tam graue iugum chriſtianis
ſicut eſt confeſſio, niſi haberet ex lege
diuina.

¶ Cõtra hoc obijcitur dupliciter. Primo
quia gloſator decretorum de pe. di. 5. mo
uens iſtam quæſtionem dicit, ꝙ melius
eſt dicere pęnitentiam inſtitutam quadã
vniuerſali traditione eccleſiæ, quam ex
aliqua auctoritate noui, uel ueteris teſta
menti.

¶ Secundo quia uidetur hoc ſtatutum ꝑ
eccleſiam, extra de pe. & re. omnis utriuſ
que ſexus.

¶ Reſpondeo ad primum, ſalua reueren-
tia gloſatoris, irrationabiliter loquitur,
quia dicit, & non probat, dicit enim illud
ſtatutum eſſe eccleſiæ, & nullum capitu-
lum addit ad hoc. Irrationabile enim eſ-
ſet vni theologo dicere aliquid eſſe ſta-
tutum ex canone bibliæ, & non probare
per bibliam. Similiter ſecundum non ua
let, quia illud ſtatutum fuit tempore In-
nocentii tertii, qui tamen locutus eſt Au
guſt. per multos annos in libro de uera,
& ficta pęnitentia.

Nota, et bene.

In concilio lateranenſi

¶ Tertia concluſio, uidelicet, quòd con-
feſſio cadit ſub præcepto poſitiuo diui-
no, probatur per illud Ioan. Quorum re-
miſeritis peccata &c. Ex hoc uno modo
arguitur ſic. Hic eſt data omnibus ſacer-
dotibus, & apoſtolis poteſtas dimittendi
peccata, ſed non principaliter, quia hoc
eſt propriũ Dei, igitur miniſterialiter, &
arbitrariæ, ſed nõ poteſt arbitrari in cau
ſa ignota, ergo debet eis eſſe cauſa mani
feſta in qua debeant arbitrari, ſed iſta ma
nifeſtatio eſt confeſſio, igitur ex iſta col
latione poteſtatis arbitrarię ſacerdoti-
bus, ut innoteſcat ipſis cauſa peccati obli
gatur peccator ad accuſandum ſe eis tan
quam arbitris, & illud eſt confiteri.

Cap. 20.

¶ Secũdo ex eadem via ſic arguitur. Qui
cunq; amiſit primam grãm tenet illã re-
cuperare de neceſſitate huius ꝑcepti, dili
ges dñm Deum tuum, ergo quantũ in ſe
eſt debet agere ad recuperationem grę,
& etiã i uirtute illius ꝑcepti, diliges teipm.
Sed iſte peccator in pctõ mortali amiſit
primã gratiam, & põt recuperare eã ſuſci
piendo ſacramentũ pęnitentiæ ab illo ar
bitrio, quia iſtud inſtitutũ, ut remedium
efficax ad recuperandã primã grãm ex
uerbo ꝑallegato. Quorũ remiſeritis pec-
cata &c. ergo concludit neceſſitas confeſ
ſionis ex illo uerbo euangelico, & ex illo
adiuncto, diliges dñm Deum tuum. Vide
tur igitur tenendum, quòd cõfiteri ſacer
doti eſt de iure poſitiuo diuino.

Ioan. 20.

DE ſecundo articulo.ſ.quid iſtud prę ceptum incſudat.

¶ Reſpondeo, quòd includit quis, quid, cui, quando, & qualiter debet confiteri. Debet enim confiteri quilibet adultus, & habens uſum rationis, & cognoſcens peccatum, quod commiſit. Per adultum autem non intelligo determinatam ætatem, quia in tali caſu malitia ſupplet ętatem. Continet autem hoc præceptum quid, peccator debet confiteri, quia peccatum mortale, & circunſtantias peccati mortalis. Continet etiam iſtud præceptũ cui, peccator debet confiteri, quia ſacerdoti, ſolus enim ſacerdos habet poteſtatem ligandi, & ſoluendi. Continet etiam hoc præceptum quando, peccator debet confiteri, quia quandocunque eſt in periculo mortis. Quilibet enim quando imminet periculum damnationis debet ſe ad mortem præparare. Iſtud autem non ſolum eſt in infirmitate mortali, ſed etiã quando aggreditur actus arduos ſicut duellum, vel mare, uel actus alios ſolennes propter reuerentiam. Continet etiã qualiter, peccator debet confiteri, quia cum diſplicentia peccati commiſſi, & cum propoſito abſtinendi a peccato, & obediẽdi eccleſiæ in ſatisfactione ꝓ iſto peccato. Verum quidem eſt, ꝙ præter iſtas conditiones requiruntur plures alię & includendo iſtas, & alias ſunt 17. quarum aliquæ ſunt neceſſariæ ſimpliciter, aliæ non ſimpliciter neceſſarię, & includuntur in his uerſibus. Sit ſimplex, humilis, confeſſio, pura, fidelis. Atq; frequens, nuda, diſcreta, libens, uerecũda. Integra, ſecreta, lachrymabilis, accelerata. Fortis, & accuſans, & ſit parere parata. Sit inquit ſimplex, ut nihil admiſceatur cũ eis, quæ requiruntur ad peccatorum quãtitatem. Sit etiam humilis interius, & exterius verbo, & ſigno. Sit etiam pura. i. cum recta intentione facta. Sit etiam fidelis, & vera, ut nihil admiſceatur de falſitate. Item frequens, quia frequenter confiteri eſt utile. Sit etiam nuda. i. non obuoluta uerborum obſcuritate. Sit etiam diſcreta, ut grauius peccatum cum grauiori pondere confiteatur. Item ſit etiam libens, ideſt cum uoluntate, & ſine neceſſitate. Sit uerecunda, ut uerecundetur de peccatis confeſſis actu. Sit etiam integra, ideſt ſine partitione, & diuiſione peccati. Sit ſecreta, quia ibi agitur de ſecretis conſcientiæ. Sit lachrymabilis ad minus cum compunctione interiori. Sit etiam accelerata, quia peccatum, quod per pęnitentiam cito non diluitur mox ſuo pondere ad aliud trahit, ſecundum Gregorium. Sit fortis, ideſt cum propoſito non recidiuindi. Sit etiam accuſans, ideſt culpam ſuam non retorqueat in alium ſicut Adam, qui dixit, mulier quam dediſti mihi ſociam &c. Gen. Vltimo ſit parata parare. i. obedire.

Conditiones notabiles cõfeſſionis.

Quo homo debeat confiteri.

Cap. 4.

EX prædictis poteſt etiam patere tertius articulus, ſcilicet quid circa ſacramentum pęnitentiæ explicauerit eccleſia, nam dicit explicitè, quod continebat præceptum diuinum implicitè, ſcilicet quis, quid, cui, quando, & qualiter debet fieri confeſſio, ut patet extra de penit. & remiſ. c. Omnis utriuſque ſexus. Nam quantum ad illos, qui tenentur confiteri dicit ſic. Omnis utriuſque ſexus fidelis poſtquam ad annos diſcretionis peruenerit.

¶ Quantum ad aliud, uidelicet quòd tenetur confiteri, dicitur ibidem, omnia peccata ſua, quod intelligo de mortalibus, & non de venialibus, quia pęnitentia eſt tabula contra naufragium, ſed ex peccato ueniali nullus patitur naufragium. Quantum ad aliud, ſcilicet cui debeat confiteri dicitur ibidem, quòd proprio ſacerdoti, per proprium autem ſacerdotem non intelligo præciſè curatum, ſed etiam priuilegiatum alias priuilegia eſſent fruſtra. Quãtum ad aliud, ſcilicet quando dicitur ibidem, quòd ſemel in anno, & hoc non ſimpliciter, ſed quotiens periculum mortis imminet, ut in præcedenti articulo dictum eſt. Et ſi dicas, ꝙ hęc ſpecificatio eſt relaxatio, quia prius tenebatur ſtatim confiteri habita opportunitate confeſſoris, nunc autem non tenetur ex quo non tenetur niſi ſemel in anno confiteri.

Cui ſit confitendum.

Dubium.

Reſponſio.

¶ Reſpondeo, utrunque eſt dubium quibuſdam dicentibus, ꝙ tenetur ſtatim cõfiteri habita opportunitate confeſſoris, & tunc, & nunc, quibuſdam dicentibus aliter. Puto tamen, quod eſſet diſtinguẽdum, quia peccator, aut eſt religioſus, aut ſecularis. Si religioſus cum eius uita tota ſit uita pęnitentiæ ſtatim tenetur confiteri, ſi ſecularis ſufficit ſibi tenere

Diſtin. du. Peccator aut eſt religioſus, aut ſecularis.

ſtatutum

ſtatutū eccleſiæ cum contritione,& propoſito confitendi. Quantum ad aliud,ſcilicet,quomodo,uel qualiter debet confiteri dicitur ibidem in eodem c. fideliter confiteatur,ideſt integre, alias ficta eſſet pœnitentia.

¶ Ad argumentum in contrarium dico, quòd iſta contritio de qua loquitur Caſſiodorus habet propoſitum confeſsionis ſecuturæ,& ſic non deletur peccatum ſine propoſito confitendi,quod patet per finem eiuſdem auctoritatis ubi ſubditur uotum pro operæ iudicatur pro confeſſione futura.

DISTINCTIO XVIII. & XIX.

Circa diſtinctionem decimamoctauam & decimamnonam quæritur,

Vtrum cuilibet ſacerdoti in ſuſceptione ordinis ſacerdotij conferantur claues regni cœlorum?

Seraph.Bona.4.ſent. diſt.19.q.1. Artic.1.
Scotus 4. ſent.diſt.19.q.1.
D.Thomas 4.ſent.diſt.20.q.2. Artic.5.
Ricar.4.ſent.diſt.13.q.1.Art.1.
Durandus 4.ſent.diſt.19.1.

QVAESTIO I.

HIC quæri ſolet. Circa diſtinctiones 18.& 19. quæro tres quæſtiones. Primo. Vtrum cuilibet ſacerdoti in ſuſceptione ordinis ſacerdotii dentur claues regni cœlorum? Secundo. Vtrum poteſtas clauium tantum ſe extendat, ad pœnam temporalem? Tertio. Vtrum poteſtas clauium ſe extendat ad excommunicationem,ita quòd recte quis poſſit excomunicari.

AD primam quæſtionem ſic proceditur. Videtur,quòd in ſuſceptione ſacerdotii non conferantur ſacerdoti claues regni cœlorum,quia de Chriſto dicitur Apoc. Claudit,& nemo aperit, aperit,& nemo claudit,ergo ſolus Chriſtus habet claues. *Cap. 3.*

¶ Contra. Math. promittitur Petro,& aliis ſacerdotibus. Tibi dabo claues regni cœlorum. *Cap. 16.*

¶ In quæſtione iſta quinque ſunt notanda. Primo, ꝙ in eccleſia eſt una clauis apud ſacerdotem,quæ eſt poteſtas ſententiandi. Secundo,quòd in eccleſia eſt una clauis apud ſacerdotem quæ eſt poteſtas cognoſcendi. Tertio, ꝙ hæc,& illa non ſunt una clauis,ſed aliæ. Quarto qualiter habens iſtas claues poteſt exire in actum earum. Quinto ſi præter illas in eccleſia eſt aliqua alia clauis.

¶ De primo dico, ꝙ nomen clauis tranſlatum eſt a corporalibus ad ſpiritualia ſecundum aliquam ſimilitudinem,ſecundum illud philoſophi: Omnes transferētes ſecundum aliquam ſimilitudinem ſe transferunt. Clauis autem eſt inſtrumentum ad remouendum obſtaculum ne aliquis in domum ingrediatur. Ideo qualibet uirtus ſiue poteſtas remouens obſtaculum introitus in regnum cœlorum poteſt dici clauis. *6.Topicorū*

Sed cum ſit triplex obſtaculum intrandi in regnum cœlorum triplex erit clauis. Eſt enim obſtaculum primum,debitum æterni ſupplicii, propter mortale peccatum cōmiſſum, & hoc ſolus Deus remouet. Aliud eſt obſtaculum, ſcilicet, debitum ſolutionis precii, & hoc ſolus Chriſtus in paſſione ſua remouit. Tertium obſtaculum eſt, debitum peccati dimiſſi quo peccator obligatur ad pœnam temporalem,& hoc poteſt remoueri per illum qui poteſt pœnas taxare, & talis eſt ſacerdos,ergo apud ſacerdotem clauis huiuſmodi reſeruatur. Ex hoc habetur, ꝙ triplex eſt clauis,ſcilicet, auctoritatis excellentiæ,& miniſterij. Prima conuenit Deo. Secunda Chriſto. Tertia ſacerdoti. *Tripl e clauis.*

DE ſecundo articulo dico, ꝙ poteſtas ſententiandi accipitur tripliciter,ut ſtatim dictum eſt,ſcilicet principaliter, ut in Deo,excellenter ut in Chriſto,miniſterialiter,ut in ſacerdote. Sic poteſtas cognoſcendi principaliter eſt in Deo,excellenter in Chriſto, miniſterialiter in ſacerdote. Et, ꝙ in ſacerdote ſit iſta poteſtas probatur. Quicunque habet potentiam ſententiandi aliquam cauſam habet potentiam diſcernendi in eadem cā loquor de communi lege, ſed ſacerdos

habet potentiam ſententiandi in cauſa peccati, ex præcedenti articulo ergo habet potentiam cognoſcendi de eadē cauſa. Sed diceres, quid eſt iſta clauis cognoſcendi, uel ſcientiæ Magiſter dicit in litera, quòd eſt aliqua ſcientia actualis uel habitualis, aut diſcretio quædam, ut patet. 1 c. di. 19. Sed aliis uidetur oppoſitū, quod ſicut poteſtas iudicandi non eſt iuſtitia, immo poteſt eſſe ſine iuſtitia, ita poteſtas cognoſcendi nō eſt ſcientia, immo eſt ſine ſcientia ſicut de facto in multis hodie ſacerdotibus, unde iſta poteſtas non dicit habitum, ſed officium diſcernendi. Iſta fuit opinio præpoſitiui quam hodie Doctores communiter ſequuntur.

Quid ſit clauis ſcientiæ.

Opinio præpoſitiui.

DE tertio articulo dicunt quidam, quòd iſte claues ſunt idem cum charactere ſacerdotali, & tunc eſſet facile uidere quomodo conferuntur cuilibet ſacerdoti in eius ordine ſicut characteres.

¶ Sed contra hoc arguitur ſic. Illę ſunt diſtinctę poteſtates quarum una poteſt eſſe ſine alia, ſed poteſtas cōficiendi corpus Chriſti ſiue character ſacerdotii, ut ē ad conficiendum corpus Chriſti poteſt eſſe ſine illa poteſtate quę includitur in clauibus, ergo. Minor probatur, quia ſic fuit in Apoſtolis in cœna, quando dicebatur eis, hoc facite in meam commemorationem, ubi data eſt eis poteſtas conficiendi eucharistiā, poteſtas autem clauium data eſt eis poſt reſurrectionē. Io. Quorum remiſeritis, &c. Confirmatur, quia epiſcopus ordinando ſacerdotes primo dicit eis. Accipite poteſtatem conficiendi, uel celebrādi miſſam, & quibuſdam interpoſitis imponit manum ſuper caput eorum dicens. Accipite ſpiritum ſanctum, &c. Dico ergo ſimpliciter quòd ſunt duæ claues, ita quòd abſolute uerum eſt illud uerbum Chriſti. Tibi dabo claues regni cœlorum.

Cap. 20.

Ioan. 20.

Matth. 16

DE quarto, ſcilicet qualiter habens iſtas claues poteſt exire in actum earū. Dico potentia actiua eſt duplex, ſcilicet propinqua, & remota, ut patet 9 metha. & 2. de anima. Potentia actiua propinqua eſt illa cui ſtatim correſpondet paſſiua, & nullo prohibente poſſet exire in actum. Potentia autem actiua remota nō habet iſtam, non enim ſtatim correſpondet ſibi potentia paſſiua, ut poſſit exire in actum.

¶ Ad propoſitum dico, quòd alia eſt poteſtas conficiendi, & alia poteſtas abſoluendi. Poteſtas enim conficiendi ſtatim habet materiam in natura, ſcilicet panē triticeum, & hęc eſt poteſtas non impedibilis. Unde quandocunque ſacerdos attētat facere hoc, quod eccleſia facit in materia determinata, tenendo formam debitam uere conficit, & ideo dicitur poteſtas propinqua. Sed poteſtas abſoluendi non ſic. Non enim ſtatim ex ordine habet potentiam paſſiuam ſibi correſpō dentem, ſed oportet ſibi aliquem ſubditum dare in quem habeat iuriſdictionē, quia ſententia lata a non ſuo iudice nulla eſt. Sic, ergo habens iſtas claues non poteſt exire in actum earum, niſi ſupra materiam debitam.

Eſt poteſtas abſoluendi.

DE quinto articulo, ſcilicet, ſi præter iſtas claues eſt alia clauis in eccleſia. Dico, quòd ſic, quia ī eccleſia eſt duplex forus, unus ſecretiſſimus in quo idem eſt actor, & reus, & ad iſtam pertinent claues prędictæ. Alius eſt forus publicus, quia eccleſia habet auctoritatem corrigendi peccata publica, & ita requiritur duplex auctoritas correſpondens duplici foro prędicto. Iſtæ autem auctoritates pertinētes ad forum publicum ſunt duæ claues de quarū poteſtate habetur Matth. Si peccauerit in te frater tuus Sequitur. Dic eccleſiæ. Si eccleſiam non audierit, ſit tibi, uelut Ethnicus, & publicanus. Et ſequitur. Amen dico uobis quæcunque ligaueritis ſuper terram erunt ligata, & in cœlo. Ex iſto patet, quòd iſtæ claues non ſunt eædem cum prioribus, quia poſſunt ab illis ſeparari ſicut ſtatim melius patebit.

Cap. 18.

In 3. quæſt.

¶ Ad argumentum in contrarium patebit, quòd iſta auctoritas non debet intelligi de claui miniſteriali, ſed de principali quæ competit Deo, & etiam Chriſto, ut expoſitum eſt in primo articulo.

Utrum poteſtas clauium tantummodo ſe extendat ad pœnam temporalem?

Scotus quarto ſententiarum diſtinctio. 18. q. 1

Petrus de Aquila 4. ſententiarum diſtinct. 19. quæſt. 2

QUAE-

QVAESTIO II.

AD ſecundam quæſtionem ſic proceditur. Videtur, quòd poteſtas clauium non ſe extendat ad pœnã temporalem. Quia ſi ſic, aut eſſet ad remittẽdum illam, aut infligendum. Non ad remittendum, quia per frequentes abſolutiones poſſet tota pęna debita pro peccato remitti, & ſic apud quemcunque ſacerdotem eſſet poteſtas abſoluendi a culpa, & pœna per frequẽtes abſolutiones, quod eſt inconueniens. Nec extendit ſe ad infligendum, quia tunc quilibet pœnitens teneretur implere quamlibet pœnam iniunctã ſibi a ſacerdote, quod eſt falſum quando iniungit pęnitẽtiam indiſcretã.

Ad quid ſe extendat poteſtas clauium.

¶ Contra, iſta poteſtas clauium ad aliquid ſe extendit, ſed non ad aliud quam ad pœnam temporalẽ, ergo probatio minoris, quia non ad remiſſionem culpæ, nec pœnæ æternæ, quia hæc duo ſecundũ Magiſtrum competunt ſoli Deo, ergo non extendit ſe ad aliquid aliud quam ad pęnam temporalem.

¶ In iſta quæſtione ſunt uarii modi dicẽdi, ſed breuiter poſſunt reduci ad quatuor, & ſecundum hoc poſſunt eſſe in quęſtione articuli quatuor. ¶ Vnus modus dicẽdi eſt quem recitat Magiſter in litera, ꝙ ſacerdos abſoluit a pœna æterna. Quã opinionẽ Magiſter in litera improbat, ideo ſic improbatam relinquo. ¶ Alius modus dicẽdi eſt, ꝙ ſacerdos nõ abſoluit a pęna, ſed a uinculo confeſſionis ligãdo ad ſatisfactionẽ. Sed iſtud nõ ualet, quia ſacerdos in abſoluendo, non dicit abſoluo te a confeſſione, ſed abſoluo te a peccatis, & tunc quæro, uel abſoluit eum a peccatis quantum ad pœnam, uel quantum ad culpã, ergo oportet plus dicere eũ. ¶ Alius modus dicendi eſt, ꝙ abſoluit eũ non tantũ a uinculo, ſed etiã a pœna purgatorii ligãdo ad pęnã ſatiſfactoriã, & non abſoluit aliquã partem pœnæ relaxando, ſed ſolum cõmutãdo. Sed nec iſtud ualet, quia iſte peccator poſt abſolutionẽ diuinã non obligatur ad pœnã purgatorii magis quam ad aliã. Hoc patet, quia tantum poſſet conteri, ꝙ Deus totã dimitteret, & illã euolueret, ergo nõ oporteret ꝙ illam cõmutaret. ¶ Quartus modus dicẽdi quẽ teneo eſt, ꝙ ſacerdos aliquam partẽ pęnæ abſoluendo dimittit ex ui clauiũ. Et hoc ſic poſſumus intelligere. Vniuerſæ uiæ domini miſericordia & ueritas. Ideo in iuſtificatione, quæ eſt opus miſericordiæ, miſericodia domini remittit culpam, & iuſtitię regulãm non præterit, adhuc tamen iuſtitia diuina tenet eum obligatum ad pœnam, ſed diuina miſericordia præuidit, & ſtatuit arbitriũ ſacerdotale cui dedit poteſtatẽ arbitrandi, & remittendi aliquã partẽ pœnæ ex uirtute paſſionis Chriſti. Quanta aũt ſit iſta pars nõ ẽ noſtrũ determinare, ſed ſolius Dei ¶ Sed occurrit hoc unum dubiũ. Si enim ſacerdos remittit aliquid de pœna ut dicis, ergo per abſolutiones iteratas poſſet ſacerdos dimittere totam pęnã, quia abſolutio ſecunda eſt eiuſdẽ rationis cum prima, ergo poteſt eandẽ uirtutẽ habere reſpectu alicuius partis pœnæ remittẽdæ. Hic dicitur uno modo, ꝙ nõ ſequitur, quia nõ ſemper fit relaxatio ſecundũ partes eiuſdẽ proportionis. Quando autem eſt proceſſus ſecundum partes eiuſdẽ proportionis poteſt eſſe proceſſus in infinitum. ¶ Alio modo dicitur, ꝙ ſecunda abſolutio uirtute clauium nullã partẽ pœnæ remittit, quia iudicium ſemel latum ſine errore Deus ratificat, in cœlis ſicq; eſt irreuocabile, ergo rationabile eſt, ꝙ ſic ratificetur, ꝙ ſit irreuocabile non dico, ꝙ illicitum, uel impoſſibile ſit iterari, ſed tamen cum fructu iſto quem nunc habet non eſt iterabile.

Dubium.

Vtrum nullus debeat, uel poſſit excommunicari?

Petrus de Aquila 4. ſent. diſt. 19. q. 3.

QVAESTIO III.

AD tertiam quæſtionem ſic proceditur. Videtur, ꝙ nullus debeat uel poſſit excommunicari, quia excommunicatio eſt ſeparatio à communione fidelium, ſed ſeparatio eſt contra charitatem, ergo.

¶ Contra 1. ad Cor. Qui non amat dominum Ieſum Chriſtum anathema ſit.

Cap. ult.

¶In iſta quæſtione ſunt tria uidenda. Primo an aliquis poſſit excommunicari. Secundo a quo poſſit excommunicari. Tertio pro quo debet excommunicari.

DE primo dico, ꝙ ſic, quia ſicut in corpore naturali eſt, ſic ſuo modo eſt in corpore myſtico. Ita enim arguit Apoſt. ad Rom. Sicut in uno corpore multa mẽbra habemus, &c. ſed in corpore naturali membrum putridum abſcinditur, ergo in corpore myſtico. Sed iſta abſciſſio eſt per excommunicationem, ergo.

Cap. 12.

DE ſecundo articulo, ſ. a quo poſſit excommunicari Dico, quòd in hoc uidetur eſſe controuerſia inter Doctores, quidam dixerunt, quòd poteſtas excommunicandi ſolum epiſcopis conuenit. Alii dixerunt, quòd non ſolum epiſcopis, ſed etiam archidiaconibus, & abbatibus, & aliis prælatis. Tertij dixerunt, quòd hoc competit his, & etiam parochialibus ſacerdotibus. Sed poteſt dici, quòd poteſtas quæ eſt in eccleſia Chriſtus eam cõtulit Apoſtolis, & præcipuè Apoſtolo Petro. Iſta autem poteſtas eſt duplex, una eſt in foro pœnitentiali, alia in foro iudiciali. Prima poteſtas reſpicit legis ordinem. Secunda prælationem, ſecundum primam par poteſt abſoluere parem. Sed ſecundum ſecundam par non poteſt ligare parem nec ſuperiorem. Prima poteſtas, quando collata eſt Petro, ut ſacerdoti deſcendit in omnes ſacerdotes quamuis omnes non habeant executionem. Secũda autem poteſtas, quia collata eſt Petro, ut prælatus eſt deſcendit in omnes perſonas eccleſiaſticas, quæ habent prælationem, & iuriſdictionem, & quandocunque iuriſdictionem habent, non ſolum claues primas habentes in foro pœnitentiali, ſed etiam non habentes, ut archidiaconi, & aliqui capitulares, & forte aliqui alii, uel ex iure, uel ex conſuetudine, ideo poſſunt excommunicare.

Poteſtas duplex.

DE tertio articulo, ſcilicet pro quo, quis debeat excommunicari. Dico, ꝙ duplex eſt excommunicatio. Vna inflicta a iure, alia inflicta a iudice. Prima eſt præſeruatiua. Secunda eſt curatiua. Prima fit propter euitandam culpam ad præſeruandam libertatem eccleſiaſticam. Secunda autem infertur propter contumaciam. Ideo debet monitio præmitti, ut ſic de contumacia excommunicetur. Et ſic iudex nullum debet excõmunicare, niſi pro peccato mortali, & non pro quocunque peccato mortali, ſed pro peccato cõtumaciæ, uel cui cõtumacia connexa eſt ut patet. 11. q. 3. Abſit.

¶ Sed notandum, quod quatuor modis huiuſmodi contumacia incurritur, ſcilicet, quando ſufficienter uocatus ad iudiciũ nõ uenit, nec remanẽdi habet legitimam cauſam 24. q. 3. de illicita. Item ſecundo quando uenit tamen reſpondere contemnit, ut 11. q. 3. c. certum. Item tertio antequam debeat diſcedit, ut patet in c. præallegato. Item quarto quando ſententiæ non obedit 2. q. 6. quiſquis.

¶ Ad argumentum in contrarium dico, quod communio triplex eſt. Quædam omnino ſpiritualis, & hæc eſt quantum ad dilectionem interiorem. Quædã corporalis in exteriori conuerſatione. Quædam eſt medio modo ſe habens in ſacramentorum perceptione. Dico igitur, quod a prima communione nullus debet excludi. A ſecunda uero, & tertia poteſt, & debet excludi, nec iſta excluſio eſt contra charitatem.

Communio triplex eſt.

DISTINCTIO XX. & XXI.

Circa diſtinctionem uigeſimam, & uigeſimamprimam quæritur,

Vtrum pœnitentia in extremis ualeat ad ſalutem?

Scotus quarto ſententiarum diſt. 20. q. 1.
Ricardus quarto ſententiarum diſtinctio 20 q 1.

QVAESTIO I.

SCIENDVM eſt. Circa diſtinctiones 20. & 21. quæro tres quæſtiones. Primo. Vtrum pœnitentia in extremis ualeat ad ſalutem? Secundo. Vtrũ poſt hanc uitam poſſit aliquod peccatũ dimitti? Tertio. Vtrum confeſſor in quocunque caſu teneatur celare peccatum ſibi in confeſſione detectum.

AD primam quæſtionem ſic procedi tur.

tur. Videtur, quòd pœnitentia in extremis non ualeat ad ſalutem, quia Aug in quodam ſermone, ut ponitur in litera loquens de ſic pœnitente. Non præſumimus inquit, ꝙ bene hic exit.

Diſt. 7. & ponitur in litera. ¶ Contra. Aug. de uera, & falſa pœnitẽtia dicit. Multum fuit ſera latronis pœnitentia, ſed non fuit ſera eius indulgẽtia, igitur pęnitentia in extremis ualet ad ſalutem.

¶ In iſta quæſtione pono duas concluſiones. Prima eſt, ꝙ pœnitentia in extremis ualet ad ſalutem. Secunda eſt, quòd pœnitentia raro eſt tantę ſufficientiæ, quòd ſufficiat ad ſalutem.

¶ Prima concluſio probatur ſic. In quocunque ſtatu poteſt homo demereri, in eodem ſtatu poteſt mereri, ſed in extremis homo poteſt demereri, ergo &c. Et per conſequens ualet pœnitentia etiam in extremis ad ſalutem. Confirmatur per Aug. in de uera, & falſa pœnitentia, & ponitur in litera, pœnitentia ſi in extremo uitæ aduenerit ſanat, & liberat, & probat per illud quod iam dictum eſt arguẽdo ad principale de latrone cuius pœnitentia fuit in extremis. Item idem Aug. dicit, & ponitur in litera, quòd dominus potens eſt in morte præmiare, & punire, & iuuare, ſicut placet, quia non eſt opus hominis, ſed Dei fructuoſa pœnitentia, & inſpirare poteſt eam quandocunque uult ſua miſericordia.

¶ Secunda concluſio probatur ſic, quia ubi eſt maior perturbatio fantaſmatum, ibi eſt homo minus compos ſui, & minus habet uſum liberi arbitrii, ſed in extremis eſt maxima perturbatio fantaſmatũ, ergo tunc homo eſt minus compos ſui, & minus habet uſum liberi arbitrij. Vbi autem non eſt uſus liberi arbitrii, ibi nõ uidetur eſſe ſufficiens pœnitentia ad ſalutem.

Nota, & bene hæc omnia. ¶ Præterea habitus uitioſus quanto plus eſt aggrauatus, tanto plus inclinat ad actus oppoſitos pęnitentiæ, ideo habitus uitioſus, in extremis inclinat ad actus oppoſitos pęnitentiæ. Hanc ra[illegible] git Aug. in litera dicens. Cum filii quos illicite dilexit ſint præſentes, & uxor, & mundus ad ſe uocet multos ſolet pœnitentia ſerotina decipere.

¶ Præterea, quanto aliquis minus eſt dominus ſui actus tanto requiritur intenſior diſplicentia ad hoc, quod ſit diſpoſitio ſufficiens ad deletionem culpæ. Sed iſtæ qui eſt in extremis minus eſt dominus ſui actus interioris, quia nullo modo eſt dominus ſui actus exterioris ad peccandum, ergo requiritur ſecundum ſtrictam iuſtitiam intenſior motus diſplicẽtiæ ad iuſtifiationem iſtius quam ad iuſtificationem ſani cum uix poſſit habere æquæ intenſum. Et hanc rationem tangit Aug. in litera. Age inquit pœnitentiam dum ſanus es, ſi ſic agis ſecutus es, quia pœnitentiam egiſti quando peccare potuiſti. Si uis agere pœnitentiã quando iam peccare non potes, tunc peccata te dimiſerunt, non tu illa. *De ſacra pœnitentia.*

Ad argumentum in contrarium dico, ꝙ illa præſumptio non concludit demonſtratiue, quia licet ut in paucioribus, & difficulter ualeat pęnitentia in extremis ad ſalutẽ tamen poſſibile eſt hoc euenire. Et ideo ibidem dicit Aug. non dico, ꝙ ſaluabitur, ſed nec dico, quod damnabitur, quia de neutro poteſt homo eſſe certus, ergo, &c.

Vtrum poſt hanc uitam poſſit dimitti aliquod peccatum?

Scotus 4. ſent. diſt. 21. q. 2.
S.D. Thomas 2. ſecundæ in tractatu de peccat. ueniali. q. 9.
Ricardus 4. ſent. diſt. 20. q. 2.

QVAESTIO II.

AD ſecundam quæſtionem ſic proceditur. Videtur, ꝙ poſt hanc uitam non poſſit dimitti aliquod peccatum. Quia nullus moriens iuſtus poteſt poſtea peccare, igitur nec moriens in peccato poteſt poſtea reſurgere, conſequentia patet a ſimili, quia ſimile uidetur pro aliquo ſtatu poſſe peccare, & poſſe reſurgere a peccato.

¶ Contra eſt Magiſter in litera, & probat per illud Matth. Qui peccauerit in ſpiritum ſanctum non remittetur ei nec in hoc ſæculo, nec in futuro. *Cap. 12.* Subdit Magiſter. Ex hoc datur intelligi ſicut ſancti Doctores tradunt, quod quædam peccata in futuro dimittentur. Iſta quæſtio

poteſt

poteſt intelligi de peccato mortali, uel ueniali. Si intelligitur de peccato mortali adhuc dupliciter eſt dicẽdum. Quia uel quæritur de peccato mortali confeſſo, uel non confeſſo, & ſic ſunt tria uidenda. Primo ſi poteſt aliquod peccatũ mortale dimitti cõfeſſum. Secundo ſi poteſt aliquod peccatum mortale dimitti non confeſſum. Tertio ſi poteſt aliquod peccatum ueniale dimitti poſt hanc uitam.

DE primo dico, quòd poteſt peccatum mortale dimitti confeſſum, & de facto dimittitur tale peccatum pœna ſoluta hic uel in futuro, quia nullus cum debito pœnæ beatificatur. Aut enim pœnæ ſimul ſoluendæ ſit cum gloria, aut poſt gloriam, ſed neutro modo. Quia nec pœna poteſt ſtare cum gloria, nec ſuccedere gloriæ. Ergo ſiquis alias eſt debitor pęnæ, oportet quòd prius ſoluat iſtam pœnam pro peccato. Iſte autem qui digne pœnituit in extremis non ſoluit dignam pœnam pro peccato de quo pœnituit, igitur iſtam ſoluet poſt hanc uitam.

DE ſecundo articulo. Si poſſit mortale peccatum non confeſſum ex certa ſcientia poſt hanc uitam dimitti. Dico, quòd non, quia pro tali peccato non dimiſſo pœna debita eſt pœna damnationis æternæ, ſed iſta pœna non remittitur.

DE tertio articulo quantum ad peccatum ueniale oportet videre, quæ pœna ſibi correſpondeat ſecundum Dei iuſtitiam. Et dicitur ſecundum unam opinionem, ꝙ peccato ueniali per ſe correſpondeat pœna æterna, per accidens pœna temporalis.

¶ Primum probatur. Quia ſiquis damnetur pro mortali, & habeat ueniale, pro iſto ueniali ſemper punietur, alias in inferno poſſet eſſe redemptio alicuius peccati. Sed non punietur a Deo æternaliter niſi iuſte pęna æterna ſibi deberetur, ergo.

Peccatũ ueniale ſtat cũ charitate.

¶ Secundum probatur. Quia peccatum ueniale ſtat cum charitate per quam homo ordinatur ad regnum, & per conſequens ratione illius pęna peccati uenialis eſt temporalis.

¶ Contra primum arguitur dupliciter. Primo ſic. Cum charitate non ſtat debitum pœnæ æternæ, ſed cum charitate ſtat peccatum ueniale, non tantum poſt actum, ſed etiam actualiter commiſſum ut patet ſecundum omnes, ergo peccato ueniali non debetur per ſe pœna æterna. Probatio maioris, quia per charitatẽ eſt aliquis dignus uita æterna, ſi igitur cum hoc ſtat debitum ad pœnam æternam, igitur ſimul dignus eſt aliquis vita æterna, & pœna æterna, quod eſt impoſſibile, quia nullus poteſt eſſe debitor pœnæ pro illo inſtanti pro quo eſt ordinatus ad gloriam, quia tũc poſſet ſimul ſtare gloria, & aliqua pœna.

¶ Præterea, ſecundo arguitur ſic. Eſſentialis pœna damnatorum, non eſt pœna ſenſus, ſed pœna damni, illa autem neceſſario concomitatur quamlibet pœnam, quia nulla pœna poteſt ſtare cum beatitudine. Igitur debitum ad quamcunque pœnam æternam includit debitum ad pœnam damni æterni, & per conſequens ad pœnam eſſentialem damnationis, ſed illa non correſpondet ueniali, ergo.

¶ Præterea peccatum mortale, & ueniale ſunt improportionabilia in ratione offenſæ, uel malitiæ, quia infinita uenialia ſi eſſent non æquarentur uni mortali in ratione offenſæ, ergo pęna ſecundum iuſtitiam correſpondens peccato mortali improportionabiliter, & in infinitum excedit pęnam correſpondentem ueniali. Sed non improportionabiliter, & in infinitum excedit intenſiuæ, quia qualibet pœna ſecundum intenſionem finitæ excedit aliam, uel exceditur ab alia, igitur hoc erit ſecundum extenſionem, & per conſequens non debetur peccato ueniali pœna æterna. Dico ergo, quòd peccato ueniali ſiue hic puniẽdo, ſiue in inferno, ſiue alibi non debetur pœna niſi temporalis, nec per ſe, nec per accidẽs. Quia ſm ſe eſt talis offenſa quæ ſecundum ſe ſufficienter punitur per pęnam temporalem, nec eſt inconueniens illam pœnam debitam ueniali habere terminum in inferno, quia & uere pœnitens primo, & partem pœnitentiæ impoſitam explens, & ante totam expletã recidiuans in mortale, & [illegible]llo mortali decedens pro parte [illegible]entiæ reſidua explenda ſoluet pœnam in inferno, ſed non niſi temporalem, & tamen non plus uidetur de illo quam de primo.

Opinio propria.

¶ Et ſi obiicias contra, quia ſic in inferno erit redemptio, ut arguebat præcedens

Et ſi obijcias.

dens opinio. Dico, quòd in interno nulla erit redemptio illius peccati pro quo iſte eſt damnatus. Sed ille non fuit damnatus pro peccato ueniali, quod patet. Nec fuit damnatus pro illo peccato de quo alias fuit contritus, & cõfeſſus, quia pro illo debitum pœnæ æternæ fuit commutatum in debitum pœnæ temporalis, & ideo non ualet.

¶ Ad argumentum in contrarium nego conſequentiam.

¶ Ad probationem dico, quòd non eſt ſimile, quia peccare eſt libere agere, & ꝑ ſtatu uiæ. Reſurgere autem hoc eſt immunere fieri a peccato non requirit libere agere etiam in uia, &c.

Vtrum confeſſor in quocunque caſu teneatur celare peccatum ſibi in confeſſione detectum?

Seraph. Bona. 4. ſent. diſt. 21. q. 2. Artic. 1.
Scotus 4. ſent. diſt. 21. q. 2.
D. Thomas 4. ſent. diſt. 18. q. 4. Artic. 1.
Ricar. 4. ſent. diſt. 21. q. 2.
Durandus 4. ſent. diſt. 21. 4.

QVAESTIO III.

AD tertiam quæſtionem ſic proceditur. Videtur, quod cõfeſſor non teneatur ſemper celare peccatum ſibi in confeſſione detectum, quia licitum eſt unicuique renunciare iuri ſuo, ſed quod peccatum teneatur ſecretum, hoc eſt de iure confitentis, ergo poteſt huic iuri renunciare, & per conſequens ſacerdos poterit tunc illud reuelare.

¶ In contrarium ſunt multæ auctoritates ſanctorum.

¶ In iſta quæſtione ſunt quatuor uidenda per modum quatuor concluſionum. Prima eſt. Celare peccatum detectum in confeſſione, tenetur ſacerdos de lege naturæ. Secunda, quòd tenetur ad hoc de lege Dei poſitiua. Tertia, quod ad illud tenetur de lege eccleſię poſitiua. Quarta, quando, & qualiter tenetur, & de aliis circunſtantiis particularibus.

¶ Primam concluſionem probat quidã Doctor ſic. Quilibet de lege naturæ tenetur uitare mendacium, maxime mendacium pernitioſum, ſed ſi confeſſor proderet peccatorem ipſe mentiretur mendacio pernitioſo, ergo. Probatio minoris. Quicunque affirmat, quod neſcit eo modo quo neſcit mentitur, & ſi eſt in infamiam alicuius eſt mendacium pernitioſum, ſed ſacerdos reuelando peccatorem affirmat, quod neſcit eo modo, quo neſcit, quia affirmat ut homo, & tamen neſcit ut homo, quia ſcit ut Deus, & hoc eſt in infamiam illius, ergo.

¶ Aliter probatur a Doctore ſubtili ſic. *Probatio Scoti.* De lege naturæ nullus deberet facere alteri quod ſibi non uult fieri, ſed confeſſor nollet peccatum ſuum per aliquem prodi, ergo de lege naturæ ipſæ non debet peccatum alicuius prodere.

¶ Secunda concluſio, ſcilicet, quòd teneatur de lege poſitiua diuina. Probatur primo ſic. Quilibet chriſtianus tenetur non dare occaſionem alteri, quod reuocetur a lege Chriſti, ſed de confeſſione facienda eſt lex Chriſti, ut in ſuperiorib. oſtenſum eſt, ergo, quilibet tenetur de lege Chriſti non retrahere aliquem a confeſſione facienda. Sed reuelans confeſſionem occaſione data retrahit alios a confeſſione, ergo. ¶ Secundo ſic. Chriſtus ſtatuit arbitrium pœnitentiæ eſſe ultimum in terris quantum ad crimen confeſſum, ergo peccat contra legem Chriſti quicũque aliquid in iſto foro diſcuſſum deducit in alium forum, talis autem eſſet reuelãs confeſſionẽ, ergo. Antecedens patet Matth. *Cap. 16.* Quodcunque ſolueris ſuper terram erit ſolutum, & in cęlis. ¶ Tertio ſic. Dans occaſionem peccadi mortaliter in exequẽdo præceptũ Chriſti peccat mortaliter. Sed reuelans cõfeſſionẽ dat occaſionẽ indebite exequẽdi præceptũ Chriſti de confitẽdo, quia dat ſibi occaſionẽ, ut ſe laudet, & alium uituperet, ergo.

Tertia concluſio, ꝙ ſacerdos tenet de iure poſitiuo eccleſiæ tenere ſecreta peccatũ ſibi in confeſſione detectũ, ut patet extra de pę. & re. Omnis utriuſq; ſexus, ubi dr̃. Caueat oĩno ſacerdos ne uerbo, uel ſigno, uel aliquo quouis modo prodat peccatorẽ. Et ſtatim infra ſtatuitur pœna. Item de pę di. 6. Sacerdos omnino caueat, ne de eis qui cõfitentur peccata eorũ alicui reuelet. Et ſequitur pœna. Nã ſi hoc fecerit deponatur, & omnibus diebus uitæ ſuæ ignominioſus permaneat.

¶ De

¶ De quarta concluſione oportet uidere tria, quis, quando, & cui tenetur ſecretum celare.

¶ De primo, ſcilicet, quis. Dico, ꝙ non ſolum confeſſor, ſed & is cui confeſſor reuelat licet illicite tenetur celare, quia transferens aliquid in alium de facto nõ plus iuris ſibi dat quam ipſe habeat, ſed confeſſor reuelans non habet ius transferendi illud in alium, ergo ſi de facto transferat ille alius non habebit ius trãſferendi. Idẽ dico de illo, qui audiuit confeſſionem doloſe, uel inuidioſe, uel cauſaliter. *Nota, & bene.* Sed quando dico, quòd ſemper, quia eſt præceptum negatiuum, & non minus poſt mortem quam ante mortem, quia eædem rationes, quæ ſunt pro prima, & ſecunda concluſione poſſunt eſſe pro iſta.

Vide Guilhelmum. ¶ De tertio, ſcilicet, cui dicitur, quòd cuilibet teneatur celare peccatum ſecretum niſi ſuperiori cui in caſu poteſt reuelare. Sed uidetur contrarium, quia rationes ſuperius factæ concludunt de ſuperiori ſicut de inferiori, ideo illud non aſſero, ſed pro nunc ſuſpenſum relinquo.

¶ Ad argumentum in contrarium dico, quòd peccatum confeſſum debere celari non tantum eſt ius confitentis, ſed ius communitatis, quia ex oppoſito, ſcilicet ex reuelatione ſequeretur continua perturbatio in communitate, quia poſſet quilibet paſſim reputare alium abhominabilem.

Circa iſtam ultimam diſtinctionem iſtius tractatus de pęnitentia quæritur,

Vtrum peccata per pœnitentiam dimiſſa in recidiuante, redeant eadem numero?

Scotus 4. ſent. diſt. 22. q. 1.
D Thomas 3. parte q 88. Art. 1.
Ricardus 4 ſentent. diſtinctio 22 q. 1.
Durandus 4. ſenten. diſtin. 22. q. 1.

QVAESTIO I.

CVMQVE multis auctoritatibus. Circa iſtam ultimã diſtinctionẽ iſtius, tractatus de pęnitentia, & ſequentem in quo tractat de ſacramẽto extremæ unctionis quæro duas quæſtiones. Prima. Vtrum peccata per pœnitentiam dimiſſa redeant eadem numero in recidiuante? Secũda. Vtrum extrema unctio ſit ſacramentum nouę legis.

AD primam quæſtionem ſic proceditur. Videtur, quòd peccata per pęnitentiam dimiſſa in recidiuante redeant eadem numero, per illud Iac. Qui in uno offendit factus eſt omnium reus. *Cap. 2.*

¶ Contra, nullum ſucceſſiuum poteſt redire idem numero, ut patet diſcurrendo per omnia ſucceſſiua, ſed peccatum eſt quoddam ſucceſſiuum, ergo.

¶ In iſta quæſtione tria ſunt uidenda. Primo, ſi abſolute loquendo peccatum poſſit redire idem numero. Secundo ſi hoc eſſet poſſibile de potentia Dei ordinata. Tertio quomodo peccata dicuntur de facto redire.

DE primo dicitur uno modo, quòd abſolute loquendo peccatum non poteſt redire idem numero, quia nihil poteſt redire idem numero, niſi per potentiam diuinam, ſed peccatum quo ad culpam nõ poteſt redire idem numero, per potentiam diuinam, ergo. *Ricar. præſenti diſt. q. 1.* Probatio minoris, per Auguſtinum. Deo auctore nemo fit deterior. *Libr. 83 q. q. 3.*

¶ Præterea peccatum non ineſt alicui niſi per actum peccantis, ſed iſte actus non redit idem numero in peccante propter interruptionem temporis, ergo.

¶ Contra. Peccatum accipitur dupliciter, uno modo, ut dicit deordinationem in actu. Alio modo, ut dicit reatum, ideſt obligationem ad pœnam, hic autem nõ quæritur ſi peccatum poſſit redire primo modo, quia ſi non redit actus certum eſt quòd non reuertitur obliquitas in actu, ſed quæritur de peccato ſecundo modo, ſcilicet, ut dicit obligationem ad pęnam & de iſta arguitur, quòd põt redire ſic. Deus poteſt obligare iſtum pro b ad eã-

dem

dem pœnam ad quam obligauit pro a. ergo iſte poteſt obligari ad eandem, & per conſequens habere eundem reatum. Antecedens probatur, quia uoluntas mea hoc poteſt, ſ. uelle iſtum, primo ordinari ad pœnã, & ſecundo uelle non ordinari ad pœnam ſub conditione iſta ſi iterum non offendat, & ſi iterum offendat uelle eum ex tunc ordinari ad eandem pœnã. Ad argumenta autem opinionis patet, quòd arguunt de actu, uel obliquitate quæ eſt in actu, non autem de reatu, ſi reatus ſumitur pro obligatione. Sumitur enim reatus multipliciter, ut dicit Magiſter, uidelicet pro culpa, pro pęna, pro obligatione ad pœnam. *Lib. 2. diſt. 42.*

DE ſecundo articulo dico, ꝙ Deus diſponit peccata pœnitentis poſt pœnitentiam eſſe tecta, ſecundum illud Aug. exponẽtis illud Pſal. Beati quorum, &c. & quorum tecta ſunt peccata, ideſt non amplius uideri ad uindictam, & ſuper illud Naum primo. Non iudicabit dominus bis in idipſum, & ideo de potentia ordinata non poteſt redire eadem obligatio nec ad eandem pœnam poſtquã extincta eſt, ut habetur de pœ. di. 4. c. diuina clementia dimiſſa peccata in ultionem ulterius redire non permittit, nec patitur. *Pſal. 31.* *Cap. 1.*

¶ Contra iſtam concluſionem inſtatur, quia ſimpliciter ſe habent mala ad punitionem, & bona ad remunerationem, ſed bona prius facta reſurgunt ad remunerationem, ergo mala ad punitionem. Ad illud dico, quòd non eodem modo ſe habent mala ad punitionem ſicut bona ad præmiationem quo ad hoc, quòd mala poſſunt puniri temporaliter, & ſufficienter ſi pœna æterna ſit commutata in temporalem, ſed bona meritoria nunquam poſſunt præmiari ſufficienter per talem commutationem, nec per conſequens niſi ipſum prẽmium æternum in ſe ſit collatum, quod nũquã ſit uiatori, & ideo ſemper remanet ſibi ius ſaluum ad gloriam quam acquiſiuit per illam merita. *Contra iſtã concluſionẽ*

¶ Contra hoc, quia tunc omnis reſurgẽs a peccato mortali reſurgeret, in gratia maiori, quam fuerit illa a qua cecidit, q̃a reſurgit in omnib. illis bonis quo prius habuit iam uiuificatis, & præter hoc in iſto actu pœnitentiæ per quem reſurgit & quem ſuperaddit illis præteritis, & ita in maiori gratia, quod uidetur inconueniens. Tum quia non omnis cadens ſemper grauius cadit, quam prius ceciderat, nec ergo reſurgens gratior reſurget, quã præfuit. Tum, quia prima gratia poteſt eſſe maior, & minor, & per conſequens minima, per pœnitentiam autem acquiritur gratia prima, ergo poſſibile eſt gratiam recuperatam per pœnitentiam eſſe minimam.

¶ Ad iſtud dico, quòd talis reſurgẽs plura merita habet in acceptatione diuina, quam habuit quando cecidit, & per conſequens ex ea parte ordinatur ad maiorem gloriam. Sed non oportet eum in maiori gratia reſurgere, quia ſecundum diſpoſitionem eius deteſtando peccatũ commiſſum intenſæ, uel remiſſæ, datur ſibi tunc maior, uel minor gratia.

¶ Sed contra hoc obiicitur, quia tunc iſte de lapſu ſuo ad minus in acceptatione diuina reſurget in digniori præmio. *Sed contra hoc obÿcitur.*

¶ Reſpondeo, & dico, quòd non habet commodum, ſed incommodum magnũ, non ſolum quia peccauit, ſed quia totũ tempus quo manſit in peccato eſt ſibi perditum, quo tempore potuiſſet multiplicaſſe merita ſi manſiſſet in gratia. *Reſponſio.*

DE tertio articulo dicunt aliqui, ꝙ peccata de facto ſimpliciter redeunt eadem, maxime propter illud Matth. Serue nequã omne debitum dimiſi tibi, & ſequitur tradidit eum tortoribus quouſque redderet debitum. Sed iſta uia ſic generalis quibuſdam non placet, propterea dicunt aliter, quod peccata non redeunt niſi per quatuor genera peccatorum, ſcilicet, per odium fraternum, per apoſtaſiam, per contemptum cõfitendi, & per hoc, ꝙ dolet ſe pęnituiſſe, & rationem aſſignant, quia dominus remittit culpam ſub conditione quadruplici, ſcilicet ſi ipſe dimittit proximo. Item ſi perſeueret in fide. Item ſi confiteatur culpã commiſſam. Item ſi perpetuo deteſtatur culpam præteritam. Et quia pactum frangitur non exiſtente conditione quando aliquis peccat aliquo genere peccatorũ prædictorum, ideo dicunt culpam redire. Sed nec iſta opinio aliis placet. Ideo melius dicitur, quòd peccatũ dimiſſum redit tanquam circumſtantia aggrauans illud peccatum in quo recidiuat, & hoc dupliciter. *Cap. 18.* *Quõ peccata redeant.*

¶ Pri-

¶Primo quia quanto aliquis recipit ab alio beneficium ſibi indebitum tãto magis tenetur ſibi,ſed exiſtenti in peccato mortali non eſt Deus debitor niſi pœnæ ergo,ſi ſibi gratiam confert hoc erit donum maxime gratiæ,ergo iſte ex lege gratitudinis tenetur ſpecialiter Deo,& per conſequens offendens contra eum,grauius peccat propter ingratitudinem.

¶Secundo,quia quãto aliquis tenet̃ pluribus obligationib.ad aliquid tãto ſi tranſgreditur grauius peccat , ſed pœnitens quotienſcunque dignæ pœnitet obligat ſe ſaltem uoto ad non peccandum in poſterum,ſine enim tali propoſito non eſt digna pœnitentia,& propter hoc abſtrictus eſt ad non peccandum ſicut quilibet innocens,ſi ergo peccat tranſgreditur duplicem legem obligantem ad non tranſgrediendum,& per conſequens talis grauius peccat.

¶Contra illud obiicitur ſic.Illud non aggrauat quo exiſtente, uel non exiſtente peccatum eſſet æque graue,uel grauius, ſed ſi non fuiſſet prius pœnitens, immo non fuiſſet ſemper innocens , & ſi tunc peccaret grauius peccaret quam modo, ergo.Probatio minoris,quia cadens a ſtatu innocentiæ grauius peccat quam cadens a ſtatu pœnitentiæ , tum quia maius beneficium recepit iſte cui Deus ſeruauit innocentiam, quam cui conceſſit pœnitentiam poſt peccatum,tum quia innocens habet minorem occaſionem cadendi.Ad illud credo,ꝙ ſimpliciter maius beneficium diuinum eſt cui conſeruatur innocentia,quam cui conceſſa eſt pœnitentia.Nam maius beneficium contulit dominus matri ſuæ quã Mariæ Magdalenæ,ſingularis enim eſt gloria nunquam cecidiſſe in peccatum.

¶Tunc ad argumentum negetur maior, quia poſſibile eſt aliquod peccatum habere nunc unam circunſtãtiam aggrauãtem,nunc aliam,& iſta quæ hic aggrauat poteſt eſſe grauior quam illa quæ ibi aggrauat,& iſte duæ circunſtantiæ poſſunt eſſe repugnantes,& in hoc pœnitentia præcedens aggrauat,quia tribuit ingratitudinem. Similiter ab innocentia cadere aggrauat propter ingratitudinẽ, & innocentia,& pœnitentia quodammodo repugnant,ſed ſimpliciter cadere ab innocentia magis aggrauat.

¶Ad aliud quod dicitur tradidit eũ tortoribus donec uniuerſum redderet debitum,dico , quod iſta uniuerſitas intelligitur quantum ad durationem,ſed nõ quantum ad intenſionem. Et ita dicendum eſſet ad omnes auctoritates ſanctorum fundatas in iſta auctoritate. *Reſponſio ad omnes authoritates.*

¶Ad argumẽtum principale dico, quod factus eſt omnium reus quãtum ad auerſionem a fine ultimo quę eſt communis omni peccato mortali,ſed non eſt factus omnium reus quantũ ad grauitates ſpeciales ſingulorum peccatorum.

Vtrum extremæ unctio ſit ſacramentum nouæ legis?

Scotus quarto ſententiarum diſtinctio.23.q.1.

D.Thomas 4. ſententiarum diſtinctio 23. quæſt.1.Arti.1.

Ricardus quarto ſententiarum diſtinctio 23. q.1.

Franciſcus de Mayronis 4. ſenten. diſtinctio 23.q.1.

Durandus quarto ſenten.diſt.23.q.1.

Ioannes Bacconitanus 4.ſententiarum diſt.24 quæſt.1.

QVAESTIO II.

AD ſecundam quæſtionem ſic proceditur. Videtur, quod extrema unctio nõ ſit ſacramentum nouæ legis,quia ſacramenta nouæ legis inſtituta ſunt a Chriſto,ut uiſum eſt ſupra diſ.2.Sed ſacramentum unctionis uidetur inſtitutũ fuiſſe a Iacobo ſecũdum illud Iac.Infirmatur quis in uobis inducat præsbyteros eccleſiæ,&.orent ſuper eum, & ungent cum oleo ſancto. *Cap.5.*

¶In contrarium eſt Magiſter in litera. In iſta quæſtione tria ſunt uidenda per modum trium concluſionum. Prima,ꝙ poſſibile eſt eſſe aliquod ſacramentum nouæ legis,quod eſt ſignum efficax remiſſionis peccatorum uenialium.Secunda quod illud ſacramentum remiſſionẽ peccatorum uenialium eſt ſacramẽtum extremæ unctionis.Tertia quid eſt iſtud ſacramentum ſecundum ſuam diffinitionem, uel deſcriptionem.

¶Prima

¶ Prima concluſio probatur ſic. Poſſibile eſt Deum remittere peccata uenialia, ergo poſſibile eſt ſibi inſtituere ſignum efficax iſtius remiſſionis, conſequentia patet, quia impoſſibile eſt homini inſtitue re ſignum efficax practicum cuiuſcunq; operationis ſuæ, ergo multo fortius hoc eſt poſſibile Deo. ¶ Secunda concluſio, ſcilicet, ꝙ illud ſacramentum in remiſſioné peccatorum uenialium ſic ſacramé tum extremæ unctionis fuit declarata ſu perius ſic. Sacramenta ſanant infirmitates, ergo ſecundũ numerũ infirmitatum accipitur numerus ſacramentorũ, & efficacia eorum, ſed infirmitas eſt duplex. ſ. culpæ, & pœnæ. Infirmitas autẽ pœnæ eſt quadruplíciter, ſcilicet, ignorantia, puſillanimitas, malitia, & concupiſcentia, cótra ignorantiam eſt ordo, contra puſillanimitaté eſt confirmatio, contra malitiá eſt eucharistia, contra concupiſcentiam eſt matrimoniũ. Infirmitas uero culpæ é triplex, ſ. originalis, actualis mortalis, & actualis uenialis, contra originale eſt baptiſmus, contra actualé mortalé eſt pęnitentia, ergo contra culpam actualem uenialem eſt extrema unctio. (*Diſt. 2. q. 1.*) (*Infirmitas duplex.*)

D E tertio articulo. ſ. quid eſt unctio extrema ſecundũ ſuá deſcriptionem, dico, ꝙ extrema unctio eſt unctio hominis infirmi pęnitentis facta in determinatis partib. corporis cũ oleo conſecrato ab epiſcopo miniſtrata a ſacerdote ſimul uerba certa cum intentione debita proferéte ex inſtõne diuina efficaciter ſignãs cu rationem uenialium finalé. Iſta ratio apparet bona, quia nõ eſt in ſe falſa, ex 5. meth. q a nulla pars eius repugnat alteri. ¶ Ad cuius euidétiã oportet partes eius exponere. Df. n. ibi primo, ꝙ é unctio cu ius congruentia eſt, quia illud ſignũ ſenſibile cõgruit effectui ſ. unctio interiori. ¶ Secundo ſubditur hois infirmi 1ó non debet cõferri ſano, nec qualitercũq; expoſito periculo mortis, puta in trãſire mare, uel bellum, ſed infirmo exiſtẽte in periculo mortis. ¶ Tertio additur in pœnitentis, quia nullus eſt capax iſtius digne qui nõ eſt in gratia. ¶ Quarto additur in determinatis partib. corporis, iſte partes ſunt organa potẽtiarum per quarũ actus peccatur ſi eq́ſtei uenialiter, utpote organa quinque ſenſuum, & potẽtię ſenſitiuæ. Sunt aũt hæc organa potentiæ uiſiue duo oculi. Organa potentiæ auditiue, ſ. duæ aures. Organa odoratiue duę nares. Tactiue duæ manus. Organũ guſtus eſt lingua in qua non fit unctio propter abhominationem dolẽtis, ſed fit ad os exterius. Propter organum potentiæ uegetatiuæ fit unctio ad lũbos, propter organũ potentiæ motiuæ, uel progreſſiuæ fit unctio in pedibus. ¶ Quinto ſequitur cum oleo, nec oportet ibi aliquid eſſe cõfectũ ex oleo, & balſamo, ſicut in materia confirmation is, quia confirmatio eſt ad con feſſioné fidei, & ideo requiritur in confir maio non tantũ puritas cõſcientiæ ſignata per oleũ, ſed ẽt odor bonę famæ ſignata per balſamũ. ¶ Sexto ſubditur conſecrato ab epiſcopo, q a ille é actus epiſcopalis, ſi. n. alius cõſecraret nihil faceret. ¶ Septimo ſubditur miniſtrata a ſacerdote, quia ſi alius attentaret nihil faceret, ſicut ſi non ſacerdos attentaret conficere nihil facit. Vnde notãter dicit Apoſt. Iacobus. Inducant præsbyteros, &c. ¶ Vltimo ſequitur uerba certa cum intẽtione debita proferente, & hoc pertinet ad formã huius ſacramenti cuius forma ſeptiformis eſt ad ſeptem unctiones principales ſub iſtis uerbis. Per iſtam ſanctã unctioné, & ſuam piiſſimã miſericordiã parcat tibi Deus quicquid oculorũ uitio deliquiſti, & ſic de alijs. ¶ Ad argumentum in contrarium dico illud ſacramentum fuiſſe inſtitutũ a Chriſto, ut uiſum eſt ſupra. Iacobus autem non erat inſtitutor, ſed promulgator huius ſacramenti a Deo inſtituti. (*5. met. con tex. 4.*) (*Cap. 5.*) (*Diſt. 2.*)

DISTINCTIO XXIIII. & XXV.

Circa diſtinctionem uigeſimamquartã, & uigeſimamquintam quæritur,

Vtrum in eccleſia ſint tantum ſeptem ordines, eo modo quo ordo ponitur ſacramentum.?

Seraph. Bona. 4. ſent. diſt. 24. q. 4. Artic. 2.
Scotus 4. ſent. diſt 24. q 1.
D Thomas 4. ſententiarum diſtinctio 24. q. Arti. 3. quæſt. 1.
Ricar 4. ſent diſt. 24 q 3.
Franc de May. 4 ſent diſt. 24 q. 2.
Durandus 4. ſent. diſt. 24 q 3.

QVAESTIO I.

NVNC ad conſecrationẽ. In iſta 24 & 25. diſt. tractat Magiſter de ſacramẽto ordinis, & ideo circa iſtas diſt. quæro duas quęſtiones. Primo. Vtrum in eccleſia ſunt tantum ſeptem ordines eo modo quo ordo ponitur ſacramentum? Secundo. Vtrum pœna canonica impediat a ſuſceptione, & collatione ordinũ?

AD primam quæſtionem ſic proceditur. Videtur, ꝙ in eccleſia non ſint ſeptẽ ordines. Quia quilibet ordo habet caracterem ſibi proprium. ergo illis ſeptem ordinibus correſpondent ſeptem caracteres, conſequens eſt falſum, quia iſti caracteres aut eſſent eiuſdem ſpeciei & hoc non, quia plura accidentia eiuſdẽ ſpeciei non poſſunt eſſe in eodem, ex 5. meth. Aut eſſent alterius ſpeciei, & hoc non, quia in ſpeciebus eſt eſſentialis nobilitas maior, uel minor, ſed talis nobilitas non uidetur poſſe ſignari inter iſtos caracteres, ergo in eccleſia non ſunt ſeptem ordines.

Tex. non bene com.

¶ In contrarium eſt Magiſter in litera.

¶ In iſta quæſtione quatuor ſunt uidenda. Primo quid eſt ordo, loquendo de ordine ſicut in titulo quęſtionis eſt præmiſſum. Secundo quot ſunt ordines iſto modo. Tertio ſi ordo eſt ſacramentũ. Quarto quomodo eſt ſacramentum vnum.

D. Bona. pręſenti diſt. q. 2. Ar. 2.

DE primo articulo dicit una opinio, ꝙ ſacramentum ordinis eſt poteſtas ſpiritualis ad aliquem actum exequendum in eccleſiaſtica Hierarchia, & per conſequens ſecundum ordinum diuerſitatem ad tales actus de eccleſia diſtinguẽdi erunt ordines.

¶ Contra hoc inſtatur, quia ex iſta deſcriptione ſequitur, ꝙ epiſcopatus ſit ordo quod eſt contra eos, probatio conſequẽtiæ, quia epiſcopatus eſt poteſtas ad aliquem actum ſpiritualẽ in eccleſia, utpote ad actum confirmandi, & conferendi ordines ſacros, & non tãtum poteſtas congruæ exercendi, ſed ſimpliciter exercendæ, quia ſi unus attentaret non epiſcopus nihil faceret.

¶ Secundo ſequeretur, quòd ſub ordine ſacerdotali non ſit aliquis ordo in eccleſia, quod eſt contra eos, probatio conſequentiæ, quia nullam poteſtatem ſpiritualem habet diaconus, uel ſubdiaconus loquendo de poteſtate ſpirituali ſimpliciter, quia licet poſſit aliquid facere congrue diaconus, uel ſubdiaconus, quod non conferret congrue laicus, tamen ſi laicus attentaret illud facere, faceret ſimpliciter.

¶ Tertio ſequitur, quòd ſacerdotium eſſet duo ordines, quia ſacerdoti competit duplex poteſtas ſpiritualis, quia conficiẽdi euchariſtiam & abſoluendi pœnitentem quæ non ſunt una ptãs, quia una uidetur fuiſſe prior altera. In cœna enim contulit dominus Apoſtolis primam, ſecundam non contulit, niſi poſt reſurrectionem.

¶ Alia opinio, ſcilicet Scoti dicit, ꝙ ordo accipitur dupliciter, ſcilicet communiter, & propriæ, loquendo autem communiter de ordine dicitur ab Aug. ꝙ ordo eſt rerum parium diſpariumque unicuique loca ſua tribuens congrua diſpoſitio. Et iſto modo accipimus communiter in uniuerſo ordinem entium, ſicut loquitur philoſophus 12. Meth. Iſto etiam modo accipitur ordo in pollitiis bene diſpoſitis ubi perſona parium, & imparium in aliqua pollitia congrue diſpoſitio dicitur eſſe ordo illius pollitiæ a quo dicitur ordinata. Alio modo accipitur ordo propriæ ut eſt gradus eminentiæ, & talis eſt deſcriptio eius. Ordo eſt gradus eminens in eccleſia diſponens congruæ ad aliquem actum ad conſecrationem, uel diſpenſationem euchariſtiæ pertinentem.

19. de ciui. Dei. c. 13.

12. Met. com tex. 52.

DE ſecundo articulo, ſcilicet, quot ſunt ordines uidetur aliqualis cõtrouerſia, quia canoniſtæ dicunt ſiue computãt epiſcopatum inter ordines. Et iſtud confirmant auctoritate Dion. 5 eccleſiaſticę Hierarchiæ, qui ponit tantum tres ordines, ſcilicet epiſcopatum, ſacerdotium, & diaconatum. Item auctoritate Iſidori. 7. ethimologiarum c. 12 qui ponit epiſcopatum eſſe ordinem. Item auctoritate canonis qui ponitur diſt. 21. c. cleros. Probant etiam ipſi ratione, quia cum epiſcopo conueniat quædam poteſtas in quantum eſt epiſcopus, aut iſta erit ordinis, & tunc habetur propoſitum autiu riſdi-

riſdictionis,& tunc poſſet auferri per ſuperiorem, quod uidetur inconueniens, quia conſecratio alia multo minor conſecratione epiſcopi, non poteſt auferri quin ſemel conſecratum maneat conſecratum. Iſta uia poſſet teneri uno modo ſic, quòd gradus poteſt dici eminens propter nobilitatem actus quem reſpicit, uel propter multitudinem actuum quos reſpicit.

¶Iſta diſtinctio patet in aliis pollitiis. Nunc ad propoſitum diceretur, quòd epiſcopatus eſt ordo,& ſimpliciter ordo ſuperior, quia habet ordinem ad omnes actus eccleſiaſticos, ſacerdotium uero dicitur ordo, quia habet ordinem ad nobiliſſimum actum qui eſt conficere corpus Chriſti.

Reſponſio ad quæſitũ. ¶ Cum ergo quæritur in iſto a titulo. Quot ſunt ordines. Dico, quod ſi epiſcopatus eſt ordo, ut dicit præcedens opinio tunc ſunt octo ordines. Si autem epiſcopatus non eſt ordo, ſic ſunt ſeptem, quia cum ordo, ſit quidam gradus eminens in eccleſia diſponens de congruo ad aliquem actum qui eſt ad conſecrationem, uel diſpenſationem eucharistiæ pertinens quot ſunt gradus, ad dictam conſecrationem pertinentes tot ſunt ordines.

¶ Primus autem gradus diſponens ad conſecrationem eucharistiæ eſt ſacerdotium.

¶ Secundus autem gradus diſponens ad diſpẽſationem eius ſaltem ſanguinis eſt diaconatus.

¶Tertius diſponens ad oblationem materiæ eucharistiæ conſecrandæ eſt ſubdiaconatus,& iſti tres dicuntur ordines ſacri, quia immediate diſponunt ad aliquod miniſterium circa euchariſtiam. Vlterius aliqui gradus diſponunt ad actus aliquos remote ſe habentes ad euchariſtiam,& hoc diuerſimodè Vno modo ad orandum pro populo, & reuerenter ſucipiendum,& iſte eſt accolitatus illuminando cereos. Aliæ eſt diſpoſitio pertinens ad intellectum ſicut eſt cognitio,& hic eſt lector. Aliqui gradus ſunt ad reprimendum indignos, & hoc, uel homines ſic ſunt hoſtiarii, uel dęmones ſic ſint exorciſtæ.

DE tertio articulo dico, quod loquendo proprie de ſacramento, ordo non eſt ſacramentum proprie, quia omne ſacramentum eſt ſignum ſenſibile, ſed ordo eſt quidam gradus ſpiritualis, tamen accipiendo ſacramentum pro ſigno inuiſibili ſicut aliquid dicitur res,& ſacramentum, hoc modo poteſt dici ſacramentum, quia eſt ſignum gratiæ conuenientis executioni actus debiti.

¶ Diceres, quid, ergo eſt ſeptimum ſacramentum, dico quod eſt ordinatio, cuius eſt talis deſcriptio, ordinatio eſt inſtitutio alicuius in gradu eccleſiæ pręeminente cui conuenit aliquod miniſterium circa euchariſtiam exhibendam ſacta a miniſtro idoneo certa uerba proferente ſimul cum intentione debita, miniſterium gradus illius aliquo ſigno uiſibili præſente ea inſtitutione diuina efficaciter ſignans gratiam pręeminentem qua ordinatus digne miniſterium illud exequatur. *Quid ſit ordinatio.*

DE quarto articulo, ſcilicet, quomodo ſacramentum ordinis eſt unum. Dico, quod eſt unum unitate morales generis propinqui, ſicut uirtutes morales dicuntur eſſe tres ſecundum genus, ſcilicet iuſtitia, fortitudo,& temperantia, tamen in ſpeciali quælibet in multa diuiditur. Eſt etiam alia unitas inter ordines,& ordinatos, ſcilicet unitas ordinis, quia congruum eſt prius recipere ordinem inferiorem, quam ſuperiorem, nec tamen iſte ordo eſt ſimpliciter neceſſarius, ideo notanter dicitur congruum, quòd ſi prætermittatur nihil fit, quod impediat a ſuſceptione ordinis, ut apparet extra de clerico, per ſaltum promoto.

¶ Ad argumentum principale dico, quod ſint plures alterius ſpeciei, & cum arguit de excellentia poteſt concedi, quòd eo modo quo caracteres ſunt entia habent talem excellentiam.

Vtrum pęna canonica impediat a ſuſceptione, & collatione ordinum?

Scotus 4. ſent. diſt. 25 q. 1.
D. Thomas 4. ſent diſt. 25 q 1. Artic. 3.

QVAESTIO II.

AD ſecundā quæſtionem ſic proceditur. Videtur, q̄ pœna canonica non impediat a ſuſceptione, & collatione huius ſacramēti, ſcilicet ordinis, quia ſacerdos excōmunicatus, uel irregularis ſi attentat conficere conficit, ergo ſi a ſimili ſi epiſcopus excommunicatus, uel irregularis attentat ordinare ordinat, & iſte qui ſuſcipit ſi intendit ordinari ordinatur, conſequentia patet per locum à ſimili.

¶ In contrarium j.q.j.c. De cętero, dicitur, quòd talem ſuſceptionem, uel collationem decernimus.

¶ In iſta quæſtione quinque ſunt uidenda. Primo, quid eſt pœna canonica. Secundo quæ, & quot ſunt pœnę canonicę. Tertio qualiter pœnæ canonicę inſligun tur. Quarto qualiter pœnæ canonicæ tolluntur. Quinto ſi propter pęnas canonicas a ſuſcipiendis uel conferendis ordinibus repellantur.

Quid ſit pœna canonica.

DE primo dicò, quòd pœna canonica eſt pœna inflicta per canones prohibens punitum ab aliquo actu eccleſiaſtico quem alias liceret. Hoc ultimum quē alias liceret additur, quia non eſt pœna laico, quòd non poſſit conficere, quia ſibi hoc non competit, ſed ſacerdoti ordinato. Dicitur autem ſecūdum canones, quia ſiue a canone inſligatur ſiue a iudice, tamen ad hoc, quod ſit iuſta pœna debet ſecundum canones inſligi. Dicitur autem prohibens, quia pœna de qua loquimur uidetur artare tanquam prohibitio, uel continere ſubarcere, uel artare.

DE ſecundo, quæ, & quot ſunt pœnę canonicæ. Dico, quòd ſunt ſex, ſcilicet depoſitio, uel degradatio, infamia, irregularitas, excommunicatio, interdictū, uel ſuſpenſio. Depoſitio eſt maxima pœna canonica, quia eſt totalis amotio a ſtatu clericali. Degradatio autem generaliter ſumpta idē eſt quod depoſitio quamuis particularis degradatio poſſit eſſe quædam pœna particularis reſpectu depoſitionis. Infamia eſt ſtatus læſæ dignitatis quantum ad uitam, & ad mores ſicut fama eſt illæſio quantum ad uitam, & mores. Irregularitas eſt inhabilitas ad ſuſceptionem, & executionē ordinum. Excommunicatio eſt excluſio alicuius a communione fidelium maxime in ſacramentis. Interdictū eſt arctatio a quibuſdam actibus eccleſiaſticis exercēdis, uel ab aſſiſtendo talibus actibus. Suſpenſio eſt prohibitio ab aliquo alias conueniente, & hoc ad tēpus, & hæc eſt multiplex, quia quædam eſt ſuſpenſio ab officio, quædam ab ingreſſu eccleſiæ.

Suſpenſio multiplex.

DE tertio articulo, ſcilicet qualiter pœnæ canonicæ inſliguntur. Dico, quod depoſitio, & degradatio remouet hominem a ſtatu clericali, & tradit eum curiæ ſeculari. Iſta autem pœna præciſe inſligenda eſt a iudice. Forma autem ſecundum quam inſligenda eſt habetur in ſexto decretalium, extra de pœnis, c. degradatio. Cauſæ autem propter quas inſligenda eſt ſunt peccata enormia, utputa hæreſis, ſchiſma, reuelatio confeſſionis. Primum patet extra de hæret. ad abolendam. Secundum extra, de ſchiſmaticibus, ad abſcindendos. Tertium extra de pœni. & remiſ. Omnis utriuſque ſexus. Pœna autem infamiæ incurritur impoſitione criminis infamatorii. 6. quęſt. j. ç. Qui ſunt. Iſta læſio diuerſimodo incurritur. Vno modo propter crimen publicum publicæ commiſſum, uel quia a iudice coram quo crimen probatur iudicatur infamis. Differentia tamen eſt inter infamatum, & infamiam, hoc autem loquimur de infami. Pœna irregularitatis inſligitur a iure, & hoc aliquando ex criminibus, aliquando non ex criminibus, aliquando ex illis quæ poſſunt interdum eſſe crimina, interdum nō eſſe crimina. Crimina in genere ſunt quatuor. Vnum eſt ſimonia. Aliud eſt ordinem factum, uel non factum furtiue recipere. Aliud eſt in ordine non ſuſcepto miniſtrare. Aliud eſt contumacia non obſeruando pœnas canonicas. Non autem in genere crimina ſunt iſta tria ſeruitus, illegitima natiuitas, & multiplicatio membri. Iſta autem quæ aliquando poſſunt eſſe crimina aliquando non ſunt bigamia, & homicidiū, quia homicidiū aliqñ pōt eſſe uoluntariū, aliqñ

caſuale

caſuale. Excommunicatio aliquando infligitur a iure quandoque a iudice, ſed ſi ue ſic, ſiue ſic infligatur bono modo non habetur numerus excommunicationſ. Hoc tamen dico, ꝙ nec a iure, nec a iudice debet infligi niſi pro peccato mortali, nec pro quocunque mortali, ſed graui, ad quod ſequitur contumacia ut in aliis diſtinctionibus dictum fuit. Interdictum autem poteſt infligi aliquando loco, & non perſonæ, aliquando perſonæ, & non loco, quandoque loco, & perſonę ſimul, & iſta pœna contrahitur a iure, quandoque a iudice. Suſpenſio autem aliquando infligitur a iure, ut patet extra de ſen. ex com. cum medicinalis, aliquando infligitur ab homine.

DE quarto articulo, ſcilicet qualiter pœnæ prædictæ tolluntur, ſeu remittuntur, aut in eis diſpenſatur.

¶Dico primo, quòd depoſitus ſeu degradatus non reſtituitur niſi per reſtitutionem in integrum ab eo qui poteſt reſtituere ſicut eſt Papa ꝑ quamuis legitimæ depoſitus non legatur poſtea reſtitutus.

Quo tollatur infamia ¶ Secundo dico, ꝙ infamia tollitur per purgationem canonicā, ut extra de pur. ca. ex tuarum.

¶Tertio dico, ꝙ irregularis aut incurritur ex criminibus, aut ex his, quæ poſſunt eſſe aliquando crimina, aliquando non crimina. Si ex criminibus, aut eſt ſimonia, aut eſt ordo furtiue ſuſceptus, aut eſt adminiſtratio in ordine non ſuſcepto uel furtiue ſuſcepto, aut contemptus pœnæ canonicæ. Si eſt ex ſimonia hoc eſt dupliciter, quia aut eſt in officio, & tunc diſpenſat ſolum Papa, aut in beneficio tunc poteſt epiſcopus diſpenſare. Si autem eſt ex ordine furtiue ſuſcepto, diſtinguo, quia aut prohibetur per excommunicationem, ne quis accedat niſi de iſto epiſcopatu, & prius legitime examinatus, & receptus aut non eſt talis prohibitio. In utroque caſu furtiue ſe ingerés eſt irregularis, ſed in primo non diſpenſatur niſi per Papam. In ſecundo per epiſcopum, ut extra de illo, qui furtiue ordinem recepit, in primo, & ſecundo capitulis tam ex textu quam in gloſa. Si autem irregularitas eſſet ex adminiſtratione in ordine non ſuſcepto diſpenſatur per epiſcopum, ut extra, de clerico non ordinato miniſtrante. c. 1. Si autem eſſet irregularitas ex contumacia pœnæ canonicæ diſpenſatur per illum cuius autoritate pœna canonica fuit inflicta.

Quando autem irregularitas non eſt ex crimine ſicut eſt ſeruitus, propter quam homo dicitur inhabilis ad ſuſcipiēdum ordines ſi talis de facto ordinaretur inuito domino aut poſtmodum non conſentiente, tunc debet eum dominus actibus decentibus ſtatum ſuum, ſcilicet ordinari occupare. Quando autem eſt irregularitas ex illegitima natiuitate diſpenſatur per Papam, ut patet extra, de filiis præsby. Sed ſi irregularitas eſſet ex mutilatione, & eſſet enormis, & ipſe eſſet in cauſa uix diſpenſatur, ut habetur diſ. 55. ſiquis abſciderit. De aliis autem, ſcilicet homicidio, & bigamia patebit inferius. *Diſt. 33.*

¶ Quarto dico, quòd excommunicatio relaxatur per abſolutionem factam ex iſto qui excommunicauit, ſi excommunicatio eſt a iudice, uel ſuperiori eius, ſi autem eſt a iure tollitur per abſolutionē eius, qui ius condidit.

¶ Quinto dico, quòd interdictum relaxatur per illum, qui poſuit interdictum. In cęteris tamen caſibus relaxatur quandoque a iure, ut extra de ſeutentia excommunicationis. c. alma mater.

¶ Sexto dico, ꝙ ſuſpenſio tollitur per relaxationem factam talis ſuſpenſionis per eum qui eam tulit.

DE quinto articulo, ſcilicet principali, ſi pœnæ prædictæ impediant ſuſceptionem ordinum. Dico, quòd de quinque pœnis ultimis certum eſt, quòd non prohibent a collatione, uel ſuſceptione ordinum de facto, ut habetur 1. quæſt. 1. c. quod quidam. Et eſt ratio, quia cum illis pœnis poteſt ſtare ratio miniſtri, & ſuſcipientis, & alia neceſſaria hincinde. De iure autem prohibentur ita, quòd illicite attentetur contrarium, tamen ſi attentatur contrarium huius fit, quod intenditur. De prima autem pœna ſicut eſt degradatio eſt dubium, ſi epiſcopus degradatus ordines de facto conferret, quod dubium uſque alias differatur.

¶Ad argumentum in contrarium patet ex dictis, &c.

DISTINCTIO XXVI. & XXVII.

Circa diſtinctionem uigeſimamſextam & uigeſimamſeptimam quæritur.

Scotus 4. ſent diſt 27 q 1.
Petrus de Aquila 4. ſent. diſtinct 26. & 27. quaſt 1.

QVAESTIO I.

CVMQVE alia ſacramẽta Circa iſtam diſ 26. & 27. in quibus Magiſter incipit agere de ſacramẽto matrimonij, quæro tres quæſtiones. Primo. Vtrum matrimonium ſit coniunctio maris, & fœminæ. Secundo. Vtrum ſit honeſtum marem, & fœminam matrimonialiter coniungi. Tertio. Vtrum matrimonium ſit a Deo inſtitutum.

AD primam quæſtionem ſic proceditur Videtur, quòd matrimonium non ſit coniunctio maris, & fœminæ, quia iſta coniunctio, uel eſſet corporum, uel animorum, non autem eſt animorũ, quia tunc in patria eſſet matrimonium, quod eſt contra illud Matth. In regno cœlorũ non nubent, neque nubentur. Nõ eſt ẽt coniunctio corporum, quia tunc inter Mariã, & Ioſeph non fuiſſet uerum matrimonium.

Cap. 19.

¶ In contrarium eſt Magiſter in litera qui dicit, ꝙ matrimonium eſt coniunctio maris, & fœminæ.

¶ Ad iſtam quæſtionem dico, ꝙ aliud eſt quærere quid eſt matrimonium ſecundũ ſuam deſcriptionem, & aliud quid eſt ſecundum nominis interpretationem. Si autem quæritur quid eſt matrimonium ſecundum ſuam deſcriptionem, an uidelicet ſit coniunctio maris, & fœminæ. Dico, ꝙ aliud eſt matrimoniũ aliud eſt contractus matrimonii, & aliud eſt ſacramẽtum matrimonii. Et patet hæc diſtinctio per ſe, quia matrimonium eſt relatio realis extrinſecus aduenienꝯ, uel ad minus eſt relatio rationis permanens in animabus coniugum. Contractus autem matrimonij eſt in fieri, & eſt actio, uel paſſio interior, uel exterior. Sacramentum aũt matrimonii, quia eſt ſignum ſignans contractum matrimonii ſimpliciter eſt in fieri. Et tunc dantur eorum trium deſcriptiones tales. Primo quid eſt matrimonium. Nam ſubſtãtia matrimonii eſt uinculum indiſſolubile inter maritum, & fœminam ex mutua tanslatione corporum mutuæ poteſtatis ſuorum in ſe inuicem facta ad procreanda prolẽ debite educãdam. Cõtractus uero matrimonii eſt maris & fœminæ mutua translatio, poteſtatis ſuorum corporum pro uſu perpetuo ad procreandam prolem debite educandam. Sacramentum uero matrimonii eſt expreſſio certorum uerborum maris, & fœminæ ad ſe inuicem ſignificantiuum traditionem mutuæ poteſtatis corporũ ad prolem debite procreandam ex inſtitutione diuina efficaciter ſignans gratiã conferendam mutuo contrahentibus ad coniunctionem mutuam animorum gratioſam.

Quid ſit matrimonium.

¶ Ex dictis patet quomodo matrimoniũ eſt coniunctio maris, & fœminæ, quia matrimonium eſt uinculum indiſſolubile inter maritum, & fœminam ex mutua translatione poteſtatis corporum ſuorũ ad inuicem facta ad procreandam prolẽ debite educandam.

¶ Si autẽ quæratur de matrimonio quantum ad nominis interprætationem dicũtur aliqui, ꝙ matrimonium non nominatur a patre, nec a matre, ſed ab utroq; inquantum uniuntur, & ideo matrimonium dicitur a materia, & menos, quod eſt unum, unde matrimoniũ dicitur quaſi unam materia. Sed melius dicitur ſecundum Iſidorum, ꝙ matrimonium dicitur a matre, nam ut ibidem innuitur hoc ſacramentum habet triplicem appellationem ſecundum triplicem conſiderationem. Dicitur enim coniugium, nuptiæ, & matrimonium. Cuius ratio eſt, quia poteſt tripliciter conſiderari, ſcilicet ſecundum illud quod eſt, & ſecũdum ſignum in quo appret, & ſecundum fructum, ad quem perducit ſicut eſt bonum prolis. Si conſideretur ſecundum illud, quod eſt ſic dicitur coniugium quaſi cõe iugum, quia ibi eſt obligatio maris, & fœminæ.

Vnde dicatur matrimonium.
9. Ethimologicarum.

Si

Si autem conſideretur quo ad ſignum in quo apparet ſic dicitur nuptiæ, quaſi a nube, quia nubentes operari ſolebant, & eorum capita uelabantur. Si autem cõſideretur tertio modo, ſcilicet ſecundum fructum ad quem perducit ſicut eſt bonum prolis, ſic dicitur matrimonium a matre, quia reſpectu nati magis laborat quam pater in portando, pariendo, & nutriendo.

¶ Ad argumentum principale concedo, ꝙ matrimonium eſt coniunctio animorum in corpore exiſtentium. Nec propter hoc ſequitur, ꝙ in patria ſit matrimonium. Tunc, quia non eſſet ibi in officium, tum etiam quia non eſſet ibi in remedium, igitur &c.

Vtrum ſit honeſtum maritum, & fœminam matrimonialiter coniungi.

Petrus de Aquila 4. ſententiarum. diſtinct. 26 & 27. quæſt. 2

QVAESTIO II.

AD ſecundã quæſtionem ſic proceditur. Videtur, ꝙ non ſit honeſtum maritum & fœminam matrimonialiter cõiũgi. Quia non eſt honeſtum ut ſuperior obligetur inferiori. Sed uir eſt ſuperior muliere, igitur non eſt honeſtum ut uir obligetur mulieri, igitur.

¶ Contra, quod ſit ſine peccato eſt honeſtum, ſed coniunctio matrimonialis eſt ſine peccato, igitur eſt honeſta.

Opinio Socratis. ¶ In iſta quæſtione eſt opinio Socratis, ut patet tertio Politicorum, quòd nõ ſit bonum maritum, & fœminã matrimonialiter coniungi, quia melior eſt politia illa ĩ qua poſſeſſiones, & uxores ſunt communes quam iſta in qua ſunt diſtinctæ. Sed iſta opinio nõ ſolum apud Theologos reprobatur, ſed etiam apud philoſophos eſt falſa, ut patet tertio Politicorum. Quia uaga, & indifferens permixtio maris, & fœminæ eſt contra bonum prolis, contra bonum familiæ, & contra bonum ciuitatis, ut ſtatim probabitur.

¶ Dico ergo ad quæſtionem tres cõcluſiones. Prima eſt, ꝙ honeſtum eſt ad procreandam prolem debite educandam maritum, & fœminam indiſſolubili uinculo ſibi inuicem copulari, & etiam obligari.

¶ Secunda concluſio, quòd honeſtum eſt ad procreandam prolem debitæ educandam marem, & & fœminam poteſtatem ſuorum corporum ſibi inuicem mutuo, & ſponte tradere pro uſu perpetuo.

¶ Tertia concluſio, congruum eſt donationem iſtam mutuam a Deo inſtitui, & approbari.

PRIMA concluſio probatur ſic. Hominem uelle procreare prolem in ſpecie humana eſt actus debite circunſtantionabilis. Sed iſte actus debite circunſtantionatur ex tribus, ſcilicet uelle procreare prolem debitæ educandam, & ꝙ iſte actus ſit determinatarum perſonarum maris, & fœminæ, & ꝙ ad illum actũ indiſſolubili uinculo obligentur. Iſte autem actus eſt actus matrimonialis, & omnis talis circunſtãtionatus eſt honeſtus, ergo bonum, & honeſtum eſt ad prolem procreandam, & ad debite educandam marem, & fœminam indiſſolubili uinculo ſibi inuicem copulari, & obligari. Probatio maioris. Actus qui de ſe nõ eſt bonus bonitate morali, nec de ſe malus malitia oppoſita eſt actus debite circunſtantionabilis, ſed procreare prolem eſt actus non de ſe bonus bonitate morali, nec de ſe malus, ergo eſt de ſe debite circũſtantionabilis. Probatio minoris. Nã iſta minor habet tres partes. Prima pars eius probatur ſic. Quilibet ex charitate tenetur diligere proximum, & prolem ſuam ſicut ſeipſum. Sed quilibet tenetur diligere ſe ad honeſtam conuerſationẽ, & cultum diuinum, igitur debet diligere, & educare prolem ſuam debite ad cultum Dei. Hoc confirmatur per Auguſtinum ſuper Gen. dicentem. Bonum prolis non dicitur ipſa proles, ſed ſpes ac deſiderium quo proles ad hoc quæritur, ut religioſe informetur. *Cap. 9.*

¶ Secunda pars probatur ſic, quia ſi matrimonium non eſſet inter perſonas determinatas, ſed eſſet uaga permixtio, ut ponebat Socrates, hoc eſſet primo contra bonum prolis. Secundo contra bonũ familiæ. Tertio contra bonũ ciuitatis.

¶ Primum probatur, quia proles non religioſæ educaretur, tum ex parte parentum, quia non haberent determinatam notitiam ſuæ prolis ſaltem pater, & ita non eſſet ſollicitus ſuæ proli debitam impendere diſciplinam, nec econuerſo proles patri debitam reuerentiã, & timorem filialem propter quem timorem filius magis obedit patri, & ab eo facilius eſt diſciplinabilis, quam ab alio.

¶ Secundum etiam probatur, quia bonum familiæ conſiſtit in aliqua firma adhæſione perſonarum principalium familiæ. Sed iſta firma adhæſio non eſſet niſi familia cognoſceret patrem.

¶ Tertium etiam patet, quia amicitia ciuium, ut placet eſt ex determinata propinquitate in gradu certo. Sed ibi nulla eſſet propinquitas in certo gradu, quæ eſſet cauſa amicitiæ.

¶ Tertia pars minoris patet ex parte prima, quia melius eſt, quòd proles educatur ſi parentes ſunt indiſſolubili uinculo copulati.

SECVNDA concluſio principalis eſt, quòd honeſtum eſt ad procreandum prolem debite educãdam marem, & fœminam poteſtatem ſuorum corporum ſibi inuicem tradere pro uſu perpetuo. Quæ probatur ſic. In matrimonio expedit marem, & fœminam per proprias uoluntates, uel per uerba, uel per ſigna exprimentia eorum uoluntates obligari, ſed illud non fit niſi per cõtractũ unde naſcitur obligatio uoluntatum maris, & fœminæ. Iſte autem contractus nõ eſt niſi mutuę donatio poteſtatis corporum perpetuo ad illũ actum, igitur, &c. Probatur ſic maior Quia illa oblatio uel naſcitur ex impoſitione legislatoris, uel ex propriis uoluntatibus. Sed ſecundum eſt magis utilius, & magis conſonum naturali rationi, quia ex quo oblatio debet eſſe indiſſolubilis, expedit quòd modus quo fit, ſit conueniens indiſſolubilitati eius. Sed ſi cogerentur a legislatore ſibi coniungi minus ſibi placerent, & ſic maior eſſet occaſio diſſenſionis futuræ. Quia ſicut dicitur 20. quæſt. 3. præſens, quod quis non eligit profecto non diligit, quod autem non diligit facile contemnit.

Quid ſit contractus.

TERTIA concluſio, quòd, ſcilicet, congruum eſt dilectionem iſtam mutuam a Deo approbari, probatur ſic. Nullus poteſt rem alicuius domini alteri obligare niſi de conſenſu, & approbatione eiuſdem domini. Sed corpus cuiuſcunque iure creationis eſt Dei, igitur nullus poteſt illud transferre in dominium alterius, niſi inquantum Deus approbat. Deus autem approbat omne quod eſt bonum, & honeſtum. Sed bonum, & honeſtum eſt marem, & fœminam matrimonialiter poteſtatem ſuorũ corporum ſibiinuicem tradere mutuo, ut patet ex prima, & ſecunda concluſione, igitur congruum eſt Deum iſtam donationem approbare.

¶ Ad argumentum in contrarium dico, quòd uir, & mulier in libertate uoluntatis ſunt æquales, & una non eſt ſuperior altera, & ſic poteſt unus alteri obligari, &c.

Vtrum matrimonium ſit a Deo inſtitutum?

Petrus de Aquila 4. ſent. diſtinct. 26. & 27. quæſt. 1.

QVAESTIO III.

AD tertiam quæſtionem ſic proceditur. Videtur, quòd matrimonium non ſit a Deo inſtitutũ. Quia inſtitutio m̃rimonii fit ĩ illo uerbo, hoc nunc os ex oſſibus meis, ſed illud facit uerbum hominis, igitur matrimonium inſtitutũ fuit ab homine.

¶ Contra. Gen. dixit dominus. Creſcite, & multiplicamini. Sed incrementum erat per matrimonium, ergo matrimoniũ fuit inſtitutum a Deo. *Cap. 1.*

¶ Ad iſtam quæſtionem dico tres concluſiones. Prima, quòd matrimonium fuit a Deo inſtitutum. Secunda eſt quando fuit inſtitutum. Tertia qualiter fuit inſtitutum.

PRIMA cõcluſio probatur per tertiam rationem factam in tertia concluſione ſecũdæ quæſtionis, ſcilicet, quòd nullus poteſt alterius rẽ obligare niſi de conſenſu eius cuius eſt. Sed corpora noſtra iure creationis ſunt Dei, ergo non poſſumus ea obligare niſi de conſenſu Dei.

Sed

Sed in matrimonio obligantur corpora, ergo oportet, quòd fiat de cõſenſu Dei, & per conſequens matrimonium fuit in-
Cap. 19. ſtitutum a Deo. Hinc ſcribitur Matth. quos Deus coniungit homo nõ ſeparet. Loquitur ibi Chriſtus de coniunctione matrimoniali.

DE ſecunda concluſione, ſcilicet, qñ fuit inſtitutum, dicit una opinio, ꝙ matrimonium datum eſt in officium, & datum eſt in remedium. Et ſic duplex eſt eius inſtitutio. Vna ante lapſum quando datum eſt matrimonium in officium.

¶ Alia poſt lapſum quando matrimoniũ datum eſt in remedium.

¶ Contra hoc obiicitur, quia omnia ſacramenta efficaciam habent a ſanguine Chriſti, & paſſione, ut exhibita, uel promiſſa. Sed ſi ſtatus innocentiæ permanſiſſet, paſſio Chriſti non fuiſſet exhibita. Ergo hoc non obſtante dicendum eſt ut prius, ꝙ matrimonii duplex fuit inſtitutio ſicut ponunt antiqui Doctores. Nec ualet inſtantia, quia hoc quæritꝗ̃ de facto ſine conditione. In inſtantia autẽ accipitur altera præmiſſarum cũ conditione, ideo non poteſt inferri concluſio de facto ſine conditione, quia cõcluſio ſemper tenet ſe cum præmiſſa debiliori ex primo priorum. Vel põt dici aliter quam in matrimonio duo ſunt, ſ. contractus matrimonii, & obligatio indiſſolubilis. Con-
Cap. 2. tractus autem matrimonij eſt a Deo inſtitutus ante lapſum. Gen. 2. cum dictum eſt. Hoc nunc os ex oſſibus meis. Et poſt
Cap. 3. lapſum. Gen. Multiplicabo ærũnas tuas. Sed quantum ad obligationem indiſſolubilem inſtituit Deus matrimoniũ cũ ait. Relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit uxori ſuæ. Adhærebit inquam non momentaneæ, ſed ſemper.

DE tertia concluſione, ſcilicet qualiter fuit inſtitutum, ſi eius inſtitutio fuit preceptio. Dico ſicut immediate præmiſſum eſt, ꝙ duplex eſt matrimonii inſtitutio, una ante lapſum in officium, alia poſt lapſum non ſolum in officium, ſed etiam in remedium. Prima autem inſtitutio matrimonii habuit præceptum, & illud præceptum eſt affirmatiuum, ſicut dicit Magiſter, & fuit iuris naturalis, naturale autem ius quædam dictat ſimpliciter, ut amare Deum, quædam autẽ dictat ad tempus, ſicut ꝙ omnia ſunt communia, & iſto modo iſtitutio matrimonii ſub præcepto fuit. Quia quandiu pauci erant dictabat ius naturale, ꝙ multiplicãda eſſet ſpecies humana ad cultum Dei. Sed ceſſante illo ſtatu ceſſauit præceptũ, & ideo ſecunda inſtitutio tpe legis gĩæ habuit indulgentiam, non præceptum.

¶ Ad argumentum in contrarium dico, ſicut Magiſter dicit, ꝙ Adam a Deo illuſtratus propheticæ locutus eſt dicendo. Hoc nunc os ex oſſib. meis, & uerbũ illud non fuit a ſemetipſo, ſed a Deo, & ideo huius ſacramenti inſtitutio eſt a Deo.

DISTINCTIO XXVIII. & XXIX.

Circa diſtinctionem uigeſimamoctauã, & uigeſimamnonam quæritur,

Vtrum ſolus conſenſus de præſenti expreſſus uerbis cauſet matrimonium?

Scotus quarto ſententiarum diſtinctio. 28. q. 1.

D. Thomas 4. ſententiarum diſtinctio 27. queſt. 1. Arti. 3.

Ricardus quarto ſententiarum diſtinctio 48. q. 2.

QVAESTIO I.

HIC quæri ſolet. Circa diſt. 28. & 29. quæro duas quæſtiones. Primo. Vtrum ſolus conſenſus expreſſus uerbis de præſenti cauſet matrimonium? Secundo. Vtrum conſenſus coactus ſufficiat ad contrahendum matrimonium?

AD primam quæſtionem ſic proceditur. Videtur, ꝙ ſolus conſenſus expreſſus per uerba de præſenti non cauſet matrimonium, quia omne uinculum ad quod poteſt ſequi copula carnalis ſine peccato eſt matrimonium. Sed poſt conſenſum expreſſum uerbis poteſt ſequi copula carnalis ſine peccato, ergo, non ſolus conſenſus per uerba de præſenti cauſat matrimonium. Probatio minoris, quia contrahentes per uer-

ba de futuro ſi coniungantur carnaliter tunc iſti non fornicantur nec adulterantur, immo ſequente inter eos copula carnali eccleſia dicit inter illos matrimonium.

¶In contrarium eſt Magiſter in litera.

Vtrum conſenſus coactus ſufficiat ad contrahendum matrimonium?

Seraphicus Bonauentura 4. ſententiarū diſtin. 29. q. 1. Ar. 2.
Scotus 4. ſent. diſt. 29. q. 1.
Ricardus 4. ſent. diſt. 29. q. 1.
Franc. de May. 4. ſent diſt. 29. q. 1.
Durandus 4. ſent. diſt. 29. q. 1.

QVAESTIO II.

AD ſecundam etiam quæſtionem ſic proceditur. Videtur, quòd conſenſus coactus ſufficiat ad contrahendū matrimonium, quia baptizatus timore pœnarum eſt baptizatus, & cogēdus eſt ad obſeruantiam fidei Chriſtianæ, ut habetur extra de baptiſmo, & eius effectu. c. maiores, igitur a ſimili contrahens matrimonium coactus, uel timore pœnarū uere contrahit, & eſt cogendus tenere matrimonium carnale, ergo conſenſus coactus ſufficit ad contrahendum matrimonium. Conſequentia patet a ſimili, quia ſicut ibi eſt matrimonium ſpirituale, ita hoc eſt matrimoniū carnale, ergo.

¶Contra. Non eſt minus fauorabile matrimoniū ſpūale, quā carnale, ſed conſenſus coactus impedit matrimoniū ſpūale, igiť, &c. Probatio minoris, quia cōſenſus coactus impedit profeſſionē religiōis, ut habetur 20. q. 3. c. præſens.

¶Hic præmittendæ ſunt aliquæ diſtinctiones, & communiter reſpondendū eſt ad propoſitas quæſtiones. Diſtinctiones præmittendæ ſunt quatuor. Quia conſenſus alius tacitus, alius expreſſus, ut notatur extra, qui clerici, uel uouentes matrimoniū contrahere poſſunt. c. ult. Item conſenſus expreſſus alius de præſenti ut accipio te in meā. Alius de futuro ut accipiam te in meam, ſicut notatur extra de ſponſalibus in tribus capitulis. Itē cōſēſus abſolutus alius alius cōditionatus, & hoc diuerſimode ſm̄ diuerſas cōditiones oppoſitas, ut habetur in prædicta rubrica. Itē cōſenſus alius liber, alius coactus, ut no. extra de his quæ ui metuſve Cap. 3. cauſa fiunt, c. j. & clarius habetur 3. ethi.

¶His præmiſſis de conſenſu coacto dicetur in 1. q. de aliis autem proſequendo, dico ad qōnē quatuor concluſiones. Prima, ꝙ conſenſus tacitus non facit matrimonium. Secunda, ꝙ conſenſus de futuro uerbis etiam expreſſis non cauſat matrimonium. Tertia ꝙ conſenſus de præſenti uerbis expreſſus cauſat matrimonium. Quarta. Si conſenſus conditionatus cauſat matrimonium.

PRIMA concluſio probatur ſic. In matrimonio acquirunt cōiuges inter ſe Diſt. 26. ius in inuicem, ut patuit ſupra. Sed quātumcunque uelim dare aliquid nullum ius accipitur illi per uoluntatem meā tacitam, igitur in matrimonio non ſufficit conſenſus tacitus. Secundo ſic, ſi cōſenſus tacitus faceret matrimonium cū iſte conſenſus ſit occultus, & immanifeſtus nulla habetur certitudo matrimonii, qđ eſt incōueniens. Vltimo ſic, matrimoniū eſt ſacramentū, ſed ſacramētū eſt ſignū, ergo eā matrimonii debet eſſe ſignū. Sed in conſenſu tacito nullum eſt ſignum, ergo conſenſus tacitus non facit matrimonium.

SECVNDA concluſio probatur ſic. In matrimonio debet eſſe plenus cōſenſus. Sed conſenſus de futuro non eſt plenus conſenſus. Quia ſicut quod de futuro eſt non eſt, ita quod conſentit de futuro conſentit non plene, ergo.

¶Præterea. In conſenſu, qui accuſat matrimoniū, qui ſemel conſentit nō debet amplius conſentire. Sed qui cōſentit de futuro debet iterū conſentire, igitur cōſenſus de futuro non cauſat matrimoniū. Item in matrimonio eſt traditio mutua, & libera ptās corporis, ſed nullus promittēdo tradit illud qđ promittit, immo eſt contradictio, ꝙ promittendo de futuro actualiter tradat mutuæ poteſtati corpus ſuum, igitur conſenſus de futuro non cauſat matrimonium, uel contractum matrimonii.

E X

EX præcedenti quæſtione probatur tertia concluſio ſic. Ille enim conſenſus cauſat contractum matrimonii quo coniuges tradunt ſibi poteſtatem corporum ſuorum. Sed iſte eſt conſenſus expreſſus uerbis de præſenti, igitur conſenſus expreſſus uerbis de præſenti eſt cauſa matrimonii.

QVARTA concluſio. Si conſenſus conditionatus eſt cauſa matrimonii, dico ꝙ conſenſus conditionatus, uel ſic per uerba de futuro, uel per uerba de præſenti. Si per uerba de futuro eſt idem iudicium, quod de matrimonio per uerba de futuro de quo dictum eſt in ſecunda concluſione.

¶ Notandum autem, quod conditio de futuro, aut apponitur per modum pœnæ, aut ut determinatio contractus. Si per modum pœnæ nullius eſt uigoris pro eo, quod matrimonia debent eſſe libera. Vt ſi quis proponit promitto contrahere te cum ſub pœna centum marcarum. Si autem apponitur, ut determinatio contractus diſtinguendum eſt. Quia aut iſta cõditio eſt honeſta, uel inhoneſta. Si eſt honeſta ſtante conditione ſtant ſponſalia, non ſtante non ſtant. Vt ſi quis dicat cõtraham tecum ſi placuerit patri meo, uel ſi uolueris conuerti ad fidem. Si autem ẽ inhoneſta hoc eſt dupliciter Quia aut ẽ contra ſubſtantiam matrimonii, aut non. Si contra ſubſtantiam matrimonii nulla eſt obligatio, ut ſi dicat contraham tecum ſi procuraueris uenena ſterilitatis, uel aliquod huiuſmodi. Si autem ẽ inhoneſta, & non contra ſubſtantiam matrimonii, ut ſi dicatur contraham tecum ſi furatus fueris, uel ſi Deum offenderis, talis conditio pro non adiecta habenda ẽ. Si autem conſenſus fiat per uerba de præſenti, aut conditio eſt præterita, aut præſens, aut futura. Si conditio eſt præterita, ut accipio te in meam ſi mortuus eſt pater tuus. Vel de præſenti, ut accipio te in meam ſi tu es uirgo, ſtante conditione fiat matrimonium. Si autem conditio eſt de futuro, aut futuri neceſſarii, aut futuri contingentis. Si futuri neceſſarii, ut accipiam te in meam ſi ſol oriatur cras, tunc ſtat matrimonium. Si autem conditio eſt contingens, dico, ꝙ non eſt matrimoniũ eo, ꝙ conſenſus dependet de futuro, ſicut conditio, & ideo iudicandum eſt tũc ſicut de futuro. Nec eſt matrimonium niſi carnalis copulatiua ſubſequatur, quia tunc intelligitur a conditione appoſita receſſiſſe.

Quando eſt uerum matrimonium.

¶ Ad argumentum principale huius quæſtionis eccleſia dicit inter eos eſſe matrimonium, ut arguebatur, & ſic maior debet ſane intelligi, uel totaliter negari.

Vtrum conſenſus coactus ſufficiat ad contrahendum matrimonium?

Seraphicus Bona. 4. ſent. diſtinct. 29. quæ. 1. Artic. 1.
Scotus 4. ſent. diſtin. 29 q. 1.
Ricardus 4. ſent diſt. 29. q. 1.
Franciſcus de Mayronis 4. ſententiarum diſtinct. 29 q. 1.
Durandus quarto ſententiarum diſtinctio. 29. quæ. 1.

QVAESTIO II.

AD ſecundam quæſtionem qua quæritur. Vtrum conſenſus coactus ſufficiat ad contrahendum matrimonium? Eſt una opinio, quæ duo dicit. Primo enim dicit, ꝙ nullus poteſt cogi ad conſenſum interiorem, poteſt tamen cogi ad conſenſum exteriorem propter minas, ut dicat uerba exprimentia conſenſum.

Gotfr. d fonti bus quol. 13 q. 15.

¶ Secundo dicit, ꝙ eccleſia præſumit illum conſenſum, qui ſufficit ad matrimonium contrahendum. Voluntas enim coacta uoluntas eſt ſecundum Auguſtinum.

¶ Contra primum dictum obiicitur ſic. Quicunque cogitur ad aliquid, quod nõ poteſt eſſe ſine alio, abſque peccato mortali cogitur ad illud aliud. Sed iſte per te cogitur metu ad dicendum uerba exteriora ad exprimendum conſenſum, ſed illa non poſſunt eſſe ſine conſenſu interiori ſine peccato mortali, igitur cogitur ad conſenſum interiorem. Minor quantum ad primam partem eſt tua, quantum autem ad ſecundam patet, quia præbens in matrimonio conſenſum exteriorem, ſine interiori conſenſu facit mendacium pernitioſum, quod eſt peccatum mortale. Iſta autem ratio tota confirmatur in exemplo

exemplo duplici.

Primū exēplum. ¶ Primo ſi alicui non liceret conſentire in tertius, aut metus deberet eum inducere ad proferendum uerba exterius ſicut eſſet de religioſo, quia nullo metu deberet induci ad dicendum hæc uerba. Aut enim eſt conſentiens animo, & peccat mortaliter contra uotum. Aut non conſentiens, & peccat mortaliter mentiendo pernitioſe. *Aliud exēplum.* Aliud exemplum. Si quis uiolentiam inferens iſti, ut accipiat illam etiam per uiolentiam exigeret ab eo tale iuramentum. Iura ad ſancta Dei euangelia, ꝙ ſine metu conſentis in illā, *Nota, & bene.* talis nullo modo debet ex aliquo metu ad iſtud iuramentum induci, quia eſt peccatum mortale iurando mendaciter, igitur a ſimili nullo metu poteſt illę induci ad accipiendum iſtam uerbo exterius, niſi ſic accipere ſit licitum, non eſt autem licitum, niſi ut coniungitur conſenſus exterior conſenſui interiori. Sed ſecundum dictum poſſet tolerari ſic. Eccleſia ſemper præſumit pro meliori parte, ut patet extra de regulis iuris. Eſtote miſericordes. c. 2. quæ dubia ſunt quo animo fiant ut ibi dicitur in meliorem partem interpretemur. Sed in conſenſu coacto dubium eſt in propoſito quo animo fiat, igitur in meliorem partem interpretari debet. Sed iſte eſt conſenſus interior abſque metu, igitur eccleſia ſic præſumit.

¶ Ad iſtam igitur quæſtionem ſunt duo uidenda. Primo qualiter poteſt eſſe conſenſus coactus. Secundo ſi illæ ſufficiat ad contractum matrimonii.

DE primo dico tres propoſitiones. Prima, ꝙ uoluntas non poteſt ſimpliciter cogi ad actum uolendi. *Cap. 2.* Quia cum uiolentum ſit ex tertio ethicorum cuius principium eſt ab extra non conferente vim paſſo, & hoc accipitur, ꝙ coactum, ſiue uiolentum eſt cuius principium eſt totaliter ab extra. Sed principium actus uolendi non totaliter eſt ab extra cum ſit actio manens in agente, ergo uolūtas non poteſt ſimpliciter cogi ad actum uolendi.

SECVNDA propoſitio eſt, habēs uoluntatem poteſt cogi ad aliquam paſſionem utpote ligari, uel ad aliquam actionem inſtrumentalem, quæ tamen non eſt actio ſua utpotè, ꝙ quis percutiat manu alterius utendo ſicut dixit ſancta Lucia Paſchaſio. Et ſi per manum meam ſacrificium facias Deus hoc deridet.

TERTIA propoſitio eſt, ꝙ habens uoluntatem poteſt cogi ad aliquam actionem humanam non ſimpliciter, ſed ſecundum quid metu. ſ. maioris mali, quā ſit ille actus, ut metus mortis unde talis motus dicitur poſſe cadere in conſtantē uirum, uel uirtuoſum. Et tunc oportet ſtatim uidere de ſecūdo, uidelicet ſi iſte conſenſus modo prædicto coactus ſufficiat ad contractum matrimonii. Et dico quòd non, ut habetur expreſſe extra de ſponſalibus. c. cum locum. & c. ſequenti. Conſultationi §. ſane. Si autem quæratur, quæ eſt ratio quare iſte cōſenſus ſic coactus non ſufficit ad contractum matrimonii, dicitur ꝙ ratio ſumitur a cauſa formali illius contractus, & a cauſa efficiente a qua eſt talis formalis contractus, & a cauſa finali propter quam efficiens dedit contractui talem formam.

¶ Primum patet. Quia iſte contractus ē datio, & licet non liberalis datio, quia dat ut detur ſibi equale tamen libera datio, quia contra rationem dationis eſt, ꝙ non ſit libera. Sed ubi eſt coactio ibi nō eſt libertas, ut habetur in c. præallegato, cum locum, quòd conſenſus habet locum, ubi metus, uel coactio, intercedit.

¶ Secundo patet idem a cauſa efficiente. Nam Deus inſtituit talem translationem poteſtatis corporum, ut eſſet mere *Cap. 2.* libera, unde dicitur Gen. Adherebit uxóri ſuæ, ſed ubi eſt adheſio, & nō coactio, ibi eſt libertas, ergo conſenſus coactus non ſufficit ad contractum matrimonii. In ſignum huius parentes Rebeccæ dixeret. Gen. Vocemus puellam, & quæramus eius uoluntatem. *Cap. 14.*

¶ Tertio patet illud ex parte finis, qui ē proles, & indiſſolubilitas uinculi, oportet enim illam donationem eſſe liberam, quæ eſt perpetua, quia ut dicitur 2. q 3. c. præſens, quod quis non diligit facile contemnit. Sed iſta donatio ex uinculo indiſſolubili eſt perpetua, & oportet eſſe libera, & non coacta.

¶ Ad argumentum primæ quæſtionis dictum eſt ſupra.

¶ Ad ſecundum argumentum ſecundæ quæſtio-

quæſtionis, dico ꝙ non tenet conſequẽtia, nec eſt ſimile propter tria.

¶ Primo, quia conditio baptizati efficitur melior, quia efficitur filius eccleſiæ, non autem ſic eſt in matrimonio.

¶ Secundo quia uoluntas ſuperioris ratificat per talem conſenſum coactum aliquem fieri filium eccleſiæ, non ſic autem ratificat matrimonium coactum propter primam rationem factam circa finem rationis.

¶ Tertio quia in baptiſmo nõ eſt ita propriæ matrimonium ſicut adoptio, bene autem poteſt de uoluntario ſufficere in adoptato, quam in contrahente matrimonium, unde non habens uſum rationis poteſt adoptari, ſed non deſponſari &c.

DISTINCTIO XXX. & XXXI.

Circa diſtinctionem trigeſimam, & trigeſimamprimam quæritur.

Vtrum conſenſus erroneus ſufficiat ad contrahendum matrimonium?

Seraphicus Bona. 4. ſenten. diſtinctio 30 q. 1. Artic. 1.

Scotus quarto ſententiarum diſtinctio 30. quæſtio 1.

QVAESTIO I.

NEC ſolum coactio impedit. Circa diſtinctionem trigeſimã, & trigeſimamprimam, quæro tres quæſtiones. Primo. Vtrum cõſenſus erroneus ſufficiat ad contrahendum matrimonium. Secundo utrum inter Mariam, & Ioſeph fuerit uerum matrimonium. Tertio utrum tria ſint bona matrimonii, quæ Magiſter ponit in littera, ſcilicet, fides, proles, & ſacramentum.

AD primam quæſtionem ſic proceditur. Videtur quòd conſenſus erroneus ſufficiat ad contrahendum matrimoniũ, quia inter Iacob, & Lyam fuit uerũ matrimonium, aliàs fuiſſet cum ea fornicatus. Sed Iacob credidit per errorem eam *Gen. 29.* eſſe Rachelem, igitur &c.

¶ In oppoſitum eſt Magiſter in litera. Et 1 ſ.q. 1. per totum.

¶ In iſta quæſtione eſt primo una diſtinctio ponenda Secundo eſt quæſtio diſſoluenda. Tertio ſunt aliqua dubia remouenda.

¶ Diſtinctio ad præſens eſt iſta, quòd in matrimonio poteſt eſſe quadruplex error. ſ. error perſonæ, error fortunæ, error conditionis, & error contractus, uel conſenſus matrimonialis, puta quando alter coniugem contrahit animo ſimplici, alter uero contrahit doloſe utens uerbis, & ſignis ſine animo contrahendi. *In matrimonio poteſt. ſ ſe quadruplex error.*

¶ Hac diſtinctione præmiſſa, dico ad quæſtionem quatuor concluſiones. Prima ẽ ꝙ error perſonæ impedit matrimonium niſi ſuperueniat conſenſus. Secunda concluſio ꝙ error fortunæ non impedit matrimonium. Tertia concluſio ꝙ error cõditionis impedit matrimonium. Quarta concluſio, quòd erroneus conſenſus impedit matrimonium.

PRIMA concluſio probatur. Conſenſus ſequitur cognitionem ſecundum Auguſtinum dicentem, quòd inuiſa diligere poſſumus incognita nequaquam, ergo qui conſentit in eum de quo cogitat, ſed credens hunc eſſe alium de iſto non cogitat, ergo in iſto non conſentit, ſed in matrimonio neceſſario requiritur cõſenſus, ergo non eſt ibi matrimonium. *8. de tri. capit. 4.*

SECVNDA concluſio, uidelicet ꝙ error fortunæ non impedit matrimonium ſicut error circa pulchritudinem, uel diuitias, & honores, & huiuſmodi. Quia nullus error impedit matrimoniũ, niſi ſolus ille, qui eſt de reſpectu eorum, quæ ſunt in matrimonio eſſentialia: ſed bona fortunæ non ſunt eſſentialia in matrimonio, igitur error fortunæ non impedit matrimonium.

TERTIA concluſio ꝙ error conditionis ſicut eſt ſeruitus, quãdo uidelicet quis credit aliquem eſſe liberum, & eſt ſeruus, talis inquam error impedit matrimoniũ, quia ſeruus nõ põt dare poteſtatẽ ſui corporis alteri, ſed iſta donatio neceſſario requirit in matrimonio, igitur. Sed quia iſta concluſio poſſet male intelligi. Ideo notandũ ſm aliquos doctos ꝙ error cõditionis põt eẽ triplex in pſonis. Quia aut ẽ paris cõditionis ut cũ ſuus cõtrahit cũ ancilla, aut

aut melioris conditionis, ut quando ſeruus contrahit cum libera, aut deterioris conditionis, ut quando liber contrahit cum ancilla. In duobus primis caſibus error non impedit matrimonium. In tertio uero impedit contrahendum, & dirimit iam contractum, niſi poſt cognitionem conditionis aſſentiat uerbo, uel facto. Et de hoc erit ſermo infra diſtinctione 36.

QVARTA concluſio. Si error conſenſus impedit matrimonium, puta quando alter coniugum contrahit animo ſimplici, & alter doloſe utens uerbo, ſine animo contrahendi, dico quòd in facie eccleſiæ ſit matrimonium, tamen in facie Dei iſte error impedit matrimoniū. Quia ad aliquem effectum requiruntur duo, unum tanquam principale, & alterum tanquam minus principale. Si deficiat, quod eſt magis principale, & ponatur id, quod eſt minus principale non ſequitur ad illud effectus. Sed ad matrimonium requiritur conſenſus, tanquam principale, & uerbum, tanquam minus principale. Occurrunt autem hic duo dubia.

Ad matrimonium requiritur cōſenſus.

Primum dubium.

¶ Primum eſto, quòd aliquis ad extorquendam carnalem copulam dicat uerba animo tamen non intendens contrahere nunquid alia perſona ſimplici animo contrahens obligatur, uidetur quòd ſic, quia ex parte eius ſunt tam conſenſus, quam uerba quę ſunt cauſa obligationis in matrimonio.

2. dubium.

¶ Secundum dubium. Eſto ꝙ doloſe cōtrahens proceſſu temporis exprimat dolum ſuum alteri perſonæ, quæ contraxit ſecum in bono, iſta non poteſt recedere, nec reddere debitum ſtante conſcientia de dolo propter periculum fornicationis, & ſic remanet perplexa.

Ad 1. dub.

¶ Ad primum dubium dico, quòd quia contractus matrimonii non claudicat, vt ſit matrimonium ex altera parte tantum, & ideo ſi ſecunda perſona non dat conſenſum non eſt ibi contractus matrimonii, & ſic altera perſona non obligatur. Sed tunc remanet ſecundum dubiū.

Ad 2. dub.

Ad quod dicunt aliqui, quòd illa perſona non poteſt reddere debitum ſtante conſcientia de dolo alterius, nec poteſt recedere, quia exponeret ſe periculo fornicationis.

¶ Alia uia eſt melior, quòd talis perſona non faciat ſibi conſcientiam, quòd alter doloſe conſenſerit, ſed quòd modo mentitur, & alias uere conſenſerit, ſicut eſt de illo, qui dixit uxori quòd cognouiſſet matrem uxoris, talis enim non tenetur reddere debitum marito ſic aſſerenti.

¶ Ad argumentum in contrarium de Iacob, & Lya, ſiue Iacob excuſetur, ſiue nō, dico, quòd conſenſit in Lyam nouo conſenſu, & hoc forte propter uerba Laban dicentis, non eſt conſuetudinis in loco iſto, ut minores prius tradantur ad nuptias.

Vtrum inter Mariam, & Ioſeph fuerit matrimonium verum?

Seraphicus Bna 4. ſent. diſti n. 30. q. 2. Artic. 1.
Scotus 4. ſent. diſt. 30. q. 2.
Ricardus 4. ſent. diſt. 30 q. 2.
D. Thomas quarto ſenten. diſtin. 30. quæſtio 2 Artic. 2.
Franciſcus de Mayronis 4. ſententiarum diſtinct. 30 q. 2.
Durandus quarto ſententiarum diſtinctio. 30. quæ. 2.

QVAESTIO II.

AD ſecundam quęſtionem ſic proceditur. Videtur quòd inter Mariam, & Ioſeph non fuit uerum matrimonium? Quia 17. q. 1. dicitur ſic. Sunt quibus nouentibus non ſolum nubere, ſed uelle nubere damnabile eſt. Sed uirgo uouerat uirginitatem. Iuxta illud Luc. 1 Quomodo fiet iſtud quoniam uirum nō cognoſco, ergo &c. *Cap. 2.*

¶ In oppoſitum eſt Magiſter in litera, & accipitur ex euangelio Matthei. Cum eſſet deſponſata Maria Ioſeph. *Cap 1.*

¶ Ad iſtam quæſtionem dico tres concluſiones. Prima eſt quod decuit Matrem Chriſti uouere uirginitatem. Secunda concluſio eſt quod decuit Matrem Chriſti eſſe uirginem, & alicui deſponſari matrimonio. Tertia concluſio. Quomodo ſtant iſta, quod aliqua cum uoto uirginitatis uirgo ſit alicui matrimonio ſociata.

Prima

PRIMA concluſio probâtur dupliciter.

¶ Primo decuit Chriſtum, qui eſt ſpeculum ſine macula habere habitaculum, ſeu matrem incorruptam re, & uoluntate. Sed perfecta incorruptio uoluntatis ē in uoto caſtitatis, ergo decuit matrem Chriſti uouere, & ſeruare uirginitatem.

¶ Secundo ſic. Decuit matrem Chriſti habere omnis ſanctitatis, & puritatis priuilegium, ſed omnis puritatis priuilegium non poteſt haberi, ſine uirginitate, ergo &c.

Vide D. Thomā, Ricardū, D. Bona & alios antiquos hic

SECVNDA concluſio ad præſens probatur ſic triplici congruentia. ſ. propter ſignum, propter infamiæ uitationē, & propter diui conſilii occultationem. Propter ſignum quidem, quia eccleſia debuit per aliquam ſignificari. Sed nulla eſt propinquior ad ſignandam eccleſiam, quam mater Chriſti, quia eccleſia eſt uirgo mater, & ſponſa, ergo decuit matrem Chriſti eſſe uirginem, & ſponſam. Propter infamiæ uitationem, quia ut ait Ambroſius. Sciebat dominus teneram eſſe uirginis uerecunda, & lubricam famam pudoris, ideo maluit alios de ſuo ortu, quam de matris pudore dubitare. Propter diuini conſilii occultationem. Vnde Auguſtinus. Quæ fuit neceſſitas, ut deſponſata eſſet uirgo Ioſeph, niſi propterea quatenus hoc ſacramentum diabolo celaretur.

TERTIA concluſio. ſ. qualiter ſtat ſimul in uirgine uotum uirginitatis, & uerum matrimonium, dupliciter declaratur. Quia enim inter Mariam, & Ioſeph fuerit uerum matrimonium hoc dicunt multæ auctoritates ſanctorum quas ponit Magiſter in litera, ideo hoc non ē probandum, ſed aſſumptum eſt declarandum. ſ. quomodo inter eos cum uirginitate Matris Chriſti fuerit uerum matrimonium. Hoc declaratur primo ſic. Beata Virgo uouerat uirginitatem ſub conditione. ſ. niſi Deus aliter uellet, & diſponeret. Sed cum uoto ſic conditionato ſtat matrimonium, ergo &c.

¶ Sed contra. In omni quantumcunque abſoluto intelligitur hęc conditio ſi placet Deo. Igitur cum iſta conditione ſic intellecta ſtat uotum abſolutum.

¶ Pręterea Quia uotum iſtud fuerit abſolutum claræ intelligitur ex illo uerbo Virginis angelorū. Quomodo fiet iſtud quoniam uirum non cognoſco. Si enim fuiſſet uotum conditionatum tunc nulla eſſet quomodo, quia cum non eſſet ſterilis ſi fuiſſet cognita concepiſſet. Ideo declaratur ſecundo modo ſic. In contractu matrimonii eſt mutua donatio corporis ad copulam carnalem non niſi ſub conditione implicita, uidelicet ſi petatur, unde contrahentes cum propoſito ſtanti uouendi caſtitatem uere contrahunt, ideo ibi eſt certitudo, quod nunquam ponetur in effectu talis conditio. ſ. ꝙ neuter coniugum nunquam petet debitum copulæ carnalis ibi in nullo præiudicat uoto caſtitatis contractus matrimonialis. Sed hic fuit talis certificatio, igitur cum uoto caſtitatis in virgine potuit ſtare, & ſtetit contractus matrimonii. Probatio minoris. Nam habemus Matt. ꝙ angelus inſtruxit Ioſeph dicens. Noli timere accipere Mariam coniugem tuā, multo fortius concluditur, ꝙ ipſa a Deo uel ab angelo fuit edocta. Noli timere accipere Ioſeph uirum iuſtum in coniugem tuum, quia ſpiritus ſanctus dabit eū in cuſtodem, & teſtem uirginitatis tuæ, qui tecum pari uoto contineat.

¶ Tunc ad argumentum in contrarium quando dicitur, ꝙ uouentibus non ſolum uouere &c. Dico quod debet intelligi iſta auctoritas de uouentibus nubere ſecundum communem legem ad quorum uelle nubere ſequitur actus.

Vtrum ſint tria bona Matrimonii, quæ Magiſter ponit in litera, ſcilicet fides, proles, & ſacramentum?

Seraphicus Bona. 4. ſent. diſtinct. 31. quæ. 1.
Scotus 4. ſent. diſtin. 31. q. 1.
D. Thomas 4. ſenten. diſt. 31. q. 1. Artic. 2.
Ricardus 4. ſenten. diſt. 31 q. 2.
Durandus 4 ſenten diſtin. 31. q. 2.

QVAESTIO III.

AD tertiam quæſtionē ſic proceditur. Videtur ꝙ non ſint iſta tria bona matrimonii, quæ ponit Magiſter in litera. ſ. fides, proles, & ſacramētum. Quia non ſacramentum, quia ſacramentum ſecundum

cundum ſe eſt formaliter bonum, ergo non eſt aliis bonis bonum. Similiter non eſt ibi bonum fidei, quia inter adulterũ, & adulteram eſt uerum matrimonium, & tamen non eſt ibi bonum fidei. Similiter non eſt ibi bonum prolis, quia inter ſteriles eſt uerum matrimonium, & tamen non eſt ibi bonum prolis.

¶ Contra Aug de bono coniugali dicit, ꝙ tria ſunt bona coniugii, ſcilicet fides, proles, & ſacramentum.

¶ Ad iſtam quæſtionem dicitur uno modo, quòd contrahens matrimonium obligat ſe ad actum copulæ carnalis ad minus ſi petatur, & certitudo de non petendo in pauciſſimis habetur. In illo autem actu priuatur homo magno bono, ſ. uſu rationis ſecundum philoſophum, quia talis actus furatur intellectum ſpiſſe ſapientis, igitur nullus debet contrahere matrimonium niſi ſint aliqua bona recõpenſabilia iſtam iacturam uſus rationis. Iſta autem bona ſunt ſacramẽtum fides, & proles, quæ ſecundum ſanctos excuſant iſtum actum carnalem.

7. Ethico. cap. 18.

¶ Contra, quia in ſtatu innocentiæ fuiſſet matrimonium habens iſta bona, nec tamen fuiſſent tunc excuſantia illum actum carnalem, igitur nec tunc fuiſſent ponenda, igitur non præciſe iſta ſunt ponenda tanquam excuſantia actum illum.

¶ Præterea inter Mariam, & Ioſeph fuit uerum matrimonium ex præcedẽti quæſtione in quo non oportuit ponere iſta tria tanquam excuſantia.

¶ Præterea. Multo magis priuatur homo uſu rationis per ſomnum, quam per iſtũ actum, quia in ſomno eſt quaſi mortuus, igitur nullus ſecundum rectam rationem debet ſe exponere ſomno niſi eſſet bona excuſantia. Hic dicitur, quòd ſunt ibi bona aliqua excuſantia, ſcilicet neceſſitas naturæ, & conformatio organorum.

¶ Aliter dicitur, quòd nõ eſt ſimile, quia aliquis non patitur propriæ damnum in ſomno, ſicut in illo actu, quia poſt ſomnũ uigoratur intellectus, poſt iſtum autem actum hebetatur. Quicquid autem ſit de iſtis rationibus dicitur ad quæſtionẽ, quòd tria prædicta ſunt bona matrimonii, quia ad hoc ut matrimonium habeat eſſe completũ tria ſunt neceſſaria, ſcilicet inſtitutio uſus, & fructus. Ratione inſtitutionis eſt bonum ſacramenti. Ratione uſus eſt bonum fidei. Sed ratione fructus eſt bonum prolis. Vel ſic ſecũdum Scotum In matrimonio tria ſunt aliquod tãquam bonum intrinſecum cui correſpondet bonum ſacramenti. Aliud tanquam finis proximus cui correſpondet bonum fidei Aliud tanquam finis ultimus cui correſpondet bonum prolis.

¶ Tunc ad argumentum principale, habet enim illud argumentum tres partes.

¶ Ad primam partem patet, quòd iſta non ſunt tria bona ſacramenti matrimonii ut eſt ſignum ſenſibile, ſed ſunt tria bona matrimonii propriæ accepti, ſcilicet uinculi indiſſolubilis manentis poſt contractum, & illud non eſt inconueniẽs eſſe bonum aliis bonis.

¶ Ad ſecundam partem argumenti dico, quòd ſemper bonum fidei eſt in obligatione, licet non ſemper ſit in executione ſicut eſt etiam in aliis cõtractibus mutuis.

¶ Ad tertiam partem argumenti dico, quod oblatio nõ ſemper eſt abſolute ad bonum prolis, ſed ſub conditione, ſcilicet ſi eueniat, & non procurandum ſtudioſe oppoſitum ne eueniat.

DISTINCTIO XXXII. & XXXIII.

Circa diſtinctionem trigeſimamſecundam, & trigeſimamtertiam quæritur,

Vtrum ſit ſimpliciter neceſſarium in matrimonio reddere debitum petenti?

Seraphicus Bonauentura 4. ſententiarũ diſtin. 32. q. 1.
Scotus 4 ſent. diſt. 32. q. 1.
D. Thomas quarto ſenten. diſtin 32. quæſtio 1. Artic. 1.
Ricardus 4 ſent. diſt. 32. q. 2.
Franciſcus de Mayronis 4. ſenten. diſtinctio. 32. q. 1.
Durandus 4. ſent. diſt. 32. q. 2.

QVAE-

QVAESTIO I.

QVOD vero ſine conſenſu. Circa diſtinctionem trigeſimam ſecũdam, & trigeſimamtertiam quæro quatuor quæſtiones. Primo, utrum in matrimonio ſit ſimpliciter neceſſarium reddere debitum petenti? Secundo, utrum bigamia fuerit aliquãdo licita? Tertio, utrũ bigamus ante baptiſmum poſſit poſt baptiſmum ad ſacros ordines promoueri? Quarto, utrum uirginitas ſit uirtus?

AD primam quæſtionem ſic proceditur. Videtur ꝙ in matrimonio non ſit ſimpliciter neceſſarium reddere debitũ petenti, quia nullus ſimpliciter obligatur ad peccandum mortaliter: Sed reddere debitum eſt peccatum mortale, ergo &c. Probatio minoris: Actus, ſeu vſus rationis eſt maius bonum, quam actus cuiuſcunque virtutis. Sed in illo actu priuatur ille uſu rationis, ergo priuat ſe maximo bono, & per conſequens peccat mortaliter.

Cap. 7. ¶ Contra j. ad Corinth. dicitur vir uxori debitum reddat, ſimiliter autem, & uxor viro. Et probat; quia uir non habet poteſtatem ſui corporis: ſed uxor, & econtrario.

¶ In iſta quæſtione ſunt tria uidenda. Primo in genere ſi ſimpliciter reddere debitum eſt neceſſarium petenti. Secundo magis in ſpecie ſi illud eſt neceſſarium pro omni loco, & tempore. Tertio ſi actus coniugalis ſit ſemper ſine peccato.

QVANTVM ad primum dico, ꝙ aliquis poteſt iuſte non reddere debitũ petenti, & hoc tripliciter.

¶ Primo ſi alter coniugum amiſit ius petendi. Secundo ſi alter coniugum non habet ius reddendi pro tunc. Tertio ſi alter coniugum obligatur ad non reddendum debitum uinculo fortiori.

An aliquis poſſit iuſte non reddere debitum petenti.

¶ Primum patet in fornicatione coniugis, tunc enim innocens non tenetur reddere debitum lapſo, quia lapſus in fornicationem amiſit ius petendi. Si autem vterque lapſus ſit, ut patet de adulterio, & ſtupro. c. tua. paria delicta mutua compenſatione tolluntur.

¶ Secundum patet quando aliqui contrahunt matrimonium per uerba de præſenti eſt inter eos matrimonium ratum, & tamen licitum eſt poſtmodum ingredi religionem. Sed ſi teneretur ſtatim reddere debitum teneretur ſe reddere inhabilem ad religionem, quod eſt falſum.

¶ Tertium patet, quòd non tenetur reddere debitum petenti ſi obligatur ad nõ reddendum uinculo fortiori, utpote ſi alter coniugum infirmiter, & redditio debiti uergat in detrimentum propriæ incolumitatis. Tenetur enim magis diligere propriam incolumitatem, quã iſtud debitum alteri coniugi. Conſimiliter fortiori vinculo tenetur non occidere fœtum in utero prægnantis, uel non eſſe cauſa aborſus, quam iſtud reddere. Igitur vbi eſt probabile periculum de extinctione fœtus, vel de aborſo faciendo non tenetur reddere debitum. Similiter maiori præcepto tenetur non agere unde proles naſcatur leproſa, quæ poſſet alias procreari ſana, quam pro nunc ſatisfacere uoluntati mulieris. Vt in pluribus autem puer tempore menſtrui conceptus naſcitur leproſus, igitur tunc non tenetur reddere debitum.

Nota hos cõuerſos caſus.

¶ Confirmatur, quia non ſine cauſa in lege Moſaica accedens ad mulierem menſtruatam debuit mori. Mors autem non infligitur, niſi pro peccato mortali, & graui. Ergo non uidetur probabile quin tam plicite ſit prohibitum hoc in lege euangelica, quæ eſt lex charitatis, & caſtitatis. Sed contra hoc inſtatur, quia tunc uxori leproſæ uir ſanus non deberet reddere debitum, quod eſt contra bonum prolis, quæ naſceretur leproſa, & contra incolumitatem propriam, quia poſſet ex tali actu incurrere lepram, cuius tamen oppoſitum habetur extra de coniugio leproſorum. c. j. ꝙ licet coniugi leproſe coniunx ſanus, uel leproſus debeat debitum reddere ſecundum iſtud capitulum præallegatum, non tamen ſequitur, ꝙ mulieri tempore menſtruorũ, quia ibi non eſt contra bonum prolis, ꝙ procreatur leproſa, immo magis eſſet cõtra bonũ prolis, ꝙ nũquã procreatur, de iſta aũt matre nunq̃ procreatur ſi ꝑꝑ lepram uitetur, hic aũt, & ſi nõ procreetur tpe menſtruorum tamen procreabit poſtea, & tunc ſana, nunc autem leproſa.

Speculare diligenter iſtos caſus.

DE ſecundo articulo magis uidendū eſt in ſpecie ſi pro omni loco, & tempore ſit debitum reddendum petenti.

¶ De tempore autem ſciendum eſt, ꝙ tēpus dupliciter accipitur hic in propoſito, quia eſt tempus quo coniuges ſubiacent infirmitatibus, & eſt tempus quo uacant ſolennitatibus. Ad reddendum debitum tempore infirmitatum dictum eſt in articulo præcedenti. Sed de redditione debiti tempore ſolennitatum dicit Apoſtolus 1. Corin. Nolite fraudare inuicem niſi forte ex conſenſu, ut uacetis orationi ad tempus. Quia ut ponit Magiſter, debitum eſt reddendum illo tempore petenti, ſed non petendum, & reddi poteſt ſine culpa, ſed non poteſt peti ſine culpa. *Cap. 7.*

¶ De alio. Si in omni loco eſt reddendū debitum petenti, dico ꝙ in loco ſacro regulariter abſtinēdum eſt, quia ſtatim imminet periculum fornicationis, quia poſſunt cito ad locum non ſacrum uenire. Si tamen diu neceſſariæ eſſet eos commanere in loco ſacro, & aliud non obſtaret teneretur reddere debitum petenti. Nec forte ex hoc ſi actus eſſet occultus locus ſacer eſſet interdictus, nec oporteret cultum diuinum ibidē publicę prętermitti. *Nota, & bene.*

DE tertio articulo. Si actus coniugalis ſemper ſit ſine peccato. Dico ꝙ coitus coniugalis eſt triplex. Aliquando eſt meritorius, aliquando licitus, aliquando illicitus. Et intelligitur illicitus quantū ad peccatum ueniale, & mortale. Coitus uero meritorius eſt duplex, quia aliquando fit cauſa prolis procreandæ ad cultū diuinum ſicut fuit in antiquis patribus. Aliquando fit cauſa reddendi debitum uxori 1. ad Corin. Vir uxori debitum reddat. Iſte enim coitus eſt iuſtitiæ, & per conſequens meritorius. Aliquando eſt coitus licitus quando. ſ. homo mouet ad coitum coniugalem cauſa fornicationis uitandę, ſecundū quod dicit Apoſtolus 1 ad Corin. Ergo unuſquiſque ſuam propriam uxorem habeat propter fornicationem uitandam. Iterum eſt coitus coniugalis permiſſus fragilis cum aliquis coit cum uxore ſua quærendo in ea delectationem ſuam, quam in alia non quæreret poſtponendo tamen delectationem ſuā illi delectationi, quæ eſt in Deo. Et ad iſtum coitum ſequitur peccatū, quia delectatur in creatura, ſed tamen ueniale eo, ꝙ poſtponit illam delectationem ei, quæ eſt in Deo. Eſt alius coitus, qui dicitur illicitus, ſicut quando quis coit cum uxore ſua cauſa libidinis explendæ ſicut faceret cum meretrice quærendo meretriceas blanditias, & ad talem coitum ſequitur peccatum mortale. *Cap. 7.* *Coitus illiciti quid ſit.*

¶ Ad argumentum in contrarium nego minorem.

¶ Ad probationē dico, ꝙ perpetuus uſus rationis eſt maius bonum, quam actus cuiuſcunque uirtutis. Et ideo qui per aliquem actum priuaret ſe perpetuo uſu rationis peccaret mortaliter. Sed carentia uſus rationis pro momento non eſt tantum malum ſicut actus oppoſitus actui uirtutis. Si etiam talis carentia uſus rationis eſſet peccatum mortale, ſequeretur, quòd dormiens ſemper peccaret mortaliter.

Vtrum bigami pro aliquo tempore fuerit licita?

Seraphicus Bna. 4. ſent. diſtin. 33. q. 2. Artic. 2.
Scotus 4. ſent. diſt. 33. q. 1.
D. Thomas 4. ſententiarum diſtin. 33. q. 2. Artic. 2.
Ricardus 4. ſent. diſt. 33. q. 1.
Franciſcus de Mayronis 4. ſententiarum diſtinct. 33. q. 1.
Durandus quarto ſententiarum diſtinctio. 33. quæſtio 1.

QVAESTIO II.

AD ſecundam quæſtionem ſic proceditur. Videtur ꝙ bigamia nunquam fuerit licita, quia nihil eſt licitū quod eſt contra legem naturę, ſed bigamia eſt contra legem naturæ, ut ponit quædam gloſa de Lamech ꝙ primus īduxit bigamiā.

¶ Contra Gen. patet ꝙ Abraham habuit Saram, & Agar. igitur aliquo tempore fuit licita bigamia. *Cap. 16.*

¶ Ad quæſtionem patet, ꝙ bigamia alqñ fuit licita, quia non eſt ueriſimile, ꝙ ſcti patres ueteris teſti fecerint aliquid illicitū maxime publicę illicitū, ſed patet ex ſcriptura ueteris teſtamēti, ꝙ patres tūc erāt bigami, ſicut patet de Abrahā. Gen. *Cap. 26.* Similiter

Cap. 29. ſimiliter de Iacob Gene. qui habuit quatuor uxores, *Cap. 5.* ſimiliter de Dauid. 2. Regũ, qui habuit quinque, & ergo bigamia aliquando fuit licita. ¶ Sed difficultas oritur ex quæſtione propter duo. ¶ Primum eſt, ꝙ iuſtitia cõmutatiua requirit æqualitatem, per hoc. n. diſtinguitur a iuſtitia *5. Ethic.* diſtributiua, qui requirit proportionem, iuſtitia autem commutatiua requirit æqualitatem. Sed in matrimonio eſt iuſtitia commutatiua, igitur requirit æqualitatẽ, ſed in bigamia non eſt ęqualitas, qa unus hẽt plures, & plures non habẽt niſi unum, ergo non eſt ibi iuſtitia; & per conſequens non eſt licita. ¶ Secundum unde oritur difficultas eſt, quia ut tangebatur in arguendo, quod eſt contra legẽ naturæ nullo modo eſt licitum, ſed bigamia eſt huiuſmodi, ergo nullo modo eſt licita, ideo ſunt duo declarãda. Primum qũo in bigamia eſt iuſtitia commutatiua & non æqualitas. Secundum qũo bigamia non eſt ſimpliciter contra legem naturæ. Primum declaratur dupliciter. Primo ex parte inſtituentis contractum. Secundo ex parte contractus. ¶ Primo modo iuſtitia commutatiua requirit æqualitatẽ commutatorum quantum eſt poſſibile ad illum finẽ propter quem commutentur, ſed in contractu matrimonii eſt commutatio propter duplicem finẽ. ſ. ꝓpter prolẽ procreandã, & propter fornicationẽ uitandã, ergo iuſtitia commutatiua in cõtractu matrimonii requirit æqualitatẽ quantũ eſt poſſibile propter duplicẽ finẽ prædictum, ſed primũ corpus uiri eſt maioris ualoris quã corpus mulieris, quia pro eodem tempore, uir poteſt plures fęcundare, & una non a pluribus fęcundari, igitur propter iſtum finem eſt optima æqualitas. Propter alium finẽ. ſ. propter fornicationem uitandam corpus uiri, & corpus mulieris ſunt æqualis uigoris. Et ideo ex iſta parte non eſt completa rõ iuſtitię niſi ſuperior diſpẽſet legem declarando, uel eã aliquo tempore reuocando. Sic autẽ in propoſito fuit licet enim eſſet inſtitutum, ut uni una ſociaretur, & econuerſo tamen ad multiplicandũ, & generandũ Dei cultores fuit aliquando diſpenſatũ. ¶ Secundo declaratur hoc idẽ ex parte contractus ſic. Qñ aliquid ordinatur ad aliquem finẽ principalẽ, & ad aliũ finẽ minus principalem rationabile eſt uti illo eo modo quo magis ualet ad finẽ principaliorẽ licet per hoc aliquid detrahitur fini minus principali. Exẽplum. Cibus ualet ad delectatio- *Exemplum.* nẽ quæ minus eſt principalis, & ad nutritionẽ quæ magis eſt principalis ſecundũ rectam rõnem. Vtendũ igitur eſt cibo eo modo quo plus ualet ad nutritionẽ licet in hõc minus ualeat ad delectationẽ, ſed contractus matrimonij eſt propter prolẽ tanquã propter finem principalẽ, & eſt ſecundario propter fornicationẽ uitandã. Igitur ſecundũ rectã rationem debẽt contrahentes ſic commutare ut commutatio plus ualeat ad procreationem licet minus ualeat ad illam redditionẽ, & ſic tali mõ fit cõmutatio corporis unius uiri pro plurib. corporib. mulierũ. Si ãt eſt hoc abſolute faciendũ, igitur tẽpore neceſſitatis neceſſario faciendũ. ¶ Ad euidentiam autem ſecundæ difficultatis eſt ſciendũ, ꝙ aliquid dicitur de lege naturæ dupliciter. Vno modo primario quod eſt ſicut principium practicum ſimpliciter notũ lumine rationis naturalis, uel ſicut conditio demonſtrata ex illis principiis. Alio modo ſecundario quod eſt cõſonũ dictamini rationis naturalis pro loco, & tempore. ¶ Contra primum nulla cadit diſpenſatio, & ideo oppoſitum eius ſp eſt peccatũ, ſed contra ſecundũ bene cadit diſpẽſatio in caſu, & iſto modo monogamia eſt de lege naturæ, bigamia uero contra legem naturæ. Sed in hoc qđ dictũ eſt in caſu cadit diſpenſatio, & per hoc patet ad argumentum principale.

Vtrum bigamus ante Baptiſmum poſſit poſt Baptiſmum ad ſacros ordines promoueri?

Scotus 4. ſent. diſt. 33 q. 2.
Petrus de Aquila 4. ſent. diſt. 33 q. 3.

QVAESTIO II.

AD tertiam quæſtionem ſic proceditur. Videtur, ꝙ bigamus ante Baptiſmum poſſit poſt Baptiſmum ad ſacros ordines promoueri, quia ut dicitur diſtinctione 26. cap. 3. & eſt Hieron. in epiſtola eius ad Oceanum. Qui an e

baptiſmum coniugem habuit, quæ habuit duos uiros nõ ei imputatur, ſed imputaretur hoc ſibi ſi non poſſet ad ſacros ordines promoueri, igitur, &c.

Cap. 2. ¶Contra diſ. 26. & accipitur a beato Augu. ſuper epiſtolam ad Titum, ubi dicit, ꝙ acutius intelligunt qui negant bigamum ad ſacros ordines promouendum, ergo, &c.

¶Ad iſtam quęſtionem patet per omnes ꝙ huiuſmodi bigamus non poteſt ad ſacros ordines promoueri, ut ponit in canone di. 26. c. pallegato. Acutius & ſit vna.

¶Sed ſi quæras quæ ſit cã irregularitatis in bigamia ante baptiſmũ. Reſpondetur tripliciter ſecũdum tres opiniones. Vna opinio dicit ſic, per baptiſmum ſolum deletur peccatum, & ſequela peccati. Sed bigamia non eſt peccatum, nec ſequela peccati, igitur. Et per hoc patet illud de homicidio ante baptiſmum commiſſo. Nam homicida ante baptiſmum põt ad ſacros ordines promoueri poſt baptiſmũ & non bigamus, quia homicidiũ eſt peccatum, & maxime ſi peccat occidendo, ſicut eſt in homicidio uoluntario, & ideo tollitur per baptiſmum.

¶Contra. Eſto, ꝙ bigamus peccet in bigamia, puta illicite contrahendo, ſequitur, ꝙ ille contractus cum ſit peccatum, uel annexum peccato delebitur in baptiſmo.

¶Præterea. Si ex iſta ratione eſſet neceſſario irregularitas in bigamia, quia non eſt peccatum, nec ſequela peccati ſequeretur, quòd non poſſet eccleſia iſtam irregularitatem tollere, quia non poteſt bigamia tribuere, ꝙ ſit ex ſe peccatum, uel ſequela peccati.

Diſt. 26. c. 11. ¶Præterea Aug. in c. præallegato. Acutius dicit, ꝙ ſi fœmina cathecumina uitiata eſt, non poteſt poſt baptiſmum inter Virgines conſecrari, ſed poſſibile eſt iſtam uitiationem ſeu corruptionem ante baptiſmum fuiſſe peccatũ, ergo illud peccatum non deletur per baptiſmum quantũ ad ſequelã correſpondentẽ ſibi.

¶Alia opinio dicit ſic, ꝙ aliqua infamia eſt ſequens actum ex notitia actuali, aliqua infamia ſequens actum propter defectum ſignificationis. Primã autem infamiam tollere poteſt eccleſia. Secundam aũt non poteſt tollere. Nunc aũt homicidiũ inducit irregularitatẽ propter ſtatutum eccleſię, ideo eccleſia poteſt tollere. Sed bigamia inducit irregularitatẽ non propter ſtatutũ eccleſiæ, ſed propter defectũ ſignificationis, iõ eccleſia nõ poteſt hanc irregularitatem tollere.

¶Sed diceres quomodo eſt ibi defectus ſignificationis. Dicitur, ꝙ ſacerdos repręſentat perſonam Chriſti, ideo non debet habere aliquid quod repugnet perſonæ Chriſti. Sed Chriſtus eſt unicus ſponſus vnius eccleſiæ, & eccleſia unica ſponſa Chriſti, ergo qui habet oppoſitum huius non recte repræſentat Chriſtum. Sed bigamus qui habuit duas, uel unam, quæ habuit duos habet aliquid quod repugnat iſti coniunctioni Chriſti, & eccleſiæ, igitur.

¶Contra. Si irregularitas bigamiæ eſſet ex aliquo priori, quam ex ſtatuto eccleſiæ, eccleſia non poſſet ibi diſpenſare, cuius contrarium habetur, diſt. 34. canone, lector, ubi Papa Martinus diſpenſat, & concedit lectorem, qui duxit uiduam poſſe in ſubdiaconum promoueri.

¶ Reſpondetur, ꝙ in primitiua eccleſia ſubdiaconatus non erat ſacer ordo, & iõ Martinus conceſſit, ꝙ bigamus poſſet ordinari in ſubdiaconum, & non ultra aſcendere.

¶Contra diſt. 5. c. Si quis uiduam, habetur, ꝙ Lucius Papa diſpenſauit cum Panormitano archiepiſcopo, qui fuit bigamus.

¶ Eſt igitur tertia opinio quæ dicit, ꝙ cauſa irregularitatis non eſt niſi ſtatutum eccleſiæ. Eodem modo dicit, quòd cauſa quare irregularitatis pœna de homicidio remittatur in baptiſmo, irregularitatis autem pœna de bigamia non remittatur in ipſo baptiſmo non eſt niſi ſtatutum eccleſiæ uolentis hanc pœnam remitti, hanc non remitti. Vnde per ſpecialem diſpenſationem poteſt tolli, ut patet in duobus caſibus allegatis. *Reſolutio Scoti.*

¶ Ad argumentum in contrarium, uel Hieronimus negatur ſicut communiter canoniſtæ negant eum tenentes Auguſtinum. Vel exponi poteſt crimina non obſunt quantum, ſcilicet ad gratiam recipiendam. Obſunt tamen quãtum ad gradum dignitatis in eccleſia habendum. Et accipitur iſta expoſitio ex canone Ambroſij una tantum.

Vtrum

Vtrum Virginitas ſit virtus?

Petrus de Aquila 4. ſenten. diſtinct. 33. q. 4.

QVAESTIO IV.

AD quartā quæſtionē ſic pceditur. Videtur ꝙ uirginitas non ſit uirtus; quia cui non competit diffinitio uirtutis illud non eſt uirtus, ſed uirginitati nō cōpetit diffinitio uirtutis, igitur &c. Probatio minoris, quia uirtus ſecundum ſuā diffinitionem conſiſtit in medio. ex 2. ethicorum. (Cap.) Sed uirginitas non conſiſtit in medio, quia tenet extremū, ideo nō competit ei diffinitio uirtutis.

¶ Contra cui competit diffinitio, & diffinitum, ſed uirginitati competit diffinitio uirtutis, igitur. Probatio minoris, q̄a ſecundum Auguſtinum; uirtus eſt bona qualitas mentis, ſed illa diffinitio competit uirginitati, igitur uirginitas eſt uirtus. Hic ſunt tria uidenda Primo ſi uirginitas eſt uirtus. Secundo ſi continentia virginalis eſt melior continentia coniugali. Tertium eſt, quod eſt præmium continentiæ uirginalis.

DE primo dico, ꝙ continentia uirginalis tria dicit. (*continentia uirginalis tria dicit.*)

¶ Primum eſt abſtinentia ab omni coitu illicito. Secundum eſt abſtinentia ab omni coitu licito. Tertium eſt integritas mentis, & carnis.

¶ Quantum ad primum, uirginitas dicit uirtutis habitum, quantum ad ſecundū dicit uirginitas ſtatum, quantum ad tertium dicit decorem, & ornatum. Quod aūt primo dicat uirtutis habitū pbat, q̄a habitus circa debitum obiectum cum determinatis circumſtantijs eſt habitus uirtutis. Sed uirginitas, ut dicit abſtinentiā ab omni coitu illicito eſt huiuſmodi, ergo uirginitas dicit habitū uirtutis.

¶ Sed cōtra iſtud inſtatur tripliciter. Primo ſic. Omnis actus uirtutis eſt ſub præcepto, quia ſunt neceſſarii ad ſalutē, ſed actus uirginitatis non ſunt ſub pcepto ſecundum illud Apoſtoli. De uirginibus præceptum domini non habeo, conſiliū autē do; ergo uirginitas non eſt uirtus.

¶ Secundo ſic. Nulla uirtute quis male utitur, ſed uirginitate pōt quis male uti, ut patet de uirginibus fatuis. Matt. ergo.

¶ Tertio ſic Nulla uirtus perditur, niſi p uitium, uel peccatum, ſed uirginitas pōt perdi ſine peccato, ut patet in uiolenter defloratis, igitur. (*Cap. 30. Triplex eſt virtus.*)

¶ Ad primum dico, ꝙ uirtus eſt triplex. ſ. moralis, theologica, ſeu cardinalis, & heroica. De prima patet per Apoſtolum 1. ad Corinth. De tertia patet per philoſ. in principio ſeptimi ethicorum, ubi dicit, ꝙ tria ſunt fugienda. ſ. malitia, incontinentia, & beſtialitas. Et tria ſunt proſequenda. ſ. uirtus moralis, quæ opponitur maliciæ, & continentia, quæ opponitur incontinentiæ, & uirtus heroica, quæ opponitur beſtialitati. Tunc ad propoſitū cum dicitur, uirtus eſt ſub præcepto concedatur de uirtutibus moralibus, & cardinalibus. Sed negatur de uirtutibus heroicis. Nunc autem uirginitas ponitur uirtus heroica.

¶ Ad ſecundum cum dicitur. Nulla uirtute poteſt quis male uti concedo, ut ſic. Et cum dicitur, uirgines, fatuę malę ſunt uſæ uirginitate, dico, ꝙ non eſt uerum in quantum uirginitas eſt uirtus; ſed hoc erat ex uitiis annexis uirginitati, & integritate carnis.

¶ Ad tertium cum dr, uirtus nō perditur niſi per peccatum cōceditur. Et cum ad dicitur, uirginitas poteſt perdi, ſine peccato &c. dico ꝙ ab eis poteſt tolli integritas carnis, quæ dicitur ornatus, ſed non tollit uirginitas, ꝙ dicit habitū uirtutis.

DE ſecundo articulo principali. ſ. ſi continentia uirginalis eſt perfectior cōtinentia coniugali. Dico ſicut dictum eſt ꝙ in uirginitate ē tria conſiderare. ſ. habitum ſtatum, & integritatis decorē, ſiue ornatum. Si aūt loquimur quantum ad habitum ſic ſe habent ſicut excedentia, & exceſſa; quia aliquando ex maiori uirtute continet coniugata q̄ econtrario. Si autem loquamur quantum ad decorem dic ꝙ uirginitas præfertur cōtinentiæ coniugali, quia in cōtinentia coniugali ē corruptio, in cōtinētia uirginali incorruptio. Si aūt loquamur de uirginitate q̄tū ad ſtatū ſic ē dici dupliciter. Aut ſm idē tps, aut ſm diuerſa tpa; ſi ſm idē tps hoc eſt dupliciter, q̄a aūt ſm tps legis naturę aut ſm tempus legis gratię Si ſecundum tempus legis naturæ tunc ſtatus continentię coniugalis præfertur uirginitati (*Tria ſunt cōſiderāda in uirginitate.*)

imo pro illo tempore pro ſtatus uirginalis prohibetur, & ſterilis maledicitur. Si ſecundum ſtatum temporis gratiæ, ubi non requiritur fecunditas mentis ibi uirginitas præfertur continentiæ coniugali. Si autem loquamur ſecundum diuerſa tempora utpotè conſideremus pro tempore gratiæ continentiam coniugalem. Tunc dico, q unuſquiſq; ſtatus optimus eſt, & unus non præfertur alteri dummodo ex utraque parte charitas ſit æqualis. Et ad iſtum intellectum loquitur beatus Auguſtinus in libro de bono coniugali, q uirginitas Ioannis Euangeliſtæ non præfertur coniugio Abrahe.

Quid ſit premium continentiæ. Cap. 15. DE tertio articulo, quod é præmium continentiæ uirginalis. Dicitur communiter, q eſt aureola. Et probatur per figuram Exodi, ubi preceptum eſt fieri unā magnam coronam, & unam paruam coronam. Et ſecundum hoc ponitur a doctoribus duplex premium. ſ. ſubſtantiale

Duplex eſt premium. quod eſt aurea ad ſimilitudinem magnę coronæ, & accidentale, quod dicitur aureola ad ſimilitudinem paruæ coronæ. Tali aut debet coronari anima, quæ eſt ſponſa Chriſti, ſed talis eſt uirgo, igitur.

¶ Licet illud ſatis bene dictum ſit, tamen poſſumus dicere magis complete ſ. q in uirginitate, ut ſupra dictum eſt tria conſiderare. ſ. habitum, ſtatum, & decorem,

In uirginitate tria ſūt conſiderāda ſiue ornatum. Habitui correſpondet aurea, ſtatui reſpondet fructus, ſed decori, ſeu ornatui, quæ eſt carnis, & mentis reſpondet aureola.

¶ Primū. ſ. q habitui rñdet aurea patet per omnes. Secundum. ſ. quòd ſtatui reſpondeat fructus patet. Eſto enim, quòd ſint tres continentes inquantum cōtinere poſſunt alius in continentia coniugali, & alius in continentia uiduali, & alius in continentia uirginali, fructus erit in eis maior, & minor ſecundum parabolam Saluatoris. Semen cecidit in terrā bonam, & attulit fructum aliud triceſimū, aliud ſexageſimum, aliud centeſimum.

¶ Tertium. ſ. q ornatui, ſeu integritati mentis, & carnis reſpondeat aureola, patet ſic. Aureola aſſignatur illis actibus, qui reſpiciunt aliquid intrinſecum, & hoc tripliciter, uel ratione doctrinæ, uel informationis, uel ratione martyrii, & paſſionis, uel ratione decoris, & incorruptionis. Propter primum datur aureola doctoribus, propter ſecundum martyribus, propter tertium uirginibus.

¶ Ad argumentum principale dico, q hoc nō eſt intelligendum reſpectu obiecti, quia tunc nullus eſſet caſtus, niſi cognoſceret medium omnium mulierum de mundo, quia idem eſt medium inter aliquam, & nullam. Sed iſtud intelligitur, ut uirtus ſit medium inter delectationes, & triſtitias. Nam qui omnino nihil ſentit de paſſionibus carnis inſenſibilis iudicatur ſi hoc habet per naturam. Qui uero omnino eis conſentit hic luxurioſus eſt, qui uero excitatur, ſed non conſentit eis hic uirtuoſus eſt. Et quia hoc in uirginibus eſt, ideo uirginitas eſt uirtus.

DISTINCTIO XXXIV. & XXXV.

Circa diſtinctionem trigeſimamquartam, & trigeſimamquintam quæritur.

Vtrum in lege Moſayca licitum fuerit repudiare uxorem?

Seraphicus Bna. 4. ſent. diſtin. 33. q. 1. Artic. 3.
Scotus 4. ſent. diſt. 33. q. 3.
D. Thomas 4. ſeptentiarum diſtin. 33. q. 2. Artic. 3.
Ricardus 4. ſent. diſt. 33. q. 3.
Franciſcus de Maynonis 4. ſententiarum diſtinct. 35. q. 1.
Durandus quarto ſententiarum diſtinctio. 33. quæſt. 3.

QVAESTIO I.

NVNC ſupereſt attendere. Circa diſtinctiones trigeſimamquartam, & trigeſimamquintam, quæruntur tres quæſtiones. Prima utrum licitum fuerit in lege moſayca uiro repudiare uxorem. Secunda utrum impoſita coeundi impediat matrimonium. Tertia utrum adulterium cum aliqua uiuente marito impediat matrimonium cum eadem poſt mortem ſui.

Cap. 24. AD primam quæſtionem ſic proceditur. Videtur quod licitum fuit uiro repudiare uxorem ſuam in lege Moſayca. Quia in lege Deuter. Si acceperit homo uxorem, & non inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquam fœditatem ſcribat ei libellum repudii, & dabit in manu eius, & dimittat eam in domo ſua.

¶ Contra, nunquam licuit mulieri repudiare uirum, igitur nec econuerſo. Probatio conſequentiæ, quia uir, & mulier quantum ad ea quæ ſunt coniugii pares iudicantur.

¶ Ad euidentiam huius quæſtionis oportet aliquid de libelli repudii formatione præmittere, & conſequenter quæſtioni reſpondere. Præmittitur autem hoc de forma libelli repudii, quia in libello illo ſecundum Hieron. erit talis ſcriptura, præmitto, ꝙ nunquam conueniant ſecū, & habebit mulier ex permiſſione legis poteſtatem, ꝙ poſſit alteri copulari. Si autem alteri copulabatur non poterat redire ad primum. Et ſic quædam erant hoc *Pulchra, et facilia.* permiſſiua, quædam recordatiua, quædā priuatiua, licet ſecundum aliquos iſta dici poſſent punitiua. Permiſſiua erant, quia uir poterat uxorem repudiare, & ipſa repudiata poterat cum alio contrahere. Recordatiua erant ſcriptura libelli. Priuatiua erant, quia ſi repudiata cum alio contraxiſſet, non poterat ad primū redire.

¶ His præmiſſis ſunt tria uidenda. Primo ſi iſta repudiatio erat licita. Secundo quomodo erat permiſſa. Tertio qualiter non erat communis illa repudiatio, ut ſicut uir poterat repudiare uxorem, ſic econuerſo, &c.

QVANTVM ad primum dicitur tripliciter.

Cap. 19. ¶ Primo, ꝙ iſta repudiatio erat illicita, patet auctoritate Chriſti reprobātis eā. Matth. ait enim ſic. Dico uobis, quod quicunque dimiſerit uxorem excepta cā fornicationis mœchatur.

¶ Secundo per rationem Chriſti ibidē Deus inquit, a principio cōiunxit maſculum, & fœminam matrimonialiter. Ideo quos Deus coniunxit homo non ſeparet.

¶ Tertio per reſponſionem ipſius Chriſti ad quæſtionem Phariſæorum. Cum enim illi obiicerent quid, ergo mādauit Moyſes dare libellum repudii, & dimittere, ait illis, ad duritiam cordis ueſtri permiſit Moyſes dimittere uxores ueſtras, ab initio autem non fuit ſic.

¶ Quarto extra de diuortiis cap. gaudemus, dicitur, ꝙ repudiationē uxoris ueritas in euangelio reprobauit.

¶ Alia opinio dicit totaliter oppoſitum, ꝙ repudiatio licita fuit pro tempore legis Moyſi, quod probatꝰ ſic, Moyſes promulgauit legem Dei, & ideo quos ipſe coniunxit etiam Deus cōiunxit, & quos ipſe ſeparauit Deus ſeparauit, quia non eſt uериſimile, quòd lator legis diuinæ promulgauerit aliquid in ea illicitum. *Ricardus ubi ſupra.*

¶ Secundo ſic, ut ait Aug. in quadam epiſtola ad Hiero. Si ad ſacras ſcripturas ad miſſa fuerit officioſa mendacia, quid in eis remanebit auctoritatis, & ſoliditatis quaſi diceret nihil, quia qua ratione fuerit admiſſum unum pari ratione aliud, ergo a ſimili, ſi in lege permiſſum fuit unum illicitum pari ratione aliud illicitum. *Et ponitur in canone diſt. 9.*

¶ Tertio ſic, lex iuſta ut ſic non debet dare occaſionem peccandi mortaliter. Sed iſta conceſſio uidebatur directe occaſio Iudæis dimittendi uxores, & per conſequens peccandi mortaliter, ergo uel iſta conceſſio non eſt peccatū mortale, uel lex non eſt iuſta.

¶ Tertio modo dicitur, ꝙ repudium uxoris nunquam fuit licitū ut fieret ſine culpa, fuit tamen licitum ut fieret ſine pœna. Vnde aliquid licere alicui poteſt eſſe duplici de cauſa. Primo, quia illi non obuiat iuris rectitudo. Et hoc modo non licuit repudiare uxorem. Aut quia nō obuiat iuris punitio, & hoc modo licuit repudiare uxorem. Sed rationes ſecundæ opinionis infringunt primam, & tertiam opinionem. De prima patet, quia illa ponit, ꝙ repudium ſit licitum, & ſecūda ponit, ꝙ ſit licitum, de tertia patet quia ponit ꝙ repudium nunquam fuit licitum, ita, ꝙ fieret ſine culpa. Hæc inquam nō poſſunt ſtare, tum, quia legiſlator diuinæ legis non poteſt in ea aliquid illicitū, tum quia qua ratione unum illicitum eadem ratione aliud illicitum, tum quia iuſta lex non dat alicui occaſionem peccādi ut arguebat ſecunda opinio. Teneo ergo, quòd repudium ſit licitum non ſim- *Opinio una a uberis.*

 plici-

pliciter,ſed pro tempore, & ſic Deus diſpenſabat cum illa gēte in repudio ad vitandum malum homicidij.

EX quo patet ad ſecundum articulum qualiter repudium ſit permiſſum, quia Moyſes ad uitandum malum homicidii repudium non prohibuit, ſed permiſit.

¶ Et notandum, quòd permiſſio ſit quadrupliciter. Primo per priuationem præceptionis, & ſic Apoſtolus permiſit uirginibus nubere Secundo per priuationē prohibitionis,& ſic uenialia dicũtur permiſſa. Tertio per priuationem punitionis. Quarto per priuationem cohabitationis. Et iſtis duobus ultimis modis repudium eſt permiſſum, quia non puniebatur nec prohibebatur.

¶ Ad rationes autem primæ opinionis. Ad primam quando dicitur quicunque dimiſerit uxorem ſuã,&c. Dico,ꝙ Chriſtus loquitur pro tempore legis gratiæ non pro tempore legis Moſayce.

¶ Ad rationem quam adducit, ꝙ ſcilicet Deus a principio maſculum,& fœminam matrimonialiter coniunxit, dico,ꝙ Chriſtus loquitur pro tempore legis naturæ. Et in hoc ſufficienter repræhendit Phariſeos qui non ſeruabant matrimonium ſicut erat in lege naturæ.

¶ Ad aliud quod adducit per duritiam cordis ueſtri permiſit Moyſes &c. iam patet quomodo accipitur ibi permiſſio.

¶ Ad aliud de diuortiis c. gaudemus, ubi dicitur,ꝙ repudium ueritas in euangelio reprobauit, dico,ꝙ illud capitulum loquitur,ꝙ Chriſtus reprobauit pro tempore legis ſuæ.

DE tertio principali, ſcilicet qualiter non erant pares uiri, & mulieres in dando libellum repudii, ut mulier poſſit repudiare uirum ſicut econuerſo. Dico, ꝙ in tribus uir, & mulier in lege non erant pares, ſcilicet in lege repudii, in lege zelotipiæ, in lege actionis ſtupri. Quorum ratio eſt propter dignitatē naturæ, propter reatum culpę, & propter robur ſexus. Propter dignitatem naturæ non ſunt iudicandi pares in lege zelotipiæ, ē enim uir dignior, quam mulier. Propter reatum culpæ non ſunt iudicandi pares in lege actionis ſtupri, ſicut clare dicit gloſa ſuper legem prædictam quæ habetur Deutero.22. Propter robur ſexus uirilis non iudicantur pares in libello repudii cum in mulieribus ſit maior pronitas permiſſiue ad repudiandum uiros. Et ex hoc patet ad argumētum principale.

Vtrum impotentia ad actum carnalem impediat matrimonium ſimpliciter?

Seraph. Bona. 4. ſent. diſt. 34 q. 1. Artic. 2.
Scotus 4. ſent. diſt. 34. q. 1.
D. Thomas 4. ſententiarum diſtinctio. 34. quaeſt. 1. Arti. 1.
Ricar. 4. ſent. diſt. 34. q. 2.
Durandus 4. ſent. diſt. 34. q. 2.

QVAESTIO II.

AD ſecundã quæſtionem ſic proceditur. Videtur,ꝙ impotentia coeundi non impediat matrimonium, quia hoc nō eſſet niſi pro eo,ꝙ contrahendo obligat ſe ad actum illum,ſed hoc eſt falſum, quia poteſt contrahere cum uoluntate ſtatim intrandi religionem,ergo.

¶ Contra extra de fri. & male. c. ult. Ad iſtam quæſtionem dico duo. Primo præmittam aliquas diſtinctiones. Secundo eliciam aliquas concluſiones. Diſtinctiones autem ſunt iſtæ,quia impotentia coeundi alia eſt naturalis,alia accidentalis. Item alia præcedens,alia ſequens matrimonium conſumatum. Item alia perpetua,alia ad tempus. Tunc breuiter dico tres concluſiones. *Nota, & bene omnia curioſe.*

¶ Prima eſt,ꝙ omnis impotentia ſimpliciter,& perpetua, cui,ſcilicet ſubueniri non poteſt per naturam,uel artem,ſi præcedat matrimonium ſimpliciter impedit contrahendum,& dirimit contractum. Iſta concluſio probatur tripliciter.

¶ Primo ſic,iſte contractus eſt datio poteſtatis corporum ad talem actum ſi petatur,ſed iſte nullam poteſtatem ad talem actum habet,igitur nihil tale poteſt dare,& per conſequens nec contrahere.

¶ Secundo ſic,in contractu iſto homo obligat ſe ad actum ſi petatur,ſed actus eſt

ſibi

ſibi impoſſibilis etiam ſi petatur, igitur obligat ſe ad impoſſibile. Obligatio autē ad impoſſibile, nulla eſt ex lege diuina, igitur lex diuina non approbat talem obligationem, igitur nulla eſt.

¶ Tertio ſic, perſona alia intendit commutare poteſtatem corporis ſui pro poteſtate alterius, igitur credit alium poſſe cōmutare econuerſo, ſed nō poteſt, quia habet impedimētū perpetuū, igitur hoc eſt error pertinens ad aliquid, quod eſt ꝙ ſe requiſitū ad contractū. Talis aūt error facit cōtractū nullū ut ſupra dictū ē, ergo.

¶ Secunda concluſio eſt, ꝙ impotētia ſequens matrimoniū conſumatū quantūcumque ſit perpetuum non impedit matrimoniū. Cuius ratio eſt, quia iam poteſtas eſt tradita, & ille cui fuit tradita intrauit poſſeſſionē, igitur non poteſt reuocari propter impedimētū aliquod ſuperueniens. Sed quid ſi impedimentū illud concurrat poſt matrimonium ratum nō tamen conſumatū, nunquid tale impedimentū impedit contractum matrimonii.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ ſic, quia ut habetur 33.q.1.c.3. Coniugiū confirmatur officio ſed antequam confirmetur impoſſibilitas officii ſoluit uinculum.

¶ Contra, ꝙ per matrimonium ratū eſt data ptās corporū, igitur ſi impedit uſus non propter hoc tollitur ratio præcedēs.

¶ Reſpōſio, ꝙ in matrimonio rato eſt data ptās corporū in habitudine ad actum illum ſi petatur ille, & ideo dicit canō, ꝙ impoſſibilitas officij ſoluit uinculum.

¶ Tertia concluſio eſt, ꝙ impotentia ad illū actum cui ſubuenitri poteſt per naturam, uel per artē ſiue ſit frigiditas ſiue maleficiū, ſiue artatio nō impedit matrimoniū. Sed quomodo innoteſcat quādo impotentia nō eſt perpetua, ſed ad tempus, & illi poteſt ſubueniri, habetur extra de fri. & male. c. laudabilē Dēt.n. per triennium ſimul habitare, & dare operam illi actui, ꝙ ſi poſtea reclament tanquam impotentes ad illum actū debent iurare cū ſeptima manu. Decipitur tamē circa hoc aliquando eccleſia, & cum cōſtat de deceptione iubet eos quos ſeparauerat ad priora uota redire ¶ Ad argumentum in contrarium dico, ꝙ obligat ſe ad actum ſi petatur ſaltem pro aliquo tempore determinato, ſed infra aliquod tempus nō oportet reddere illum actum ſi uelit intrare religionem. Non ſic de illo qui habet impedimentum perpetuum, quia nō poteſt ſe obligare ad actum pro quocunque tempore, ſi eſt impedimentum perpetuum, ſola autem impotētia perpetuā impedit matrimonium ut dictum eſt in prima concluſione huius quæſtionis.

Vtrum adulterium cum aliqua muliere uiuente uiro impediat matrimonium cum eadem poſt mortem illius uiri?

Scotus quarto ſententiarum diſt. 35. q. 1. Petrus de Aquila 4. ſententiarum diſtinct. 35 quæſt. 3.

QVAESTIO III.

AD tertiam quæſtionem ſic proceditur. Videtur, ꝙ adulterari cum muliere uiuente marito nō impediat matrimonium cū eadem poſt mortem mariti ſui. Quia Dauid adulteratus eſt cum Berſabeæ, & poſtea interfecto uiro eius contraxit cum ea matrimonium, ergo. 2. Regum. cap. 11.

¶ Contra 13.q.3.c. illud.

¶ Ad euidentiam huius quæſtionis præmitto, quod tria ſunt crimina, quę unita, uel ſeparata uidentur facere difficultatē circa matrimonium contrahēdum ſicut colligitur ex diuerſis capitulis, extra de eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium. Sunt autem hæc tria crimina, ſcilicet adulterium, machinatio in mortem legitimi cōiugis, fidei datio, uel contractus de facto cum adultera. His pręmiſſis dico quatuor per ordinem ad quæſtionem.

¶ Primo, ꝙ fidei datio per ſe non impedit matrimonium cōtrahendū poſt mortem uiri. Illud habetur in rubrica prædicta c. ult. ubi dicitur, ꝙ ſi quis uxore uiuente fide data promiſit ſe illam ducturum, uel cum ipſa de facto contraxit ſi nihil aliud impedimenti fuerit non eſt matrimonium dirimendum, ꝙ cum ea contraxit poſt uxoris obitum.

¶ Secundo dico, ꝙ fidei datio interueniēte adulterio impedit matrimonium contrahendum, & dirimit iā contractū. Iſtud habetur ibidem eodē c. Sequitur n. ibi,

Tolerari non debet ſi prius, uel poſt ſupple fidem datam dum uixit uxor illam adulterio polluiſſet. Iſtud autem intelligendum eſt cum ambo ſint cōſcii, quod iſte actus eſt adulterium, quia ſi uir tantum eſſet conſcius, & mulier inſcia, puta, quia neſciuit eum habere uxorē tunc ad petitionem uiri non eſſet diuortium celebrandum, ut habetur in eadem rubrica c.1.

Quando impeditur matrimonium.

¶ Tertio dico, quòd ubi adulter, uel adultera machinatur in mortem legitimi cōiugis ibi impedit matrimonium, & dirimit iam contractum. Iſtud patet in c. præallegato, & extra de conuerſione infidelium, c. laudabilem.

¶ Quarto dico, quod ubi adulter, uel adultera non dederunt ſibi fidem de matrimonio contrahendo, nec alter eorum in mortem legitimi coniugis eſt machinatus matrimonium inter eos poteſt legitime contrahi, ut habetur extra in ſupradicta rubrica c. ſignificaſti. Ratio autem ſecundæ, & tertiæ concluſionis non eſt niſi ſtatutum eccleſię quæ illegitimat huiuſmodi perſonas ad contrahendum. Sed ſi quæras rationem mouentem eccleſiam ad ſic ordinandum. Dico, quod eſt repreſſio adulterii, & homicidii quæ frequenter acciderent ſi huiuſmodi perſonæ poſſent contrahere.

¶ Ad argumentum in contrarium dico, quod non fuit lex iſta ſtatuta pro tempore illo.

DISTINCTIO XXXVI.

Circa diſtinctionem trigeſimamſextam quæritur,

Vtrum ſeruitus impediat matrimonium?

Seraphicus Bona 4. ſent. diſt. 36. q. 2. Ar. 1.
Scotus quarto ſententiarum diſtinctio. 36. q. 1.
D. Thomas 4. ſenten diſt. 36. q. 2. Artic. 1.
Ricardus quarto ſententiarum diſtinctio 36. q. 1.
Durandus quarto ſenten. diſt. 36 q. 1

QVAESTIO I.

NVNC de conditione uideamus. Circa diſtinctionem 36. & duas alias ſequentes quæro tres quæſtiones. Primo. Vtrum ſeruitus impediat matrimonium? Secundo. Vtrum ordo ſacer impediat matrimonium? Tertio. Vtrum uotum continentiæ impediat matrimoniū.

AD primam quæſtionem ſic proceditur. Videtur, quod ſeruitus impediat matrimonium, quia nullus poteſt dare alienum, ſed corpus ſerui eſt domini ipſius ſecundum philoſophum. 3. Politicorum, ergo ſeruus non poteſt dare corpus alteri, ſed contrahentes dant ſibi mutuo poteſtatem corporum, ergo.

¶ In contrarium habetur extra de coniugio ſeruorum c. j.

¶ In iſta quæſtione ſunt tria uidenda. Primo unde eſt introducta ſeruitus. Secundo ſi iuſte eſt introducta. Tertio principale quæſitum.

DE primo dico ſicut ſuperius dictū eſt in tractatu de pœnitentia, quod natura omnes ſumus liberi, ſed ex alia lege poſitiua ſumus ſerui. Non autem hic loquor de ſeruitute quæ eſt ſubiectio filialis, ſed loquor de ſeruitute quæ eſt ſubiectio ſeruilis de qua loquitur Ariſt. ubi dicit, quod tanta eſt diſtantia domini ad ſeruum, quanta eſt diſtantia hominis ad beſtiam. Et ſicut homo poteſt uendere beſtiam, ita dominus ſeruum. Seruus etiam ut ibidem dicitur non poteſt exercere actus uirtutis, pro eo, quod oportet eum ad præceptum domini ſui exercere actus ſeruiles. Dico ergo concluſionem iſtam, quod ſubiectio ſeruitutis prædictæ eſt a lege poſitiua quia cum non ſit a natura pro eo, quòd naturaliter omnes ſumus pares, ſequitur, quòd ſit a lege poſitiua.

1. Politic. 3. cap. 3.

Nota de ſeruitute.

DE ſecūdo, ſcilicet ſi iſta ſeruitus eſt iuſte introducta, dico, quod ſeruitus non poteſt eſſe iuſte introducta niſi dupliciter. Vno modo, quòd uoluntarię ſe ſubiiciat ſeruituti, & ſic faciens faceret contra legem naturæ, tamen ex quo factum eſt neceſſe eſt eam ſeruare. Alio modo ſi

quis iuſte dominans communitati uidẽs aliquos abuti libertate propter bonum reipublicæ, & propter bonum eius, qui abutitur libertate poteſt eum reducere in ſtatum ſeruitutis, ſicut etiam eos in certis caſibus poſſet occidere. Si autem ponatur tertia ſpecies ſeruitutis utpote captus in bello præſeruatur a morte, & efficitur ſeruus. Sed hoc non apparet manifeſte iuſtitia, quia licet captor poterit occidere captiuum ſtante pertinacia ipſius contra bellantis, tamen ex quo deſinit eſſe pertinax inhumanum, uidetur ſibi infligere aliquid quod ſit contra legem naturæ, ſeruitus autem eſt contra legem naturæ, igitur.

D. Tho. præſenti diſt. q. 2. DE tertio articulo dicunt aliqui, quod ſeruus poteſt contrahere matrimonium inuito domino. Et iſtud probatur. Primo ſic, matrimonium eſt de lege naturæ, ſed ſeruitus nõ eſt de lege naturæ, immo eſt contra legem naturæ, quod autem eſt de lege naturæ non tollitur propter aliquid quod eſt tantum de lege poſitiua, ergo.

¶ Secundo ſic, ſeruus non ſic eſt domini quin ſit ſui iuris quantum ad actus naturales pertinentes ad conſeruationem indiuidui, igitur a ſimili quantum ad actus pertinentes ad conſeruationem ſpeciei. Antecedẽs patet, quia poteſt uti neceſſariis ad uitam, conſequentia probatur, quia conſeruatio ſpeciei cum ſit maius bonum naturale magis eſt de lege naturæ. Quicquid autẽ ſit de efficacia iſtarum rationum. Dicitur ad quæſtionem ſic, quod ſeruus de uoluntate domini poteſt contrahere matrimonium, & ſi onus matrimonii ſit ad aliquid repugnans ſeruitiis conſuetis dominus concedens ſibi contrahere relaxat ſibi implicite iſta ſeruitia conſueta. Poteſt etiam contrahere domino inuito prout habet aliquis iuris in corpore ſuo proprio, non enim priuauit ſe quacunque libertate ad quoſcunque actus pro quanto, ergo corpus eſt ſuum poteſt commutare cum alio, quia ſi alius, ſiue liber, ſiue ſeruus uelit eſſe contentus illa modica poteſtate, poteſt ſibi præiudicare, & tenet commutatio.

¶ Ad argumentum in contrarium dico, quòd ſeruus non eſt domini ſui ſecundum omnia, quia ſui iuris eſt ad comedendum, & ad bibendum, & ad alios actus, qui non ſubtrahunt domino ſeruitia conſueta. Vel aliter poteſt dici, & melius, quòd ſeruus non poteſt dare corpus ſuum inquantum alienum ſubtrahendo ipſum a ſeruitio domini ſui, ſed alias poteſt dare ſi alter coniugum contentaretur, quia ut ſic non dat alienum.

Vtrum ordo ſacer impediat matrimonium?

Seraphicus Bon. 4. ſent. diſt. 37. q. 2. Ar. 1.
Scotus 4. ſent diſt. 37. q. 1.
D. Thomas 4. ſent. diſt. 38. q. 1. Artic. 1.
Ricardus 4 ſentent. diſtinctio 37. q. 1.
Franciſcus de May. 4. ſent. diſt. 37. q. 1.
Durandus 4. ſenten. diſtin. 37 q. 1.

QVAESTIO II.

AD ſecundam quæſtionem ſic proceditur. Videtur, quod ordo ſacer non impediat matrimonium, ut patet prima ad Timotheum, dicitur enim ibi quod epiſcopus debet eſſe vnius uxoris uir, ſed epiſcopatus eſt ordo, ergo. *Cap. 3.*

¶ In oppoſitum eſt illud canonis diſtin. 32. Placuit epiſcopos, presbyteros, diacones ſubdiacones ſecundum priora inſtituta abſtinere ab uxoribus, ideſt non contrahere, ut dicit gloſa, ergo ordo ſacer impedit matrimonium.

¶ In iſta quæſtione concluſio eſt certa, quòd ordo ſacer impediat matrimoniũ contrahendum, & dirimit iam contractum, ut patet per multas auctoritates quas Magiſter adducit in litera, & multæ ex eis habentur in canone diſtinctio. 32. patet etiam extra de cle. coniug. Sed difficultas eſt in aſſignando cauſam qualiter ſacer ordo impediat matrimonium. *Vide Magiſtrum in litera.* Aliqui dicunt, quod hoc eſt propter uotum caſtitatis annexum ad quod obligatur qui ſuſcepit ordinem ſacrum.

¶ Contra hoc inſtatur, quia aut uotum illud eſt ſic annexum, quia ſuſcipiens uouet, aut tantummodo, quia ex præcepto eccleſiæ eſt quaſi annexum, quod tene-

tur ſeruare ac ſi uoueret . Primo modo non, quia uolens uouet uolitum, ſed iſtę ſuſcipiens ſacrum ordinem poſſibile eſt, ꝙ explicite uelit non continere, ergo ipſe non uouet continentiam. Si ſecundo modo, ergo contrahens de facto ſimpliciter contrahit probat extra de matrimonio contracto contra interdictum eccleſiæ, licet enim contra interdictum eccleſiæ nemo debeat ad ſecunda uota tranſire, tamen ſi tranſeat non propter hoc matrimonium diſſoluitur. Si dicas ad primã partem argumenti, ꝙ iſtæ qui reciperet ordinem ſacrum uoueret caſtitatem in facto licet non in uolũtate, quia antiqui latini uouerunt, & iſtæ ſuſcipit ſimile ſignum. Hoc non ualet, quia nullus tenetur ex uoto ad uotum factum ab alio, maxime ſi habet uotum contrarium.

¶ Præterea orientales ſiue Greci ſuſcipiunt idem ſignum, & tamen ſine uoto caſtitatis.

¶ Dico ergo, ꝙ hoc non eſt propter uotum continentiæ annexum ordini ſacro, ut dicit præcedẽs opinio, ſed eſt ex hoc, quia eccleſia facit talem perſonam ſimpliciter illegitimam ad matrimoniũ contrahendum. Hoc autem rationabile fuit ſtatutum per eccleſiam, quia iſtæ qui deputatur in miniſterio ſacro requirit ad minus quatuor. ſ. mentis puritatem, intellectus perſpicuitatem, affectus feruorem, & corporalis mũditiæ decorem, ſed ad hæc omnia diſponit continentia, & ad eorum oppoſita inducit frequentia actus carnalis, ergo.

¶ Ad argumentum in contrarium dico, ꝙ illud Apoſtoli. Vnius uxoris uirũ, intelligitur non plurium, nec tantum de præſenti, ſed de præterito, hoc eſt ꝙ non habuerit plures, quia tunc eſſet bigamus.

Vtrum uotum continentiæ impediat matrimonium?

Seraphicus Bonauentura 4. ſententiarũ diſtin. 38 q. 1. Ar 2.

Scotus 4. ſent. diſt. 38. q 1.

D. Thomas quarto ſentem. diſtin 38 quæſtio 2. Artic. 1.

Ricardus 4 ſent diſt. 38 q. 1.

Durandus 4. ſent. diſt. 38. q. 1.

QVAESTIO III.

AD tertiam quæſtionem ſic proceditur. Videtur, ꝙ uotum continentiæ nõ impediat matrimonium, quia non minus obligat apud Deum uotum ſimplex, quam ſolemne Sed uotum ſimplex non impedit matrimonium ut patet extra qui clerici, uel uouentes contrahere poſſunt c. meminimus.

¶ In contrarium eſt ibidem c. inſinuante, de quadam nobili, quæ fecit uotũ continentiæ, & poſtea contraxit, coacta fuit redire ad priſtinum ſtatum.

¶ In iſta quæſtione ſunt tria uidenda. Primo quis poteſt uotum continentiæ, & generaliter quodcunque uotum emittere Secundo quot modis uotum continentiæ poteſt emitti. Tertio ex his ad quæſitum principale.

DE primo dico, ꝙ uotum procedit a libera uoluntate, omnis enim qui libere poteſt facere, quod uult, nullo impedimento in ſe exiſtente nullo homine de facto propediente, nullo iure prohibente poteſt ſimpliciter uouere. *A quo procedat uotũ.*

¶ Et econtrario, qui in omnibus ſubeſt alteri non poteſt per ſe uouere uotũ continentiæ. Nunc autem uxor ſubeſt uiro. Puer ſubeſt patri in regimine uitæ, ſeruus ſubeſt domino, religioſus ſubeſt prælato Ideo nullus iſtorum poteſt uouere. Et ideo quantum ad uotum continentię patet, ꝙ uxor non poteſt uotum continentiæ facere ſine cõſcientia mariti, nec puer infra annos pubertatis.

DE ſecundo articulo dico, ꝙ uotum continentiæ poteſt eſſe publicum, uel priuatum. Item poteſt eſſe ſimplex, & ſolemne. Nec iſtæ duæ diſtinctiones ſunt eędem, quia tam publicum quam priuatum poteſt eſſe ſimplex, uel ſolemne uotum. Votum autem ſolemnizatur tribus modis, ut ponitur extra de uoto, & uoti redemptione. libr. 6. Decretalium. cap. quod uotum? ſic habetur. Votum ſolemne eſt cui interuenit aliqua illarum ſolemnitatum, uidelicet, per ſuſceptionem ſacri ordinis. Item per ſuſceptionem ſacræ *Votum ſolẽne quid ſit.*

uestis

ueſtis, quæ tantum perficientibus dari debet præſentibus teſtibus. Item tertio modo cum per profeſſionem deuouet ſe alicui religioni abbati, uel abbatiſſę. Primum patet 28. diſt. c. diaconi. Secũdum patet extra de regula, ſtatuimus. Tertiũ patet ibidem. Et ne contra hoc uenire poſſit fiat publica ſcriptura. 24 q. j. c. omnes fœminæ.

Communis opinio de uoto continentiæ.

DE tertio articulo, ſcilicet, ſi uotum cõtinentiæ impediat matrimonium, eſt omnium communis opinio, ꝙ uotũ ſimplex non impedit ſimpliciter, quia licet impediat contrahendum, non tamen dirimit iam contractum. Votum autem ſolemne ſimpliciter impedit, quia impedit contrahendum, & dirimit iam contractum. Sed difficultas eſt in aſſignando rationem, unde uidelicet eſt hoc, ꝙ uotum ſolemne ſimpliciter impedit matrimonium, uotum autem non ſolẽne ſeu ſimplex non impedit. Ad quod diuerſi diuerſas inueniunt rationes. Vnus dicit, ꝙ ratio huius differentiæ eſt propter manifeſtum, & non manifeſtum, probatum, & non probatum. Votum enim ſolemne eſt probatum, ſeu manifeſtum, uotum autẽ ſimplex eſt, non probatum, ſeu non manifeſtum. Sed hoc non ualet, quia uotum ſimplex poſſet eſſe manifeſtum, & probatum, & tamen non dirimit iam contractum. Ideo alius dicit, ꝙ hoc eſt, quia per uotum ſolemne dat aliquis illi cui uouet ius in ſe ad actum ſequentem illud uotum, & per conſequens uouens ſolemniter continentiam, dat illi in cuius manu uouet ius in ſe, ad faciendum illud obſeruari, ergo nõ poteſt dare ius ſuum ad actũ oppoſitum, quia illud nõ habet.

¶ Sed contra iſtud inſtatur, quia uouens uoto priuato, dat corpus ſuum Deo quãtum ad actum uouendi, ergo non poſſet corpus ſuum poſtea dare coniugi ad actum oppoſitum, non enim minus transfert aliquis a ſe, quod immediate dat Deo, quam quod dat mediate homini uicario.

¶ Ideo datur alia ratio, quia uouens ſolemniter mittit in poſſeſſionem illam perſonam cui uouet, uouens autem priuate non facit ſic, ſed quaſi promittit. Sed nec illud ualet, quia omnia intrinſeca uota, ut reſpiciunt actum uoluntatis per quem obligat ſe uouendo, & transferendo dominium ſuum, in alterum ſunt æqualia hinc inde, ergo non magis eſt datio hic, quam ibi, nec permiſſio eſt hic melior quam ibi, conſequentia patet. Antecedens declaratur, quia per ſolam uoluntatem eſt dominus, & transfert dominium.

¶ Ideo, quarta ratio aſſignatur, quia trãſgreſſio uoti ſolemnis eſt ſcandaloſa, & ideo ad obſeruantiam eius tenetur non tantum ſibi, ſed etiam toti eccleſiæ, trãſgreſſio autem uoti priuati non ſic eſt ſcãdaloſa. Sed hoc non ualet, quia hoc non plus concludit, niſi quòd hoc ſit grauius peccatum tranſgrediendo uotum ſolemne quam ſimplex. Sed de hoc non quæritur, non enim ſemper peccatum grauius tollit poteſtatem ad contrahendum. *Magiſter ſent. præſenti diſt. c. 2.*

¶ Præterea extra de regulis iuris, utilius ſcandalum naſci permittitur quam ueritas relinquatur. Sic ergo nõ uidetur alia ratio, niſi quia eccleſia illegitimauit ſe uouentem, & hoc fuit rationabile, quia poſuit ſe in poteſtate eccleſiæ quantum ad oppoſitum eius, quod eſt contractus matrimonii, uouentem autem uoto priuato non illegitimauit, quia nõ ſic ſe poſuit in eius poteſtate, ſed quia ſe poſuit in manu Dei ad oppoſitum ſeruandum conſuluit animæ ſuæ apud Deũ, ne tranſgrediatur actus, & ideo eccleſia relinquit eum iudicio diuino. Ex hoc patet ad argumentum principale, quòd nõ eſt ſimile de uoto ſolemni, & ſimplici.

DISTINCTIO XXXIX.

& alias ſequentes uſque ad 42.

Circa diſtinctionem trigeſimamnonam, & alias ſequentes quæritur,

Vtrum diſpar cultus impediat matrimonium?

Scotus quarto ſententiarum diſt. 39. q. 1. Petrus de Aquila 4. ſententiarum diſtinct. 39 quæſt. 1.

QVAE-

QVAESTIO I.

POST hæc diſpari clericatu. Circa iſtam diſtinctionem 39. & omnes alias ſequentes de ſacramento matrimonii quæro tres quæſtiones. Primo. Vtrum diſpar cultus impediat matrimonium? Secundo. Vtrum cognatio carnalis impediat matrimonium? Tertio. Vtrum affinitas impediat matrimoniũ?

AD primam quæſtionem ſic proceditur. Videtur, quòd diſpar cultus non impediat matrimonum. Quia Gen. Ioſeph accepit filiam Phutifaris cum tamẽ ipſe eſſet fidelis, & ipſa infidelis, & multa ſimilia habentur in ſcriptura ſicut de Moyſe qui contraxit cum Ethiopiſſa, ergo, &c. *Cap. 41.*

¶ In oppoſitum eſt illud 2. ad Corinth. Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio lucis ad tenebras, aut quæ pars fidelis cum infideli, ergo. *Cap. 6.*

¶ In iſta quæſtione ſunt duo uidenda. Primo ſi infideles poſſunt cõtrahere matrimonium. Secundo quomodo fidelis poteſt contrahere cum infideli.

DE primo dicunt aliqui, quòd non. ¶ Primo, quia non poteſt ibi eſſe bonũ fidei ex parte eius qui eſt infidelis, qui enim non eſt fidelis Deo, non eſt fidelis proximo.

¶ Secundo, quia ex parte eius non eſt bonum prolis, quia quanto in ipſo eſt educaret prolẽ in ritu ſuo, & ita irreligioſe.

¶ Tertio, quia non eſt ibi bonum ſacramenti, quia infidelis ex quo non habet primum ſacramentum, ſcilicet baptiſmum, non eſt capax aliorum ſacramentorum, ut probatur extra de præsbytero non baptizato.

Quarto eſt ſpecialis difficultas quomodo infidelis poſſit corpus ſuum dare alteri cum non facit hoc innitens approbationis legis diuinæ.

¶ Quinto, quia ſpiritualis difficultas eſt cum matrimonium includat indiſſolubilitatem quomodo infidelis cõtrahat matrimonium cum tamen illud ſit poſtea diſſolubile, quia ſi alter coniugum conuertitur ad fidem ſine altero poteſt diſcedere.

¶ Sed his non obſtantibus dicendum, quod inter infideles eſt matrimonium, quia ut ait Apoſtolus prima ad Corinth. Si quis frater uxorem habet infidelem, & hæc conſentit habitare cum illo, non dimittat illam, ſed iſta non fuit uxor propter contractum qui fuit poſt fidem, ſed ante. *Cap. 7.*

¶ Preterea matrimonium eſt dictamen legis naturæ, uel eſt aliquid conſonum dictamini legis naturæ, ſed lex naturæ communis eſt apud omnes, ergo, & matrimonium.

¶ Præterea, matrimonium ſecundum diffinitionem aliquorum eſt maris, & fœminæ coniunctio indiuidua uitæ conſuetudinem retinens, ſed hoc eſt inter infideles, ergo.

¶ Præterea infideles hæretici habent uera ſacramenta eccleſiæ, & quamuis non habeant fidem habent tamen uerborum formam, ergo ſi matrimonium contrahitur apud fideles per uerba exprimentia conſenſum, & talis forma eſt apud infideles, ergo etiam matrimonium eſt apud infideles.

¶ Ad argumenta autem alterius uiæ reſpondeo, & dico, quod primum non concludit, quia fides, & fidelitas ſeruari poteſt, ſine fide qua creditur in Deum, & iſtam ſeruant infideles fidelibus, & econuerſo, in contractibus, ut patet per Aug. in epiſtola ad Plebicolam. Nec ſequitur non ſeruatur fidem Deo, ergo non uult ſeruare fidem, idest infidelitatem cum proximo, tum quia non ſequitur non uult perfectius, ergo nec minus perfectum, tum quia nõ poteſt per rationem naturalem attingere ad obſeruantiam fidei reſpectu Dei ſicut ad obſeruantiam fidei reſpectu proximi. *Primum nõ concludit.*

¶ Similiter ſecundum non ualet, quia uult educare prolem quãtum poteſt per rationem naturalem noſſe ipſam educãdam, unde ex illo argumento, non plus habetur, niſi quod non eſt completum bonum prolis, ſcilicet, quod educetur ad cultũ diuinum. Nec mirum, quia educator nõ ipſum ſic fore educandum. *Secundum non ualet.*

¶ Similiter tertium non ualet, quia omnibus contractibus matrimonii præcedẽtibus legem euangelicam non fuit anne-xum *Tertium nõ ualet.*

xum ſacramentum propriæ dictum, nec fuit annexum contractui in ſtatu innocentiæ, ſi ſemper in iſto ſtatu permãſiſſet, nec tñ defuiſſet tũc aliquid de perfectione pertinens ad cõtractum matrimonii.

¶ Ad quartam difficultatem poteſt dici ꝙ Deus poſt lapſum licẽtiauit homines ad talem commutationem non tantũ propter primum finem, ut eſſet in officium, ſed etiam propter ſecũdum ut eſſet in remedium, & tunc utentes iſta cõmutatione ſi non attendant ad hoc, quia licentia eſt quia ignorant legem Dei non peccãt, ſic.n. in aliis licentiis licet neſciat ſe licẽtiatum dum tamen neſciat illud eſſe illicitũ non peccat. Vel poteſt dici breuius ꝙ ſufficit ſibi ſcire iſtud eſſe de lege naturæ, quod autem eſt de lege naturæ eſt ex approbatione diuina.

¶ Ad ultimam difficultatem dico, ꝙ matrimonium ratũ eſſet niſi aliquando ſuperueniret uinculũ fortius cum quo non poſſet iſtud ſtare cuiuſmodi eſt oblatio noua ad Deum per fidei ſuſceptionẽ quando alter coniugum nollet cõmorari abſque impedimẽto illius fidei ad quam magis tenetur quam ad uinculum cõiugale. Eſt ergo, ratum ſtantibus rationibus extremorũ, ſed non eſt ratum pro tunc pro quo fortius uinculum ſuperueniret cum iſtius uinculi obſeruantia repugnaret.

QVANTVM ad ſecundum articulum, uidelicet ſi fidelis poſſet cõtrahere cum infideli, dico tres concluſiones. Prima, ꝙ inter fidelẽ, & infidelẽ põt eſſe matrimonium. Secunda, ꝙ tale matrimonium poteſt cõtrahi ex iure diuino. Tertia, ꝙ non poteſt contrahi de iure poſitiuo eccleſiæ.

¶ Ad euidentiam primæ concluſionis dico, ꝙ aliud eſt matrimonium eſſe, uel cõtrahi ſimpliciter, & abſolute, aliud ẽ matrimoniũ cõtrahi licite, & honeſte Vtroque autẽ modo neceſſe eſt dicere inter fidelem, & infidelem poſſe eſſe matrimonium, & hoc probatur ex illo dicto Apoſtoli. Vir fidelis non dimittat uxorem infidelem, quæ conſentit cum eo habitare, ſi aũt non eſſet matrimoniũ tunc Apoſtolus ſuaderet fornicationẽ, ſi aũt non eſſet licitũ, & honeſtũ apoſtolus nõ cõſuleret.

¶ Secunda concluſio eſt, ꝙ prædictũ matrimonium inter fidelem, & infidelẽ poteſt contrahi quantum eſt ex iure diuino, quia ex iſto non magis inuenitur, ꝙ contractus ſit nullus, quam ꝙ oblatio ex contractu priori ſit nulla, quia non poſito nouo impedimento qui poteſt eſſe alterius poteſt ſe dare alteri, ſed ex cõtractu priori poterat inter eos eſſe uera oblatio, ergo, &c.

¶ Tertia concluſio eſt, ꝙ de iure poſitiuo eccleſię inter fidelem, & infidelẽ non eſt contrahẽdũ matrimonium, quia eccleſia illegitimauit fidelem ad contrahẽdum cum infideli, ut patet. 28.q.j. ſic .n. dicitur ibidem, ꝙ nõ niſi religionis eiuſdem, & fidei maneãt copulata coniugia. Item ibidem c. caue, ut non niſi baptizata ſumatur in cõiugium, quia Baptiſmus eſt primum ſacramentum. Ad hoc etiam ualent aliquę rationes adductæ ad primum articulum propter homini matrimonii, quæ ſunt fides, proles, & ſacramentum.

¶ Ad argumentum in contrarium dico, quòd in omnibus illis exẽplis de Ioſeph non erat adhuc prohibitum contrahere fidelem cum infideli.

Vtrum cognatio carnalis impediat matrimonium?

Seraphicus Bona. 4. ſent. diſt. 41. q. 3. Ar. 1.
Scotus quarto ſententiarum diſtinctio. 40. q. 1.
D. Thomas 4. ſenten. diſt. 41. q. unica Ar. 3.
Ricardus quarto ſententiarum diſtinctio 41. q. 1.
Franciſcus de Mayronis 4. ſenten. diſtinctio. 41. q. 1.
Durandus quarto ſenten. diſt. 41. q. 1
Ioannes Bacconitanus 4. ſententiarum diſt. 39 queſt. 1.

QVAESTIO II.

AD ſecundam quæſtionem ſic proceditur. Videtur, ꝙ cognatio carnalis non impediat matrimonium, quia matrimonium ſtrictiſſime ſeruabatur, uel ſeruãdum erat in lege naturę, ſed Caym contraxit cum ſorore ſua, ergo.

¶ In

¶ In oppoſitum eſt Magiſter in litera, & patet extra de conſangui. & affi. c. non debet.

¶ In iſta quæſtione primo præmittūtur aliqua deſcriptiones. Secundo aliquæ regulæ ſeu propoſitiones. Tertio aliquæ concluſiones.

QVANTVM ad primū pono quinque deſcriptiones.

¶ Quarum prima eſt iſta, quòd conſanguinitas eſt uinculum perſonarum ab eadem perſona carnali propagatione deſcendentium.

¶ Secunda eſt iſta perſona a qua plures carnali propagatione deſcendunt uocatur ſtipes.

¶ Tertia eſt iſta, linea conſanguinitatis eſt ordinata collectio perſonarum conſanguinitate iunctarum.

¶ Quarta eſt iſta, linea diuiditur in aſcēdentem, & deſcendentem, & tranſuerſalem. Deſcendens eſt a perſona propagante ad perſonas propagatas. Aſcendens uero econuerſo a propagatis ad propagantes. Tranſuerſalis eſt quando ambæ perſonæ deſcendunt ab eodem, ſed neutra ab altera.

¶ Quinta eſt iſta, gradus eſt determinata propinquitas perſonæ ad perſonam ſecundum conſanguinitatem, & iſte gradus inuenitur per prius in linea aſcendente, & deſcendente, quam in linea tranſuerſali.

QVANTVM ad ſecundum articulum pono tres regulas ſeu propoſitiones.

Vide iſtas tres regulas. ¶ Quarum prima eſt iſta. In linea recta tot ſunt gradus, quot ſunt perſonæ, una minus, hoc probatur, quia tot ſunt ibi gradus, quot ſunt ibi propagationes, ſed ſunt ibi tot propagationes, quot perſonę excepta una, oportet enim ponere unam quæ non ſit propagata, ergo.

¶ Secunda regula eſt iſta. In linea tranſuerſali computantur gradus ſecundum magis remotum a ſtipite, ut patet extra de conſanguinitate, & affi. qui a ſtipite, & ratio eſt, quia perſonæ, quæ ſunt in linea non habent inter ſe propinquitatem niſi propter ſtipitem, & ideo non poſſunt propinquius ſibi coniungi quam remotior eorum coniungatur ſtipiti.

¶ Tertia regula eſt, ꝙ efficacior eſt gradus in linea deſcendentem, quam tranſuerſali. Ratio eſt, quia plus coniungitur proles parēti, quam proles proli, & ideo magis eſt contra legem naturæ, in primo gradu coniungi, in linea recta, quam in linea tranſuerſali.

DE tertio articulo dico tres concluſiones. Prima concluſio eſt iſta Conſanguinitas impedit matrimoniū in aliquo gradu propter dictamen legis naturæ. Secunda concluſio eſt, ꝙ cōſanguinitas impedit matrimonium in aliquo gradu propter prohibitionem legis diuinæ. Tertia eſt iſta, ꝙ cōſanguinitas impedit matrimonium in aliquo gradu propter ſtatutum eccleſiæ.

¶ Prima concluſio, ſcilicet, ꝙ conſanguinitas impedit matrimonium, in aliquo gradu propter dictamen legis naturæ, quia uinculum conſanguinitatis, quod eſt ſtipitis ad prolem impedit matrimonium ex dictamine legis naturæ. Vnde naturale eſt apud omnes, ꝙ filius non cōiungitur matri, & quòd filia non coniungitur patri, & hoc eſt propter generationis ſucceſſionem, quæ debet procedere non retroducere, unde proles genita nō debet coniungi ſuo principio ut gignat.

¶ Secunda concluſio, ſcilicet, quòd conſanguinitas impedit matrimonium in aliquo gradu ex lege diuina, ut patet Leui. ubi ſit prohibitio uſque ad ſecundum gradum, & ratio huius fuit propter honeſtatem, qui enim mulierem cognoſcit diſcooperit ignominiam eius, hoc autē magis eſt inhoneſtum facere propinquæ quam non propinquæ. *Cap. 18.*

¶ Tertia concluſio, ſcilicet, ꝙ conſanguinitas impedit matrimoniū in aliquo gradu ex lege eccleſię, patet extra de conſang. & affi. in multis capitulis. Sed dices uſque ad quem gradum conſanguinitatis prohibuit eccleſia contractum matrimonii. Dico, ꝙ illud fuit aliquando prohibitum uſque ad ſeptimum gradum, ut patet per Magiſtrum in litera, ſed ſub Innocentio tertio, reſtricta eſt uſque ad quartum gradum incluſiue, ut patet extra de conſanguinitate c. non debet.

¶ Ad argumentum in contrarium dico, quòd illud fuit neceſſarium pro principio generis humani, quòd contractus fieret in gradu primo, tamen in linea tranſuerſali non recta.

Verum

Vtrum affinitas impediat matrimonium?

Seraphicus Bon. 4. ſent. diſt. 40. q. 2. Ar. 1.
Scotus 4. ſent. diſt 41. q 1
D. Thomas 4. ſent. diſt. 40. q unica Artic. 2.
Ricardus 4 ſentent. diſtinctio 40. q. 2.
Franciſcus de May. 4. ſent. diſt. 40. q. 1.
Durandus 4. ſenten. diſtin. 40. q. 1.

QVAESTIO III.

AD tertiam quæſtionem ſic proceditur. Videt, quòd affinitas nó impediat matrimonium, quia effectus non repugnat ſuæ cauſæ, ſed affinitas eſt effectus matrimonii, ergo non repugnat matrimonio.

¶ In oppoſitum eſt illud 35. q. 3. c. de propinquis, ubi dicitur, ꝙ affinitas impedit matrimonium.

¶ In iſta queſtione. Primo pono quatuor propoſitiones. Secundo breuiter dico, quod affinitas ſimpliciter impedit matrimonium.

Quæ ſit affinitas. ¶ Quantum ad primum eſt prima propoſitio iſta, ꝙ affinitas eſt uinculum quoddam perſonę ad perſonam ex copula carnali cum aliqua perſona conſanguinea contractum. Affinitas. n. eſt quaſi acceſſus ad fines, ideo omnes conſanguinei mariti ſunt affines uxoris, & econuerſo, conſanguinei uxoris ſunt affines mariti.

¶ Secunda propoſitio eſt, ꝙ affinitas durat quocunque coniugum mortuo, ut patet extra 35. q. ult. fraternitatis, circa medium.

¶ Tertia propoſitio eſt, ꝙ ita pôt diuidi affinitas ſicut conſanguinitas eſt diſtincta in queſtione precedenti, quia ita deſcendit per lineam rectam, & tranſuerſalē per tot gradus, ut ſit talis regula Quo to gradu aliquis diſtat ab alio in conſanguinitate toto gradu diſtat in affinitate.

¶ Quarta propoſitio eſt, ꝙ affinitas non ſolum cõtrahitur per matrimonium, immo per coitum fornicarium, ut patet extra de probationibus per tuas.

¶ Secundo breuiter dico ad quæſtionē, ꝙ affinitas ſimpliciter impedit matrimonium, & ideo non eſt niſi ſtatutum eccleſiæ illegitimantis affines, & in eodem gradu impedit matrimoniū in quo conſanguinitas, & hoc quidē de affinitate proprie dicta patet titulo illo de conſanguinitate, & affin. c. non debet conſimiliter de affinitate extenſiue, & communiter dicta quæ uocatur publicæ honeſtatis iuſtitia, extra de cõſanguinitate, & affi. c. j.

¶ Ad argumentum contrarium dico, ꝙ affinitas eſt effectus matrimonii cuiuſdā præcedentis, & illud non impedit aliud ſcilicet inter illos inter quos per matrimonium eſt contracta affinitas.

DISTINCTIO XLIII.

Circa diſtinctioné quadrageſimãtertiā quæritur,

Vtrum reſurrectio generalis hominum ſit futura?

Seraphicus Bona 4. ſent. diſt. 43. q 1. Ar. 1.
Scotus quarto ſententiarum diſtinctio. 43. q. 1.
D. Thomas 4. ſenten. diſt 43. q. 1. Ar. 2.
Franciſcus de Mayronis 4 ſenten. diſtinctio. 43. q. 1.

QVAESTIO I.

POSTREMO de conditione reſurrectionis. Completo tractatu ſacramentorum, accedit Magiſter ad tractatum de reſurrectione, & præmiatione ſanctorum, atq; punitione malorū.

¶ Circa iſtam diſt. 43. quęro tres quęſtiones. Primo. Vtrum reſurrectio generalis hominum ſit futura? Secundo. Vtrū poſſit eſſe notum per rationē naturalem reſurrectionem generalem hominum eſſe futuram? Tertio. Vtrum corruptū poſſit redire idem numero per naturam?

AD primam quæſtionem ſic proceditur. Videtur, ꝙ reſurrectio hominum non ſit futura, per illud Iob. Homo cum dormierit non reſurget donec atteratur *Cap. 14.*

cœlum, ſed cœlum nunquam atteritur cum ſit incorruptibile, ergo.

¶ In oppoſitum eſt illud. Apoſtoli j. ad Cor. Omnes ictu oculi reſurgemus, ergo. *Cap. 15.*

¶ In iſta quæſtione ſunt duo uidenda. Primo, ſi poſsibile eſt hominem reſurgere. Secundo ſi de facto reſurget.

QVANTVM ad primum tenetur communiter a Theologis, quod ſic, ſed probatur diuerſimode a diuerſis. Vnus probat ſic. Cuius eſſe quidditatiuum non eſt interruptum, nec deperditum, illud poteſt redire idem numero, ſed eſſe quidditatiuum hominis non eſt interruptum, nec perditum, ergo poteſt idem redire numero, & per conſequens reſurgere. Maior patet in contrario ſenſu. Nam illud cuius eſſe eſt, ſimpliciter corruptum, uel deſtructum non poteſt redire idem numero ſicut anima ſenſitiua, quæ corrumpitur in bruto. Minor declaratur, quia eſſe animæ intellectiue eſt idem quod eſſe totius, ſed anima intellectiua non corrumpitur materia, etiam manet eadem, & ſic in illo pertinente ad ſubſtantiam hominis facta eſt interruptio.

¶ Contra iſtam uiam arguo primo per Auguſtin. loquente de carne hominis redeunda in reſurrectionem, ait ſic. Abſit ut ad reſuſcitanda corpora non poſſit omnipotentia creatoris omnia reuocare, uel quæ beſtiæ, uel ignis conſumpſit, uel in cinerem puluerinum collapſum eſt. Et ſequitur infra. Et ſi inquit omnibus modis periſſet, nec, uel ulla eius materia in nullis naturæ lateribus manſiſſet, unde uellet eum repararet omnipotens. *22. de ciui. Dei. c. 2.*

¶ Præterea per rationem, ſi deſtructum eſſet annihilatum tunc nihil ſequens eſſet eiuſdem rationis cum nihilo, quod erat terminus a quo creationis. Sed nihil præcedens creationem non repugnabat quin illud cui opponitur poterat creari, ergo, & poſt annihilationem poteſt idem numero redire, ſeu recreari.

¶ Præterea, planum eſt, quod ex parte cauſæ remanet eadem poteſtas ex parte etiam paſſibilis eſt eadem potentia obedientialis poſt annihilationem, quæ erat ante creationem, ergo ſicut primo poterat creari ita, & tunc per eandem uirtutem poterit reformari. *Vide omnia in Sco to.*

¶ Præterea, in homine aliqua eſt entitas poſitiua alia a partibus, ſed iſta eſt interrupta in morte hominis, ergo iſta non redibit in reſurrectione ſi uerum eſt fundamentum. Minor eſt euidens. Probatio maioris, quia aliquid cauſatum a cauſis intrinſecis eſt aliud ab eis, ergo. Sed nulla cauſa materialis, nec formalis eſt cauſata a cauſis intrinſecis, nec ambo ſimul, ergo eſt alia entitas a cauſis diuiſim acceptis.

¶ Præterea ſi illud fundamentum de interruptione, uel deſtructione eſſet uerum, ſcilicet, quòd interruptum non poſſet redire idem numero, tunc ſequerentur multa inconuenientia. Primo quidem ſequeretur, quod Deus non poſſet unum hominem mortuum eundem numero ſuſcitare. Secundo, quod in homine non rediret eadem quantitas quam primo habuit. Tertio, quod non redirent generaliter omnia accidentia, quæ fuerunt in homine, & ſic homo reſuſcitatus non haberet eandem propriam paſſionem numero quam prius habuit. Probatio huius, quia omnia iſta ſunt interrupta.

¶ Præterea ſequeretur, quòd in homine non eſſet idem intellectus nec eadem uoluntas ſicut prius erant: Probatio huius, quia intellectus, & uoluntas ſecundum iſtum Doctorem ſunt accidentia animæ, accidentia autem ſunt interrupta.

¶ Præterea, iſta ratio præſupponit aliam radicem falſam, ſcilicet, quòd in homine non ſit alia forma præter animam intellectiuam, quod eſt falſum, ut patuit ſupra tractat. de eucharistia. *Et 2. ſent. diſt. 17.*

¶ Alia opinio declarat poſſibilitatem reſurrectionis ſic. Nam natura non agit niſi per modum, & mutationem, ideo non poteſt redire idem numero, quia motus, & mutatio non poſſunt redire idem numero. Deus autem

autem poteſt agere non per motum , & mutationem , & ideo per oppoſitum idem numero poteſt redire . Item idem Doctor dicit alibi ſic , quòd alio modo agens naturale aſpicit materiam quam agens primum , quia agens primum aſpicit materiam , ut quid , ideſt nullo modo diſtinctum , agens autem naturale non aſpicit eam ut quid , quia aſpicit eam diſtinctam , & quantam . Tunc arguo ſic . Agens quod reſpicit materiam , ut quid poteſt ſibi eandem formam imprimere ut prius , ſed Deus aſpicit materiam, ut quid , ergo poteſt ſibi eandem formam imprimere, hoc autem eſt reſurgere.

¶ Contra primum dictum arguo ſic. Vbi eſt tranſitus,de priuatione ad habitum , & formam, ibi eſt uera mutatio , quia ueriſſime ſaluatur ratio diffinitiua mutationis , ſed reſurrectio eſt tranſitus de priuatione ad formam , ergo reſurrectio eſt uera mutatio .

2.Lib.ſent. diſt.12. ¶ Contra ſecundum dictum uiſum fuit , ſcilicet ſi agens naturale poteſt attingere eſſentiam materiæ nudam.

Opinio Scoti. ¶ Alia opinio quam teneo declarat poſſibilitatem reſurrectionis ſic . Si non eſſet poſſibilis reſurrectio , uel hoc eſſet ex parte agentis,uel ex parte effectus , ſed hoc non , quia nihil præcedens creationem , & nihil ſequens annihilationem ſunt eiuſdem rationis , ſed Deus poteſt aliquid de nihilo creare , ergo poteſt aliquid dudum corruptum , & in nihilum redactum poſtmodum reparare , corruptum autem reparare eſt reſurgere, ergo.

DE ſecundo articulo , ſcilicet ſi de facto erit reſurrectio hominum generalis. Dico, quòd ſic . Cuius concluſionis ueritas manifeſta eſt ex fide , hanc enim ueritatem tanquam articulum fidei exprimit tam ſymbolum Apoſtolorum , ſcilicet Carnis reſurrectionem , quam ſymbolum Niceni , Expecto reſurrectionem mortuorum , quam ſymbolum Athanaſij qui dicit , quòd omnes homines reſurgere habent cum corporibus ſuis . Et illud ualde expreſſe habetur in multis locis ſacræ ſcripturæ , utpote in Iob , qui dicit . Et in carne mea uidebo Deum Saluatorem meum . *Cap. 19.* Et etiam in prima epiſtola ad Corinth. ubi dicitur , quod in ictu oculi omnes reſurgemus . *Cap. 15.* Et Matth. & in pluribus alijs locis. *Cap. 25.*

¶ Ad argumentum in contrarium dico , quod cœlum nunquam atteretur quantum ad ſubſtantiam , tamen attereretur quantum ad efficientiam in iſta inferiora generando , & corrumpendo , quia poſt iudicium ceſſabit iſta influentia.

Vtrum poſſit eſſe notum per rationem naturalem reſurrectionem generalem hominum eſſe futuram?

Scotus 4. ſent. diſt. 43 q. 2.
Petrus de Aquila 4. ſent. diſt. 43. q. 2.

QVAESTIO III.

AD ſecundam quæſtionem ſic proceditur. Videtur, quòd per rationem naturalem poſſit eſſe notum reſurrectionem generalem hominum eſſe futuram, quia naturale deſiderium non poteſt eſſe fruſtra ſecundum Comment. 2. meth. *In prohœmio.* Sed homo naturale deſideriũ habet ad ſemper eſſe, & ad illud deſideriũ pôt eſſe notũ per rõnẽ naturalẽ ergo, &c.

¶ Contra, articulus fidei non eſt notus per rationẽ naturalẽ, ſed reſurrectio hominum eſt articulus fidei, igitur.

¶ In iſta quæſtione poſſunt eſſe tres articuli ſecundum tres opiniones. Vna dicit reſurrectionem generalem hominũ eſſe futuram, non tamen per rationem naturalem a priori. Alia dicit, ꝙ eſt notum a poſteriori. Tertio, ꝙ nec eſt notũ a priori, nec a poſteriori, ſed ſolũ fide tenetur.

Vide D. Thomam 1. par q. 75. Ar. 6.

¶ Prima opinio nititur reſurrectionem probare a priori, & arguit ſic. Anima intellectiua ẽ forma ſpecifica hominis. Sed anima intellectiua eſt incorruptibilis, ergo forma ſpecifica hominis eſt incorruptibilis. Sed forma ſpecifica hominis incorruptibilis, non remanebit perpetuo extra corpus, ergo aliquando redibit ad corpus, ſed iſta iterata reditio uocatur reſurrectio, ergo reſurrectionem generalem hominum eſſe futuram eſt notum per rationem naturalem a priori.

¶ Secundo dicitur iſta opinio, ꝙ quælibet iſtarum trium propoſitionum principalium ſit naturaliter nota. Prima ſic. Operatio propria hominis eſt a forma ſpecifica hominis, ſed propria operatio hominis eſt intelligere, ergo eſt a forma ſpecifica hominis, ſed iſtud eſt ab anima intellectiua, ergo anima intellectiua eſt forma ſpecifica hominis.

¶ Secunda propoſitio, ſcilicet, ꝙ anima intellectiua eſt incorruptibilis, naturaliter probatur ſic. Quòd corrumpitur aut corrumpitur per contrarium aut per defectum alicuius neceſſario requiſiti ad eius eſſe. Sed anima intellectiua non habet contrarium, neceſſe corporis eſt ſimpliciter neceſſarium ad eius eſſe, quia habet eſſe proprium, ergo, &c.

¶ Præterea ſimplex non poteſt ſeparari a ſeipſo, ſed anima eſt ſimplex, ergo non poteſt ſeparari a ſeipſa, & per conſequẽs, ꝙ anima intellectiua ſit incorruptibilis eſt naturaliter notum.

¶ Tertia propoſitio, ſcilicet, ꝙ forma ſpecifica, ſ. anima non erit perpetuo ſeparata. Probatur ſic. Pars extra totum eſt imperfecta, ſed forma tam nobilis, ſicut eſt anima intellectiua non remanebit perpetuo ĩperfecta, ergo nec tota ſeparata.

¶ Præterea nullum uiolẽtum perpetuũ, ſed ſeparatio animæ a corpore eſt uiolenta, quia contra inclinationem naturalẽ animæ, ergo iſtam formam ſpecificam non eſſe perpetuo ſeparatam, poteſt eſſe naturaliter notum. *2. cęli com. tex. 18.*

¶ Sed contra iſtam opinionem tãquam nihil probantem arguitur ſic. Quia nulla iſtarum propoſitionum naturaliter demonſtrata ad minus, ſecunda, & tertia. Prima etiam fuit a magnis philoſophis negata, ſicut patet 3. de ani. per Comm. qui expreſſe negat eam. Similiter ſecunda non eſt naturaliter demonſtrata. ſ. ꝙ anima ſit ĩcorruptibilis cum principalis ſit apud philoſophum omne illud deſinit aliquo cœli, & mundi, quod habet principium ſui eſſe. Nec rationes iſtę conuincunt, ut dictum fuit, in 2. lib.

¶ De tertia propoſitione uidetur, quòd non ſic naturaliter demonſtrata Quia ſi philoſophus poſuiſſet animam immortalem, magis poſuiſſet eam perpetuo manere ſine corpore, quã in corpore. Quia omne compoſitum ex contrariis eſt corruptibile, nec rationes adductæ probant iſtam propoſitionem. Nam cum dicitur pars exemplo totum eſt imperfecta, dico ꝙ uerum eſt de parte quæ recipit aliquã perfectionem in toto. Anima autem non recipit, immo magis communicat perfectionem ſuam corpori Et tunc poſſet ratio trahi ad oppoſitum, quia non repugnat alicui æquæ perfectæ in ſe manere

nere

uerelicet alteri non communicet perfectionem ſuam. Sed anima manet æquè perfectæ in eſſe, ſiue proprio, ſiue coniuncta, ſiue ſeparata.

Inclinatio naturalis eſt duplex. ¶ Ad aliud dico, quòd inclinatio naturalis eſt duplex. Vna ad actum primum, & eſt imperfecti ad perfectum, & concomitatur potentiam eſſentialem. Alia eſt ad actum. Secundum & eſt perfecti ad perfectionem communicandam, & communicatur potentiam actualem. Et primo uerum eſt, quòd oppoſitum eius eſt uiolentum, & non perpetuum, quia ponitur imperfectionem perpetuam, quod philoſophus habuit pro inconuenienti. Sed ſecunda inclinatio ſi perpetuo ſuſpēdatur nullum uiolentum propriè dicitur, quia nec imperfectio. Nunc autem inclinatio animæ ad corpus tantū eſt ſecundo modo, uel poteſt dici ſecundum Auicen. ꝙ appetitus animæ ſatiatus eſt per hoc, ꝙ ſemel perficit corpus, quia iſta coniunctio eſt ad hoc ut anima mediante corpore acquirat ſuas perfectiones per ſenſus quas ſine corpore non poteſt acquirere, ſemel autem coniuncta corpori acquiſiuerit quantum ipſa petiit.

¶ Alia opinio dicit reſurrectionem eſſe futuram poſſe demonſtrari a poſteriori. Et arguit ſic. Naturaliter notū eſt, quòd beatitudo naturaliter appetitur, hoc patet ex j. ethic. de beatitudine generali, & 10. de beatitudine in ſpeciali. Sed notum eſt per rationem beatitudinem non poſſe eſſe niſi æternam, ergo notum eſt per rationem naturalem totum hominē ordinari ad aliquam perfectionem ſempiternam probatio minoris per Auguſt. *13. de trin. cap. 8.* ubi probatur eam ſic. Si morientem uita beata deſerit, aut ergo uolentem deſerit aut nolentem, aut neutrum. Si nolentē quomodo eſt beata uita quæ ita eſt in uoluntate, ut non ſit in poteſtate. Si autem uolentem quomodo uitam beatam erit, quam finire uoluit qui habebat. Si dicas neutrum, ergo nec iſta uita beata ē, quæ talis eſt ut quem beatum facit amore eius indigna ſit. Sed nec iſta ratio concludit. Concedo enim, quòd uerum eſt beatitudinem non ſolum in uniuerſali, ſed etiam in particulari appeti naturaliter ab homine. Sed non eſt notum rationali naturali, quòd ipſa in particulari, quæ, ſ. conſiſtit in iſto, in quo nos eam credimus conſiſtere appetatur naturaliter ab homine, aut enim oporteret eſſe notum per rationem naturalem, ꝙ iſte actus eſſet nobis conueniens tanquā finis ut dictum eſt in 2. q. primi libri.

Opinio Scoti. ¶ Poteſt ergo teneri tertia opinio, quod nec a priori, puta per rationem principii intrinſeci in homine nec a poſteriori, puta per rationē alicuius operationis, uel perfectionis congruentis homini poteſt probari reſurrectionem eſſe neceſſario futuram, ergo hoc tanquam omnino certum non tenetur niſi per fidem.

¶ Ad argumentum in contrarium dico, quod aut quæritur præciſe de deſiderio naturali propriè dicto, & illud non eſt aliquis actus elicitus, ſed ſola inclinatio naturæ ad aliquid, & tunc planum eſt, ꝙ non pōt probari deſiderium naturale ad aliquid niſi primo probetur poſſibilitas in natura ad illud, & per conſequens e conuerſo arguendo eſt petitio principii, aut quæritur de deſiderio naturali minus propriæ dicto, quod, ſcilicet eſt actus elicitus, & tunc iterum non poteſt probari, quòd aliquod deſiderium elicitum ſit naturale iſto modo niſi prius probetur, ꝙ ad idem ſit deſiderium naturale primo modo.

Vtrum corruptum poſſit idem numero redire per naturam?

Scotus 4. ſent. diſt. 43. q. 3.
Petrus de Aquila 4. ſententiarum diſtin. 43. quæſt. 3.

QVAESTIO III.

AD tertiam quæſtionem ſic proceditur. Videtur, ꝙ corruptum poſſit idem numero redire per naturam. Quia omni potētiæ paſſiue naturali reſpōdet potentia actiua naturalis alioquin eſſet fruſtra, ſed in corruptio eſt potentia paſſiua naturalis ad identitatem numeralem, quia corruptum eſt in eadem potentia in qua erat antequam generaretur, iō corruptum poteſt redire idem numero per naturam. *Vide Varronem q. præſenti.*

2. de gene. conſ. ult.

¶ Contra eſt philoſophus dicit. Quorũ ſubſtantia parit non reuertuntur eadem numero.

¶ In iſta quæſtione ſunt tres articuli ſecundem tres opiniones. Vna opinio dicit ut recitat Aug. 13. de ciui. Dei. c. 13. quòd poſt circuitum magni anni, idest poſt circuitum triginta ſex milium annorum omnia redibunt eadem numero. Quorum ratio eſt, quia redeunte cauſa eadem redibunt, & effectus idem. Sed omnia corpora cęleſtia redibunt ad eundem ſitum poſt circuitum illius magni anni, ergo omnia redibunt eadem numero. Minor probatur ſupponendo illud Ptholomei in Almogeſti, ꝙ cœlum ſtellatum moueatur in centũ annis uno gradu contra motum diurnũ, tunc ſequitur ꝙ complebitur iſte motus eius ad oriente in occidẽtem in 36. milibus annorum. Sed iſtam opinionem improbat beatus Aug. ibidem auctoritate Apoſtoli ad Romanos. Chriſtus reſurgens ex mortuis, &c. Item per illud. 1. ad Theſſal. Semper cum domino erimus. Item per rationem, quia ſecundum circulum iſtũ nulla eſſet uera beatitudo pro eo, ꝙ anima beatam reditura eſſet, ad miſerias quas præhabuit.

Cap. 6. *Cap. 4.* *Gotfre. quolib. 6.* *Egidius Theorema-te 1.*

¶ Alia opinio dicit, ꝙ licet non poſſint omnia corrupta redire eadem numero per naturam, tamen aliqua poſſunt redire. Quod probatur per illud philoſophi. Si agens eſt idem, & materia eadem, effectus erit idem, unde non aſſignat diuerſitatem effectus poſſibilem niſi propter diuerſitatem efficientis, uel materiæ. Sed poſſibile eſt idem eſſe efficiens, & eandem materiam, reſpectu ſecũdi effectus producti quæ erat reſpectu primi producti, ergo aliqua poſſunt redire eadem numero. Minor probatur, quia includatur ignis intra uas nitreum, & ibi corrumpatur in aerem, deinde ex iſto aere generetur ignis per radios ſolares, tunc materia incluſa erit eadem.

8. met. com. tex. 11. & 12. *Ricar. præſenti diſt. q. 1. Art. 3.*

¶ Tertia opinio ſimpliciter negat, ꝙ aliquod corruptum poſſit redire idem numero per naturam, quia ad identitatẽ numeralem requiritur eadem materia, & eadem forma. 12. meth. Et etiam, quia materia eſt principium eſſentiale totius, ſed in generato, & corrupto materia diuiditur, & aliquid eius deperditur, igitur nullum corruptum poteſt redire idẽ numero. Nec ratio præcedentis opinionis concludit. Conceditur enim, quòd ſi agens aliud a materia eſt alia, & effectus erit alius. Sed non ſequitur ex oppoſito antecedentis, uidelicet ſi agens idem eſt materia eandem, igitur effectus erit idẽ, unde in fine concludendo dicit philoſophus. Si contingit idem ex materia alia facere palam, quia principium quod eſt ut mouens idem, nam ſi materia altera eſt, & mouens, & quod factum eſt ſupple erit aliud.

12. Met. cõ tex. 27. & circiter.

¶ Pro iſta tertia opinione arguitur ſic. Agens naturale non poteſt agere niſi per motum, uel mutationem. Sed motus, uel mutatio non poteſt redire idem, igitur nullum corruptum poteſt redire idem numero. Probatio minoris, quia unitas motus eſt continuitas. Interruptio autem, uel iteratio repugnat continuitati, ergo.

¶ Præterea ſicut ſe habet productum ad productum, ita productio ad productionem, ergo permutatum ſicut productum ad productionem, ſic hoc productum ad hanc productionem, ſed non poteſt eſſe productum ſine productione, ergo nec hoc productum ſine hac productione. Sed hæc productio non poteſt redire eadem, ergo nec corruptum poteſt redire idem numero, &c.

¶ Præterea, non poſſet redire idem niſi eſſet ad ipſum eadem potẽtia, ſed ad hoc corruptum non poteſt eſſe eadem potentia, ergo. Probatio minoris, quia aut eadem potẽtia ſemper manet aut eſt de nouo reducta. Non primo modo, quia potẽtia corrumpitur in aduentu formæ. Nec etiam ſecundo modo, quia formæ ſuccedit alia priuatio quam quæ præceſſit eã, & ita forma reſoluitur in aliam potentiam. Ait enim philoſophus. A priuatione ad habitum impoſſibilis eſt regreſſio.

¶ Iſtam opinionem tenendo patet ad argumentum ſecundæ opinionis, ex dictis.

¶ Ad argumentũ aũt primę opinionis dico, ꝙ motus cęli eſt incõmẽſurabilis motibus iſtorum inferiorũ, & ideo quamuis cęlum redeat in eadem diſpoſitione nunquam tamen motus redibunt. Si autem introducitur pro opinione iſta illud Eccleſiaſtes. Nihil ſub ſole nouum, &c.

Reſpon-

Reſpondet Aug. ubi ſupra, hoc quidem intelligendum eſt, ꝙ omnia fuerunt, & ſunt in diuina præſentia, ſed non in reali exiſtentia, igitur.

¶ Ad argumentum principale patuit. *Lib.1.q.2.* Concedo enim, ꝙ potentię paſſiuæ naturali correſpondet aliqua potentia actiua in tota coordinatione entium, & hæc eſt Deus.

DISTINCTIO XLIIII.

Circa diſtinctionē quadrageſimāquartā quæritur,

Vtrum reſurrectio fiat in inſtanti?

Seraphicus Bona. 4. ſent. diſt. 43. q. 3. Ar. 1.
Scotus quarto ſententiarum diſtinctio. 43. q. 5.
D. Thomas 4. ſenten. diſt. 43. q. 3. Ar. 1.
Ricardus quarto ſententiarum diſtinctio 43. q. 2. Ar. 3.
Durandus quarto ſenten. diſt. 43. q. 3.

QVAESTIO I.

SOLENT autem nonnulli. Circa iſtam diſtin. 44. quæro tres quæſtiones. Primo. Vtrum reſurrectio fiat in inſtanti? Secundo. Vtrum ignis infernalis cruciet malignos ſpiritus? Tertio. Vtrum homines damnati poſt iudicium cruciabuntur iſto igne infernali?

AD primam quæſtionem ſic proceditur. Videtur, ꝙ reſurrectio non fiat in inſtanti, quia j. ad Theſſal. dicitur. *Cap. 4.* Mortui, qui in Chriſto ſunt reſurgent primi, deinde nos qui uiuimus, &c.

¶ Contra j. ad Corinth. dicitur. *Cap. 15.* In momento in ictu oculi in nouiſſimam, &c. igitur reſurrectio fiet in inſtanti.

¶ In iſta quæſtione ſunt tria uidenda. Primo ſi informatio corporis humani fiat in inſtanti. Secūdo ſi inductio formę corporeæ ſeu mixti fiat in inſtanti. Tertio ſi unio animæ intellectiuæ fiat, in inſtanti.

DE primo dico, ꝙ non, quia angelus non pōt mouere corpus de loco ad locū in inſtanti. Sed collectio partium corporis humani i reſurrectione fit miniſterio angelorum, ergo non fit in inſtanti. Maior patet, quia motus non fit in inſtanti, 6. phyſi. *6. Phy. com tex. 29. & circiter.* Minor patet Matth. Mittet filius hominis angelos ſuos cum tuba, & uoce magna, & congregabunt electos eius in quatuor uentis a ſummis cęlorum uſque ad terminos eorum.

DE ſecundo articulo dico, ꝙ iſta informatio erit in inſtanti. Cuius ratio eſt, quia fiet immediate uirtute diuina. Virtus autem diuina infinita eſt, ſed uirtus infinita operatur in inſtanti, igitur iſta informatio erit in inſtanti.

¶ Notandum tamen, ꝙ non dico iſtam informationem neceſſario fieri in inſtanti, quia licet iſta uirtus ſit infinita, poteſt tamen ſucceſſiue agere ſicut uirtus creata, & ſucceſſiue inducere formam ſicut ſuæ fuerit placitum uoluntati. Tamē magis congruit, ꝙ iſta uirtus formam in inſtanti inducat.

DE tertio articulo dico, ꝙ unio animæ intellectiuæ ad corpus erit in inſtanti. Tum propter rationem prædictam, & quia eſt a ſolo Deo immediate cuius uirtuti actiuæ nihil reſiſtit. Tum, quia non poteſt eſſe ſucceſſio in receptione formæ, niſi, uel propter partes formæ inducendæ, uel propter partes corporis quarum una prius recipit formam quā alia. Sed neutrum poteſt poni in iſta unione animæ. Igitur unio animæ intellectiuæ erit in inſtanti.

¶ Ad argumentum in contrarium concedo, quòd non erit idem inſtans reſurrectionis omnium, quia in inſtanti reſurrectionis primo mortuorum adhuc aliqui uiuent uita mortali, & iſti ſoluent mortem, & poſtea reſurgent.

Vtrum ignis infernalis cruciet malignos ſpiritus?

Scotus 4. ſent. diſt. 44. q. 2.
Petrus de Aquila. 4 ſent. diſt. 44. q. 2.

QVAESTIO II.

AD ſecundam quæſtionem ſic proceditur. Videtur, φ ignis infernalis nõ cruciet ſpiritus malignos quia agens eſt preſtantius patienre, ſed corpus nõ eſt præſtãtius ſpiritu, igitur nullum corpus agit in ſpiritum. Sed ignis infernalis eſt corporeus, igitur ignis infernalis nõ cruciet malignos ſpiritus.

Cap. 25. ¶ Cõtra Matth. dicitur. Ite maledicti in ignem æternum, &c. Veritas iſtius quæſtionis claret ex dicto Saluatoris iam allegato, & per Auguſtinum, ubi dicit. Cur *12. de ciui. Dei, c. 10* non dicamus ſpiritus in corporeos poſſe pœna corporalis ignis affligi, &c. Et per *4. Dialogorum.* beatum Gregorium dicentem. Si diabolus inquit eiuſque angeli cum ſint incorporei corporeo ſunt igne cruciãdi, quid mirum ſi animæ antequam recipiant corporea poſſint corporea tormenta ſentire. Sed difficultas eſt inuenire poſſibilitatem, quomodo ſpiritus poteſt pati ab igne corporeo. Et circa hoc ſunt quatuor opiniones. Vna dicit, quòd ſpiritus cruciatur igne inquantum appræhendit ignem ſub rationem diſconuenientis. Vnde Gregorius, quarto dialogorum dicit. Eo patitur quo uidet, & quia cremari ſe reſpicit crematur. Adducit exemplum per Auicen. quòd aliquis cruciatur magis in ſomno ex appræhenſione *9. met. c. 7. ad finem.* fantaſtica alicuius diſconuenientis, quam affligeretur quandoque in uigilia ex præſentia eiuſdem.

¶ Contra, quia ſecundum Gregorium ubi ſupra, anima non ſolum uidendo, ſed etiam experiendo incendium patitur.

¶ Præterea, aut uera apprehenſione apprehendit ignem, ut diſconuenientem, ſibi aut falſa. Si uera oportet ponere modum iſtius diſconuenientiæ quæ non apparet poſſibilis. Si falſa ſequitur primo, quia non ab igne, ſed a ſua æſtimatione cruciatur. Secundo ſi iſta falſa æſtimatio eſt a Deo, Deus erit immediata cauſa deceptionis Si autem ab angelo non uidetur probabile, quia ſecundum Dionyſium, de diuinis nominibus naturalia in eis ſunt ſplendidiſſima, ergo poſſunt naturaliter apprehendere, quod ignis non eſt eis diſconueniens.

¶ Secunda opinio dicit quòd ſpiritus poteſt pati ab igne corporeo per aliquem habitum ſupernaturalem propter demeritum peccati datum angelo ſeu ſpiritui. *Henricus quol. 6. q. 3*

¶ Contra, aut ille habitus eſt corporalis aut ſpiritualis. Si corporalis ita poteſt Deus dare iſtum habitum angelo, ut inhæreat, ſicut quòd angelus ſit albus. Si ſpiritualis, ergo non magis per illum eſt paſſum approximatum corporei ut agenti, quam prius.

¶ Præterea, i ſta pœna reciperetur immediate in iſto habitu tanquam in proximo receptiuo, immo nec mediate, ut ipſa natura angeli ſi repugnat illi naturæ. Et ſi detur primum, ſequitur, quòd ille habitus ſeparatus ab angelo poſſet puniri eadem pœna. Si detur ſecundum, ſequitur, quod nullo modo angelus punitur, ſed tantum ille habitus.

¶ Secunda opinio dicit, quòd ſpiritus non patitur ab igne paſſione corporali, quæ eſt dolor, quia talis paſſio ſequitur appetitum ſenſitiuum, qui non eſt in angelo, patitur autem pœna, quæ eſt triſtitia inquantum apprehendit ignem ſub ratione obiecti diſconuenientis, & hoc dupliciter. Primo, ut detinens ſpiritum diffinitiuæ. Secundo, ut immutans obiectiuæ.

¶ Primus patet ſic. Nullum corpus, ut locans eſt diſconueniens locato, niſi quia aliud corpus ſibi conueniens. Spiritus autem ſicut cum nullo corpore habet naturalem conuenientiam, quia ſic illud eſſet naturale ſaluatiuum eius, ita ad nullum corpus habet naturalem diſconuenientiam propter quam ibi detineri ſit naturæ ſuæ diſconueniens.

¶ Sed dices quomodo igitur patitur ab igne ex quo detinet eum diffinitiuè.

¶ Reſponſio. Si Michael alicui corpori eſſet ex præcepto pto coniunctus localiter diffinitiuè etiam perpetuo, & hoc apprehenderet nullo modo apprehenderet ut diſconuenienti, & ſic non triſtaretur, quia non apprehenderet ſub ratione noliti, ſicut apparet, a ſimili in aliquo incluſo in domo, igitur. Secundo patitur ab iſto igne immutante obiectiuæ. *Nota, & bene.*

Vbi notandum, quòd intellectus angeli. Primo determinatur perpetuo ad intenſe conſiderandum ignem in ratione obiecti.

¶ Secundo appræhendit iſtam determinationem ad talem conſiderationem.

¶ Tertio odit, & iſtud odium oritur ex affectione commodi ex qua uult quodcunque obiectum prout ſibi delectabile fuerit conſiderare nunc hoc, nunc illud.

¶ Quarto ſequitur appræhenſio non tantum nuda illius conſiderationis ſicut in ſecundo, ſed appræhenſio certa de euentu illius conſiderationis intenſæ, & perpetuæ.

¶ Quinto ex hoc ſequitur triſtitia. Quarta opinio eſt planior ſecundum illos qui ponunt materiam in ſpiritualibus. Nam proprium eſt materiæ pati etiam paſſione reali, ſed in ſpiritualibus eſt materia, igitur poſſunt pati ab igne reali. Hoc autem habet euidentiam ſi ponatur, quòd materia ſit eiuſdem rationis in ſuperioribus, & inferioribus, quod uidetur probabile, quia diſtinctio ſit per actum, ſed materia ſecundum ſe ſumpta nullum dicit actum diſtinctum, igitur non diſtinguitur in ſuperioribus, & inferioribus. Sed de hoc in ſecundo.

Propriũ eſt materiæ pati.

Diſt. 12.

¶ Ad argumentum in contrarium. Si teneatur iſta quarta uia tunc ſatis patet. Sed tenendo tertiam uiam poteſt dici, quòd maior eſt uera de agente æquiuoco, & totali, ſeu principali, ſed ſecundum iſtam uiam ignis, non eſt agens principale in ſpiritum ſine illa detentione.

Vtrum homines damnati poſt iudicium cruciabuntur illo igne infernali.

Scotus quarto ſententiarum diſtinctio. 44. q. 3.

Petrus de Aquila; ſententiarum diſtinct. 44 quæſt. 3.

QVAESTIO III.

AD tertiam quæſtionem ſic proceditur. Videtur, quòd homines damnati poſt iudicium non cruciabuntur illo igne infernali. Quia omnis paſſio facta magis obiicita ſubiecta. 6. thopi. ergo ſi continuæ cruciarentur ab iſto igne magis ac magis deperderetur eorum ſubſtantia, & per conſequens tanto conſumerentur, ergo. *Cap. 9.*

¶ Contra. Math. dicetur de hominibus iudicandis. Ite maledicti in ignem æternum qui paratus eſt diabolo, & angelis eius, igitur damnati poſt iudicium cruciabuntur igne infernali. *Cap. 25.*

¶ In iſta quæſtione ſunt principaliter tria uidenda.

¶ Primo enim dico, quòd ignis præſens corpori corruptibili animato anima ſenſitiua poteſt hére in illud duplicẽ actionem, uidelicet, realem quæ eſt uniuoca, & intentionalem, quæ reſpectu illius eſt æquiuoca, quia ſpecies ſenſibilis nõ ſimpliciter eſt eiuſdem ſpeciei cum ipſo obiecto.

¶ Ad propoſitum, ergo dico, quòd poſt iudicium corpus hominis cum ſit per ſe corruptibile ignis præſens poterit in illud habere utranque actionem, quia nõ repugnant, & eſt ibi tam ſuſceptiuũ, quã cauſa actiua utriuſque. Poteſt etiam tũc una eſſe ſine alia loquẽdo de obiecto potẽtionali, qa neutra depẽdet eſſẽtialiter ab altera, unde, & modo ſunt ſeparabiles ſic ꝙ ſit ſuſceptiuum formæ realiter, & non intentionaliter. Sed tunc nõ poterit una non ineſſe propter aliquod impedimẽtum, & hoc, uel quia Deus nõ coagit igni ad illã actionẽ. Vel quia aliud agens creatũ impedit unã actionẽ, & nõ aliam.

¶ De ſecundo dico, ꝙ ſola intentionalis ſufficit ad cauſandũ dolorẽ, ſola aũt realis ſine intentionali ſufficeret ad hoc.

¶ Secunda pars eſt manifeſta, quia lignũ quãtumcunque calefit tñ non dolet. Sed prima pars probaṫ, quia excellens ſenſibile natũ eſt inferre dolorẽ, & tñ inquantũ excellens ſenſibile non immutat niſi intẽtionaliter. Licet, n. aliqua immutatio

tio realis concomitetur quę diſſoluit or-
ganum a media proportione in qua con
ſiſtit, tamen ſi ſine illa actione eſſet obie
ctum diſconueniens ſenſatum ſequere-
tur dolor. Hoc etiam probatur, quia ali-
quando ubi eſt modica, uel nulla immu-
tatio realis eſt magnus dolor propter im
mutationem intentionalem, ſicut ſi ma-
nus fuerit exceſſiue frigefacta, ſi ſtatim
approximetur igni eſt ibi uehemens do
lor, eſt tamen modica, uel nulla actio rea
lis.

¶ Tertio dico, quòd probabilius uidetur
poſt iudicium ponere ſolam immutatio-
nem intentionalem, quia & ſi poſſit utra
que tunc poni ex primo articulo tamen
realis non faceret aliquem dolorem ſine
intentionali, nec etiam cum intentiona-
li, Sed ſola immutatio intentionalis face
1. Phy. con-tex. 50. ret dolorem. Si ergo pluralitas nõ ſit po
nenda ſine neceſſitate, ſufficit ponere ſo
lam intentionalem.

¶ Præterea congruum eſt circa dãnatos
ponere ita pauca miracula ſicut poſſibi-
le eſt. Sed ponendo actionem realem, &
cum hoc neceſſe eſt intentionalem po-
nere, uidetur, ꝙ oportet ponere circa
eos plura miracula, quam ponendo ſolã
intentionalem, ergo.

¶ Ad argumentum in contrarium dico,
Cap. 5. ꝙ illa auctoritas 6. Thopicorũ. uidetur
improbare actionem realem ignis in cor
pus non autem intentionalem. Sed ſi rea
lis ponatur, oportet dicere, ꝙ propoſitio
eſt uera quantum eſt ex parte cauſæ na-
turalis dimiſſæ ſibi in agendo. Sed in pro
poſito non dimittitur cauſa naturalis ſi-
bi. Sed poſſet dici clarius ad argumen-
tum, & ad totam quæſtionem. Tota enim
difficultas eſt quomodo iſta corpora poſ
ſunt pati ab igne infernali perpetuo, &
tamen non tranſmutetur.

¶ Ad hoc beatus Aug. ponit aliqua extre
ma 12. de ciui. Dei, uidelicet, de Salman
dra quæ uiuit in igne, ſimiliter de igne,
qui eſt in Siciliæ partibus. Sed talia ex-
trema dicunt, quia & non propter quid,
ideo poteſt declarari dupliciter. Primo
ſic. Ceſſante motu primi mobilis ceſſat
omnis motus, qui eſt ad corruptionem.
Sed iſte motus primi mobilis ceſſabit
poſt iudicium, igitur. Sed iſta uia non ua
let ſecundum Aug. quia ad huc figuli ro
ta moueretur, & ſtuppa comburerentur.

Ideo dico aliã rationem talem. Cauſa ſe
cunda naturalis, non agit prima cã coa-
gente, ſed ignis eſt cauſa ſecunda natu-
raliter agens, ergo ignis non agit niſi pri
ma cauſa coagente. Sed in igne inter a-
lios ponuntur duæ actiones quarum una
eſt ad calefactionem, & incendium, alia
ad conſumptionem. Deus autem poteſt
coagere igni, ut primi ad primam licet,
non coagat ad ſecũdam, igitur ignis iſte
poteſt agere ad incendium eſto, ꝙ non
agat ad conſumationem. Sic ergo patet
ad argumentum, & per conſequens ad
quæſtionem.

DISTINCTIO XLV. & XLVI.

Circa diſtinctionem quadrageſimam-
quintam, & quadrageſimam-
ſextam quæritur,

Vtrum ſancti uideant oratio-
nes noſtras?

Scotus 4. ſent. diſt. 45. q. 4
D. Thomas 4. ſententiarum diſtinctio. 41. quæſt. 3. Arti. 2.

QVAESTIO I.

PRAETEREA ſcien-
dum. Circa iſtam diſtin.
quadrageſimamquintã,
& quadrageſimamſex-
tam, quæro tres quæſtio
nes. Prima. Vtrum ſancti
uideant orationes noſtras quas eis offeri
mus? Secunda. Vtrum in Deo ſit iuſtitia?
Tertio. Vtrum in Deo ſit miſericordia?

AD primam queſtionem ſic procedi
tur. Videtur, ꝙ ſancti nõ uideant oratio
nes noſtras quas eis offerimus, quia ſo-
lus Deus nouit ſecreta cordis noſtri hu-
mani, ſed oratio eſt humani cordis ſecre
tũ, ergo, &c. ¶ Contra eſt Magiſter in li-
tera qui probat ꝑ multas orationes, ꝙ ſã
cti uideant orõnes quas eius offerimus.

¶ In iſta q̃õne quatuor ſunt uidenda. Pri
mo ſi anima ſeparata poſſit naturaliter ac
quirere cognitionẽ alicuius prius igno-
ti. Secundo, ſi anima beata nouit oratio-
nes noſtras cognitione naturali. Tertio, ſi
cognitione ſupernaturali. Quarto, ſi co-
gnoſcentes orent pro nobis.

DE

Opinio aliquorum.

DE primo dicunt aliqui, ꝙ non, quia
non eſt tranſitus de extremo in extre-
mum, niſi per medium, ſed res extra eſt
omnino in ſenſu materialiter, in intelle-
ctu autem omnino immaterialiter, ergo
oportet ꝙ tranſeat per aliquod medium
in quo ſit aliquo modo materialiter, &
aliquo modo immaterialiter. Si autem é
in ſenſu materialiter quidem, quia ſe-
cundum conditiones indiuiduales im-
materialiter autem in intellectu eſt ſe-
cundum philoſophum tertio de anima,
quia ſenſus eſt receptiuus ſpecierum, ſi-
ne materia. Cum ergo in anima ſepara-
ta non ſit ſenſus, ſequitur ꝙ naturaliter
non poteſt acquirere cognitionem ali-
cuius prius ignoti. Si ergo quæratur ab
iſtis quæſtio poteſt anima ſeparata habe
re cognitionem alicuius prius ignoti. Di
cunt, ꝙ hoc non eſt per eius acquiſitio-
nem, ſed per ſpecies infuſas a ſubſtantijs
ſuperioribus, uidelicet a Deo, uel ange
lis. Cuius ratio eſt, quia intellectus no-
ſter uidetur eſſe medius inter ſubſtan-
tias intellectuales, & res corporales. Om
ne autem medium inquantum appropin
quat uni extremorum, tanto magis rece
dit ab alio, & econtrario, igitur intelle-
ctus noſter quanto plus recedit a ſenſibi
libus tanto plus appropinquat ſubſtan-
tias intellectuales, & econtrario. Sed in
tellectus noſter exiſtẽs in corpore, quia
recedit ab intelligibilibus recipit ſpe-
cies ex rebus ſenſibilibus, igitur intelle
ctus ſeparatus, quia recedit a ſenſibili-
bus recipiet ſpecies a ſubſtantiis intelli-
gibilibus.

1. phyſ. con tex. 50.

¶Contra pluralitas non eſt ponenda ſi-
ne neceſſitate. Sed ſpecies iſtæ infuſe a
Deo, uel angelis ponuntur ſine neceſſi-
tate, igitur. Probatio minoris, quia natu
ra iſta ſufficienter habet in ſe vnde at-
tingere poſſit ad perfectionem pro-
priam.

¶Præterea in nulla natura eſt ponenda,
quod derogat eius dignitati, niſi ſit eui-
dens ex aliquo euidenti tali naturæ. Sed
iſta opinio uilificat naturam animæ in-
tellectiuæ, abſque aliqua euidentia, er-
go. Probatio minoris, non enim eſt im-
perfectior anima ſeparata, quam coniun
cta, immo uidetur perfectior, quia cor-
pus, quod corrumpitur aggrauat animã.
Sed anima coniuncta poteſt acquirere
huiuſmodi ſpecies, igitur.

¶Prçterea plura accidentia eiuſdem ſpe *Sapientia 9.*
ciei non poſſunt eſſe ſimul ſecundum
iſtos, ſed lapidis ſpecies obiecto infuſa é
eiuſdem ſpeciei cum ſpecie intelligibili
acquiſita ab anima in corpore, uel ergo
iſta infuſa non poterit ſtare, uel oportet
iſtam acquiſitam non manere. Sed illud
ſecundum eſt falſum, quia cum ſubiectũ
proprium illius ſpeciei ſit incorruptibi-
le, & ipſa species ex ſe poſſit incorrupti-
bilis permanere, ſequitur, ꝙ ipſa mane-
bit. Igitur non dabitur iſti a Deo, uel an
gelo aliqua ſpecies lapidis. Dico ergo, ꝙ
anima ſeparata poteſt acquirere cogni-
tione ob ecti prius ignoti. Quia actiuo
ſufficienti, & paſſiuo ſufficienti ſufficien
ter approximatis poteſt ſequi effectus.
Sed in animã ſeparata habente obiectũ
proportionaliter ſibi præſens concurrũt
omnia reſpectu cognitionis abſtractiuę,
igitur &c.

¶ Ad argumentum autem opinionis di-
co, quòd aliquid eſt medium uni uirtu-
ti, quod non eſt medium alteri loquen-
do de medio neceſſario ſicut in transfe-
rendo corpus de loco ad locum, ubi eſt
medium neceſſariũ uirtuti naturali mo-
tiuæ, & tamen illud non eſt medium uir
tuti diuinæ, quæ poteſt ſubito transfer-
re de quocunque ubi, ad quodcunque
ubi. Sic in propoſito perfectæ uirtuti ab
ſtractiuæ neceſſarium eſt medium inter
ſenſibile extra, & purum intelligibile. ſ.
eſſe imaginabile, ſed uirtuti perfectiori
abſtractiuæ non eſt iſtud medium ne-
ceſſarium, unde argumentum poteſt du
ci ad oppoſitum.

EX iam dictis patet ad ſecundum ar
ticulum. Anima enim beata, uel ſepara-
ta poteſt acquirere notitiam non ſolum
abſtractiuam, ſed etiam intuitiuam non
ſolum ſenſibilium ſicut poteſt coniun-
cta, ſed etiam quorumcunque intelligi-
bilium, ergo orationem, ſiue uocalem, ſi
ue mentalem poteſt cognoſcere dum-
modo immoderata diſtantia non impe-
diat, uel diuina uoluntas nõ prohibeat.
Nec ualet, ꝙ intellectus actum ſuum
proprium habet occultũ, quia hæc ſunt
intima creaturæ, & hoc non includit, q a
manifeſtum eſt, quòd omnem actum uo
luntatis meę poteſt intellectus meus co-
gnoſcere. Sed intellectus alius perfectior
poteſt

poteſt in illud obiectum in quod poteſt intellectus meus ſi non impediat determinatus ordo ad intelligibilia, uel defectus proportionatæ præſentiæ. Intellectus autem ſeparatus æque perfectus eſt ſicut meus coniunctus, uel perfectior, & non determinatur ex aliquo ordine ad non cognoſcendum operationes alterius intellectus, uel uoluntatis, nec præſentia neceſſario requiſita deficit, quia iſta poteſt eſſe ſine illapſu, ergo &c. *Vide de intellectu ſeparato.*

DE tertio articulo dico, ꝙ non eſt neceſſe ex ratione beatitudinis, quòd beatus uideat orationes noſtras, neque regulariter, ſiue uniuerſaliter in uerbo, quia non eſt aliud, quam neceſſaria ſequela beatitudinis, neque quod reueletur ſibi, quia nec talis reuelatio neceſſario ſequitur beatitudinem. Tamen quia congruũ eſt beatum eſſe adiutorem Dei in procurando ſalutem electi, & ad iſtud requiritur ſibi reuelare orationes noſtras ſpecialiter, quæ ſibi offeruntur. Ideo probabile eſt, ꝙ Deus reuelet beatis de his, quæ in nomine eius ſanctis offeruntur.

Dubium. DE quarto articulo uidetur dubium quia ſi reuelatur eis talẽ petere per eos ſalutem, uel aliquid pertinens ad ſalutẽ, aut uident Deum uelle talem ſaluare, aut nolle, aut non uelle. Si uelle ergo ſciunt, ꝙ ſaluabitur fruſtra, igitur orant pro tali. Si nolle non orabunt, pro aliquo nolito ipſi Deo. Sed hoc non obſtante dico, quòd ſanctus uidens orationes noſtras orat pro nobis. Cum igitur arguis. Beatus aut uidet Deum uelle aut non uelle &c.

¶ Reſponſio, nullum membrum oportet dare, nec de ſalute finali alicuius, nec de exauditione huius orationis, quam nũc offert. Non enim ſequitur Deus reuelat Petro Ioannem nunc petere per merita Petri, ergo reuelat Petro Ioannem ſaluandum, uel non ſaluandum.

¶ Ad argumentum in contrarium cum dicitur, quòd ſolus Deus nouit abſcondita cordium, dico quòd uerum eſt ex propria perfectione, & uniuerſaliter, ita ꝙ impoſſibile eſt, quòd per aliquod impediens ſibi lateat, ſed non ſic eſt de quacunque alia natura intellectuali, ſiue ſit angelus, ſiue anima.

Vtrum in Deo ſit iuſtitia?

Scotus 4. ſent. diſt. 26. q. 1.
D. Thomas 4. ſententiarum diſtin. 26. q. 1.

QVAESTIO II.

AD ſecundam quæſtionem ſic proceditur. Videtur ꝙ in Deo non ſit iuſtitia, quia domini ad ſeruum nulla ẽ iuſtitia, quia nulla equalitas ex quinto ethicorum. ergo multo fortius nunc Dei ad hominem, uel ad creaturas cum ſit dominus creaturarum, ergo in Deo non eſt iuſtitia. In oppoſitum eſt illud pſal. Iuſtitia plena eſt dextera eius. *Cap. 3.*

¶ In iſta quæſtione eſt uidendum primo quid ſit iuſtitia. Secundo quot modis ſumitur iuſtitia. Tertio ſi in Deo eſt iuſtitia.

QVANTVM ad primũ dicit Anſ. de ueritate, ꝙ iuſtitia eſt rectitudo uolũtatis propter ſe ſeruata. Sed philoſophus magis eam ſpecificat quinto ethicorum dicens, quòd iuſtitia eſt uirtus ad alterũ, quia iſta uirtus qua quis poteſt uti non ſolum ad ſe, ſed ad alterum eſt uirtus ad alterum. Sed iuſtitia eſt huiuſmodi, propter quod principatus rerum oſtendit, ergo iuſtitia eſt uirtus ad alterum. *Cap. 12.* *Cap. 3.*

EX hoc patet ſecundus articulus. ſ. quot modis ſumitur iuſtitia. Ex quo. n. iuſtitia eſt uirtus ad alterum hoc poteſt eſſe dupliciter, quia uel eſt uniuerſaliter ad alterum, & ſic dicitur iuſtitia particularis. Item alio modo diſtinguitur iuſtitia in eodem quinto ethicorum, iniuſtitiam commutatiuam, & diſtributiuam. Iuſtitia autem commutatiua eſt cuius medium accipitur ſecundum proportionem ariſmetricam, non geometricam. Iuſtitia diſtributiua eſt cuius medium accipitur ſecundum proportionem perſonarum, & rerum, & in eodem libro declaratur. c. 5. & 6. *Cap. 5.*

DE tertio articulo dico iſta per ordinem.

¶ Primo ꝙ in Deo eſt iuſtitia, ut iuſtitia eſt rectitudo mentis, quia eius uoluntas eſt prima regula omnis inobliquabilis. *In Deo eſt iuſtitia.*

¶ Secundo quod in Deo eſt iuſtitia, ut iuſtitia

Iuſtitia eſt uirtus ad alterum, quia eſt agens, quod in omni actione ſua ſeruat rectitudinem.

¶Tertio, quod in Deo eſt iuſtitia legalis quia ubi eſt ueritas practica præcedens omnem determinationem uoluntatis diuinæ ibi eſt iuſtitia legalis. Sed in Deo eſt aliqua ueritas practica præcedens omnem determinationem uoluntatis ſicut eſt iſta. Diliges dominũ Deũ tuum, ergo.

¶Quarto ꝙ in Deo eſt iuſtitia particularis ad ſe quaſi ad alterum, quia uoluntas ſua determinatur per rectitudinem ad uolendum illud, quod decet ſuam bonitatem, & hoc eſt redditio debiti ſibijpſi quaſi alteri.

¶Quinto dico, quòd iuſtitia commutatiua in propoſito proprie reſpicit in Deo punitionem, ut. ſ. pro meritis reddantur præmia, & pro peccatis ſupplicia.

¶Diſtributiua uero reſpicit quaſi naturas, & perfectiones ſuperadditas, ut. ſ. naturæ diſtribuatur perfectio ſibi proportionata Iuſtitia primo modo non poteſt ſimpliciter eſſe in Deo reſpectu creaturæ, quia non poteſt eſſe ſimpliciter æqualitas ſicut nec domini ad ſeruum, ut arguebatur ad principale. Sed iuſtitia ſecundo modo ſumpta poteſt hoc ſimpliciter eſſe, quia ſimpliciter poteſt dare naturis perfectiones debitas, uel conuenientes eis ſecundum gradus perficientes. Ex his dictis patet ad argumentum principale.

Vtrum in Deo ſit miſericordia?

Scotus quarto ſententiarum diſtinctio 44 q. 2.
Petrus de Aquila 4 ſenten. q. 46 q. 3.

QVAESTIO III.

AD tertiam quæſtionem ſic proceditur. Videtur ꝙ in Deo non ſit miſericordia quia miſericordia eſt cõpaſſio de malo alieno ſecundum Damaſ. Sed in Deo nulla eſt compaſſio, quia nulla paſſio, ergo &c. *Lib. 1. ca. 13*

¶In oppoſitum eſt illud pſal. Patiens, & multum miſericors.

Pſal. 102. ¶Quantum ad iſtam quæſtionem primo uidendum eſt quid eſt miſericordia. Secundo ſi in Deo eſt miſericordia.

QVANTVM ad primum dico, ꝙ miſericordia duo importat, unum principale, aliud ex conſequenti. Principaliter enim miſericordia eſt habitus, uel forma qua nolumus miſeriam alterius, & quia uel nolumus miſeriam eius in futurorum. Et tunc præſeruamus ſi poſſumus, uel quia nolumus miſeriam præſentem, & tunc reuelamus ſi poſſumus. Ex conſequenti autem miſericordia importat quandam diſplicentiam, & paſſionẽ. Vnde iſto modo miſericors idẽ eſt quod miſerum habens cor. *Miſericordia duo importat.*

QVANTVM ad ſecundum articulum dico duo.

¶Primo ꝙ iſto ſecundo modo non eſt in Deo miſericordia, cum in Deo nulla paſſio, uel miſeria poſſit poni.

¶Secundo dico, ꝙ accipiendo miſericordiam primo modo ipſa proprie eſt in Deo, quod probatur de imminenti, quia ſicut nullum bonum euenit, niſi Deo uolente, ita nullum malum prohibetur ne eueniat, niſi Deo uolente. Sed multæ miſeriæ poſſibiles euenire aliquando prohibentur eueniant, ergo Deus habet nolle reſpectu iſtorum. Conſimiliter dicitur de miſeria præſente, quia nulla miſeria tollitur, niſi Deo uolente iſtam miſeriam ineſſe. Sed multę miſeriæ frequenter tolluntur, ergo Deus habet nolle reſpectu illorum. Ex dictis patet ad argumentum principale.

DISTINCTIO XLVII. & XLVIII.

Circa diſtinctionem quadrageſimã ſeptimam, & quadrageſimamoctauam quæritur,

Vtrum vniuerſale iudicium ſit futurum?

Scotus 4. ſent. diſtin 47. q. 1.
Petrus de Aquila 4. ſent diſt. 47 & 48 q 1.

QVAESTIO I.

SOLET etiam quæri. Circa iſtam diſtinctionẽ quadrageſimamſeptimam, & quadrageſimamoctauam quæro tres quæſtiones. Primo vtrum uniuerſale iudicium ſit futurum. Secundo utrum mundus

mundus ſit purgandus per ignem? Tertio. Vtrum poſt iudicium ceſſat motus corporum cœleſtium.

AD primam quæſtionem ſic proceditur. Videtur, ꝙ uniuerſale iudicium nõ ſit futurum, quia Deus non punit bis in
Cap. 1. idipſum, uel dicitur Naum. Sed Deus puniret bis in idipſum ſi eſſet, uniuerſale iudicium futurum, ergo non eſt uniuerſale iudicium futurum. In contrarium eſt
21. de ciuit. Auguſt.
Dei. c. 21. ¶ In iſta quæſtione tria ſunt uidenda. Primo ſi uniuerſale iudicium eſt futurũ. Secundo ſi illud iudicium erit in tempore, uel in inſtanti. Tertio de loco ubi erit.

DE primo dico, ꝙ ſic, propter quatuor congruentias quarum prima talis eſt. Congruum eſt finaliter ſeparari omnes malos ab omnibus bonis. Ideo enim malus uiuit cum bono, uel ut malus corrigatur, uel ut bonus per illum exerceatur,
Super Pſal. 54. ſecundum Aug. Sed iſtam ſeparationem congruit finaliter fieri per generalẽ ſententiam, ergo congruum eſt fieri per generale iudicium.

¶ Secunda congruentia eſt, quia in ſecretis iudiciis, quæ fiunt circa ſingulas perſonas, licet ſit iuſtitia, non tamen eſt omnibus manifeſta, ergo rationabile eſt ꝙ Deus habeat aliquod iudicium generale in quo manifeſtetur ſententia, & iuſtitia aliter, quam in iudiciis particularibus.

¶ Tertia congruentia eſt, quia ſicut res exeunt a primo efficiente, ita reducũtur in finem. Sed præter ſpirituales exitus rerum a Deo per iſtam operationẽ qua dicit Chriſtus pater meus uſquemodo operatur, & ego operor, fuit uniuerſalis exitus in prima rerũ creatione, ergo præter ſingulares reductiones cõgruum eſt eſſe unam finalem reductionem in ſuum finem, & per conſequens adhuc oportet ponere unam ſententiam generaliter diffinitiuam.

¶ Quarta congruentia eſt, quia præter hoc, ꝙ unuſquiſq; aſcribatur regno, uel carceri tota multitudo iſta ad regnũ debet aliquando determinari ad poſſidendum illud, & tota alia multitudo debet carceri uendicari, ut ſit ſequeſtratio duarum ciuitatum, & familiarum, & tractat Aug. li. de ciui. Dei. Sed illud ſit per quãdam ſententiam generalem, ergo, &c.

SECVNDO eſt uidendum an illud uniuerſale iudicium ſit in tempore, uel in inſtanti. Et dico, ꝙ ſit in tempore, uel in inſtanti eo modo quo declarabo.
Sed ſtatim oritur dubium ſic, ſit in tempore breui, uel non breui. Et dico, ꝙ hoc Dubium.
poteſt poni tripliciter. Vno modo ſic, poſſibile quidem eſt, ꝙ merita ſingulorum omnia ſingulis innoteſcant, ita, ꝙ ſit miraculum ex parte offenſionis, tamen dimittatur unuſquiſq; intellectus ſuo modo intelligendi naturali, & tunc in tali offenſione requiritur magnum tempus ad intelligendum modo merita, iſtius modo merita illius.

¶ Secundo ſic poſſibile eſt, ꝙ unicuique manifeſtentur merita, uel demerita propria in ſpeciali, & merita, uel demerita aliorum in generali, & hoc dupliciter. Vel ſic, quod ſingulas perſonas conſiderat tamen hanc ut iuſtam in generali, & illam ut iniuſtam. Vel alio modo cõſiderando tam perſonas quam merita in generali, utpote concipiẽdo omnes relictos in terra eſſe condemnandos, raptos autem in nubibus eſſe præmiandos, & in hoc etiã eſſet magnus tractus temporis.

¶ Tertio modo poſſibile eſſet per potentiã Dei non tantum manifeſtantem, ſed cauſantem actum cognoſcendi, & intentiones diſtinctas omnium meritorum, & cum hoc omnium perſonarum ſimul eſſe in quocunque intellectu, quia quæcũque non repugnãt formaliter, & poſſunt ſucceſſiue recipi in aliquo per potentiã Dei abſolutam, ad minus poſſunt recipi in eodem ſimul. Sed ſi iſta uia ponatur forte non oporteret illud iudicium eſſe in tempore, ſed in inſtanti.

DE tertio articulo dicunt aliqui, ꝙ erit in ualle Ioſaphat, ut uidetur innui
in Ioele. Sed plane uult Apo. 1. ad Theſſ. Cap 4.
ꝙ boni rapientur obuiam Chriſto in aere, mali autem delinquuntur in terra; & per conſequens boni non erunt in ualle Ioſaphat. Et ideo Magiſter ſentẽtiarum pen. c. huius diſtinctionis dicit, ꝙ quidã pueriliter illud Ioelis intelligentes dicũt in ualle Ioſaphat qui eſt in latere mõtis Oliueti dominum ad iudicium deſcenſurum quod friuolum eſt. Ioſaphat autẽ interpretatur iudicium Dei, in ualle, ergo Ioſaphat. i. domini iudicium congregabuntur omnes impij, iuſti uero, non

deſcen-

deſcendunt in ualle iudicij, ideſt, inter damnatos, ſed in nubibus eleuabuntur obuiam Chriſto.

¶ Ad argumentum in contrarium dico, ꝙ unuſquiſque inquantum perſona priuata iudicatur in termino vitę ſibi præfixæ, ſed inquantum eſt pars familiæ deputata pro aula, uel pro carcere iudicabitur cum aliis iudicio uniuerſali, & finali.

Vtrum mundus ſit purgandus per ignem?

Seraphicus Bon. 4. ſent. diſt. 48. q. 2. Ar. 2.
Scotus 4. ſent. diſt 47. q 2
D Thomas 4. ſent. diſt. 48. q. 1. Artic. 2.
Ricardus 4. ſentent. diſtinctio 47. q. 2.
Durandus 4. ſent. diſt. 47. q. 3.

QVAESTIO. II.

AD ſecundam quæſtionem ſic proceditur. Videtur, ꝙ mundus non ſit purgandus per ignem, quia tunc idem purgaret ſeipſum, quia ignis purgaret ignē, ſed iſtud non conuenit, ergo.

¶ In oppoſitum eſt illud Pſal. Ignis ante ipſum præcedet.

¶ In iſta quæſtione primo eſt uidēdum. Si mundus purgabitur per ignem Secundo quis eſt ille ignis. Tertio quantum aſcendet. Quarto ſi præcedet, an ſequatur iudicium.

DE primo dico, ꝙ ſic, hoc probatur. Primo auctoritate Petri in ſecunda canonica ſua. Cœli ardentes ſimul ſoluentur, & elementa ardore ignis tepeſcent. Item Iſaiæ. Dominus in igne ueniet. Item per ſanctos, & maxime per Aug. Item hoc eſt poſſibile, quia non includit contradictionem. Item hoc eſt rationabile, quia ubi eſt innouatio in melius ibi eſt purgatio, ſed mundus innouabitur in melius, ergo purgabitur, ſed purgatio debetur elemēto magis actio, tale autem elementū eſt ignis, igitur.

Cap. 3. *Cap. ult.* *Cap. 10. de ciui. Dei.*

DE ſecundo articulo dicitur tripliciter. Vno mō, ꝙ ille ignis eſt riuus igneus de nouo creatus. Iuxta illud Dani. Fluuius igneus rapiduſq; egrediebatur a facie, & ſequitur. Iudicium ſecit, & libri aperti ſunt. *Cap. 7.*

¶ Alio mō dicitur, ꝙ erit fluuius igneus per uirtutē corporū cœleſtiū generatus.

¶ Tertio modo, dicitur quem et ſequor, ꝙ ſicut in diluuio non ſunt nouæ aquæ creatę, ſed eædē ipſe multiplicatę, & fontes abyſſi aperti ſunt, ſic credo, ꝙ nō ſolū ignis, qui ē in ſpera ſua, ſed omnes ignes qui ſunt ſub terra, & ſupra terrā concurrant ad iſtam ſuffragationem. Et hoc uidetur uelle Aug. Figura enim inquit huius mundi mundanorū igniū conflagratione peribit, ſicut factum eſt in diluuio. *21. de ciui. Dei.*

DE tertio articulo, ſ. quantum aſcendet ignis ille. Dico, ꝙ aſcendit tantum quantum durant corpora combuſtibilia, & paſſibilia. Et, quia corpora cęleſtia nō receptiua alienæ impræſſionis, dico, ꝙ quantum durat ſpatiū continens elementa tantum aſcendet flamma, & non plus. Et ſic aſcendit plus quam aqua diluuij.

DE quarto articulo ſunt tres modi dicendi. Vnus talis eſt, ꝙ duplex eſt iudicium, ſcilicet diffinitionis, & iſtud præcedit ignem, quia ante dabitur ſententia contra malos quam ignis. Item eſt iudicium executionis Et iſtud ſequitur ignē quia reprobi illo igne inuoluentur, & ad infernū deducentur. Sed contra hoc eſt Aug. qui dicit, ꝙ iudicatis impiis, & in æternū ignem miſſis figura huius mūdi mundanorum ignium conflagratione peribit. Alius modus dicēdi eſt, ꝙ ille ignis habet duplicem effectū, ſcilicet purgare, & innouare. Ratione quidē purgationis præcedit iudicium, ſed ratione innouationis ſequitur. *Duplex iudicium.* *28. de ciui. Dei.*

¶ Contra, iſti effectus, ſcilicet innouare, & purgare in igne ſunt coniuncti, & ab inuicē inſeparabiles, ideo ille ignis purgando innouat.

¶ Tertius modus dicendi eſt, quem teneo. Nam ſicut ponit gloſa ſuper illo uerbo, purgabit filios Leui duos ignes futuros legimus. Vnum qui purgabit electos, alium qui cruciabit reprobos. Primus ignis præcedit iudicium, ſed ſecundus ignis ſequitur iudicium. Et confirmatur per Auguſtinum, ut iam allegatum eſt. Iudicatis impiis, & in æternum ignem miſſis, &c. *20. de ciui. Dei.*

¶ Ad

¶ Ad argumentum in contrarium dico, ꝙ eſt non inconueniens, ꝙ ignis purget ignem, ſicut nec eſt inconueniens, ꝙ manus lauet manum.

Vtrum poſt iudicium ceſſabit motus cœlorum?

Seraphicus Bonauentura 4. ſententiarũ diſtin. 48. q. 2. Ar 2.
Scotus 4. ſenten diſtinct. 48. q. 2.
D. Thomas 4. ſententiarum diſtinctio. 48. quæſt. 2. Arti. 2.
Ricardus quarto ſententiarum diſtinctio 48. q 3.
Durandus quarto ſenten diſt. 48. q. 2.

QVAESTIO III.

AD tertiam quæſtionem ſic proceditur, Videtur, ꝙ poſt iuditium non ceſſet motus corporum cœleſtium, quia corpora cœleſtia non erunt imperfectiora poſt iudicium quam nec. Sed motus eſt propria perfectio corporum cœleſtium, uel requiritur ad eorum perfectionem alias fruſtra mouerentur, ergo poſt judicium non ceſſabit motus corporum cœleſtium. In oppoſitum eſt Magiſter in litera.

¶ In iſta quæſtione. Primo ponam opinionem philoſophorum. Secundo opinionem Theolo. Tertio uidebo quã tum ualeant rationes eorum. Quarto ſi motus cœli eſt naturalis, uel uiolentus.

QVANTVM ad primum diceret
8. phy. con- philoſophus ſicut patet per eũ in diuer-
tex. 61. ſis locis, ꝙ motus cœli eſt perpetuus. Et ad hoc ſunt tres rationes.

1. Ratio. ¶ Prima talis eſt ut patet. Subſtantia ſeparata non poteſt carere ſuo fine, ſed ultimus finis ſubſtantię ſeparatę eſt in cauſando lationem corporis cœleſtis, ergo.

2. Ratio. Secunda ratio talis eſt. Quodcũque permanens, & ſempiternum ad quodcunq; permanens, & ſempiternum ſemper, & neceſſario habet eandem habitudinem, hoc probatur, quia habitudo non poteſt pro aliqua re uariari, niſi ex uariatione alterius extremi, extrema autẽ ſunt ſempiterna, & inuariabilia. Sed intelligentia mouens eam eſt quædam ſubſtantia permanens & ſempiterna, & cœlũ ſimiliter, ergo hoc ſempiternum habet eandem habitudinem ad aliud ſicut mouens ad motum, & per conſequens motus eſt inuariabilis.

¶ Tertia ratio eſt talis. Quia quicquid 3. Ratio.
eſt in entibus, uel eſt neceſſarium in eſſendo, uel ut in pluribus, uel ut in paucioribus, uel ut ad utrumlibet, ſed in cœlo nihil eſt ad utrumlibet, nec ut in paucioribus, quia utrumque eſſet imperfectionis, & repugnaret tali corpori. Nec aliquid eſt ibi, ut in pluribus, quia tunc quandoque oppoſitum contingeret, nec ut in paucioribus ex eadem cauſa, ergo quicquid eſt ibi eſt ſimpliciter neceſſarium.

DE ſecundo articulo dicunt Theologi oppoſitum, pro quo adducunt auctoritates, & rationes. Auctoritas enim eſt
Iſaiæ. Non erit tibi ſol amplius ad lucen Cap. 60.
dum per diem. Alia auctoritas eſt Apoc. Cap. 10.
ubi iurauit angelus, quòd amplius tempus non erit, ergo nec motus, quia tempus, & motus ſimul ſunt, & non ſunt ſe-
cundum potentiam, & ſecundum actum. 4. Phy. 98.
Ad idem adducitur talis ratio. Motus cœ
li eſt propter generationẽ, & corruptio-
nem tanquam propter finem, ex ſecun- 2. de gene.
do de generatione, ergo ceſſante iſta ge- cont. 56. et
neratione fruſtra erit motus talis. inde.

QVANTVM ad tertium articulũ dico cum Theologis in concluſione, ꝙ poſt iudicium ceſſabit motus corporum cœleſtium, ſed nec Theologi, nec philoſophi probant ſuã concluſionem, Theologi quidem non probant, quia auctori-
tas quæ adducitur de Iſa. non negat ſolẽ Cap. 60.
tunc lucere, ſed tantum dicit his qui erunt in uita æterna uſum lucis non præſtabit. Similiter auctoritas, quæ adducitur de Apocal. poteſt exponi, ꝙ non erit amplius ibi tẽpus ut impleatur prophetia, quia iam omnes prophetiæ implete ſunt. Sed nec ratio quæ adducitur cõcludit, quia nunquam philoſophus poneret aliquod ignobilius eſſe finem nobiliorem loquendo de fine perficiente, ſed tantum de fine prouueniente. Et præterea ſicut philoſophus ponit motum nõ ceſ-

ſare

ſare ita diceret generationem non ceſſare, ut patet. Similiter philoſophi concluſionem ſuam non probant, quia nulla ratio philoſophorum concludit.

¶Prima ratio, quia non eſt finis ſubſtantiarum ſeparatarum mouere orbes, ſed finis eorum proprius eſt in ſpeculatione ueritatis, ut patet. Iſtam autem ſolutionem doctor non approbat, ſed ad pręſens ſufficiat.

¶Similiter, ſecunda ratio nõ concludit, quia oportet negare iſtam propoſitionẽ maiorem in agente uoluntario, quia uoluntate antiqua, & immutabili poteſt diſformiter agere in paſſum antiquum, & eſſe immutabile in ſe. Et tunc ad probationem maioris extrema illius habitudinis non erunt abſoluta natura agẽtis, & paſſi quæ ſunt uniformia, ſed agens, & paſſum habent formam nouam cauſatã ab agente, ſed illud fundamentum eſt nouum, immo fundat nouam habitudinem ad agens.

¶Similiter, tertia ratio non concludit, dico enim, ꝙ aliquid poteſt contingere ad utrumlibet ita, ꝙ non eſt repugnantia ex parte ipſius cœli, quia eſt de ſe in potentia contradictionis, & completiue eſt cõtingentia ad utrũlibet ex parte cauſæ uoluntariæ mouentis ſic, ꝙ eius uolũtas nec neceſſario determinatur ad mouendum, nec ad non mouendum.

DE quarto articulo dico, ꝙ motus cęli nec eſt naturalis nec uiolentus ut pa-
9.Met.c.2. tet per Auic. & per rationem eius. Non eſt quidem naturalis ut ipſe probat, quia omnis motus naturalis eſt ad quietẽ naturalem, ergo motus cœli eſt naturalis erit ad quietem naturalem, recedendo a quiete mouetur uiolẽter, ergo motus cœli eſt aliquando uiolentus.

¶Ad argumentum in contrarium dico, ꝙ motus eſt perfectio ſecundum quid ipſius mobilis, & talem perfectionem deficere cœlo non eſt inconueniens maxime cum quies perpetua ſit ſibi maior perfectio. Et ſi arguas, ergo fruſtra mouetur modo, dico, ꝙ cœlum non mouetur propter aliquam perfectionem intrinſecam completiuam ſui quæ conſiſtit in motu, uel acquiratur per motum. Sed ſtante non imperfectione cœli, quia in potentia neutra eſt admouere, & quieſcere, perfectio tamen uniuerſi pro ſtatu iſto magis requirit cœlũ moueri propter ſtatum generabilium, & corruptibilium.

DISTINCTIO XLIX.

Circa diſtinctionẽ quadrageſimãnonã. quæritur,

Vtrum beatitudo principalis conſiſtat in actu intellectus, uel uoluntatis?

Scotus 4. ſent. diſt 49 q 4
D Thomas 4. ſent diſt. 40. q. 4. Artic. 6.
Ricardus 4 ſentent. diſtinctio 49 q. 5.

QVAESTIO I.

POST reſurrectionem uero. Circa iſtã diſt. 49. cõſueuit quæri. Vtrum beatitudo principalis conſiſtat in actu intellectus, uel in actu uoluntatis? Sed, quia de hoc fuit ſermo, in ſecundo lib. Ideo quæro de dotibus pro nũc quatuor quæſtiones? Primo. Vtrum corpus beati poſt reſurrectionem ſit impaſſibile? Secundo. Vtrum corpora beatorum erunt agilia? Tertio. Vtrum corpus beati per dotem ſubtilitatis poſſit eſſe cum alio corpore? Quarto. Vtrum corpus beati ſit clarum?

AD primam quæſtionem ſic proceditur. Videtur, ꝙ corpus beati non ſit impaſſibile, quia Greg. in Hom. dicit. Corrumpi neceſſe eſt quod palpatur, ſed corpus beati erit palpabile, iuxta illud Luc. Cap. 24.
Palpate, & uidere.

¶Contra, incorruptibile eſt impaſſibile ſed corpus beati ẽ incorruptibile, ergo. Veritas huius quæſtionis patet j. Corin. Cap. 15.
Mortale hoc induet immortalitatem, & corruptibile ſurget incorruptionem.

¶Præterea homo non poteſt eſſe beatus in hac uita, ſed in uita immortali, ſed totus homo erit beatus, quia totus homo meruit, ergo totum erit beatum in corpore immortali.

¶Sed dubium eſt de cauſa impaſſibilitatis, & poſſet multiplex cauſa aſſignari. Vna quidem hæc eſt, quia qualitates cõſequentes mixtum non manent tunc in corpore. Sed iſtud non ualet. Tum quia corpus illud non maneret mixtum. Tũ,

go. Probatio minoris, quia non erit ibi motus localis. Nã motus eſt entis in potentia, 3. phi. igitur corpora beatorũ non erunt agilia. 3. phy. cont. 6. & 10. cap. 3

¶ Contra eſt illud Sap. ubi dicitur. Fulgebunt iuſti ſicut ſol, & tanquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent.

Cap. 15. ¶ In iſta quæſtione ueritas eſt clara per Apo. 1. ad Corin. Seminatur corpus animale ſurget corpus ſpirituale, ſeminatur in infirmitate ſurget in uirtute, ſeminatur in ignobilitate ſurget in gloria. Item

Cap. 3. Sap. Fulgebunt iuſti, &c. ut allegatũ eſt. Et Iſaiæ. Et aſſument pennas ut aquilæ, & uolabunt, & non deficient, current, & non laborabunt. Sed dubium eſt qualis ſit dos agilitatis, & qualis qualitas. Et dicitur communiter, ꝙ eſt quædam qualitas qua faciliter mouetur corpus ad locũ ſiue illud quod facit proportionem motoris ad mobile auferens grauitatem per

22. de ciui. Dei c. 5. Aug. Hoc etiam probat per rationẽ, quia niſi auferatur grauitas tunc quiecaretur corpus noſtrum alibi quam extra centrum, & fatigaretur, ergo grauitas, & huiuſmodi qualitas non remanebit in corpore beati. Sed hoc non credo, quia non uideo, ꝙ maneat corpus hominis q̃n maneat graue, non enim erit ſicut ſol, uel ſtella, ſine grauitate, quia non eſt intelligibile, ꝙ maneat, & dominetur terra in corpore hominis, & ꝙ non maneat grauitas, immo hoc dicere eſſet ac ſi diceretur manet lapis, & non eſt durus.

¶ Præterea corpus hominis non eſt capax leuitatis, quia quando aliquid determinat ſibi unum oppoſitorũ, tunc alterũ oppoſitorum non poteſt ſibi ineſſe nec ꝑ ſe, nec per accidens, ergo humanum corpus non eſt capax huius qualitatis ſi tollat grauitatem, non ergo capietur in corpore, & per conſequens per iſtam nõ fiet

Quid ſit agilitas. magis agile. Dico, ergo, ꝙ agilitas nihil aliud ẽ niſi potẽtia motiua aĩæ cui ineſt primo, & ꝑ ſe, licet alicui parti corporis inſit per ſe, ſed non primo. Non oportet ergo, niſi ꝙ iſta uirtus motiua animæ ſit perfecta, & reſiſtentiam ſit ablata, ita ꝙ omnis diſpoſitio contraria impediẽs motum localẽ amoueatur ex parte mobilis ut ſit proportionabiliter perfecta uirtus.

¶ Ad argumentum principale quãdo dicitur, ꝙ motus localis eſſet fruſtra in corpore beati, & ꝙ motus eſt actus entis in perfecti Dico, ꝙ ibi eſt uerus motus, & ſucceſſiuus. Et cũ dicitur, ꝙ eſt actus imperfecti. Dico, ꝙ dupliciter dicuntur aliqua imperfecta. Primo. n. aliqua dicũtur imperfecta quando non ſunt capacia alicuius perfectionis. Et aliqua ſunt imperfecta quæ ſunt capacia perfectionis. Illa dicuntur imperfecta priuatiuæ, ſed prima dicuntur imperfecta negatiue. Vnde accidens ultimum eſt imperfectum negatiue, ſed coniunctum cum alio eſt perfectũ ſicut ubi eſt imperfectum ſecundum ſe tamen approximatũ corpori cui coniũgitur eſt quædam pfectio. i. quædã approximatio ad illud quod ꝑ ſe quæritur.

Vtrum corpus beati, per dotem ſubtilitatis poſſit eſſe cum alio corpore?

Scotus 4. ſent. diſt. 49. q. 16.
Durandus quarto ſenten. diſt. 44.

QVAESTIO III.

Ad tertiam quæſtionem ſic proceditur. Videtur, ꝙ corpus beati per dotem ſubtilitatis nõ poſſit eſſe cum alio corpore. Quia quæ magis conueniunt magis poſſunt eſſe ſimul, ſed corpus glorioſum magis conuenit cũ corpore glorioſo quam cum non glorioſo, & iſta non poſſunt eſſe ſimul, ergo corpus beati per dotem ſubtilitatis non poteſt eſſe cum alio corpore.

¶ Contra Damaſ. dicit, ꝙ ſic. Lib. 4. c. ult.

¶ In iſta quæſtione poſſunt eſſe tres articuli ſecundum tres modos dicendi.

¶ Vnus modus ponendi eſt iſte, ꝙ per nullam uirtutem, nec per aliquam dotẽ duo corpora poſſunt eſſe ſimul, quod patet per Boetium, qui dicit, quòd differentiam in numero uarietas accidentium facit præcipue in loco. Nam eundem locum duobus corporibus nullo modo fingere poſſumus. Item ad hoc eſt philoſophus, & Commẽtu. qui dicunt, ꝙ dimenſiones ſolæ faciunt diſtare duo corpora, ſed contradictio eſt, ꝙ maneant dimenſiones, & non faciant diſtare, ergo non poſſunt eſſe plures dimenſiones ſimul abſque contradictione. Item ſicut unum contrarium habet incompoſſibili- 1. De tri. c. 2 4 phy. tent. 70.

tatem

corpulentia adhuc manet in quantitate ratio impellendi,& expellendi aliud cor pus quodcunque.

¶ Ad rationem autem alterius opinionis quando dicitur, ꝙ cuilibet doti eſt aſſignare proprium effectum,& actũ ſecundum,dico,ꝙ falſum eſt,quia impaſſibilitas nullum actum ſecundum habet. Si dicas immo habet rationem prohibendi contrarium eſſe actiuum.Dico, ꝙ prohibere actiones extra non eſt actio, ſicut, nec cœlum agit prohibendo elementa agere in ſe.

¶ Tertia opinio eſt Doctoris noſtri, quæ tria declarat. Primo, ꝙ poſſibile eſt duo corpora eſſe ſimul. Secundo, ꝙ hoc erit per dotem ſubtilitatis. Tertio ſi dos ſubtilitatis ſit aliqua qualitas in corpore.

Opinio Scoti.

¶ De primo dico, ꝙ non eſt repugnantia formalis inter quantitatem,& quantitatem,ut patuit ſupra in reſponſione ad argumentum primæ opinionis. Si ergo eſſet aliqua repugnantia in ſimultate loca li duorum corporum hoc eſſet, quia iſta duo ubi dicũt diuerſos reſpectus ad eundem terminũ,& non reſpectus in ſe contrarios,ergo poſſunt eſſe duo reſpectus, uel duo, ubi in duobus corporibus reſpectu unius loci. Item patet hoc ex alio prius dicto,ſcilicet, ꝙ impoſſibilitas coexiſtentiæ corporis ad corpus in ſimultate non eſt niſi cauſæ ad oppoſitum effectus ſui, uel ſicut prioris naturaliter ad poſterius,ſed cauſa poteſt eſſe ſine effectu ſuo,& prius naturaliter ſine poſterio ri,ergo.

¶ De ſecundo dico, ꝙ hæc poſſibilitas eſſendi duo corpora ſimul erit per dotem ſubtilitatis in corporibus beatis ſicut dictum eſt de impaſſibilitate. Dos enim nõ eſt aliud quam debitus ordo huic corpori in quãtum eſt perfectibile hac anima. ergo, hic eſt uere dos ſubtilitatis data corpori glorioſo, ut pro libito animæ ſit poſſibile ad coexiſtendum cum alio corpore.

Quid ſit dos

¶ De tertio principali dicitur, ꝙ dos ſubtilitatis non eſt aliqua qualitas in corpore,quia nulla repugnantia inuenitur ibi ex parte quantitatum per modum actionis ad quam ordinatur qualitas, unde ſicut in corpore dos impaſſibilitatis erat ſi bi cauſa extrinſeca, ut aliquod agens nõ poſſet agere in illud actione cõtraria,ſic dos ſubtilitatis non eſt niſi ordo debitus ad coexiſtendum ſimul cum alio corpore qui eſt ordo extrinſecus non intrinſecus formaliter.

¶ Ad argumentum in contrarium quando dicitur, ꝙ duo corpora glorioſa non poſſunt eſſe ſimul,quæ tamen magis conueniunt,quam corpus glorioſum,& non glorioſum. Dico, ꝙ hoc eſt propter uolũtatem corporis glorioſi. Dos enim ſubtilitatis eſt ut corpus glorioſum poſſit eſſe ſimul cum alio corpore ad imperium uoluntatis,ſed actui illius agilitatis repugnat, ꝙ ſit ſimul cum alio corpore glorioſo. Aeque enim perfecta ſunt,& æque no bilia rõne huius dotis duo corpora glorioſa,& ideo ad imperium uoluntatis,nõ poteſt facere unum cum alio ut ſint in eodem loco ſimul.

Vtrum corpora beatorum erunt clara, & lucida?

Seraphicus Bona. 4. ſent. diſt. 49. q. 1. Ar. 5.
Scotus quarto ſententiarum diſtinctio. 49. q. 15.
D. Thomas 4. ſenten. diſt. 49. q. 4. Ar. 8.
Ricar. 4. ſent. diſt. 49. q. 6.

QVAESTIO IIII.

AD quartam quæſtionem reſpondeo ſine argumentis, ꝙ corpora beatorũ erunt clara ſicut patet ꝑ Apo. Reformabit inquit corpus noſtrum configuratum corpori claritatis ſuæ. Item prima Cor dicitur. Alia claritas Solis,alia claritas Lunæ, alia claritas ſtellarum,ſic & reſurrectio mortuorum, ſtella enim debe ret a ſtella in claritate. Sed dubium eſt, quid ſit iſta claritas. Et dico, ꝙ claritas non eſt niſi quædam relucentia ſuper illud,quod lucet. Et addit manifeſtationẽ eo modo quo dicitur clara lux, uel clara ueritas,uel clara intellectio. Color ergo corporis beati erit clarior ſecũdum diuerſitatem meritorum, & ſicut ex mixtione diuerſorum colorum color unus eſt delectabilis uni, & alius alteri, ſic in eadem complexione habebũt maiorem claritatem colorum ſecundum maiorem uirtutem.

Philip. 3. *Cap. 15.*

DISTINCTIO VLTIMA
quarti ſent.

Circa diſtinctioné ultimam quarti ſent. quæritur,

Vtrum aliquis ſecundum rectam rationé ad fugiendam miſeriam poſsit appetere non eſſe?

Scotus 4. ſent. diſt. 50. q. 1.
Ricardus 4. ſent. diſt. 50. q. 3.

QVAESTIO I.

HIC oritur quæſtio. Circa iſtam ultimã diſt. quarti ſententiarũ quæro tria. Primo. Vtrum dãnati, uel quicunque alij ſecundum rectam rationé poſſint appetere non eſſe propter fugam miſeriæ? Secundo. Vtrum ſit æqualis pœna omnium damnatorum? Tertio. Vtrum beati uideant pœnas damnatorum?

AD primam quæſtionem ſic proceditur. Videtur, ꝙ aliquis ſecundum rectam rationem poſsit appetere non eſſe
2. Rhet. c. 2 propter fugam miſeriæ, quia carentia mali eſt delectabil's, ſed omne delectabile eſt appetibile, ſed non eſſe non includit aliquod malum. ergo eſt delectabile, & per conſequens deſiderabile, ergo.

¶ Contra Aug. tertio de libero arbitrio probat oppoſitum ſic. Nihil non eſt appetibile, ſed non eſſe eſt nihil, ergo nullus poteſt appetere non eſſe.

¶ Quantum ad iſtam quæſtionem primo præmittenda eſt una diſtinctio de miſeria. Secundo eſt uidendũ ſi aliquis propter fugam miſeriæ ſecundum rectam rationem poſſit appetere non eſſe. Tertio ſi de facto damnati appetant non eſſe.

QVANTVM ad primum breuiter dico, ꝙ miſeria eſt duplex, ſcilicet culpæ, & pœnæ. Si ergo aliquis appetat non eſſe hoc poteſt eſſe dupliciter, uel, quia ad fugiendam miſeriam culpæ, uel miſeriam pœnæ.

DE ſecundo articulo eſt una opinio, ꝙ quilibet ſecundũ rectam rationem poteſt, & tenetur plus diligere nõ eſſe, quã eſſe in miſeria culpæ. Quod probatur primo ſic. Quilibet tenetur magis fugere illud, quod eſt contra rem quę plus diligitur quam quod eſt contra rem, quę minus diligitur. Sed quilibet ſecundum rectã rationem tenetur plus diligere Deum, quã ſeipſum, ergo ſecundum rectam rationé magis tenetur quilibet fugere, quod eſt contra Deum, quam quod eſt cõtra ſeipſum, ſed culpa eſt contra Deum, non eſſe uero eſt contra ſeipſum, ergo.

¶ Secundo ſic. Magis malũ eſt magis fugiendum, ſed culpa eſt magis malum, quam non eſſe, quia culpa eſt carentia boni debiti, non eſſe autem eſt carentia non debiti, ergo.

¶ Tertio ſic. Magis eſt fugiẽdum malum ſimpliciter, quam malum huic, ſed culpa eſt malum ſimpliciter, nõ eſſe autem eſt malũ huic, ergo. Probatio minoris, quia illud eſt ſimpliciter malum, quod eſt cõtra honorem Dei, quod eſt magis bonũ quam omnis creatura ut deducit Anſ. li. Cur Deus homo.

¶ Sed quicquid ſit de concluſione iſtæ rationes non concludunt. Prima nõ, cum enim dicitur in maiori, ꝙ quilibet tenetur magis fugere, &c. concedo ſi ſit eodem modo, & æquæ diligibile, mors autem eſt directe contra uitam, & contra bonum, quod eſt magis diligibile quod eſt uita, & ſic intelligenda eſt iſta propoſitio, ut plus diligo iſto modo pedé meũ quam proximum meum, & tamen læſio pedis minus eſt fugienda quam læſio proximi. Quando ergo dicitur in minori, ꝙ eſt contra Deum. Dico, ꝙ non eodé modo eſt contra Deum culpa noſtra quo modo non eſſe eſt contra hominem, quia ꝑ culpã non deſtruitur Deus, nec aliquod detrimentum ſit ei ſicut non eſſe eſt detrimentũ meum, & deſtruit eſſe in eum. Lib. 1. c. 21

¶ Ad ſecundam rationem poteſt dici, ꝙ maior eſt uera cęteris paribus, ſ. ꝙ maius malum eſt magis fugiendum, quia carentia boni debiti eſt magis malum quã carentia non debiti, ſed cęteris paribus, ſ. ꝙ culpa ſit carentia boni debiti, & non eſſe ſit carentia non debiti præſuppoſito bono utrique malo tũc maior ut dictum eſt eſſe uera, ſed nullum bonum poteſt preſupponi huic malo, quod eſt nõ eſſe, tamen cum debitum eſſe eſt bonum non debitum, quia eſſe eſt primum bonum, ideo non eſſe nullum præſupponit bonũ & ideo non ſequitur, ꝙ ſit magis eligendum

dum non eſſe quam in culpa eſſe.

¶ Ad tertiam rationem poteſt reſpondeři ſicut ad primam, ſcilicet, ſi ſit eodem modo malum, ſed propter noſtram culpã non poteſt eſſe peius, ſicut nobis peius eſt propter malum, quod eſt non eſſe.

¶ Sed de alio puncto, uidelicet ſi ad fugiendum miſeriam pęnę poſſit aliquis ſecundum rectã rationem appetere non eſſe. Dicitur, ꝙ non. Et probat hoc quidã Doctor ſic. Maius malũ ſecundũ rectam rationem non eſt eligibile, ſed non eſſe ẽ ſimpliciter maius malum quam malũ pęnæ, ergo, probatio minoris. Illud eſt maius malũ quod plus adimit de bono, ſed non eſſe ſimpliciter plus adimit de bono quam malum pœnæ, ergo appetere non eſſe eſt maius malum.

Ricardus ubi ſupra.

¶ Sed quicquid ſit de efficacia iſtius rõnis adducuntur alię rationes quarum prima eſt. Nullus ſecundum rectam rationẽ appetit non iuſtum plus quam iuſtũ, ſed pœna eſt aliquid iuſtum, nõ eſſe uero nihil habet de iuſtitiæ ratione, ergo nullus poteſt ſecundum rectam rõnem appetere non eſſe.

¶ Secunda rõ talis eſt. Nullus ſecundum rectam rationem poteſt eligere cõtra inclinationem naturalem conſonam nolũtati diuinæ, ſed ad eſſe eſt naturalis appetitus conſonus uolũtati diuinæ, ergo nullus poteſt recte eligere ad uitandum aliquid quod ſit conſonum uoluntati diuinæ, ſed pœna, & eſſe in miſeria eſt ſecundum uoluntatem Dei, ergo.

DE tertio articulo, ſcilicet an dęmones, & damnati appetant non eſſe. Dico, ꝙ ſunt obſtinati, & peruerſi quantum ad malũ culpæ, & quantum ad malum pœnæ, & ideo quantũcunque diſpliceat eis culpa inquantum uermis eorum non moritur non tamen inquantum culpa præcipue dęmonum qui ſemper Deo inuident. Iuxta illud Pſalm. Superbia eorum qui te oderunt aſcendit ſemper. Et ideo propter iſtam maximam ſuperbiam non appetunt non eſſe. Dico tamen, ꝙ ſecundum rectam rõnem ne quis talẽ actum eligeret debet ſibi plus placere a Deo annihilari, ſed damnati propter culpam ſuam non appetunt non eſſe.

Pſal. 73.

¶ Si autem quæratur an appetunt non eſſe propter pœnã uitandam, poteſt dici ꝙ appetunt, quia non eſſe non eſt malũ ſicut ab æterno non fuit malum, ſed pœna, & miſeria eſt malum ſimpliciter nolenda, quia eſt contra appetitum naturalem. Ex dictis patet ad argumentum in contrarium.

Vtrum pœna damnatorum ſit æqualis?

Scotus 4. ſent. diſt. 50. q. 4.
Petrus de Aquila 4. ſententiarum diſtinct. ult. quæſt. 2.

QVAESTIO II.

AD ſecundam quæſtionem ſic proceditur. Videtur, ꝙ ſit æqualis pœna omnium damnatorum. Quia unum infinitum, non eſt maius alio infinito. Sed pœna cuiuslibet damnati eſt infinita cum ſit perpetua, ergo.

¶ In oppoſitum eſt illud Pſal. Reddet unicuique ſecundum opera ſua. *Pſal. 6o.*

¶ In iſta quæſtione ſunt duo uidenda. Primo ſi eſt æqualis pœna omnium damnatorum. Secundo ſi ſit æqualis gloria omnium beatorum.

DE primo dico tres concluſiones pro eo, ꝙ damnati principaliter habent tres pœnas, ſ. pœnam damni, pœnam uermis, & pœnam ignis. Sit ergo prima cõcluſio iſta, ꝙ damnum non ſolum eſt carentia diuinæ uiſionis, ſed etiã eſt carentia boni apti nati ineſſe, & nõ cuiuſlibet boni, ſed boni conuenientis, quod deberet in eſſe ita, ꝙ pœna in corpore damnati redundat ex miſeria animæ ſicut per oppoſitum eſt de beatitudine corporis, & animę, ſic ergo pœna damnati priuat bonũ gratię ad quod fuit hoc damnatus in ordine aliquando quod ineſſet aliquo tpe, & hæc pœna eſt in uoluntaria boni carẽtia, ſed damnati, ſi non caruiſſent hoc bono ad quod erant apti nati fuiſſent inæquales, ergo pro tali carẽtia boni inæqualis quod debuit ineſſe erit modus inęqualis pęna in eis, quia inæqualia fuiſſent bona Item ſimiliter inæqualitas erit inuoluntaria, quia ſicut iſtæ uoluit ſibi cõmodũ ita hmôi boni carentia eſt magis ſibi inuoluta, & inuoluntaria, ergo pęna damni erit inæqualis in eis, quia carentia boni inuoluntaria erit inæqualis. Sed ꝓp

quod

quod erit in damnatis inæqualitas pęnæ. Dico quòd propter inęqualitatē culpę. Iſte enim qui plus & grauius peccauit carebit maiori bono.

¶Secūda cōcluſio eſt, ꝙ pęna uermis eſt quædā triſtitia & cōtinuus remorſus conſcientiæ. Iſta autem pœna erit inæqualis in damnatis, ſicut & triſtitia qua nollēt illa mala pati eſt eis inęqualis. Sic enim habebunt remorſum maiorem & minorem ſecūdum proportionem culpæ ſicut de peccato grauiori eis infligitur grauior pœna.

¶ Tertia concluſio quòd pęna ignis in damnatus inæqualis ſicut probat Aug. dicendo, quòd licet iſte ignis æqualiter ardeat, non tamē æqualiter affligit, uel moleſta. Sed hic eſt dubium quia ignis eſt cauſa naturalis, ſed cauſa naturalis agit ſecundum ultimum potentiæ ſuæ, ergo iſte ignis ſemper agit ſecundum ultimum potentiæ ſuę, ſed tale agens ęqualiter agit ergo iſte ignis æqualiter affligit omnes.

¶Reſpondeo ſatis difficile eſt aſſignare cauſam huius inæqualitatis niſi ex miraculo, quia nec ex parte actiui nec paſſiui uidetur naturaliter poſſe aſſignari cauſa, poſſet tamen dici, quòd hoc eſt ex diuerſa approximatione actiui ad paſſiuum, uel quia Deus non cooperatur illi cauſæ in agendo.

DE ſecundo articulo ſi omnium bonorum erit ęqualis gloria. Dicitur gloria poteſt reſpicere animam uel corpus. Si primo mō dico, quòd non eſt æqualis gloria omnium beatorum. Iuxta illud Ioan. In domo patris mei manſiones multę ſunt. Et illud. Reddet vnicuiq; ſecundū opera ſua. Sed diceres. Vnde eſt iſta inęqualitas. Dico, quòd non ex parte obiecti, quia obiectum eſt ſimpliciter unum & infinitū, ſed ex parte habitus perficiētis potentiam ſenſitiuam & charitatis. Vbi enim illud principium eſt inæquale ibi fruitio eſt inæquale, ſed in animabus beatorum non eſt æqualis charitas, ergo nec ęqualis fruitio. Si autem gloria reſpicit corpus tūc eſt diſtiguendum de dotibus corporis quæ ſunt quatuor ſcilicet impaſsibilitas, ſubtilitas agilitas, & claritas. In tribus primis eſt ęqualitas, ſed in quarta dote non eſt ęqualitas ſicut determinat Apoſtolus 1. ad Corint. ubi dicit, ꝙ alia eſt claritas ſolis, alia claritas lunę, & alia ſtellarum, ſtella .n. differt a ſtella in claritate, ſic & reſurrectio mortuorum. Cap. 5.

¶Ad argumentum in contrarium concedo, ꝙ pœna cuiuſlibet damnati eſt infinita extenſiuę, & in hoc non eſt æqualitas, ſed in alijs eſt inæqualitas ut patet.

Vtrum beati uideant damnatorum?

Scotus quarto ſententiarum diſtinctio. 44. q. 3.
Petrus de Aquila. 4. ſent. diſt. 50. q. 3.

QVAESTIO III.

AD tertiam quęſtionem ſic proceditur. Videtur, ꝙ beati non uideant pęnas damnatorum. Quia nihil uidetur a creatura in Deo niſi quod habet ideam in Deo. Sed pęna eum ſit priuatio, & malū non habet ideam in Deo, ergo.

¶In contrarium eſt Magiſter in litera.

¶Hic pręmitto unam diſtinctionem, ſecundo pono ſolutionem ad quæſtionem.

¶Diſtinctio eſt iſta quòd pœnæ damnatorum poſſunt dupliciter uideri. Vno modo īgenere proprio, & hæc dicitur cognitio ueſpertina. Alio modo in uerbo. Et hęc dicitur cognitio matutina. Hoc præmiſſo dico ad quæſtionem duas concluſiones. ¶Prima eſt iſta quòd de lege communi beati exiſtentes in prima non uident pœnas damnatorum in genere proprio. Probatio huius. Nam improportionata diſtantia cognoſcentis ad cognitū uel uidentis ad uiſum impedit cognitionem illius rei. Sed inter beatos in patria, & damnatos in inferno eſt improportionata diſtantia, ergo, &c.

¶Secunda concluſio eſt, quòd beati poſſunt uidere pœnas damnatorum in uerbo. Probatur per Gregorium qui dicit. Quid eſt quod non uideant qui uidentē omnia uident. Item per rationem ſic. Videns propriam rationem cognoſcendi alia poteſt uidere illa, ſed eſſentia diuina cum ſit repræſentatiuum illimitatum

mitatum eſt propria ratio cognoſcendi alia, ergo beati poſſunt uidere pœnas dãnatorum in uerbo.

¶ Sed contra. Eſſentia diuina non eſt ratio cognoſcendi aliquid, quod nõ habet ideam in Deo. Sed pœna non, habet ideã in Deo, ergo.

9. de trin c. 4. in fine.

¶ Reſpondeo ſecundum Aug. qui dicit, ꝙ quædam eſt cognitio per ſpeciem, & quædam per priuationem. Cognitio aũt quæ fit per ſpeciem ſimilis eſt illi rei, quam nouit. Cognitio autem quæ eſt per priuationem non eſt per ſimilitudinem, ſed per contrarium, & per ſimilitudinem, quia priuatio cognoſcitur per ſpeciem, & habitum. Et hæc eſt ſententia, Ariſtotelis. Dicò ergo, quòd pœna priuatiue ſumpta, non habet ideam in Deo, ſed poſitiuæ ſumpta habet ideã in Deo. Deus autem ab huiuſmodi pœnis dignetur nos liberare, & inter electos ſuos computare cui eſt honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Duplex cognitio.

3. de anima cont. 25.

¶ Explicit Liber quartus.

Google